Lactantius

I.

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XIX

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI OPERA OMNIA

ACCEDVNT

CARMINA EIVS QVAE FERVNTVR ET L. CAECILII QVI INSCRIPTVS EST DE MORTIBVS PERSECVTORVM LIBER

RECENSVERVNT

SAMVEL BRANDT ET GEORGIVS LAVBMANN

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXX.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

OPERA OMNIA

ACCEDVNT

CARMINA EIVS QVAE FERVNTVR

ET

L. CAECILII QVI INSCRIPTVS EST DE MORTIBVS PERSECVTORVM LIBER

RECENSVERVNT

SAMVEL BRANDT ET GEORGIVS LAVBMANN

PARS I

DIVINAE INSTITVTIONES ET EPITOME DIVINARVM INSTITVTIONVM

RECENSVIT

SAMVEL BRANDT

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXX.

VINDOBONAE, TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHVS HOLZHAVSEN.

OTTONI RIBBECKIO

GVILELMO HARTELIO

PIETATIS ATQVE AMORIS CAVSA

EDITOR

Luigi von Kunits.

PROLEGOMENA PARTIS PRIORIS.

L. Caelius Firmianus Lactantius[1] cum ingenii sui doctrinaeque monumenta, id quod ex indice librorum eius ab Hieronymo

[1] De nominibus Lactantii, de quibus etiam Fritzschius in prima pagina editionis suae scripsit hoc: 'Quae nomina Lactantio fuerint, aegre dixeris', cum in his Prolegomenis agere uoluissem, postea eam quaestionem, ne Prolegomena modum excederent, cum disputatione qua totam uitam Lactantii persecutus sum coniunxi, '*Ueber das Leben des Lactantius*', *Sitzungsberichte der Kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, Philos.-histor. Classe, Band CXX (1890), Abhandlung 5, p. 2 ss. 42.* Hoc loco unum tamen monendum uidetur, controuersiam maxime ad nomen gentile Lactantii spectare eo excitatam, quod Baluzius cum librum De mortibus persecutorum *Lucii Caecilii* inscriptum Lactantio tribueret, eidem etiam nomen *Caecilii* tribuendum esse putauit: quam rationem nihil ualere facile est ad intellegendum. Quaestio testimoniis codicum deciditur: gentile enim *Caelius* praebent antiquissimus codex (VI—VII saec.) Bononiensis in subscriptionibus librorum I. II. III. IV. VII. Institutionum, optimus Parisinus R 1663 (saec. IX) in inscriptione libri I (sed fortasse ab alia manu), in subscriptionibus librorum I. III. IV. V, bonus Parisinus S 1664 (saec. XII) in subscriptione libri III, Valentianensis 141 (saec. IX—X) in inscriptione libri De opificio dei, addendus autem est locus catalogi Bobiensis saec. X scripti: *libros II. Celii Firmiani Lactantii de opificio dei* (apud Beckerum, Catalogi bibliothecarum antiqui p. 67 n. 220. 21); formam *Caecilius* contra habent Montepessulanus 241 (X saec.) in inscriptione libri I a manu recentissima in rasura, et in subscriptione libri VI, deinde Parisinus P 1662 (saec. IX) in subscriptionibus librorum I. VII (sed CI fortasse a manu altera additum est) Institutionum, De ira dei et De opificio dei (p. 730, 14), in inscriptione libri II Institutionum: sed Parisini P auctoritas minime conferri potest cum fide Bononiensis uel Parisini R, multo uero minus ponderis Montepessulanus habet. Accedit quod nomen *Caecilius*, cum haud paucos ecclesia catholica Caecilios uel Caecilias ueneretur inter sanctos, librariis multo familiarius erat quam *Caelius*, cuius nominis unus sanctus Coelius Sedulius est.

De uir. inlustr. 80 composito apparet, plurima et diuersissima reliquisset, tamen nullis magis comprobatus est iam antiquorum hominum iudicio quam eis libris qui Diuinae Institutiones[1], De opificio dei, De ira dei inscribuntur. Hos omnes eximiis laudibus Hieronymus ornauit[2], maxime autem Institutiones: quae iam cum Lactantius etiam uiuebat, adeo placuerunt Pentadio cuidam, fratri fortasse illius, ut is auctorem precibus adiret, ut earum sibi faceret epitomen. Eaedem ab Augustino diligenter lectae et adhibitae sunt neque deerant alii, uelut Lucifer Calaritanus, Pacianus Barcinonensis, Rufinus Aquileiensis, Orientius et Saluianus Galli, Isidorus Hispalensis, qui uel ex 'fluuio eloquentiae Tullianae', qui fuisse Lactantius Hieronymo[3] uidebatur, hortos suos hortulosue irrigarent, uel ex copiosa doctrina tam humana quam diuina eius uiri libros suos ornarent atque augerent, quem Cassiodorius[4] locum quendam Augustini explanans ut unum ex illis praedicat, qui 'saecularibus litteris eruditi et in lege domini permanentes ad ueram sapientiam peruenerint.' Quare illos libros, quibus etiam Epitome illa ut breuior maioris operis editio addita est, iam antiquo tempore saepius descriptos esse quam ceteros a Lactantio compositos non est mirandum: qui etiam in corpus decem librorum, quod etiamnunc in codice antiquissimo Bononiensi et in Parisino quodam extat, redacti sunt. Codices autem eiusdem cuius Bononiensis est aetatis (saeculi VI uel VII) integros non alios habemus: nam codex Sangallensis rescriptus ualde mutilatus est, ex Floriacensi autem pauca De opificio dei libri fragmenta supersunt. Sed ut ceteri libri a Lactantio scripti

---

[1] Hanc esse ueram tituli formam, non alteram illam *Institutiones Diuinae* saepius ab editoribus usurpatam Lactantii ipsius testimoniis (cf. ad p. 1, 2) demonstratur.

[2] Veterum de Lactantio testimonia in calce alterius partis huius editionis subicientur.

[3] Epist. LVIII, 10 ad Paulinum (I 324 B Vall.)

[4] De institut. diuin. litter. c. 28 (II 554 Garet.); locus Augustini est De doctr. Christ. II 61 (III 1, p. 42 F Maur.): nonne aspicimus quanto auro et argento et ueste suffarcinatus exierit de Aegypto ⟨Exod. 11, 2. 12, 35⟩ . . . . Lactantius?

paulatim in obliuionem uenirent fortasse eo maxime effectum est, quod non solum multa continebant quae uersarentur in disciplinis humanae scientiae, sed etiam ea quae a doctrina ecclesiae Christianae nimis abhorrere uiderentur. Quid quod ne Hieronymus quidem, laudator idem ille Lactantii studiosissimus, sententiam quandam quam ille in epistulis ad Demetrianum scriptis de sancto spiritu protulerat, 'detestandam' appellare ueritus est[1]? Itaque alia illa scripta, quorum quaedam fastidiosis lectoribus etiam ipsa magnitudine molesta erant[2], non diu mansisse uidentur. Probatiorum contra illorum Lactantii librorum memoria ne medio quidem quod appellatur aeuo nimis obscurata est. Nullo modo quidem, si ueterum bibliothecarum catalogos perlustramus, numerum codicum Lactantii cum infinita multitudine codicum Hieronymi Augustini Ambrosii aliorum comparare possumus, atque etiam Iulianus, qui saeculo duodecimo bibliothecarius monasterii Floriacensis erat, ut infra in codice nunc Parisino 1663 (R) describendo ostendetur, Institutiones Lactantii raro inueniri queritur, ut uix tandem in monasterio quodam reppererit: sed tamen libros qui quattuor illa opera Lactantii uel omnia uel singula uel partes eorum continent post septimum saeculum et ante tertium decimum scriptos non paucos aut ipsos habemus aut fuisse olim certis testimoniis scimus: numerantur enim uiginti quinque fere, de quibus uiginti fere extant. Atque fuerunt etiam medio aeuo qui scriptis Lactantii delectarentur atque orationis et sententiarum flosculos ex eis delibarent[3]. Maxime uero inde

---

[1] Epist. LXXXIV 7 ad Pammachium et Oceanum (I 524 D Vall.). — Etiam Gelasius papa in decretali De recipiendis et non recipiendis libris (a. 495 uel 496) scripta Lactantii inter 'apocrypha' rettulit, quod repetiit Hormisdas papa (a. 520); cf. Epistolae Romanorum Pontificum genuinae rec. Thiel (1868) I p. 467. 937.

[2] Damasus ad Hieronymum, in Epistolis Hieronymi XXXV (I 157 B Vall.): Fateor quippe tibi, eos quos mihi iam pridem Lactantii dederas libros ideo non libenter lego, quia et plurimae epistolae eius usque ad mille spatia uersuum tenduntur et raro de nostro dogmate disputant.

[3] Ionam episcopum Aurelianensem appellat A. Ebert, *Allgemeine Geschichte der Litteratur des Mittelalters im Abendlande II (1880) p. 229,* duos locos libri sexti Diuinarum Institutionum Ionas De institutione laicali

a saeculo quarto decimo, postquam studia litterarum antiquarum ad nouam uitam resurgere coeperunt, Lactantii honor atque auctoritas crescebat. Consentaneum est enim huic potissimum aetati carum atque acceptum fuisse eum quem elegantia et ubertate sermonis latini, quo accederet uiua antiquitatis cognitio et ampla scientia ueterum scriptorum et poetarum, nemo inter antiquos illos adaequaret quos ecclesia haberet insignes arte scribendi. Itaque primum numerus librorum manu scriptorum Lactantii saeculis quarto decimo et quinto decimo ad mirificam multitudinem auctus est. Ducenti fere uiginti codices illius aetatis appellari possunt qui Institutiones continent, in maiore eorum parte etiam libri De opificio dei et De ira dei additi sunt. Prior liber in centum quinquaginta fere codicibus, alter in paulo pluribus inuenitur; Epitome raro illis saeculis descripta est ac plerumque cum ceteris Lactantii libris coniuncta. Deinde quam praecipuo in honore Lactantius ea aetate cui a renascentibus litteris nomen inditum est, a uiris doctis habitus sit, luculentis quibusdam testimoniis ostenditur. Franciscus Petrarcha[1] 'exundantem lacteo torrente

---

II 4. III 15 (in Spicilegio Lucae d'Achery 1 [1722] p. 281. 317) nomine Lactantii addito adfert; Ioannem Sarisberiensem Lactantium nonnumquam imitatum esse obseruauit Buenemannus in Praefatione editionis Lactantii (quarta post a 5 pagina) eosque locos interdum in adnotationibus commemorat; apud Vincentium Bellouacensem multi loci Lactantiani inueniuntur, ex Speculo naturali quidem duos tantum dat Fabricius in Indice scriptorum in Vincentii Bellouac. Speculo nat. laudatorum, quem exhibuit in Bibliothecae Graecae uol. XIV (Hamb. 1754) p. 118, sed in Speculo doctrinali plurimi sunt, sextum tantummodo eius librum percurrens uiginti fere numeraui. Locum quendam Lactantii imitatum esse auctorem uitae S. Lamberti Buenemannus p. 507 adn. c ostendit. De Sedulio Scoto, qui plerosque locos graecos ex Lactantio excerpsit, capite III inter expilatores Lactantii dicetur. Inueniet plura sine dubio apud medii aeui scriptores uestigia lectionis Lactantianae qui in hanc rem inquiret, sed ad uerba Lactantii constituenda ei loci, cum tot tamque antiquos codices habeamus, nihil conferre possunt.

[1] De otio religiosorum lib. II (Opera omnia, Basil. 1554, p. 363). Hunc et similes Petrarchae locos, praeterea alia recentiorum testimonia editores Lactantii, uelut Isaeus p. XIIII, Gallaeus (altera ante fol. **2 pagina), Le Brun-Lenglet I p. XXIII adferunt.

Lactantium' splendidissimis laudibus celebrauit, ardentissimis uero studiis eum amplexus est Leonardus Aretinus, cui qui legeret illius libros, 'eorum suauitate quasi ambrosia et nectare imbui' uidebatur[1]. Atque cum censor acerrimus Lactantii theologi extitisset Antonius Raudensis ordinis Fratrum Minorum, qui a. 1433 'De erratis Lactantii dialogos tres' edidit Eugenio IV papae dedicatos, et Adamus quidam monachus Genuensis acerbis uersibus hominem ut elleboro curandum exagitauit et Franciscus Filelfus obtrectatorem illum epistula ad eum data 'infesto quodam atque inimico afflatum spiritu' uideri dixit, quod 'in uirum illum doctissimum atque disertissimum tam insolenter, tam iniuriose, tam impie inuectus esset'[2]. Hos uero etiam exsuperat Ioannes Franciscus Picus Mirandulanus, qui cum dicit: 'Quis apud nos non uideat esse Ciceronem, sed Christianum, hoc est aliquem qui eum ad lineam unguemque expresserit? quis enim non aduertit Lactantium Firmianum aequasse ipsum et forte praecelluisse in eloquendo'?[3] — quo loco primum Ciceronis Christiani nomen occurrere uidetur —, uel hoc dubitandum esse existimat, utrum ille an Cicero praestantior fuerit eloquentia: hanc sententiam etiam fidentius alio loco pronuntiauit[4]. Alia quoque proferri possunt[5] quibus quan-

---

[1] De studiis et litteris, in corpore inscripto *Sammlung selten gewordener paedagogischer Schriften des 16. und 17. Jahrhunderts* ed. Israel fascic. 6 (Zschopauiae 1880) p. 5.

[2] Hanc controuersiam praeter Lactantii editores Le Brun-Lenglet I p. VII enarrat G. Voigt, *Die Wiederbelebung des classischen Alterthums I[2] (1880) p. 512.* Partes quasdam trium dialogorum Antonii Raudensis, qui nonnullis in recentioribus codicibus Lactantii adiecti sunt, e codicibus Parisinis edidit G. F. H. Beck, De Orosii historici fontibus et auctoritate et de Antonii Raudensis aliquo opere inedito, Dissert. Marburg. 1832, p. 9 ss. Singula errata per tres libros enumerata iam editioni principi Lactantii (1465) praefixa sunt hac cum inscriptione: 'Lactantii firmiani errata q̄bus ip̄e deceptus est. per fratrē Antoniū Randensem *(sic)* theologum collecta et exarata sunt.'

[3] De studio diuinae atque humanae philosophiae, lib. I c. 7 (Opera omnia Io. Franc. Pici Mirandulae, Basil. 1573, p. 21).

[4] Epistol. lib. III 7 (ibid. p. 1334).

[5] Digna etiam est quae legatur Betuleii (ed. 1563, fol. b) 'Praefatio: Qua disputatur, utrum Lactantiana scripta recte in Scholis iuuentuti praelegi, et enarrari conueniat, contra Lactantiomastigas instituta.'

topere illi aetati Lactantius cordi fuerit ostendatur, sed breuitatis causa omitto. In tanto autem Ciceronis Christiani cultu uix mirandum est quod postquam ars libros typis describendi est inuenta, inter primos libros nouo illo artificio in Italia confectos ipse Lactantius fuit a. 1465 in monasterio Sublacensi editus. Hanc editionem tot aliae secutae sunt — usque ad finem illius saeculi iam quindecim fuerunt —, ut Moehlerus, qui fere centum duodecim extare dicit, non alium scriptorum ecclesiasticorum saepius editum esse adfirmet *(Patrologie,* 1840, p. 931). Pleraeque saeculis sexto decimo et septimo decimo prodierunt, pauciores, sed eo laudabiliores octauo decimo: quo, cum antea editores neque satis operae codicibus aut congerendis aut perpendendis dedissent neque de sermone Lactantii diligentius quaesiuissent neque quid coniectura in emendandis illius scriptis profici posset fortius temptauissent, his in generibus Lactantio plenius ac rectius consultum est. Inuenta est etiam tota Epitome Institutionum, cuius antea minor tantum pars nota erat. Nostro saeculo, cum diu studia Lactantiana fere iacuerint, etiam minor est numerus editionum atque hae ipsae paene totae a prioribus pendent. Quod reliquum erat maximeque necessarium, ut contextus Lactantii ad fidem antiquissimorum optimorumque codicum redigeretur, id huic editioni propositum erat.

Adumbrauimus extremis lineamentis historiam librorum Lactantii: iam eo transeamus ut quaestiones singulas quae ad Diuinas Institutiones et Epitomen earum hoc in uolumine editas spectant persequamur eas dumtaxat, quae in exponendis rationibus criticis et in describendis subsidiis emendationis uersantur. Cuius disputationis partes erunt tres: I. De codicibus Diuinarum Institutionum et de Institutionibus, libris De ira dei et De opificio dei, Epitome Institutionum in unum corpus compositis; II. De codicibus Epitomae; III. De rationibus criticis in locis aliorum apud Lactantium scriptorum adhibendis et de auctorum et expilatorum Lactantii ad uerba eius constituenda usu. De editionibus Lactantii in Prolegomenis alterius partis dicetur.

CAPUT I.

DE CODICIBUS DIVINARUM INSTITUTIONUM ET DE INSTITUTIONIBUS, LIBRIS DE IRA DEI ET DE OPIFICIO DEI, EPITOME INSTITUTIONUM IN UNUM CORPUS COMPOSITIS.

Plures codices Lactantii recensuerunt editores Isaeus (Caesenae 1646) p. X, Gallaeus (Lugd. Bat. 1660) fol. **4[b], Buenemannus (Lipsiae 1739) in Praefatione (fol. ante b), qui quinquaginta duos enumerat, Le Brun et Lenglet (Parisiis 1748) uol. I p. XXVII, a quibus octoginta fere commemorantur, inter quos Parisini et Vaticani satis accurate descripti; quae Le Brun et Lenglet exposuerunt, I. P. Migne, qui illorum editionem repetiit, descripsit, Patrolog. tom. VI (Lactantii tom. I. 1844) p. 94 ss.; praeterea Nicolaus Le Nourry, Apparatus ad Bibliothecam Maximam Veterum Patrum tom. II (Parisiis 1715) p. 645 ss. 'De uariis librorum Lactantii manuscriptis codicibus' egit. Qui de singulis uel paucis codicibus dixerunt, si opus erit suo loco nominabuntur[1].

Codices qui huius editionis pro fundamento sunt, antiquissimi omnium et certissimi, sunt hi:

Codex Bononiensis membranaceus n. 701 (olim 559), altus B 29, 5, latus 25, 5 centim., nunc Bononiae in bibliotheca Uniuersitatis, antea in monasterio S. Saluatoris, nisi quod inter codices ex territorio papae a Gallis a. 1798 abreptos Parisiis fuit usque ad a. 1815, quo anno eum Bononiam relatum esse recuperator pontificalis in folio codici praefixo testatus est. Codex VI uel VII saeculo scriptus usque in folium 221[a] Institutiones Lactantii continet, sequuntur 'De ira diuina liber VIII.' usque in fol. 246[a], 'De opificio diuino lib. VIIII.' usque in

[1] Quando, ubi, quo consilio Institutiones a Lactantio compositae sint quaeque illis intercedant cum ceteris eius libris rationes partim enarraui in commentatione p. VII adn. 1 nominata *Ueber das Leben des Lactantius* p. 30 ss., partim in proxima enarrabo quae inscribetur *Ueber die Entstehungsverhältnisse der Prosaschriften des Lactantius.*

fol. 269[a], ubi incipit extrema inde a cap. 51 [56] pars Epitomae 'Epitomen *(sic)* libri septimi liber X' inscripta. In postremo folio 283 a manu eiusdem aetatis disputatiuncula theologica adiecta est hunc titulum prae se ferens 'Incipit de Abrahae filium' (sic). Constitit codex olim ex XXXVIII fasciculis, exceptis ternionibus nunc XX. XXXVII et binione XXVIIII, quaternionibus, quorum numeri postremis fasciculorum foliis in dextro angulo inferiore inscripti sunt; unus ternio XXXVII numero caret. Desunt tamen prima duo folia primi quaternionis (usque ad Instit. I 2, 2 [p. 6, 16]) et cum eis duo extrema (Inst. I 5, 23 [p. 17, 13] — 6, 15 [p. 23, 16]), ita ut primus qui nunc extat quaternionis numerus sit II, in folio nunc 12 inscriptus. Deinde post hoc folium 12 totus quaternio intercidit (Inst. I 11, 55 [p. 46, 18] — 18, 2 [p. 67, 19]): quod damnum, iam antequam numeri quaternionum adderentur, etiamsi a manu antiqua scripti sunt, fecisse codicem inde apparet, quod nihilo minus folium quod nunc est 20, numerum quaternionis III habet. Praeterea inter folia nunc 188 et 189 unum excisum est (Inst. VI 24, 27 [p. 576, 19] — 25, 11 [p. 579, 11]). His de lacunis cum propter antiquitatem illam numerorum quibus quaterniones signati sunt, certum sit tertiam iam a. 1570 in codice fuisse, tum idem de prima et altera et fortasse etiam quarta coniectura effici potest, sub a. 1750 autem quattuor illis locis codicem mutilatum fuisse certo testimonio constat: quod infra p. XVI adn. 1. ostendetur. Numeri foliis per totum codicem inscripti ad saeculum XVIII referendi uidentur. Non paucis in foliis loca detrita uel perforata sunt, ut lectio eorum aut parum certa aut nulla sit. Codicem hunc antiquissimum commemorauerunt uel descripserunt Leo Allatius, In antiquitatum Etruscarum fragmenta ab Inghiramo edita animaduersiones (Romae 1642) p. 62, Le Nourry l. c. p. 645 cum specimine scripturae, Montfaucon, Diarium Italicum (Paris. 1702) p. 409, et in Palaeographia Graeca (Paris. 1708) p. 222, utroque loco cum imagine alphabeti graeci et latini codicis (repetita a Buenemanno ad p. 1220 editionis), Blume, Iter Italicum II (1827) p. 161, Fleck, *Wissenschaftliche Reise durch das südliche Deutschland, Italien* . . . (Lips. 1837) uol. I. fasc. 1 p. 101, Silvestre et

Madden, *Universal palaeography* (Londin. 1850) vol. I p. 299, specimine codicis tabula 111 addito; uidit codicem etiam Ioh. Ioach. Winckelmann a. 1755: cf. epistulam eius quae est in editione epistularum eius Berolinensi (a. 1824) uol. I p. 129. Reifferscheid in Bibliotheca Patr. Lat. Ital. nullos omnino codices Bononienses nominauit. Primus Michael Thomasius perpaucas eius lectiones in editione sua anni 1570, repetita a. 1587, partim in margine partim in notis, sed non satis accurate descriptas uulgauit. Post Thomasium Isaeus, qui Lactantium Caesenae 1646 edidit, codicem inspexit: hoc minus ex eis quae p. X nimis obscure dicit quam inde cognoscitur, quod in Variis lectionibus p. XXVII ss. et in Notis p. 253 ss. multo plures ex illo quam Thomasius lectiones profert; ex Thomasio tamen lectiones quasdam Isaeum transcripsisse singularium interdum errorum consensu apertum est. Sed eae quoque lectiones quas addidit Isaeus, minime omnes recte ab eo traditae sunt. Multo plures quam Isaeo lectiones huius codicis et recentioris cuiusdam Bononiensis praesto fuisse Ioanni Le Brun Nicolaus Lenglet Dufresnoy, qui editionem ab illo incohatam absoluit, in Elencho manuscriptorum codicum (edit. I p. XXVII) 'a Latino Latinio in ora sui Lactantii notatas' dicit, se ipsum autem ex bibliotheca S. Genofeuae Parisiensis habuisse autographum Latinii, qui tamen non ipse contulisset Bononienses, sed uarias lectiones a Michaele Thoma Taxaquetio accepisset. At Lenglet in editione multo pauciores quam Isaeus profert lectiones antiqui Bononiensis, nonnullas uero plane et a uera eius memoria alienas et congruentes cum Thomasii uel Isaei lectionibus. Noua deinde collatione codicis usus est Eduardus a S. Xauerio, qui Lactantium quattuordecim uoluminibus Romae 1754 ss. edidit, a Michaele Angelo Monsacrati post a. 1746 tam accurate, ut Eduardus uol. I p. 14 ait, confecta, 'ut ne leuissimi quidem apicis uariationem in aduersariis suis uberrimis dimiserit inobseruatam': at quamquam 'sibi uni thesaurum istum non esse seruandum, sed publico donandum usui' dicit, tamen numerum tam exiguum lectionum codicis praebet, ut aut ipse promus tenacissimus earum copiarum appellandus sit aut ille condus neglegentissimus: sed fortasse Eduardus cum in opere ipso

codicem abundantibus illis laudibus quibus in Prolegomenis eum ornasset, minus dignum esse intellegeret, nimis parcus quam nimis largus esse maluit. Editores quidam Lactantii cum eis quae uel Thomasius uel Isaeus ut e Bononiensi excerpta proposuerant, fidem haberent, interdum etiam in lectionibus ab illis falso traditis auctoritate codicis tenebantur, ut neque ipsi libere recteque de eis locis iudicare possent et errores usque ad nostram memoriam propagarent[1]. Quo magis neces-

[1] Nonnumquam plane falsa tradit de codice Bonon. Thomasius fortasse eo, quod lectiones huius et recentioris cuiusdam Bononiensis, cuius in Praefat. fol. A 5[b] mentionem facit, in notis autem paucas lectiones adfert, confudit, in Isaei autem testimoniis id reprehendendum est, quod non potest discerni utrum ille littera B, qua p. X Bononiensem antiquum signat, hunc solum appellet an etiam recentiorem Bononiensem, quem eodem loco statim post antiquum commemorat. Accedit quod Isaeus interdum etiam ea repetit quae Thomasius perperam ut de antiquo Bonon. tradit. Etiam multo maior perturbatio apud Parisinos Le Brun-Lenglet deprehenditur, qui non solum quae Thomasius falso rettulerat de antiquo Bononiensi descripserunt, sed etiam ex Isaeo littera illa B adducti saepe peruersa in adnotationes suas transtulerunt, quae ipsi pro uera antiqui codicis memoria uenditabant. Quid uero manus prima, quid altera aut tertia scripserit, quod maximi momenti est, omnes editores illi prorsus neglegere solent. Sed diximus ante (p. XIV) de quattuor illis lacunis codicis B: his locis deficere codicem cum Ed. a S. Xauerio uol. IV p. 1 adn. a; p. 75 adn. c; p. 187 adn. b; IX p. 296 adn. b testetur, sub a. 1750, quo tempore collatio facta est, eum iam mutilatum fuisse apparet. Prima duo folia iam Thomasium non uidisse existimo propterea, quia ille nullam ex duobus primis foliis lectionem adfert; neque magis adfert Isaeus. Nam quod Parisini ad p. 2, 18 'Bonon.' testem lectionis cuiusdam adhibent, fieri potest ut is alter Bononiensis sit. Ex altera deinde parte quae nunc deest, I 5, 23—6, 15, Thomasius nota 3 lectionem quandam ita infert, 'habet alter ex codicibus sancti Saluatoris', sed id certo paene indicio est eum hoc loco recentiorem codicem significare: antiquum enim sine ambiguitate nominasset. Ne Isaeus quidem ex hac parte quicquam habet. Videamus iam de toto illo quaternione qui deest. Ad locum p. 47, 23 nostrae editionis Thomasius n. 12 habet: '*In caelum quod nominatur]* sic legitur in codice antiquo, alter codex sancti Saluatoris habet *in caelum quod nunc nos uocamus*', quod more suo repetit Isaeus p. XXVIII. Sed plane incredibile est illam lectionem Thomasium e codice etiam integro sumpsisse. Nam non solum ex tanta parte libri I quae fuit in illo quaternione perscripta nullam aliam lectionem proponit, sed etiam numeri quaternionum a manu non prima

saria erat accuratissima huius uetustissimi codicis collatio: quam a Carolo Zangemeister, cum id mandatum ab Academia Vindobonensi accepisset, ea quam adhibere solet diligentia et sollertia a. 1864 factam hac in editione proponimus. Locos quosdam codicis etiam O. Guerrini, praefectus bibliothecae uniuersitatis Bononiensis, B. Keil, C. Schumacher a me rogati inspexerunt.

Singulae[1] paginae codicis binas columnas continent tricenorum ternorum uersuum; initium columnae littera maiore insignitum B[1]

illa quidem codicis, at antiqua tamen additi iam uetus id damnum esse produnt. Quod Parisini (ad p. 52, 14; 56, 11) in eadem illa parte '2. Bon.' testes producunt, nihil curo. Restat quarta illa lacuna unius folii post folium quod nunc est 188 excisi. Thomasius in notis nullam lectionem adfert quam in illo folio fuisse necessarium uideatur, Isaeus autem p. XXXXV lectionem quam ceteri nostri codices praebent *de intimo pectore* (p. 577, 2 editionis nostrae) ex B confirmat, sed eadem pagina in B pro *consecrandus est* (p. 578, 5) *consecrandum est* et pro *quid sit deus* (p. 578, 7) *quis sit deus* legi tradit; Parisini utrumque repetunt ad p. 508, 9. 11. Possis suspicari post Isaeum demum unum illud folium subtractum esse fortasse ab homine nequam qui codicis tam uetusti specimen particulamque habere uellet: tamen haec coniectura incerta est. Mirum est enim tres illas lectiones *pectore, consecrandum, quis* a Thomasio etiamsi non in notis commemorentur, in margine tamen eis locis p. 380 adscriptas esse. At quae in margine Thomasius adiecit, plurima, sed minime omnia ex antiquo Bononiensi, fortasse etiam ex recentiore Bononiensi excerpta sunt uel aliunde sumpta: uelut antiqui Bononiensis non sunt lectiones in margine Thomasii additae p. 53 *sequi quid necesse est* (p. 75, 24 nostrae ed.), p. 55 *Sterculus* (p. 77, 20), p. 63 *Fantam* (p. 89, 13), p. 65 *pronepotem* (p. 92, 16). Deinde p. 378 in margine Thomasii est *qua exhortationes suas* (p. 573, 16, deest in codice B *qua*), nota 154 autem hoc habet: '*qua exhortationes suas Seneca]* legendum est ex antiquis codicibus'; Isaeus p. XXXXV scribit '*qua exhortationes suas* etc.] B.', Parisini ad p. 504, 18: '2. Bonon. . . *Qua exhortationes suas.*' Hic Isaeum et Parisinos putauisse lectionem marginis Thomasii ex antiquo Bonon. sumptam esse manifestum est. Itaque fieri potuisse concedendum est, ut Isaeus et Parisini marginem Thomasii secuti illas tres quoque lectiones ex codice B petitas esse crederent. Sequitur ut quod Isaeus illas lectiones codicis B esse dicit, id minime pro certo testimonio habendum sit quo demonstretur eum ipsum folium illud quod nunc deest etiam uidisse.

[1] B^1 significat primam, B^2 alteram, B^3 tertiam manum codicis; eadem ratio in ceteris codicibus adhibita est.

est. Litterae unciales sunt quae appellantur: quarum specimen optimum Siluestre l. c. dedit. Scriptura continua est, nisi quod uerba interdum aut punctis (uelut p. 88, 4 *dea. egeria*), id quod raro et in prima tantum parte codicis occurrit, aut hoc signo ' discernuntur, quod per posteriores libros Institutionum in locis poetarum maxime ad exitus uersuum significandos interponi solet (p. 442, 8—10. 455, 1 ss. 495, 1 ss. 499, 21. 650, 7 ss.). Enuntiata in extrema tantum codicis parte librarius spatiis quae in uersibus ipsis relinquebat disiunxit, capita autem orationis, interdum etiam locos aliorum scriptorum a Lactantio adlatos, maxime autem graecos ita distinxit, ut et in initiis et post exitus eorum nouos uersus inciperet. Per eos locos etiam uersus ab initio breuiores esse solent. Contignationes litterarum non multae sunt atque eaedem fere quae aliis in codicibus illius aetatis occurrunt, compendia scripturae sunt paucae, B· et q· pro *-bus* et *-que*, deinde ¯ lineola, qua tam *m* quam *n* littera significatur: qua ambiguitate fit ut in uocibus compositis sit dubium utrum librarius *m* an *n* intellegi uoluerit[1]. Sed haec lineola in ipso fine uel sub finem uersuum, perraro intra uersus inuenitur. Praenomina romana plena scribi solent. In locis graecis scribendis librarius per magnam codicis partem rubro, non atramento usus est. Locos graecos autem postea insertos esse ostenditur et eo, quod nonnumquam spatia ampliora sunt quam ut uerbis graecis expleantur, et eo, quod etiam spatium prorsus uacuum est (p. 166, 4). In scriptura graeca memorabilis est forma litterae Δ: nam praeter hanc formam non solum haec ꝺ est, sed etiam tertia ◊; ita eam descripsit Zangemeister. Quare cum Montfaucon ll. cc. (cfr. supra p. XIV) etiam has tradat ⟡ ⋗, casu tantum eas in codice, cum lineolae longius producerentur, ortas esse existimauerim[2]. Locis graecis septimi libri Institutionum interpretationes latinae a manu prima in margine additae sunt (p. 625, 6; 626, 6; 637, 1 al.), perraro ab eadem manu in aliis partibus codicis

---

[1] Eis locis scripturam codicis in apparatu critico expressimus.

[2] Montefalconium sequitur Wattenbach, *Anleitung zur griechischen Paläographie*[2] (1887), in litterarum descriptione p. 5.

uel in margine (p. 167, 7) uel intra uerba Lactantii ipsa (p. 13, 16), saepe in his partibus a manu tertia (p. 23, 18, quem ad locum Zangemeister 'plerumque' a manu posteriore latina adiecta esse adnotauit; aliis locis posteriorem illam manum indicat tertiam esse correctricem, p. 166, 7. 9. 13; 319, 9).

In rebus orthographicis codex saepe antiquiorem rationem, qua sine dubio Lactantius ipse usus est, seruauit: quare in genere orthographico ubicumque fieri posset codicis B potissimum auctoritatem me sequi par erat. Sed etiam multis uitiis scriptura deformata est qualia uel neglegentia uel inscientia atque locutio uulgaris gignere solent, maxime in libro VI Institutionum tanta est incuria leuitasque, ut alium librarium scripsisse paene conicias. Nos in hac editione ubi codicem B non in uerbis Lactantii ipsis scribendis expressimus, uarietatem scripturae proposuimus in apparatu critico, ita tamen ut genera quaedam semel indicauisse satis haberemus, nihilo minus in eis locis aliorum scriptorum quae ab uno Lactantio seruati sunt, uelut in uersibus Lucilii, interdum etiam aliis in locis, ubi opus esse uidebatur, uarietates scripturae codicis accurate exhibuimus. Praeterea in Epitomae parte hoc in codice seruata fieri non poterat quin totam uarietatem orthographicam etiam cum correctionibus manus 2 uel 3 proponeremus: nam cum orthographia codicis Taurinensis, qui longe maiorem partem Epitomae unus continet, diligentissime esset perscribenda, ubi ad posteriorem partem etiam codicibus B et Parisino P traditam peruenimus, non poteramus aut accuratam illam Taurinensis descriptionem omittere aut aliorum illorum codicum res orthographicas uel leuiores neglegere: alterutrum si factum esset, lectores in errorem inducerentur. Iam ut non ad omnia, sed ad quaedam genera enumeranda transeamus, rem ita instituemus, ut non separatim ea tractentur quae plane peruersa ac plebeia sunt, et ea quae iam antiqua aetate etiam doctorum in usu fuerunt (uelut *adque adquin aliut illut),* sed ut coniuncta ordine alphabetico proponantur.
Atque ut a uocalibus incipiamus, nihil frequentius est quam uocalis *e* et diphthongi *ae* permutatio: quod uitium cum saepissime occurrat,

minime omnibus locis indicauimus. Quo magis hoc loco exempla quaedam proponenda sunt, primum eorum uerborum in quibus a prima manu *ae* pro *e* positum est: *aeclesia* 396, 15; *aedat* 520, 10; *aeloquentiae* 104, 2; *aelysios* 489, 5; *aepulae* 83, 7. 84, 24 et saepius; *aetiamsi* 178, 1; *aeuoris* 748, 22; *aliaenus* 109, 5. 133, 16; *baeate* 214, 8; *caedere* 78, 10 et saepius; *caelare* saepius; *caelebrare* 39, 10 et saepe; *daeam* 432, 19; *faecundis* 16, 19; *faetus* 80, 17; *graeges* 170, 17; *adgraegauit* 27, 6; *segraegare* 370, 4; *graemium* 16, 20; *haebetes* 219, 2 (cf. ad h. loc.); *interpraetari* 42, 9. 389, 15. 391, 6; *laeuis* et *laeuitas* 241, 17. 254, 6. 256, 13; *paecuniam* 73, 2; *paenitus* 452, 16; *paenuria* 161, 20; *praeces, praecari* paene constanter; *praehendere* cum compositis paene constanter; *praemere* saepe; *praetium, praetiosus* saepe; *quae* pro *-que* saepe; *quaeri* saepe; *spraeuerunt* 308, 4; etiam pro *amoenus* est *amaenus* 485, 17. 486, 1. In terminationibus: *idae* 86, 3; *lucae* 143, 7; *perniciae* 456, 1; *speciae* 40, 2; *magnae* 327, 1; *palpitarae* 180, 5; *reliquaerunt* 204, 21; saepe in aduerbiorum terminatione: *argutae* 241, 4; *cautae* 428, 12; *copiosae* 7, 10; *dispositae* 233, 9; *maximae* 566, 23; *nefariae* 431, 3; *nudae* 196, 15; *occultae* 165, 5. 167, 4; *publicae* 76, 6. 427, 17; *rabidae* 436, 15; *saepissimae* 13, 12; *sanae* 214, 4; *stultae* 67, 23; *inpunae* 229, 15; etiam *caeciderunt* 350, 13; *caecinerunt* 362, 13. Vix minus saepe *e* pro *ae* scriptum est, rarius tamen in stirpibus quam in terminationibus: *eger* 233, 17; *cedere* interdum; *cementa* 141, 11; *demones* saepissime, cf. ad 163, 8; *eque* 126, 19; *coequari* 102, 12; *esculapius* 126, 20; *ethneae* (i. e. *aetnae*) 83, 3; *hebrei, iudei* saepe; *herere* paene constanter, pariter in compositis; *hereses* 394, 12. 396, 14; *lacedemon* 76, 19. 21; *leua* 489, 7; *museus* 85, 20; *lesis* 379, 21; *palestram* 35, 2; *penitentia* 304, 2; *pene* saepe; *pre-* saepissime in compositis, constanter fere *presto, prestare*; *querere* saepe, pariter in omnibus eius formis et in deriuato *quaestio*; in terminationibus: haud raro in genetiuo et datiuo sing. et nominatiuo plur. primae declinationis; *hec* interdum; *que* pro *quae* saepissime. Saepe *e* et *i* permutantur, omnes loci in apparatu descripti sunt. Exempla sunt haec: in stirpibus uerborum *e* pro *i* est: *arteficio* 141, 14; *exterpabit* 575, 19; *inliceant* 169, 8; *palleo* 161, 8; *retenaculis* de opif. 7, 1; *sterelis, sterelitas* 151, 8. 206, 4. 302, 4; *trismegestus* 138, 8. 286, 13; *ueredicos* 179, 19; in terminationibus rarius: 101, 19. 111, 8. 144, 6. 200, 16. 463, 17 s. 484, 15. 502, 18. 505, 4. 9 al. Contra *i* pro *e* est in stirpibus: *adimisti* 411, 2; *disperatos* 426, 11; *efficerit* 274, 13; *indelibile* 617, 15; *uiritatem* 337, 13; *uisica* de opif. 11, 20 bis; in terminationibus: *-i* pro *-e:* 88, 20. 172, 3. 341, 10. 476, 11. 507, 18. 508, 3 al.; *-is* pro *-es*: 162, 11. 168, 6. 171, 13. 249, 3. 431, 12. 445, 13. 498, 3 al.; praeterea *fugire* 497, 13. 20; *requiribant* 506, 3; *respondibit* 373, 10. Initio uerborum ante *sp* uel *st* adhaesit *i* parasiticum: *ispes* de ira 3, 2; *istoici* 412, 18. 543, 7. de ira 13, 10. 17, 12. 18, 13. *histoicos* 254, 12; *istringeret* de opif. 1, 13. Eadem ratio subest in *expectare, expectaculum* pro *spectare, spectaculum* 98, 1. 9. 104, 18. 211, 26. 282, 2. 561, 7 al. Raro pro *o* est *u:*

nungenti 285, 1. 407, 13; *rutundus,* cf. ad p. 255, 18. Interdum *o* pro *u: circumcorses* 527, 1; *forcam* 128, 5; *fructos* 486, 6; *notabundus* 486, 20. Duo *u* sunt: *siderum* 117, 21. Contra alterum *u* omissum est in *adfectum* 498, 10; *attribunt* 483, 5; *extingunt* 481, 5. Accedunt singularia haec: *profluuit* 119, 6; *guila* de op. 11, 6. 10.[1] In graecis littera *y* plerumque seruatur, perrara est *i* pro *y: autolicum* 93, 2; *cinosuris* 33, 22; uel *y* pro *i: bythynia* 403, 14. Rara etiam est *u* pro *y: fr*$\overset{y}{u}$*ges* 396, 5; *puxides* 222, 21. Venimus ad consonantes. Littera *b* in uerbi *scribere* formis uel deriuatis ante *s* uel *t* plerumque retinetur: cf. ad p. 14, 18. 42, 4. Non raro litterae *b* et *u* permutatae sunt; *b* pro *u*: *adiubet* 44, 1; *beneficus* 483, 14; *conlubione* 567, 7; *conserbant* 305, 6; *ebulsis* 545, 7; *fribolis* 104, 19; *libore* 342, 10; *nobis* 316, 9; *proterbos* 221, 19; *reuolbuntur* 539, 19; *uibamus* 575, 10; in formis uerbi: 494, 14. 505, 7. 572, 8 al.; *u* pro *b*: *aceruus, aceruitas* 12, 19. 368, 6. 380, 8 et saepius; *aeuoris* 748, 22; *uiuaculus* 87, 11; *ureuis* 523, 7; *deliuasse* 78, 2; *heuetatus* 482, 7; *laui* 485, 16; *prouitate* 485, 1; in formis uerbi: 32, 12. 182, 23. 184, 11 *(dauimus)*. 223, 2. 465, 5. 486, 12. 490, 7. 492, 18. 508, 3. 530, 10 al. In littera *c* haec commemoranda sunt. Pro *c* paene constanter *cc* est in *inbeccillus, inbeccillitas* (cf. ad 8, 2), rara est simplex *c* (598, 4. 745, 10); *zaccarias* est 327, 4, sed *zacarias* 325, 15; *zaccharias* 358, 11; *ambracchiotes* 238, 12; *cacchinis* 85, 2. Variant *c* et *ch* in uoce *sepulcrum,* cf. ad p. 44, 23. 362, 8; singulare est *sochiale* 515, 16; in uocibus graecae peregrinaeque originis: *achademici* 133, 7, *academici* saepius; *anacarsin* 259, 15; *arcipirata* 236, 1; *archensilas* 185, 13; *cloris* 73, 9; *coreb* 344, 4; *cristus* 324, 16; *cristiani* 406, 4; *crysippus* 237, 8. 656, 9, *chrysippus* 17, 1; *dicearcus* 608, 7, *dicearchus* 610, 10. 627, 2; *musichi* 627, 12; *scola* 221, 20. 224, 5, *schola* 222, 13; *stomaci* 412, 14. Hic apte adiunguntur quae praeterea de littera *h* dicenda sunt. Saepe defluxit: *coortentur* 463, 10; *exibere* 482, 18. 523, 4. 15; *ominis* 192, 17; *ortamentis* 463, 7; *ortensio* 484, 8; *ostiarum* 480, 2; *paretra* 455, 4; *triumpabit* 571, 3; *armoniam* 627, 12; *atleticam* 68, 10; *faetonte* 151, 11; *esiodus* 163, 18; *ieronymus* 191, 9; *tyrintius* 80, 4; in falsum locum migrauit interdum in graecis: *anthistenes* 16, 15; *aristharcus* 406, 22; *leuchotea* 82, 19; *phytagoras* 16, 10; *tethrarcae* 350, 5; perperam inductum est: *honerauerit* 490, 18; saepissime in *hii, hiis*; *filoctheta* 33, 11; *teuthaten* 79, 2. Littera *d* in *quidquid* constanter fere seruatur (cf. ad p. 8, 23), sed non minus constans est *quicquam*. Solitae deinde formae sunt *ad* pro *at* (cf. ad p. 8, 11), plerumque *adque* (cf. ad p. 7, 2), *adquin,* rarissimum est *atquin, atqui* non occurrit (cf. ad p. 12, 1); saepe *aliquit* (cf. ad p. 106, 3), *aliut* (ualde incon-

---

[1] Mirum est eandem formam esse p. 545, 1 in R: *guilae,* et p. 564, 4 in H: *guylae;* adde etiam *stranguilent* in R 427, 5. 559, 8, *stranguilassent* in H 559, 8: quibus in formis littera *i* ad casum referri non potest.

stanter, cf. 120, 1 s.), *aput, illut, istut,* interdum *quit* (cf. ad 84, 2), perraro *set.* Accedunt haec: *athibere* 536, 13; *athuc* 221, 3. 302, 16. 453, 6 sim. Forma *prodeesse* fere constans est (103, 9. 263, 25. 400, 13. 437, 6 al.), *prodest* est 573, 19. Valde uariant *f* et *ph* in uocibus graecis, quamquam saepius *f* quam *ph* legitur (cf. ad p. 6, 17); saepe tamen *philosophus.* Ut exemplum adferam, in capite 2 libri III Institutionum hae formae scriptae sunt: *philosophi* uel deriuata p. 179, 23. 180, 8. 21. 24. 181, 5; *philosofum* 180, 20; *filosophia* 180, 1; *filosofia* 180, 7. Rara est littera *g* in *neglegere* (193, 10. 480, 1), plerumque *c* mansit. Duplex *l* saepe est in *uellit*; deinde in *dilluuio* 160, 14. 517, 20; *dissolluit* 157, 17. Littera *m* saepe in fine uerborum defluxit: *declaratu* 498, 21; *disserendu* 494, 15; *exercitu* 498, 5; *exeundu* 571, 8; *inferoru* 487, 15; *praepositu* 488, 7; 42. 4. 120, 3. 128, 17. 364, 1. 372, 7. 384, 1. 385, 11. 420, 8. 421, 5. 484, 9. 486, 17. 504, 11. 505, 8. 509, 9. 529, 1 al. Contra non minus saepe more infimae latinitatis accusatiuus pro ablatiuo scriptus est: *a ueritatem* 170, 3; *cum pulcritudinem* 490, 1; *pro libertatem* 502, 10; *egeret auctorem* 14, 14; *probationem indigeret* 138, 1; *posuit in umorem* 16, 9; 115, 15. 223, 6. 274, 9. 282, 13. 369, 19. 424, 21. 488, 17. 507, 10 al. Litteram *n* habent *famonsissimam* 224, 2; *formonsum* 170, 20; *archensilas* 185, 13; *occansus* 505, 11. de ira 13, 5. Tum *n* pro *m* est: *iandudum* 86, 3; *inbres* 231, 23; *tenptauit* 446, 13; contra *m* pro *n*: *nom possum* (sed a m. 1 corr.) de opif. 6, 1; *forsitam* ante *beneficia* 743, 17; *forsam* 531, 6; *clamdestinus* 422, 7; *quorumdam* 191, 12. Littera *p* in omnibus formis uerbi *reperire* duplex scribi solet (cf. ad p. 5, 10), perraro simplex inuenitur. Irrepsit *p* in *contempnere* (206, 17. 210, 16. 248, 17); *uolunptas* 116, 16. 463, 21; *uolumptas* est 496, 16. 497, 6; omissum est in *adsumtio* 119, 21; *consumsit* 35, 21; *sumserunt* 109, 12; *contemtui* 395, 17. Pro *quu* plerumque *cu* seruatur (uelut *aecum* 429, 4, saepius *locuntur, relincunt, secuntur),* sed etiam *qu*: *antiqus* 42, 2. 313, 17; *equm* 457, 4; *iniqus* 106, 18; *loquntur* 254, 19; *sequntur* 72, 21. 258, 22. 380, 14. 480, 18. 501, 17. 567, 18; raro *quu* scriptum est: *antiquum* 313, 16; *loquuntur* 489, 5. 509, 11; *sequuntur* 501, 8. 507, 12; *locuuntur* est 524, 14. Littera *s* in eis uocibus quae e praepositione *ex* et uocibus a consonante *s* incipientibus compositae sunt, omitti solet, uelut in *execrabilis exequi exerere exilium expectare extare exultare;* raro seruatur: *exsecrabilis* 395, 19; *exsecratur* 160, 20; *exseras* 104, 3; *exsilium* 546, 10; *exsistere* 221, 13. 431, 22. Pro *s* scriptum est *x* in *sinixtrae* de opif. 10, 9, pro *x* autem saepe *cs: aspecserit* 512, 14; *depencsit* 508, 7; *exstincsit* 127, 18; *fincsit* de opif. 11, 3; *instrucsit* 28, 18; *obstrucsit* 494, 12; *sancserunt* 417, 8. 449, 16; uel etiam *xs: contexsat* 150, 22; *sanxsit* 510, 9; *sexsus* 155, 9. Pro *t* est *d* saepius in *inquid* 193, 20 (cf. ad h. loc.); etiam *capud* 129, 5. — In uocibus compositis extremae litterae praepositionum sine certa lege aut assimilantur aut non assimilantur *(adtulit, attulit; inpius, impius; obtulit, optingit)*: quam inconstantiam in editione mutare nolui.

Breuiter orthographiam codicis B descripsimus: quae ut manifesta uestigia infimae aetatis ostendit, qua uulgaris locutio ualde iam increbruerat ac lingua latina in linguas romanicas quae appellantur dilabebatur, ita, cum Lactantius grammaticus doctissimus eis sordibus sermonem suum inquinasse minime putandus sit, pro certo indicio est quo codicem ab indole primi exempli a Lactantio scripti haud leuiter iam degenerasse discimus. Hoc autem ea quaestione quae proxima est, multo etiam certius cognoscemus.

Codex Bononiensis quanto ceteros aetate superat, cum tanto maiorem auctoritatem sibi postulare uideatur, iam quaerendum est quam certus ille testis sit uerborum Lactantii. Qua de re antea, cum pauciores lectiones eius uulgatae essent quam ut plenum de eo iudicium fieri posset, tamen uiros doctos quid sentiendum esset non fugit. Iam Isaeus ex plurimis eius lectionibus paucas recepit pariterque posteriores editores codicem laudauerunt potius quam probauerunt, Heusingerus uero, uir sobrii ac simplicis iudicii, 'antiquissimus ille' inquit 'codex Bononiensis . . pluribus locis, quod cuique liquere potest, non Lactantii, sed audacioris grammatici alicuius manum refert' (Emendationes p. 142). Retinebit quidem codex suum sibi semper honorem dignitatemque: multis enim locis ea auctoritate quam ipsa uetustas ei addit, lectiones aliis codicibus traditas confirmat, quibusdam etiam unus inter omnes ueram memoriam eorum quae scripsit Lactantius seruauit: uelut 102, 5 *terris*; 115, 4 *mare*; 153, 5 *inextricabilisque*; 233, 2 ⟨*h*⟩*amis*; 247, 18 *prosecarent*; 291, 4 *fontes*; 336, 14 THNIKA; 455, 16 *occidat*; 565, 25 *adplicuit*. At multo frequentiores ei loci sunt quibus ille non dico casu uel neglegentia, sed consulto cogitateque mutata continet. Saepissime enim in uno B aut uerba scriptoris a genuina forma sententiaque detorta sunt aut aliena inserta, ut fieri non possit quin codex pro ualde interpolato habeatur. Itaque si ullius, in huius certe codicis lectionibus admittendis cautio adhibenda est, ne dum uetustati eius confidimus, fucata specie uel simplicitatis uel ubertatis uel elegantiae uel aliarum uirtutum decipiamur. Nonnulla quidem uitia aut neglegentia aut eo fortasse orta sunt, quod scriptura eius

codicis ex quo B descriptus est euanida, cum non satis agnosci posset, coniecturis temptabatur. Utriusque generis exempla quaedam coniuncta proponantur: *tradidere* pro *aera deae* 86, 8; *peruiderunt* pro *perbiberunt* 101, 22; *quando* pro *quae duo* 144, 5; *recensendi* pro *recens edita* 153, 8; *obturbant* pro *ut turbent* 168, 4; *nihil usui* pro *nilus* 196, 21; *pudorem* pro *uxorem* 229, 2; *historia* pro *eius tota* 229, 11; *uestra* pro *uero* 399, 8; *amputari* pro *potari* 401, 3; *si mulier* pro *simulacrum* 409, 1; *quibus exitus* pro *qui ob exigua* 409, 11 al. Sed multa certo quodam consilio eoque saepe peruersissimo immutata sunt: *prisca* pro *priscique* 86, 7; *animaliter* pro *aniliter* 108, 10; *cupiditas quam ratio* pro *quod cupiditas* 122, 19; *datur* pro *nutu* 151, 15; *docet* pro *eripiet* 151, 24; *profetis eius uerba sunt subiecta* pro *quod prophetae. cuius uerba subieci* 154, 11; *haruspice* pro *augure* 169, 11; *scientiae unius* pro *scientiae? artes,* extrusum est *artes* addito *unius* 195, 24; *inuenire* pro *inuestigare* 207, 4; *porcus iste epicurus* fortasse fuit pro *per corpus. Epicurus* 209, 8; *miles militiam* pro *molestiam* 229, 7; *diuelli* pro *diduci* 284, 9; *praedicitur* pro *dicitur* 296, 7; *annorum* pro *temporum* 301, 19; *turba* pro *multitudo* ex Vulgata 332, 9; *pabulum* pro *poculum* 401, 2; *sacrilegum* pro *disertum* 403, 2; *auarus* pro *aurem* 419, 4; *mutua* pro *igitur* 422, 16; *pro factis* pro *a prophetis* 433, 12; *infandi* pro *instantis* (in uersu Horatii) 442, 10; *mortis exoluet* pro *potest uirtutis exsoluere* 466, 8; spurcus iocus insertus est 468, 1 *qunulli* (exceptus tamen a correctore); *aepularum* et *cruore* pro *rarum* et *opere* 480, 5. 6; *moderationis* pro *moderati aut pensi* 481, 1; *humani generis* pro *dei* 499, 11; *perfida* pro *per fetiales* 510, 11; *canino* pro *quoquo* 584, 12; *filios* pro *liberos* 739, 17, uoci *liberi* posteriore tempore certis quibusdam de causis aliam illam *filii* antepositam esse ostendit Dressel, *Lexikalische Bemerkungen zu Firmicus Maternus* (1882) p. 2 s. Iam sequantur exempla eorum locorum quibus orationi Lactantii in codice B aliena inserta sunt: *nec optimus nec maximus* 38, 1; pro *cum eam deperiret* cum manifesto glossemate est *cum eam deperiret amaret* 38, 18; *morte* 104, 8; *honestius et* 114, 8; *exsequemur* 151, 25; *aiunt* 152, 13; *rerum* 162, 20; *quia liberum arbitrium erat datum* 162, 21; *diuersa adfirmantes* 185, 6; *sciri posse* 189, 1; *manus demus* 192, 7; *cicero* 257, 4; *summi* 277, 13; *ueram* 278, 12 ex 10; ΑΡΣΕΝΙΟΘΗΛΥΝ 296, 6; *siue etiam rationem* 296, 10; *similitudinis suae* 297, 8; *ut ostenderet hominibus* 313, 11; *quae eis — praedixerant* 321, 3; *non* 388, 5; *dirigere* 400, 1; magnum additamentum est post *contulisset* p. 403, 4; *dei* 421, 22; *beatam* 423, 11; *quomodo* 466, 11; *uitam* 524, 13; *uatum* 581, 21; *filosofi* 586, 5 al.

Ex tot tamque manifestis fraudis uestigiis apparet fuisse aliquem non sane indoctum qui audacissime peruersissimeque

Lactantium pertractaret. Quod ut certissimum est, ita illud minoris est momenti, utrum unus ille fuerit an plures eis deinceps codicibus quorum postrema propago Bononiensis est, sua commenta inculcauerint. Veri autem esse simile infra uidebimus, magnam partem illius corruptionis e codice duobus gradibus superiore in Bononiensem irrepsisse.

Multos errores ipsa manus prima correxit, praeterea autem B[2] codex multas correctiones continet a manu altera additas. Haec manus, quae summum uno saeculo prima inferior uidetur, cum idem genus litterarum uncialium quod illa adhibuerit et atramentum fere idem, interdum ab ea discerni non potest. Permulta menda orthographica aliaque leuioris generis sustulit, deinde per totum codicem signo ' iam a manu prima posito ad enuntiata uel membra eorum, interdum etiam ad uerba distinguenda usa est. Saepe autem ad uehementiores correctiones progrediens uerba atque etiam ampliores locos nonnumquam rasura adhibita immutauit uel noua quaedam aspersit. Sed haec omnia ita comparata sunt, ut non codicem aliquem, sed correctoris ingenium tenue sane atque ieiunum fontem eorum fuisse statim intellegas: accedit quod manus illa multos locos corruptos aut mutilatos non attigit. Perpaucae tamen correctiones eius generis sunt, ut a codice aliquo auxilium petitum esse necessario statuendum sit (p. 372, 21. 373, 3. 428, 11 *(arti)*. 477, 25), nisi forte eae a tertia manu profectae sunt. Sed quidquid de eis locis iudicamus, ubi quaeritur quid Lactantius scripserit, correctionum manus alterius nisi summa cum suspicione usus esse non potest.

Sed etiam tertia manus codicem castigauit. Quae cum pa- B[3] riter ac manus altera in corrigendo litteras unciales primae manus imitata sit[1], non solum eo prorsus ab illis differt quod liquore atri, non ut illae fusci coloris usa est, sed etiam eo ad aetatem suam referri potest, quod longiores quosdam locos partim litteris uncialibus supra uersus, partim minusculis saeculi XIII uel XIV in margine addidit (p. 296, 11). Haec quoque manus

[1] Hac similitudine excusatio quaedam paratur Thomasio et Isaeo diuersas manus codicis uix discernentibus.

multa orthographica correxit (uelut *ad* [cf. ad 36, 12] *adque adquin aliquit* [cf. ad 195, 21] *aliut* [cf. ad 17, 6] *illut scribsit* [cf. ad 36, 15]). Multa praeterea grauiora uitia emendauit, multa quae manus prima omiserat addidit[1], utrumque saepe tam recte, ut eam ad negotium suum perficiendum codicem aliquem asciuisse certissimum sit. Sed non minus certum est eum codicem generis deterioris fuisse, quo factum est ut non pauci loci mutarentur etiam in peius nouaeque maculae codici aspergerentur[2].

G Codici Bononiensi simillimus est proximaque cognatione coniunctus codex Sangallensis rescriptus n. 213, magnam partem Institutionum continens; de quo dixerunt Weidmann, *Geschichte der Bibliothek von St. Gallen* p. 10, Scherrer in catalogo eius bibliothecae p. 76, Halm, *Verzeichniss der älteren Handschriften latein. Kirchenväter in der Schweiz, Sitzungsberichte der Wiener Akademie,* uol. L (1865) p. 110. Is liber

---

[1] Initio eorum locorum additum est hd· (i. e. *hoc deest*), in fine hs· (i. e. *hoc sequitur*).

[2] De altero quodam codice Bononiensi, de quo iam ante diximus (p. XVI adn. 1), apud Thomasium in Praefatione p. A 5^b haec leguntur: 'ex eadem bibliotheca (scil. S. Saluatoris) habui alterum optimum exemplar, quod plerisque in locis cum illo antiquo concordabat.' Sed melius prospexisset Thomasius Lactantio, si hunc codicem non protraxisset. Nam quibus locis Thomasius in notis singularem quendam duorum Bononiensium consensum praedicat, isdem alii non solum ueteres nostri, sed etiam recentiores interdum adsentiuntur, quas uero paucissimas profert peculiares lectiones illius codicis, eae satis ostendunt illum de grege librorum interpolatorum esse. Cf. etiam Isaeum p. X et editores Parisinos Le Brun-Lenglet I p. XXVII.

Isaeus p. X 'codicem Taxaquetii' (T) nominat, cuius multos in Variis lectionibus adfert locos mire cum memoria antiqui Bononiensis congruentes, postea etiam ab aliis editoribus commemoratos. Sed primum ex ipsis uerbis Isaei intellegitur 'codicem' Taxaquetii exemplar typis expressum fuisse, in quo ille lectiones multorum codicum et editionum ascripsisset, deinde Michael ille Thomas Taxaquetius non diuersus est a Michaele Thomasio editore Lactantii: quod cum uiri docti quidam suspicati essent, quorum sententiam Buenemannus, Praef. p. b, redarguere temptabat, accurate Le Brun-Lenglet I p. XXXI demonstrauerunt. Itaque 'codex' ille T magna uel maxima ex parte non alias nisi antiqui Bononiensis lectiones continuit.

cum a. 1883 a uiris reuerendissimis qui bibliothecae S. Galli praesunt, liberalissime Heidelbergam transmissus esset, exemplum eius non sine magnis laboribus confeci, quod una cum commentatione de hoc codice instituta a me editum est: *Der St. Galler Palimpsest der Diuinae Institutiones des Lactantius. Sitzungsberichte der Wiener Akademie,* uol. CVIII (1884) p. 231 ss. Qua disputatione quo uberius omnes quaestiones quae singulari condicione codicis mouentur pertractatae sunt, eo breuius quae inueni hoc loco conprehendi possunt. Primus inspexit codicem B. G. Niebuhr, qui praeter paucos uersus paginarum 43 (apud nos 67) et 83 (105) paginam 122 (37) totam legit; quorum locorum exemplum codici praefixum est.

Codex 26, 5 centim. altus, 17, 5 latus, 92 folia habet, de quibus cum duo prima et duo extrema chartacea sint, 88 membranacea restant paginas 5 usque ad 180 continentia. Inter haec 88 folia cum sint decem (i. e. quinque duplicata) non rescripta, accedat autem unum folium insertum, restant rescripta 77 folia, quorum membrana tenuis, infuscata, una parte glabra, altera aspera, multis locis discissa detrita corrugata facile ab illorum foliorum materia recentiore distinguitur. Cum pagina 40 (6) ut in fine libri II Institutionum uacua relicta sit, efficiuntur 153 paginae rescriptae, inter quas tamen 18 (153—160. 163—170. 177. 178, apud nos 137. 138. 47. 48. 85. 86. 143. 144. 83. 84. 45. 46. 139. 140. 51. 52. 73. 74) etiam tertiam scripturam receperunt. Folia codicis olim Lactantii plane confusa atque perturbata sunt uarieque inuersa. Scriptura posterior saeculi VIII uel IX dialogos Gregorii Magni[1], deinde quaedam Augustini, Isidori, alia continet. Etiam altera scriptura quae est in paginis ter scriptis inter primam et tertiam, argumenti theologici fuisse e uocibus quibusdam perspicitur. Scripturam natiuam, quae Lactantium continet, Halm quinto saeculo tribuit atque ego quoque quinti uel sexti saeculi esse existimaueram: quam coniecturam cum genus litterarum, quod ex exemplo photolithographico commentationi meae addito cognoscitur, facile admittat, tamen quoniam

[1] Cf. Waitz, Scriptores rerum longobard. et italic. saec. VI—IX p. 525.

loci Sacrae Scripturae ut in codice B sic etiam hoc in codice ab interpretatione Itala iam ad Vulgatam deflectunt, nunc scripturam ad sextum potius uel septimum saeculum referam. Codex, quantum quidem agnoscere potui, una manu scriptus est, correctiones eiusdem manus perpaucae sunt (cf. ad p. 143, 16. 241, 8. 269, 5. 272, 1. 575, 1 huius editionis). Graeca spatio relicto omissa sunt p. 443, 10, desunt p. 322, 7. 384, 4. De compendiis scripturae, de contignationibus litterarum, de ratione in dirimendis syllabis adhibita in commentatione illa p. 244 ss. egi, res orthographicas in indice p. 332 ss. adiecto composui.

Singulae paginae codicis tricenos singulos uersus continent. Cum scriptura per totum codicem constantissime eandem magnitudinem eademque interualla seruet, multarum autem paginarum et prima et extrema uerba legi potuerint, neque ullum sit folium duplicatum cuius ex quattuor paginis non una certe tot litteras ostendat, ut qui locus Lactantii fuerit agnoscatur, ratione certa et effici potest quid paginae euanidae uel folia quae interciderunt continuerint et genuina totius codicis amplitudo computari. Praeterea illud quoque hac ratione discimus, codicem Lactantii constitisse e quaternionibus, id quod eo confirmatur, quod numeri quaternionum IX. XX. XXVII. XXXII. XXXIV in extremis eorum paginis in inferioribus angulis dextris inscripti etiamnunc extant. Compositus autem erat codex Institutionum ex quaternionibus triginta nouem et dimidiato, de quibus unus, tricesimus primus, totus seruatus est, de uiginti duobus partes minores maioresue supersunt. Totam hanc rationem certam esse e duabus tabulis in commentatione illa p. 237 et 239 propositis apparet, quarum prior ordinem foliorum qualem nunc habet Sangallensis, altera genuinum restitutum ostendit. Continet codex omnium librorum partes excepto septimo: in postrema eius pagina 154 (140) scriptura paene ad finem libri sexti (cf. p. 575, 7) peruenit. Si codex totus legi potuisset, ad quartam fere partem Institutionum lectiones eius adferrem, sed cum ea tantum condicione mihi commissus esset, ut medicaminibus ad scripturam euanidam suscitandam abstinerem, octauam tantum fere partem agnoui. De 153 paginis 56 exceptis paucis particulis totae legebantur, in 30 paginis maior

pars scripturae, in 34 exigua pars erat perspicua, ex 33 paginis nihil elici poterat.[1]

Iam ut de fide atque auctoritate codicis ea quae necessaria sunt paucis complectar, primum non potest dubitari quin ex eodem quo codex B libro descriptus sit. Desunt enim et in G et in B nonnulla quae in ceteris codicibus leguntur (cf. ad p. 71, 15; 115, 18; 129, 10; 145, 16; 302, 18; 309, 14; 503, 3; 511, 10 al.), haud raro lectiones falsae atque corruptae his codicibus solis communes sunt (cf. ad p. 100, 23; 100, 24; 178, 10; 234, 13; 241, 4; 507, 21 al.), aliud genus communis deprauationis in eo constat, quod in illis codicibus eadem uerba addita sunt (cf. ad p. 71, 19; 96, 13; 115, 20; 309, 10 al.). Hunc tamen consensum non ita esse explicandum, ut aut codex B ex G aut G ex B descriptus esse putetur, sed communem eos ex eodem codice originem habere inde apparet, quod in B (a manu 1) omissa quaedam sunt quae leguntur in G (cf. ad p. 75, 1; 116, 7; 121, 20), interciderunt contra in G quae seruata sunt in B (cf. ad p. 139, 12; 145, 21; 409, 3; 563, 5).

Constat ergo libros B et G ex eodem archetypo fluxisse atque unam propriamque classem contextus Lactantiani efficere; quam signamus littera Ψ, eum codicem autem qui Ψ
communis fons omnium nostrorum codicum est, Ω nominamus. Ω
Codex Ψ autem, id quod magno numero uitiorum tam in B quam in G occurrentium ostenditur, minime probus fuit, immo non solum neglegentia, sed etiam mera corrigendi libidine multis locis fuit deprauatus: cuius licentiae exempla cum inter locos supra significatos sint, tum insignia sunt p. 97, 22; 409, 16, de quibus in commentatione illa p. 254 s. dixi. Atque etiam magnam partem earum mutationum interpolationumque quae quibus in partibus G deficit, in uno B animaduertuntur, ex Ψ in eum inmissam esse ueri est simile ac ne illud quidem a probabilitate alienum est, ex codice Ψ correctionibus additamentisque

[1] In apparatu eas potissimum uarias lectiones proposui quae certae essent, quae dubia uel emortua uidebantur, quoniam in exemplo codicis a me edito indicata sunt, non significaui nisi eis locis, quibus uestigia uel spatia litterarum ad constituenda uerba scriptoris adferre aliquid uiderentur.

insperso nonnulla falsa uno B, alia uno G (cf. ad p. 131, 1; 303, 1; 373, 17) recepta esse. Antea codicem G per alium demum codicem ex Ψ, B autem ex ipso Ψ descriptum esse putaui: quae opinio nunc ratione satis certa carere mihi uidetur.

Ex eis quae exposuimus apparet de auctoritate codicis G fere idem quod de usu codicis B statuimus dicendum esse, illum, quamquam non pro integro teste haberi possit, tamen propter ipsam uetustatem dignissimum esse qui audiatur multisque locis rectas aliorum codicum lectiones confirmare. Paucis locis ubi B deest, quae sit lectio genuina auxilio illius fit ut certo sciamus (60, 18 *gaius.* 21 *ei*; 65, 18 *Aenean*), accedit autem illud, quod interdum eis locis quibus dissentiunt B et alii codices aut omnes aut aliqui, G horum lectiones tuetur ac defendit (cf. ad p. 75, 1; 116, 2. 7; 309, 8; 490, 20; 508, 5).

R Codex Parisinus Regius n. 1663, olim n. 3735, membranaceus, altus 31, latus 23, 5 centim., 215 foliorum, quem Floriacensem fuisse inscriptio in margine superiore folii 2[a] addita haec LIBER BEATI BENEDICTI ABB̄ FLORIACENSIS (addidit alia manus MONASTERII) ostendit, excepta parte quadam saeculo IX scriptus est. Continet Institutiones Lactantii, non tamen integras: nam lib. VI 25, 4 (p. 578, 7) scriptura in eodem uersu ad VII 7, 3 (p. 606, 19) transilit, desinit autem VII 9, 12 (p. 613, 5), ut codicem ex mutilato exemplo descriptum esse appareat. Deest etiam locus IV 16, 12 (p. 341, 4) usque ad c. 17, 5 (p. 344, 8). Sed olim in codice, cum folia 56. 57. 58. 59 librum II a c. 8, 8 (p. 143, 13) et librum III usque ad c. 4, 4 (p. 184, 14) continentia interissent, etiam alia eaque maxima erat lacuna, quae quomodo expleta sit, certa memoria mirum plane in modum proditum est. Nam in pagina 59[b] a manu saeculi XII haec subiecta sunt (multis compendiis scripta): *Ego iulianus armarius cum hec quatuor folia deessent. quesiui ea multis in locis. et quia liber hic raro inuenitur uix tandem repperi in monasterio clericorum prope bituricas. quod plani pedes dicitur.* Haec post uerba cum etiam pars paginae uacua esset, ea Iulianus ille ad instrumentum emptionis cuiusdam cui ipse interfuerat a. MCXLVIII factae adiciendum usus est; quod cum ad nostram causam

non pertineat, praetermitto[1]. Eo magis illa subscriptio Iuliani digna est quae spectetur. Primum enim hoc documento codices Lactantii saeculo duodecimo per illam partem Galliae perraros fuisse discimus. Deinde diligentia seduli illius armarii factum est ut codex quidam antiquus Lactantii cum fructu quodam posteritatis ex obscuritate emergeret, statim ille sane in easdem tenebras relapsus: codex enim ille, quem tum abbatia 'Plani Pedes', ut ait Iulianus, uel Plenus-Pes[2] *(Pleinpied)* prope Auaricum sita habebat, quo peruenerit dici non potest, ego certe nullo alio loco quicquam de eo dictum inueni. Ea autem pars codicis R quam ex Planipediensi Iulianus postea addidit, hac in editione litteris R^p signata est[3].

Codex Planipediensis.

R^p

---

[1] Edidit Henricus Omont, cui subscriptiones Iuliani indicaueram: *Restauration d'un manuscrit de Lactance au XII^e siècle, Bibliothèque de l'école des chartes, 1884 p. 563 s.*

[2] Gallia Christiana II p. 186: 'Plenus-Pes abbatia S. Martino sacra ordinis S. Augustini duabus leucis ab Auarico.'

[3] Alius quoque codicis antiqui memoria cum Regio quodam modo esse coniuncta uidetur. Habet enim Regius in dextro margine folii 1ª inscriptionem ab alia manu ut uidetur additam hanc: CELII FIRMIANI DE RELIGIONE ET REB; DIVINIS AD CONSTANTINV̄ IMP̄., quae inscriptio singularis neque in ullo alio nostrorum codicum occurrens sumpta est sine dubio ex loco Inst. I 1, 10: 'De religione itaque nobis rebusque diuinis instituitur disputatio.' Quo magis mirandum est in catalogo quodam bibliothecae Cluniacensis saeculo XII scripto, quem Delisle primum edidit *Cabinet des Manuscrits* II (1874) p. 458, deinde emendatius *Inventaire des manuscrits de la Bibliothèque Nationale, Fonds de Cluni* (1884) p. 337 ss., p. 359 codicem numero 358 signatum nominari hunc: 'Celi Firmiani institutionum diuinarum de religione et rebus diuinis ad constantinum imperatorem.' Quo titulo cum propter consensum inscriptionis quae est in Regio admiratio mihi moueretur, tum etiam eo aucta est, quod in superiore margine folii 82ª uerba *Odilo abb̃.* adiecta uidi. Inter abbates Floriacenses quoniam nullus fuit cui Odilo nomen esset, Odilonem illum fuisse celeberrimum abbatem Cluniacensem (mort. 1049) coniciebam neque duos, sed unum codicem statuendum esse, qui aliquo modo e monasterio Cluniacensi ad Floriacenses migrauisset. Sed L. Delisle, ad quem haec scripseram, mihi respondit fieri potuisse ut codex Floriacensis Cluniacensibus ad describendum commodaretur, qua re consensus ille inscriptionum effectus esset; quod si aetate Odilonis esset factum, si quidem nomen illud ad magnum abbatem Cluniacensem referendum esset, fortasse librarium Cluniacensem nomen abbatis sui in mar-

Codex Cluniacensis.

Sed etiam aliud idque maxime singulare in codice R seruatum est. Tribus enim locis, in initio et in fine libri IV et in initio libri VI, numeri stichometrici adpositi sunt, sine dubio ex archetypo omnium nostrorum codicum propagati: de quibus infra, ubi de archetypo Ω disputabimus, accuratius dicemus.

R^1 Codex R, si uniuersum saltem de eo iudicium fertur, orationis Lactantii pro teste satis certo habendus est, dummodo audacissimae quaedam interpolationes, ex antiquioribus codicibus a nobis adhibitis uno praeterea Parisino S traditae, excipiantur. Quarum interpolationum saepius uirorum doctorum disputationibus tractatarum unum genus amplas ad Constantinum Magnum orationes continet (cf. ad p. 4, 10; 668, 5), alterum autem in doctrina quadam dualistica quae appellatur fusius exponenda uersatur (cf. ad p. 130, 5; 602, 2; de opif. 19, 8). De utroque genere locorum cum nondum satis accurate disputatum esset, proprias quaestiones institui[1], quibus ad eam sententiam iam ab aliis propositam adductus sum, ut eos Lactantii esse prorsus negarem; etiam infra ubi de archetypo Ω agetur, ei loci attingentur. In priore disputatione p. 25 ss. etiam de minoribus quibusdam locis spuriis codicis R egi. Illos autem locos si praetermittis, in R multo minor licentia inuenitur quam quae per totum codicem B grassata est. Sunt etiam loci quibus R unus uerae lectionis auctor est, uelut p. 110, 17 *aureum*; 234, 10 *possum non*; 248, 1 *dementisse*; cf. ad p. 288, 1 ΟΡΩΣΙΝ, 289, 4 ΗΓΗΤΗΡΑ, 293, 3 ΟΣΙΟΣΙΣΠΕΡΙ; 428, 6 *insectator*; 428, 10 *foro se*; 442, 16 *sapienti*; 443, 2 *extorqueat*; 562, 13 *decurrens*; 577, 1 *februis*. Etiam orthographia codicis satis emendata est.

Codex R non ipse ex archetypo Ω descriptus est, sed per
X alium codicem, quem X appellamus: quod ueri esse simillimum

---

gine Floriacensis ascripsisse. Codicis ipsius nullum aliud esse uestigium uidetur, fortasse medio saeculo XVI cum magna parte bibliothecae Cluniacensis interiit (cf. Delisle, *Fonds de Cluni* p. X s.).

[1] *Ueber die dualistischen Zusätze und die Kaiseranreden bei Lactantius. Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien. Phil.-histor. Classe, Band CXVIII, Abhandlung VIII; Band CXIX, Abhandlung I. 1889.*

infra in codice Parisino S describendo ostendemus. Codicem X autem propriam classem communis memoriae Ω efficere statuendum est.

Ea quoque pars codicis R quae saeculo XII ex Planipediensi est inserta, digna iudicanda est uetere parte codicis, ut ipsum Planipediensem bonum librum fuisse existimandum sit dolendumque quod iniuria temporum absumptus est. Quantum quidem ex parua Planipediensis parte quae in codice R superest intellegitur, is codex neque ipse ex ullo nostrorum codicum manauit neque horum ullus ex illo. Itaque Planipediensem fortasse propriae classis pro auctore habere licet. R^p

Permultis locis codex a manu posteriore (R^2) correctus est. Mirum autem uidetur quod cum per totam antiquam eius partem saepissime eam manum alteram cernamus, in parte postea ex Planipediensi suppleta tres tantum loci sunt qui in collatione a me adhibita ad manum alteram referuntur (p. 153, 8. 170, 3. 172, 15). Sed hos locos fortasse alia manus aliqua correxit: nam praeter manum alteram constanter in R occurrentem aliae quoque manus hic illic quaedam adiecerunt (cf. ad 10, 2; 12, 22; 50, 21; 210, 12; 218, 14; 567, 11). Itaque simillimum ueri mihi uidebatur Iulianum illum, cum Floriacensem legeret, qua ipsa in lectione etiam quattuor folia intercidisse inueniret, correctiones illas intulisse. Iam Henricus Omont in eis quae de Iuliani opera exposuit (cf. supra p. XXXI adn. 1), interpretationes latinas locis quibusdam graecis in margine additas manum Iuliani ostendere obseruauerat. Qua ipsa re cum coniectura illa, in quam incidi postea demum quam Parisiis codice usus eram, etiam certior mihi fieret, sententia mea a uiro illo doctissimo, cui scripseram, codice ipso inspecto confirmata est. Sed ut Iuliano, etsi codicem in libro VII non expleuit, tamen propter curam quam reficiendis libris II et III mutilis adhibuit gratia habenda est, ita correctionibus illis integritati codicis atque uerborum Lactantii non consuluit. Nam cum saepe leuia tantum menda tolleret eis correctionibus ad quas inueniendas uel modica sermonis latini scientia sufficit, aliis corruptelis suo ingenio fretus mederi temptauit (cf. ad p. 5, 26; 34, 1; 54, 15; 57, 6; 107, 11 al.) R^2

atque interdum ne sanis quidem locis pepercit (cf. ad p. 21, 10; 22, 13. 16; 32, 1; 36, 11; 38, 16 al.); ea quoque deprehendimus, quae ut ascriberet, nulla re sine dubio nisi studio doctrinam iudiciumque suum ostentandi adductus est (cf. ad p. 88, 2; 135, 21; 138, 23; 141, 7. 21 al.). Etiam orthographiam manus primae mutauit (cf. ad p. 29, 6; 33, 16), nonnumquam assimilationem consonantium in uoces compositas induxit: quas correctiones in apparatum non recepi. Pauci loci sunt quibus emendatio non sollertiae fratris Iuliani, sed usui alius codicis, Planipediensis uidelicet, tribuenda uidetur (cf. ad p. 170, 3; 330, 8; 340, 7). Quod autem Iulianus interpretationes latinas locorum quorundam graecorum in margine ascripsit[1], eius rei haec uidetur causa fuisse, quod illae in Planipediensi in margine adiectae erant, ita ut statim in oculos inciderent ac facile suo quaeque in loco addi possent.

Codicem primus descripsit Le Nourry p. 648 s., quo loco tamen quod dat 'Specimen codicis Regii', non huius, sed Parisini 1662 (P) est. Adhibuerunt primi Le Brun-Lenglet (cf. uol. I p. XXIX s.). Usus sum collatione a. 1864 ab Andrea Laubmann, optimo Caroli Halm discipulo, qui praematura morte et suis et litteris ereptus est, confecta, locis nonnullis codicem ipse Parisiis a. 1884 inspexi. De multis praeterea lectionibus et huius et, ut hoc loco id addam, aliorum codicum Parisinorum uariis temporibus G. Gundermann, E. Hauler, A. Holder, H. Omont, G. Schepss, C. Wotke certiorem me fecerunt.

H Littera H signaui codicem membranaceum saeculi X, qui olim Heidelbergae in bibliotheca Palatina erat, nunc Romae est Palatino-Vaticanus n. 161. Fuerat codex antequam Heidelbergam translatus est Maguntiaci, id quod haec inscriptio folii 1^{b} testatur: *Iste liber ꝑtinet ad librariam Sancti Martini eccłiae magūtiñ* ///// (pauca uerba erasa sunt) *āno 1479*, in calce autem codicis fol. 236^{b} a manu eiusdem aetatis cuius ea est quae codicem scripsit, hi uersiculi adiecti sunt: *An-*

[1] In collatione a me adhibita paucis, non omnibus locis interpretationes latinae aut indicatae aut ascriptae sunt; quod tamen ad graeca constituenda nullius momenti est.

testis (sic) *dñi nimium praeclarus amande hunc tibi lotharius librum sic scribere fecit.* Continet codex, cum primus quaternio interierit, Institutiones inde a I 6, 5 (p. 20, 3); in extremo folio 236 coniunctae duae particulae libri De opificio dei c. 19, 1—9 *(posset adipisci)* et 20, 1. 2 (usque ad *statum exspectant*) subiectae sunt sic inscriptae: DE DĪ OPIFICIO · ID · Ē · DE RATIONE FIRMIANI LACTANTI · AD DEMETRIANUM. Primus codicem adhibuit Gallaeus, qui in Elencho Veterum Librorum, Praef. p. **4[b] 'Membranacei Codicis Palatini' uariantes lectiones ab Isaaco Vossio sibi suppeditatas esse dicit. Descripserunt codicem Reifferscheid, Biblioth. Patr. Lat. Ital., *Sitzungsberichte der Wiener Akademie,* uol. LVI (1867) p. 537 et cum aliis Palatinis Lactantii Steuenson, Bibliotheca Apostolica Vaticana. Codices Palat. Lat. I (1886) p. 27. Rogante me Academiae Vindobonensis liberalitate factum est ut Mich. Petschenig operam codicis in huius editionem usum conferendi susciperet. Cuius accuratissimam collationem quibusdam locis Jos. Haeussner, Fr. Schoell, H. S. Sedlmayer, quos Romae uersantes de illis interrogaueram, confirmauerunt.

Codex a compluribus librariis confectus est, qui exemplo scriptura continua et uncialibus litteris exarato utebantur. Hoc et inde quod innumeris per totum codicem locis uoces perperam aut diremptae aut coniunctae sunt, et ex singularibus quibusdam erroribus apparet. Graeca fere omnia latinis litteris scripta sunt. Buenemannus, qui lectionibus a Gallaeo suppeditatis usus de codice Praef. p. b 2, disputat, eum optimae notae esse dicit, recte fortasse, si cum recentioribus libris manu scriptis confertur, non recte, si quid Lactantius scripserit quaeritur. Nam oratio Lactantii tot locis adeo mutata est, ut praeter codicem Montepessulanum, geminum fratrem Palatini, nullus inter antiquiores nostros codices minoris auctoritatis sit. Tamen etiam hic codex (cum Montepessulano) paucis locis quibus ceteri codices nos destituunt, uerba Lactantii cum fide tradidit, uelut p. 262, 13 *aequo aiunt animo*; 385, 10 *prosecant*; 454, 7 *sufficiat*; 508, 17 ⟨*s*⟩*extus aelius*; 643, 9 i xi (i. e. ἥξει). Etiam hoc addendum est, quibusdam in partibus, maxime in libro VI, codicem minus esse deformatum interpolationibus.

H^2 Nonnullos errores manus prima correxit. Praeterea manus altera (H^2) eiusdem cuius prima est aetatis correctiones addidit eiusmodi, ut codicem cum eo exemplari ex quo descriptus erat collatum esse facile appareat. Itaque correctiones manus alterius non neglegendae sunt. Nam sua corrector perraro intulisse uidetur (cf. ad p. 72, 18; 274, 6; 347, 8; 493, 11 al.).

M Codex Montepessulanus Scholae Medicinalis n. 241 Institutiones continet, quas eaedem quae in H particulae libri De opificio dei eadem inscriptione praefixa sequuntur. Quorum in possessione antea codex fuerit, inscriptionibus ostenditur his: in superiore margine folii 1^a legitur *P. Pithou*, idem nomen celeberrimum in extrema p. 186^b adiectum est, in inferiore autem margine folii 1^a a manu recentiore scriptum est *Ex libris Collegij Oratorij Trecensis*, idem nomen in extrema p. 186^b num fuerit, ubi legitur *iste lib. ẽ*, quae uerba sequitur rasura, in medio relinquere debemus. Codex inde a folio 9^a (Inst. I 9, 8, p. 32, 19) a manu saeculi X scriptus est: hanc partem littera M signaui. Prior pars codicis prima octo folia
M^p continens a manu saeculi XII addita est: quam M^p nominaui. — Descriptus est in libro *Catalogue général . . . des départements I p. 376.* Ego cum a Maximiliano Bonnet locos quosdam codicis descriptos accepissem, postea plenam illius cognitionem eo adsecutus sum, quod uiri qui praesunt Bibliothecae Montepessulanae beneuole eum Heidelbergam miserunt.

Codex Montepessulanus tam similis est Palatini, ut, id quod ante dixi, plane geminus eius frater appellandus sit. Quam ob rem apparatum lectionibus totius codicis M proponendis onerare nolui, sed exhibui uarietatem lectionis usque ad p. 36, 13 tantummodo, ut et per primam partem libri I Institutionum, quae deest in H, illius lectiones damnum quodammodo compensarent et quam arta sit illorum codicum cognatio agnosci posset; praeterea inscriptiones et subscriptiones librorum e codice M addidi. Neutrum autem horum codicum ex altero descriptum esse, sed ex eodem eos proximo archetypo fluxisse uerbis in altero utro omissis ostenditur; uelut desunt in uno H p. 58, 19 *illud profecto fuit*; 366, 5 *se domui—nouum*, in uno M p. 21, 7 *delphida*; 69, 14 *nisi*

per sanguinem — fieri poterit. — Codex qui a pluribus librariis scriptus est, multis locis ab isdem est correctus, accedunt autem correctiones manus alterius (M^2), quae uerba M^2 recte uel coniunxit uel diremit et leuiores interdum errores sanauit. Tertiae quoque manus correctiones quaedam animaduertuntur.

Prima octo folia codicis saeculo XII scripta (M^p) eandem quam uetus eius pars recensionem praebent: quod ex comparatione Parisini S, de quo infra agemus, colligitur. Nam codex S cum multa habeat quibus conuenit cum codicibus M et H, eam similitudinem non solum cum uetere parte Montepessulani, sed etiam cum recentiore comparatus ostendit. Itaque partem M^p non ex alio codice additam esse existimabimus, sed illud potius statuemus, prima folia Montepessulani casu aliquo corrupta saeculo XII descripta esse, ut in eorum locum noua illa folia succederent.

Is codex ex quo H et M orti sunt, non ipse ex archetypo Ω descriptus est, sed, id quod ex eis quae de Parisino S dicentur apparebit, per alium ex illo fluxit. Hoc alio autem codice noua contextus Lactantiani classis constituitur: est nobis Φ, proximus autem ille codicum H et M communis arche- Φ typus Φ^p. Φ^p

Ex eodem quo H et M libro manu scripto etiam codex Vindobonensis (cf. Tabulae codd. manu scr. bibl. Vindob. I p. 119 n. 719) deriuatus est, saeculi XIII, et Oxoniensis Bodleianus[1] (cf. Coxii catalogum III p. 367 n. 131) eiusdem saeculi, in quo tamen desunt particulae illae libri De opificio dei.

---

[1] Hic codex cum Institutiones tantum contineat, non idem est atque Codex Bodleianus 138. Bodleianus ille — sunt autem in Bodleiana duodecim aut omnium Lactantii aut singulorum operum libri manu scripti excepto codice supra commemorato saeculi XV omnes —, cuius lectiones quasdam Sparkius in editione (Oxon. 1684) dedit: quo ex codice cum Sparkius Epitomae quoque locos proposuerit, is sine dubio est Bodleianus qui unus eam continet in Coxii catalogo uol. III p. 370 n. 138 nominatus. Hic quamquam a Buenemanno (Praef. p. b 2^b n. 28) 'magni pretii' esse et 'plerumque Bononiensi uetustissimo conformis' dicitur, tamen pessime interpolatus est: cf. lectiones a Sparkio ad p. 134, 43; 158, 94; 163, 4; 176, 24; 272, 39 al. exhibitas.

Huius codicis lectiones nonnullas R. Ellis, illius R. Beer mihi suppeditauit. — Ex codice M manauit Bruxellensis n. 9809, olim Cusanus, saeculi XIII uel XIV, in catalogo bibliothecae Bruxellensis uol. I p. 197 non recte saeculo XII ascriptus; quem codicem ex bibliotheca illa Heidelbergam transmissum multis locis contuli.

P Codex Parisinus n. 1662, antea 3736, membranaceus, olim *Claudii Puteani*, quod nomen in margine superiore folii 1[a] inscriptum est, altus 32, 4, latus 25, 3 centim., saeculi IX, continet Institutiones, quas sequuntur p. 163[a] 'De ira diuina liber octauus', fol. 179[b] 'De opificio dĩ liber nonus', fol. 191[a] usque in fol. 195[a], 'De epitome liber decimus' uel potius quae est pars eius a c. 51 [56], 1 usque ad c. 61 [66], 6, ita ut ne haec quidem pars usque ad finem libri integra seruata sit. In Institutionibus desunt partes hae: V 17, 22 (p. 456, 2)—20, 12 (p. 470, 10); VI 3, 2 (p. 485, 11)—4, 1 (p. 489, 8); VII 22, 3 (p. 653, 3)—§ 15 (p. 655, 4), in libro autem De opificio dei magna lacuna est a c. 4, 19 usque in c. 8, 16. Cum scriptura ab eis locis qui partes omissas antecedunt, statim ad eos transiliat qui subsequuntur, in archetypo codicis folia intercidisse manifestum est. Descriptionem codicis dedit Le Nourry p. 648 s., qui etiam specimen unius ex eis locis addidit quibus graeca cum interpretatione latina coniuncta sunt, per errorem tamen, id quod supra p. XXXIV monuimus, ad codicem Regium relatum. Codicem primus adhibuit Opsopoeus in edendis Oraculis Sibyllinis (Paris. 1607), qui in fine praefationis usum eius a Cl. Puteano sibi concessum esse dicit, in edendo Lactantio Le Brun-Lenglet (cf. I p. XXIX s.). Primum librum Institutionum et partem secundi † Andreas Laubmann, scripta minora † W. Nolte contulerunt, collationem Institutionum a. 1884 Parisiis ad finem perduxi.

P[1] Librarius codicis — unus enim erat — cum exemplo minus integro emendatoque et quod nonnullas interpolationes recepisset uteretur, ne ipse quidem satis curae in officium exsequendum contulit. Frequentissimi sunt errores omnis generis, quorum pars quidem a librario ipso correcta est. Paucis tamen locis etiam hic codex unus ueras lectiones habet, uelut 21, 14

scribat; 95, 18 *nihili*; 170, 1 *aduexerunt*; 201, 2 *id est mente*; 271, 1 *numen*; 347, 8 *carnis*. Locis graecis interpretatio latina adiuncta est re ita comparata, ut uersiculi paruas particulas sermonis graeci continentes[1] alius sub alio positi columnas efficiant, latina autem uel in parte dextra uel in sinistra totidem uersiculis pariter per columnas discripta sint: qua in re non solum uerba graeca pessime discerpta esse solent, sed ne latina quidem eis graecis quorum e regione posita sunt satis respondent.

Codex multas correctiones habet a duabus manibus (P² et P³), quae eiusdem cuius prima manus aetatis sunt, additas, ita tamen, ut per alias partes alterutra tantum, per alias utraque corrigendi munus susceperit. Non omnibus locis, maxime si res exiguae sunt, manus altera a prima, tertia ab altera satis discerni potest, ac ne id quidem est incredibile, correctiones manus alterius potissimum, sed etiam tertiae non per totum codicem ad singulos librarios referendas esse: interdum enim ductus litterarum utriusque manus non plane idem esse, sed simillimi tantum uidentur. In Epitome Nolte unam omnino manum correctricem statuit[2]. Eam autem manum quam alteram appellaui, priorem esse quam tertiam eo certissime demonstratur, quod loci quidam extant quibus alterius manus scriptura a tertia correcta est (p. 123, 18; 283, 13, cf. 15; 618, 5). Et alter et tertius corrector codicem cum archetypo contulerunt: nam plurimis locis et P² et P³ a primo librario perperam scripta rectissime emendauerunt uel omissa ab illo addiderunt; qua de correctione codicis secundum archetypum factam etiam postea dicemus. Sed uterque corrector studio nouandi plerumque ductus etiam falsa intulit, P²: p. 54, 22; 87, 10; 537, 5. 15; 572, 1; 573, 15 al.; P³: p. 180, 8; 187, 22; 209, 18; 216, 4; 223, 15; 283, 15; 392, 2; 589, 1 al. Manus

P²P³

---

[1] In apparatu huius editionis ubi loci graeci codicis P proponuntur in particulas discerpti, eae particulae uersiculos illos reddunt.

[2] Cum eo tempore quo codicem contuli, ut ego Institutiones tantummodo ederem constitutum esset, correctiones Epitomae in codice non recognoui. — Pag. 738, 13 in apparatu pro *P*³ est legendum *P*²

altera scripturam quoque codicis saepe uulgaribus et recentioribus formis corrupit (uelut *relegio* pro *religio*, cf. ad p. 6, 8; *noncupat* pro *nuncupat*, cf. ad p. 17, 2; 95, 22 *i*$\overset{m}{n}$*prudentes*; 96, 4 *a*$\overset{p}{d}$*peterent*; 97, 7 *a*$\overset{f}{d}$*flictatur* sim., quas correctiones in apparatum non recepi). Praeter duos illos correctores alii quoque qui codicem legebant hic illic aliquid ascripserunt (cf. ad p. 5, 21; 8, 7; 61, 3; 62, 17; 69, 2; 78, 1; 208, 3; 277, 12; 350, 2; 748, 4).

V Cum Parisino P coniungendus est codex Valentianensis membranaceus, in catalogo quem Mangeart composuit (1860) p. 120 numero 140, nunc autem n. 187 signatus, altus 25, 2, latus 23 centim., foliorum 144, saeculi non IX, ut Mangeart dicit, sed exeuntis X uel ineuntis XI, olim 'Liber monasterii S̃ci Amandi in Pabula'[1], quae inscriptio in inferiore margine folii 1^a addita est. Continet libros I—VI Institutionum, deest tamen praeter locos breuiores quosdam pars libri III inde a cap. 17 § 24 (p. 232, 17) usque in § 33 (p. 234, 10): quae lacuna, cum p. 232, 17 extrema quae in V est uox, *omnium*, 234, 10 extrema quae in V deest, iterum *omnium* sit, errore librarii effecta est. Huius codicis cum partes quasdam a. 1884 paucos dies Valentianae commoratus descripsissem, paulo post totam collationem ab Alfredo Holder diligentissime factam accepi, qui, cum Academia Vindobonensis concessisset ut codex ille in usum huius editionis conferretur, precibus meis humanissime obsecutus id negotium susceperat. De quibusdam locis etiam testimonia Crombackii praefecti eius bibliothecae, cuius eximiam liberalitatem iam cum Valentianae essem expertus eram, et Caroli Wotke habeo.

V^1 Codex a duobus librariis scriptus est, quorum unus partem priorem, quae est usque ad fol. 90^a (IV 17, 8, p. 346, 2 usque ad *ira mea*), alter, qui etiam in priore parte interdum uice illius functus erat, posteriorem absoluit. Quamquam minime

[1] Codicem iam saeculo XII in bibliotheca Amandina fuisse pariterque alterum qui nunc Valentianae est (n. 141), librum De opificio dei continentem e uetere catalogo, quem L. Delisle edidit, *Cabinet des manuscrits* II p. 450 n. 41. 42, cognoscitur.

desunt in eo codice uaria uitia manifestaeque interpolationes ac nonnullae partes scatent prorsus erroribus neglegentia librariorum admissis, nihilo minus praesertim in libris II—V haud raro uel unus genuinam lectionem retinuit uel eas lectiones habet, quae nonne uerae sint, diligenter perpendendum est. Lectio palmaris plane est III 26, 6 (p. 260, 9), ubi quod Lactantius scripserat, in ceteris codicibus adeo coniecturis obrutum est, ut uix diuinatione retegi posse uideatur. Ceteri enim codicis cum habeant *et periculum omne* uel *et pericula omnia* uel *et phalaris taurum* uel *et pericula et aurum*, unus autem, P, quod sanum non esse uideretur, omiserit, in V *et perilli taurum* extat. Alii loci, minus tamen insignes quam ille hi sunt: 102, 9 *suis*; 157, 16 *foedissimis*; 158, 20 ΑΕΝΑΟΝ ΤΕ; 165, 20 *sed*; 188, 10 *forem*; 195, 19 *hoc*; 229, 4 *impio*; 250, 4 *uni*; 251, 6 *quo*; 365, 11 *meo*; 410, 2 *praedixissent*; 414, 4 *arateo*; 468, 6 *isti*. Horum locorum quidam eius generis sunt, ut uera lectio uel in una littera recte seruata constet. Eandem uirtutem ac fidem codex V etiam in locis quibusdam aliorum scriptorum a Lactantio adlatis praestat: p. 59, 15 *ollos* (ex Cicerone); 134, 17 *uersura soluis* et 185, 1 *itan* (e Terentio); 150, 7 *terrea* (e Vergilio); 152, 5 *terram* (e Lucretio); 214, 7 *anquirunt* (e Cicerone); 230, 4 et 9 *aedis* (ex Lucretio); 280, 4 *ut* (ex Lucilio); 339, 12 *tormenta* (ex interpretatione Itala Veteris Testamenti); 428, 8 *mani* (ex Lucilio).

Multos errores librarii ipsi correxerunt: quod alter etiam certo testimonio confirmat subscriptioni libri V adiecto hoc: *emendaui conferente secundo.* Sed minus diligenter ille codici emendando operam dedit et plurimos atque grauissimos errores alteri tollendos reliquit. Eum autem correctorem (V^2) V^2 usum esse alio codice, archetypo nimirum, ex permultis locis apparet, sed etiam alia addidit quae pro commentis ipsius habenda sunt (cf. ad p. 161, 6. 172, 11. 173, 17. 188, 10. 198, 5. 212, 7. 222, 15 al.). Correctiones interdum uocula *uel (l)* inducuntur, sed haec res in uoluntate tantum correctoris posita est, non diuersam originem naturamque correctionum indicat. Praeter manum alteram perpaucis locis (9, 9; 163, 9 V^3) etiam aliae animaduertuntur.

Codices Parisinus et Valentianensis communi disputatione tractandi sunt. Atque primum in ratione eorum explicanda hoc dicendum est, illos per librum primum et per librum sextum[1] fere inde a c. 4, 20 (cf. p. 493, 17 *conpendibus*) saepissime una contra ceteros codices stare, per libros II–V autem perraro eum seruare consensum, immo multo pluribus locis ita inter se discedere, ut uel unus P uel unus V cum aliis omnibus uel aliquibus congruat; de libro VII, quoniam in V non extat, nihil dici potest. In libris I et VI autem cum nonnulla in uno P desint (cf. ad p. 37, 14; 40, 10; 51, 2; 59, 22. 23; 485, 11—489, 8), alia in uno V (cf. ad p. 57, 18; 71, 8; 526, 13; 544, 14), quo accedit quod V aetate inferior est quam P, neuter ex altero fluxit, sed communem habent
Υ archetypum (nobis Υ) multis locis aut neglegentia aut consilio mutatum. Pauca ex plurimis exemplis adferam: p. 2, 9 *praedicarent* pro *iudicarent*; 13, 18 *nihil finito* pro *ex infinito*; 18, 7 *rectoribus* pro *rector orbis*; 23, 14 *uarlerium* pro *ualerium*; 34, 10 *labore* pro *dolore*; 92, 22 *adpraehendimus* pro *deprehendimus*; 523, 7 *quid* pro *ut*; 553, 3 *inquit caesar* pro *te inquit caesari*; 569, 8 *quintialianus*; 572, 3 *dei* pro *ueri*. Omissa sunt in P et V: p. 5, 2 *uerae*; 7, 7 *quin*; 518, 4 *suis*; 547, 7 *deus*; al., addita haec: p. 24, 4 *ita*; 31, 21 *modo*; 64, 7 *omnes*; 92, 14 *quoque* al. Permulta uitia altera in P, altera in V uel a librariis uel a correctoribus sanata sunt, multo plura tamen in P quam in V idque maxime in libro VI; etiam hi loci communem illorum codicum originem probant: cf. 3, 23 *inquisione* P^1 V^1, *ti* add. P^2 V^2; 7, 1 *sententium*, ^{i} *i* s. l. add. P^1 V^2; 10, 14 *ad* om. P^1 (add. P^2) V; 11, 3 *om*^{nibus} (corr. m. 1) P, *om* V; 41, 15 *gesta* om. P^1 (add. $P^{2?}$) V; 46, 15 pro *sub* in V *ut*, in P tres hastae erasae, sine dubio *ut*, et *sub* s. l. add.; 64, 4 *falsas* om. P^1 (add. P^2) V; 69, 1 *e*^{n}*st do* P, *est do* V pro *endo*; 497, 16 *utrum* P^1 (corr. P^3) V pro *utrumque*; 505, 3 *et iis—iustitia* om. P^1 (add. P^2) V; 508, 13 pro *obrogari* in P est *progari*, correctum a m. 2, in V *progari*; 510, 7 *uerum* om. P^1 (add. P^2) V; 521, 6 *nec hoc—repudiandum* om. P^1 (add. P^2) V; 524, 20 *expetenda* P^1 (corr. P^2) V pro *expectanda*; 535, 23 *uocantiam* P^1 (corr. P^3), *uocantiam* V pro *uocant non tam*; 558, 19 *sempiternefas* P^1 (corr. P^3) V pro *semper nefas*; 560, 2 *conspiciam* P^1

[1] Breuitatis causa in hac disputatione, etiamsi consensus ille non ab ipso initio libri VI incipit, omnino librum VI et libros II—V dicam.

(corr. P[3]) V pro *conscientiam*; al. Hos autem locos considerantes dubitare non possumus, quin correctores P² et P³ in libris I et VI codicem P non cum proximo archetypo eius contulerint, sed cum alio codice. Nam cum saepe in V idem qui in P¹ sint errores uel eadem uerba omissa neque addita sit correctio, et hoc apparet, illa uitia iam in communi archetypo fuisse, et illud, correctorem Valentianensis, quippe qui illos errores, ad quos recte tollendos alius codicis subsidio opus erat, non attigerit, proximo archetypo codicis V usum esse, correctores contra codicis P alium codicem adhibuisse.

Quibusdam locis unus V ueram lectionem propagauit: 3, 18 *sua — luce* (sed deest B); 12, 7 *qui talia loquebantur* omittunt ceteri; 28, 1 *de utrisque — disseremus* omittunt ceteri; 43, 4 *figuretur* (cf. 2 *figuris*); 45, 17 *habebat* (non recte *habeat* recepi); 53, 10 *exim*, ceteri *exin* in loco 'Ennii'; 59, 15 *endo* (sed deest B); fortasse etiam 554, 18 *maledicis*.

Vidimus recensionem codicum P et V per libros I et VI eandem esse. At in libris II—V plane alia indoles atque ratio eorum codicum existit. Non desunt quidem loci quibus codices illi contra ceteros inter se consentiant, sed minime numero comparari possunt cum maxima multitudine eorum locorum quibus illi in diuersa abeunt, maxime uero mirandum est illud, quod nonnullis locis unus P, perpaucis unus V ea habet communia cum singulis uel pluribus ceterorum codicum, quae quin consulto mutata sint dubitari non potest; paucis locis cum PB etiam Parisinus S consentit: cf. p. 156, 5 *id est* et 375, 20 *mortali* PB, om. cett.; 308, 1 *idem* PRS (etiam H²), om. cett.; 241, 8 *feliciter* eiectum in PBG, pariter a R² (ne sceleratus 'felix' dicatur); 295, 18 *deus autem cum solus sit* PBS, *d. a. cum solus adhuc esset* cett. (prius illud factum est, ne deus tempori subiectus uideretur); 489, 13 *posita sunt* PB pro *posuit deus*, sed cf. 490, 11. 491, 11; 405, 11 P *congrueret*, B *non congrueret* pro *coniuerent* (ut Christiani, quamquam ei tempori risus *non congrueret*, tamen risisse dicerentur); 285, 1 *septingentis* PRH, *nongentis* VBS; 259, 19 *non* add. VB; 297, 5 *igitur* PRS, *autem* VBH; 302, 17 *ingressi* PBG, *egressi* VRHS; 374, 21 *hoc modo omnis* PHS, *omnis hoc modo* VBR; 385, 6 *enim* PBS, om. cett.; 475, 7 *mirum debet* PBS, *debet mirum* VRH. Pauci loci paulo accuratius considerandi sunt: p. 444, 9 fragmentum uersus Luciliani hoc est in VRH: _ ◡ ◡ _ *non Carneaden* (*-dem* H) *si ipsum*

Orcus remittat, in PBS hoc: _ ◡ ◡ *nec si Carneaden* (-*dē* S) *ipsum Orcus remittat:* sed prius genuinum esse cum positio minus solita uoculae *si* intra enuntiatum ipsum collocatae tum *nec* pro *non* scriptum, ut sententia esset *ne Carneades quidem*, ostendit. P. 328, 17 *filium suum principem angelorum legauit (sc. deus)*: non ferendum uidebatur Christum *principem angelorum* appellari, itaque duo haec uerba in PB oppressa sunt, contra sententiam Lactantii, qui Epit. 37 [42], 3 (p. 712, 23) hoc docet: *denique ex omnibus angelis . . . solus (sc. Christus) in consortium summae potestatis adscitus est.* Sed eadem sententia etiam in Institutionibus p. 296, 11—297, 5 et 297, 9—17 explanatur. Iam uero nonne mirandum est hos ipsos locos, quibus Christus cum angelis quodammodo comparatur, in VB omissos esse, extare contra in P et reliquis? Ac tamen hi quoque loci similibus locis Epitomae (cf. ad p. 296, 11 et 297, 9) Lactantio uindicantur multoque ueri similius est eos a seuero censore esse damnatos quam inlatos ab audaci interpolatore. Vides et hos locos in VB et priorem illum in PB eadem de ratione esse sublatos. Sed si quaerimus quo modo diuersitas illa quae in libris II—V inter P et V est explicanda sit, res quaedam, de qua infra in archetypo Ω describendo accuratius agemus, hoc loco praecipienda est. In archetypo Ω enim commenta interpolatoris audacissimi fuerunt, de quibus alia in alios codices transierunt: hoc modo factum est ut locis modo adlatis et codex P et V uarie cum reliquis concordent. Ad archetypum Ω illud quoque referendum est, quod codex P quattuor opera Institutiones, libros De ira dei et De opificio dei, Epitomen in corpus decem librorum conprehensa continet[1]. Sed accedit etiam illud, quod in archetypo Ω errores uel ab ipso librario uel a correctore sublati erant, ita ut facile alii codices errores, alii correctiones sequerentur, uel alii uoces in prima scriptura archetypi omissas non reciperent, alii in archetypo super uersus uel in margine additas reciperent atque interdum diuersos in locos. Haec quoque res, etsi postea dicetur de ea, tamen hic propterea commemoranda est, quia duae hae

[1] Minime codex P propter hanc communitatem aut propterea, quia in locis supra adlatis saepe cum B consentit, classi Ψ (BG) attribuendus est: quod non esse statuendum et locis codicum BG communibus, alienis a P, et lacunis quas BG habent, P non habet, demonstratur. Ne illud quidem retineo quod diu putaui *(Die dual. Zusätze p. 3)*, per libros II—V archetypum codicum P et V recensionem habuisse cui nonnulla ex codice classis Ψ admixta essent.

rationes, quarum una in interpolationibus, altera in correctionibus codicis Ω posita est, ad consensum quoque qui locis quibusdam inter P et V in libris II—V est explicandum prorsus sufficiunt: cf. 148, 18 *uel* om.; 198, 3 *quod* recte, *quodsi* cett.; 205, 15 *optantur* recte, *non optantur* cett.; 213, 9 *errare* pro *errasse*; 239, 11 *istudc utitor* P^1, *istud cutitor* V^1, pro *istoc utitor*; 274, 3 *cogitanti* recte pro *consideranti*; 276, 12 *quantum* P^1 (corr. $P^{3?}$) V pro *quanto*; 295, 9 *filius dei* om.; 387, 21 *dei ueri* pro *ueri dei*; 405, 19 *adlatorem* pro *adulatorem*; 431, 18 *errorem* pro *errorum*; 444, 21 *ut* om. P^1 (add. P^2) V; al. Haec ratio eo magis admittenda est, quia, id quod postea uidebimus, etiam in binis quibuslibet pluribusque ceterorum codicum idem singularis saepe est uitiorum consensus. Aliis locis error librariorum uidetur factus esse: p. 109, 21 *minutitiem* pro *minutiem*; 126, 6 *per se* pro *Persen*; 202, 8 *demultis* pro *demulsis*; 203, 13 *effigitur* pro *efficitur*; 209, 19 *scientiae* pro *scientia et*; al. Atque ut ea quae hucusque disputauimus, conprehendamus, certissimum est in libris II—V eam rationem quae in libris I et VI inter Parisinum et Valentianensem intercedat, plane mutatam esse atque his in libris codices illos non eandem, sed diuersam recensionem praebere, ut eos in libris II—V ex eodem quo in libris I et VI archetypo (Υ) originem ducere incredibile sit.

Itaque ad aliam eamque difficilem quaestionem deducti sumus. Inuestigandum est enim quomodo factum sit, ut codices P et V, cum in libris I et VI uniuerso consensu contineantur, in libris II—V in diuersas partes discedant. Hanc tamen quaestionem breuitatis causa hoc loco non omnes in partes exsequar, sed summam tantummodo eius ostendam proferamque ea quae rebus quam accuratissime poteram examinatis certa uel probabilia mihi esse uidebantur. Quam breuitatem eo magis quaestio illa admittit, quia uera aestimatio rectusque usus illorum codicum non ab ea pendent. Sed ut iam de origine diuersitatis illius codicum P et V dicamus, causa eius rei non alia cogitari potest nisi ea, ut alteruter illorum codicum uel eorum e quibus descripti sunt, aut libros I et VI aut libros II—V casu aliquo amiserit et ex alio aliquo codice sit reparatus. In neutro illorum codicum ullum est uestigium quo aut hos aut illos libros postea demum additos esse indicetur. Sed alia quaedam est res, quae nos in rectam uiam inducere potest. In P

et V enim subscriptiones libri VI Institutionum mire concinunt: in utroque additum est DEO (sic V, DÑO in P) GRATIAS, ad quod in V etiam alia pia sententia accedit. Ut autem haec gratiarum actio, quae neque in P neque in V ulli alii libro Institutionum subiecta est et omnino ad finem totius tantum operis uidetur esse apta, in fine libri VI legatur, eo factum esse puto, quod archetypus Υ sex tantum libros Institutionum continuerit. Deinde quod liber VII in codicem Υ non receptus est, hoc rursus, ne casu factum esse dicamus, eo esse referendum mihi uidetur, quod Lactantius in fusa illa enarratione extremorum huius mundi fatorum, quae in libro illo est, opinionem eorum sequitur qui millenarium quod dicitur fore credebant, atque ita, ut beatam uitam piorum non solum in bonis animi, sed etiam in amoenitate rerum ad corpus pertinentium ponat imaginemque eius uitae omnibus coloribus floribusque depingat. Sed hanc opinionem non solum ecclesia damnauit, sed, id quod maximi ad nostram quaestionem momenti est, Hieronymus (quem sequitur Gennadius) nomini Lactantii ipsius notam ascribens ut iudaicam respuit (cf. ad p. 659, 10). Facile igitur fieri potuit ut totus liber VII ob eam causam a codice Υ excluderetur. In codicem P autem ut libri I et VI tantummodo ex Υ transirent, hanc fuisse causam existimo, quod cum codicis Υ sex tantum libros Institutionum continentis media pars interisset uel corrupta esset, librarius, qui nouum codicem faceret, scilicet P, ex Υ libros I et VI, medios autem ex alio codice, in
Π quo quattuor illa opera Lactantii essent (Π), describeret atque ex eodem etiam librum septimum et tria scripta minora adderet. Hanc rationem si probamus, etiam illud apertum est, quomodo factum sit ut in P per libros I et VI a correctore (P^2 uel P^3) multae correctiones adderentur quae nullo modo ex codice Υ sumptae esse possunt (cf. p. XLII s.): nimirum cum codex Π praesto esset, corrector codicis P cum illo etiam libros I et VI ex Υ descriptos contulit atque ex eo correctiones addidit[1]. Ratio

[1] Perpaucae quidem correctiones in P et in V sunt quae cum hac sententia non conuenire uidentur. Sed rationes quaedam sunt quibus adhibitis eae correctiones offensioni esse desinunt.

illa si uera est, eo progredi licet, ut codicem V, quippe qui sex tantum libros Institutionum contineat, ueram propaginem codicis Υ esse dicamus. Sed cum codex V saeculo post Parisinum, quem ipsum ex mutilato Υ descriptum esse statuimus, confectus sit, ex Υ non ipse prouenire potuit, sed per alium demum codicem ($Υ^p$), qui ex Υ etiamtum integro deriuatus erat. $Υ^p$

Codicis V etiam is codex Institutionum similis fuisse uidetur, ex quo Sedulius Scotus locos graecos cum interpretationibus latinis excerpsit: de quibus excerptis in capite III agetur[1].

Codex Parisinus n. 1664, olim 3976, commemoratus a Nicol. Le Nourry p. 649, primum adhibitus a Parisinis Le Brun-Lenglet (cf. uol. I p. XXX) continet 182 foliis Institutiones, quibus in foliis 180^b et 181^a post locum in adnotatione nostra p. 668, 5 datum eadem frustula libri De opificio inserta sunt quae Institutionibus adnexa codices H et M (cf. p. XXXV s.) habent eademque cum inscriptione. Constat codex e partibus non una aetate confectis: partes enim hae: fol. 2^a—38^b (p. 3, 2—136, 4);

---

[1] Cognatione quadam cum Valentianensi coniunctus est codex ex quo multa Gallaeus inter Varias Lectiones in calce editionis suae (1660) subiecta, nonnulla etiam in adnotationibus uulgauit. Gallaeus in Elencho Veterum Librorum (p. **4^b) de hoc codice, quem litteris SA (i. e. scriptus antiquus) signauit, hoc refert: 'Hunc accuratissime cum editione Tornaesii anni 1553 contulit Io. Cauci. Est Codex optimae notae, fere enim in omnibus antiquissimo Bononiensi similem deprehendimus.' Codicem Cauci, qui ubi nunc esset frustra quaerebam, etiam Le Nourry p. 647 B, Le Brun-Lenglet I p. XXVIII, Buenemannus, Praefat. p. b^b n. 19, magnis laudibus ornant, et habuit sane bonas quasdam lectiones cum V uel PV communes, sed etiam multas falsas, multo uero maior est numerus earum e quibus illum recensionem audacissime interpolatam continuisse intellegitur. — Etiam alium codicem eiusdem atque Valentianensem stirpis esse putaui. Lachmannus enim, qui in Commentario Lucretiano p. 21 tres Lactantii codices Berolinenses recentissimos omnes commemorat, p. 311 unum ex eis olim Erfurtensem, cuius etiam p. 176 mentionem facit, in uersu Lucretii V 808, qui est apud Lactantium Inst. II 11, 5, lectionem *terram* praebere dicit: quam lectionem cum Lucretii codicibus inter nostros Lactantianos unus Valentianensis habet. At codex (Ms. theol. lat. fol. 381. Cat. Acc. 517) chartaceus, a. 1468 scriptus, ut est infimae aetatis, ita cateruae recentiorum codicum interpolatorum adnumerandus est. Heidelbergam transmissum perlustraui.

Codex Cauci.

Codex Berolinensis.

62[a]—131[b] (p. 218, 6—501, 14); 160[a] (p. 597, 8) usque ad finem Institutionum saeculo XII, partes autem inter illas positae saeculo XV scriptae sunt. Sed cum recentiores partes uerba Lactantii multo minus integra sinceraque quam ueteres habeant, illis hac in editione praetermissis ueteres tantum littera S signatas adhibui. Etiam primum folium saeculo XIV uel XV scriptum est, id quod tamen non ex litteris, quippe quae scripturam ueterum partium imitentur, colligitur, sed e genere minutarum picturarum quibus prima pagina marginata est. Videtur autem primum quod nunc est folium codicis ex natiuo primo folio fortasse detrito et uexato transcriptum esse: hoc enim e ratione lectionum cum lectionibus codicis M comparatarum conicio. Quare huius folii lectiones in apparatum recepi. — Codicem contuli partim Parisiis partim Heidelbergae, quo quod transmissus est, insigni beneuolentiae Leopoldi Delisle debeo.

S

Codex S quamquam ceteris nostris codicibus uetustate cedit, tamen probior testis uerborum Lactantii quam codices HM uel P dicendus est. Pauci quidem sunt loci quibus unus inter omnes ueram lectionem praebet (cf. p. 285, 9 *captiuos Iudaeos* om.; 433, 18 *corpore*; 465, 5 *memoriam*; 480, 6 *pretiosum—grata*; 495, 13 *magni facere*; 670, 5 *cupidinis*), neque desunt in eo corruptelae interpolationesque grauiores, sed cum recensionem contineat saniorem certe quam quae in HM extat, accedit etiam quod librarius maiore cum diligentia uerecundiaque quam in P non solum, sed etiam in B et V factum esse uidemus, officio functus est. In locis graecis mentione dignum est quod saepe accentus uel spiritus adpicti sunt. Sed ut recensionem codicis ipsam spectemus, duae sunt causae cur non una illa simplexque appellanda sit. Primum enim libri I—III et libri IV—VII, quantum quidem de eis superest, ex diuersis codicibus deriuati sunt. In priore parte codex S tot tamque singularibus locis cum HM consentit[1], ut

[1] Mirum est particulas libri De opificio dei, cum in HM recte Institutiones sequantur, in S peruerse ipsi libro VII post laudationem Constantini (cf. ad p. 668, 5) inculcatas esse: quod quomodo effectum sit uariis causis explicari potest; quas hoc loco persequi longum est.

ad eundem atque illi archetypum Φ referendus sit (cf. ad p. 14, 14; 23, 2; 26, 20; 34, 12; 35, 13; 37, 4; 38, 16; 42, 11; 91, 4; 102, 10; 126, 7; 135, 3; 222, 9. 18; 231, 22; 241, 4; 252, 16; 261, 9; 265, 22 al.), sed multis locis etiam meliores quam illi lectiones habet, quod qui apparatum nostrum perlustrabit, facile cognoscet. Ab hac parte plane diuersa est altera: desinit enim ille cum codicibus HM consensus, incipit autem quaedam cum codice P similitudo, quae interdum etiam eis locis quibus B cum P congruit (cf. p. XLIII) animaduertitur: cf. ad p. 295, 18; 309, 19; 319, 5; 440, 9; 444, 9. 14; 445, 13; 453, 7; 475, 7. Etiam in libro VII saepe S et P congruunt, sed quoniam in eo codex V totus, R paene totus deficit, certa comparatio fieri non potest. Sed si quaeritur quomodo consensus ille qui est inter S et P (B) explicandus sit, et numerus eorum locorum tam paruus est et tot aliis locis, id quod infra in archetypo Ω describendo ostendetur, codex S cum aliis quoque codicibus congruit, ut eum codicem ex stirpe (Π) codicis P deducere non possimus, sed propria propagatione ex Ω oriundum ex eodem etiam corruptelas interpolationesque quasdam aut correctiones quas etiam P uel B receperit, traxisse existimemus[1]. Accedit quod unus certe locus est (p. 285, 9 *captiuos Iudaeos* om.) quo unum S ueram memoriam non coniectura restitutam, sed ex archetypo ductam habere mihi quidem certum est. Sed fortasse illud est factum, ut in codicem S uel potius in unum ex eius archetypis nonnulla ex archetypo Parisini (Π) admiscerentur[2]. Sed

---

[1] Locus 309, 19, quo SP uerba *mirum putet cum dei* omittunt, non repugnat: ab interpolatore codicis Ω eiecta erant, idem deinde 310, 2 pro *dicimus* scripserat *neget,* quod tamen in P solum transiit, in S mansit *dicimus (dicim'* scriptum; per errorem in apparatu est *dicin').*

[2] Haec coniectura etiam eo nititur, quod ut in posteriore, sic etiam in priore parte codicis S multis locis graecis interpretationes latinae eaedem quae in P uel simillimae additae sunt (cf. ad p. 14, 3; 19, 20; 23, 18; 24, 3. 7 al.; in locis graecis libri II interpretationes non adiectae sunt, cf. ad p. 147, 13; 155, 1; 158, 23; al.): quas librarius codicis S uel potius archetypi eius fortasse ex codice Π uel eius simillimo etiam locis graecis prioris partis addidit. Nam quae perpaucae interpretationes in priore parte codicis S inueniuntur diuersae ab eis quas P habet (cf. ad p. 52, 7; 79, 19), eae ex archetypo Φ, ex quo una certe etiam in H transisse uidetur

ad codicis S originem intellegendam etiam alterum spectandum
Σ est. Totus enim codex S uel potius eius archetypus (Σ) cum alio codice simillimo Parisini R collatus permulta ex eo accepit quae in nullo alio antiquiore nisi in uno R occurrunt[1]: quae cum codicis S tam in priore quam in posteriore parte sint, eam operam archetypo Σ postea demum quam ex duabus illis partibus sit conpositus, adhibitam esse apparet (cf. ad p. 4, 10; 15, 18; 22, 19; 50, 21; 95, 13; 111, 8; 130, 5; 274, 3; 281, 22; 296, 14; 400, 8. 17; 420, 2; 430, 6. 7; 454, 15; 464, 18; 471, 3; 473, 1. 17; 485, 6; 496, 16; 607, 18; 609, 18). Longe plerisque horum locorum uerba Lactantii mutata auctaque sunt, perpaucis codex S ex uera alterius illius codicis memoria genuinas lectiones recepit (cf. p. 430, 7; 609, 18). Ut autem eos locos postea demum in Σ insertos esse extremis uerbis disputationis ad p. 130, 5 adlatae, quae turbata sunt, ostenditur, ita manifesta interpolationis uestigia etiam loci p. 15, 18; 50, 21; 471, 3 habent. Alius autem ille codex non R, sed sine dubio cognatus eius ex eodem quo ille archetypo X ortus fuit. Nam qui in S sunt libro VII adiecti loci ampliores, quorum uno (cf. ad p. 602, 2) doctrina dualistica exponitur, altero (cf. ad p. 668, 5) laudes Constantini celebrantur, cum locis libri II qui in isdem uersantur argumentis enarrandis tanta et uerborum et sententiarum cognatione coniuncti sunt (cf. *Die dualist. Zusätze* p. 41. 47), ut eos initio in eodem quo illos codice fuisse atque ex eo tam in R quam in S peruenisse existimandum sit. Sed quoniam tot locis codex S ex alio illo codice interpolatus est, etiam illud est ueri simillimum, aliis quoque locis, quibus S cum ceteris codicibus omnibus aut cum aliquibus consentit, eum consensum, cum antea aliae lectiones in S fuerint, ad correctionem codicis secundum alium illum institutam reuocandum esse. Postremo etiam hoc est addendum.

(cf. ad p. 155, 1), peruenire potuerunt. Eadem illa ratione explicandum est quod p. 102, 5 in S primus uersus Persii, quem poetam medio aeuo notissimum fuisse constat, uersui Persii II 61 praepositus est, in P autem prior ille est receptus, alter omissus.

[1] De his locis disputaui *Die dualist. Zusätze* p. 26 ss.

Quoniam, id quod mox uidebimus, alii quoque codices sunt simillimi codicis S, non magis ex hoc descripti quam ipse ex illis descriptus est, necessario propria familia eius archetypi, quem supra Σ nominauimus, statuenda est.

Constat ergo recensionem codicis S uel potius eius archetypi Σ non solum bipartitam[1], sed etiam mixtam esse. Prior enim pars ex codice Φ oriunda, posterior autem alia aliqua uia ab archetypo Ω profecta est, fortasse ita tamen ut ex codice Π uel eius simillimo in codicem Σ quaedam adicerentur. Sed ex eodem illo codice etiam in priorem partem nonnulla esse inlata uidentur, praeterea per omnes Institutionum libros ex codice classis X haud pauca inducta sunt.

Codex S praeter correctiones librarii ipsius etiam alias habet partim a manu antiqua, quae archetypum sequebatur, partim a posteriore additas, quae plerumque errores leuiores sanauit, sed etiam multa, maxime in genere orthographico mutauit. Correctiones manus antiquae omnes, posterioris eas tantum quae alicuius momenti esse uiderentur, in apparatum recepi utrasque signo S^2 conprehendens, ut minus sane accurate, ita non cum periculo recti de Lactantii uerbis constituendis iudicii; perpaucis locis (uelut p. 15, 18) etiam distincte antiquam manum indicaui. Etiam tertia manus saeculi XV codicem pertractauit saepe scripturam detritam renouans et multis locis scholia uel glossemata ascribens: quae in apparatum non admisi. S^2

Ex codice Σ etiam duo alii codices fluxerunt. Unus est Casinensis n. 595 saeculi XI uel XII (cf. Bibliotheca Casinensis, tom. I 1873, Append. p. LXIV), cuius locos nonnullos A. Goldmann in usum nostrum descripsit. Continet codex praeter Institutiones libri De opificio dei easdem illas quas codex S habet particulas eodemque in loco positas. Institutiones non integrae sunt, amisit enim codex, qui male habitus est, magnas partes librorum II. III. VI. VII[2]. Hunc codicem Honoratum

[1] Propter uariam quae est in priore et in posteriore parte codicis S rationem in apparatu ei per libros I—III locum ante codices HM, per libros IV—VII prope codicem P dedi.

[2] Per errorem tamen *Die Kaiseranreden p. 2* posteriorem laudationem Constantini in Casinensi deesse dixi: quae in eo seruata est.

Fasitelium, cui a Paulo Manutio altera editio Aldina (a. 1535) curanda tradita erat, adhibuisse ex epistula Manutii ad Germanum Minadoum monachum Casinatem inscripta (cf. Praef. fol. aa III[b]) fortasse colligi potest, sed habet bibliotheca illa etiam recentiorem codicem Lactantii a. 1429 scriptum (cf. catalog. Casin. ibid. p. LXVII n. 327).

g Alter illorum codicum est Gothanus (nobis *g*), signatus Membr. I n. 55, foliis 1—278[b], post quae alia addita sunt, continens 'Tabulam super libros Lactancij' (i. e. argumenta capitulorum), Institutiones, libros De ira dei et De opificio dei, de quo praeter Cyprianum, Catalog. codd. manuscr. Gothan. (1714) p. 9, Iacobs et Ukert dixerunt, *Beiträge zur ältern Litteratur od. Merkwürdigkeiten der Herzogl. öffentl. Bibl. zu Gotha*, II (1836) p. 120 ss. (n. 141): qui cum codicem saeculo XIII tribuant, dubitari non potest quin saeculo XIV aut fortasse XV scriptus sit. Codicem primus adhibuit Cellarius editor (1698) collatione a G. E. Tenzelio facta usus (cf. Praef. p. 4), aliam accuratiorem Io. Mich. Heusingerus iam ante a. 1710 Buenemanno suppeditauit (cf. Heusingeri Emendationum libri duo, Gothae 1751, p. 1 s., et Buenemanni praef. p. b 3 n. 36), idem denuo codicem Heumanni in usum contulit, qui tamen serius ab illo ut eam operam sibi praeberet petierat, quam ut collatione ad editionem suam apparandam uti posset (cf. Heumanni praefat., fol. ante quaternionem c). Itaque Heusingerus praecipuas Gothani lectiones in Parergis Gottingensibus, tom. I lib. III (Gott. 1737) p. 189 ss. cum suis et Heumanni 'Animaduersionibus' edidit, multas alias in Emendationibus illis protulit: quae 'Emendationes', quot quidem ad Lactantium pertinent, pleraeque nihil aliud sunt nisi ipsae Gothani lectiones, nonnulla Heusingerus ad locos Lactantii explicandos addidit, ipsius coniecturae paucae sunt, inter quas uerae quaedam emendationes. Magnas partes codicis, cum a. 1887 a bibliotheca Ducali Gothana liberalissime Heidelbergam transmissus esset, contuli, paucis tamen locis lectiones eius in apparatu descripsi, maxime in spuriis illis disputationibus dualisticis laudationibusque Constantini. Iam Buenemannus enim rectius quam Cellarius Heusingerus Heumannus 'librarium codicis eruditiorem, qui elegan-

tiorem uellet reddere Lactantium, sibi aliquid in eo corrigendo arrogauisse' censuit. Habet codex, quamquam ex Σ deriuatus est, tamen multas lectiones inmixtas e recensione fortasse a docto aliquo Italo confecta, quae etiam aliis in recentioribus codicibus extat. Loci quidam in antiquis codicibus corrupti in Gothano emendati leguntur, sed coniecturis, quae facile ab homine doctiore inueniri poterant, restituti sunt minimeque ad antiquam alicuius codicis memoriam referendi [1].

Percensuimus eos codices quos in hac editione secuti sumus, quibus alii cognatione quadam cum eis cohaerentes adiungebantur. Plus uno loco antiquos Institutionum codices qui interierint fuisse statuimus: quo magis eorum antiquorum codicum aut non seruatorum aut fortasse delitescentium quorum memoria mansit, mentionem fieri par est. Codicem Capituli Cameracensis 'decimi uel undecimi seculi, sed lacerum' Lenglet (I p. XIII) ad se Parisios transmissum esse dicit, alio loco (p. XXVII) haec de eo habet: '. . noni aut saltem decimi seculi, sed ita mutilus, ut nonnisi summo studio et cura legi possit. Continet septem libros Institutionum; habet fere ubique Graeca eximia litteris quadratis scripta.' Codex nunc neque in bibliotheca Cameracensi est, quam unum Lactantii codicem fortasse saeculi XIV in catalogo quem Le Glay composuit p. 23 descriptum habere etiam Blin praefectus eius bibliothecae mihi per litteras confirmauit, neque in bibliothecis Parisinis uestigium eius inuenire potui. Quo recentiore Cameracensi Lenglet (cf. ibid.) usus est, is sine dubio est ille quem etiam nunc bibliotheca illa habet. Lenglet ex antiquo illo uix quicquam attulit: nam cum adn. ad p. 586, 16 Cameracensem appellat, dubium est utrum intellegi uelit. Alium antiquum Lactantii codicem Frid. Blume Romae in bibliotheca Angelica uidit (Bibliotheca librorum manuscript. Italica, 1834, p. 144: Lactantius, Firmianus. Membr. pulcher uetustus. fol. B. 7. 5), sed hunc codicem in bibliotheca illa H. S. Sedlmayer eius rei causa a me rogatus frustra quaesiuit scripsitque a. 1848, quo nouus eius biblio-

---

[1] Insigne exemplum est p. 76, 11 edit. nostr., ubi cum in antiquis nostris codicibus *colere* legatur ex superiore *colunt* ortum, quod plane ferri non potest, Gothanus *horrere* habet, quod sanum certe sensum praebet. Hoc autem *horrere* etiam 'aliquot codices manuscripti' Thomasii (cf. eius notam 16 ad I c. XX) habent, deinde Gallaeo teste (p. 108 adn. 19) codex Cauci et Ultraiectinus, saeculi XIV, qui antea in bibliotheca S. Mariae Ultraiectinae (cf. Gallaeum p. **4 b), nunc in bibliotheca Uniuersitatis Ultraiectinae est (cf. catalogum quem Tiele edidit, p. 35 n. 120), tum codex collegii Emmanuelensis Cantabrigiensis (cf. Collectanea Variarum Lectionum editioni Cantabrigiensi [a. 1685] praemissa, adnot. ad p. 49, 4).

thecae catalogus factus sit, non iam in ea fuisse. Octauo saeculo Eboraci codicem Lactantii fuisse ex uersu 1552 Alcuini De sanctis Euboricensis ecclesiae ('Quid Fortunatus uel quid Lactantius edunt'; cf. Becker, Catalogi antiqui p. 3) discimus. Decimo saeculo coenobium Bobiense secundum testimonium ueteris catalogi praeter 'duos libros de opificio Dei' habebat 'Celii Firmiani Lactantii . . unum de falsa religione, in quo habentur dicta Sibyllae' (cf. Beckerum ibid. p. 67 n. 222), saeculo undecimo autem Corbeiae fuit 'Firmiani Lactantii liber de falsa religione' (cf. Beckerum p. 140 n. 60), idem sine dubio codex in catalogis Corbeiensibus saeculi XII (cf. Beckerum p. 188 n. 149; p. 282 n. 222) est. Postremo loco appelletur 'Lactantii uol. unum' in Notitia codicum monasterii Nonantulani (prope Mutinam siti) a. 1166 conscripta commemoratum (cf. Beckerum p. 220 n. 15).

Iam reliqui Institutionum codices ante saeculum XIV scripti quam breuissime describendi sunt, eius generis omnes, ut praeter codices a nobis adhibitos locus eis in apparatu nostro concedi non potuerit. Simillimi inter se sunt codex Atrebatensis (cf. *Catalogue des manuscrits de la biblioth. de la ville d'Arras*, 1860, p. 269 n. 614; *Catalogue général . . . des départements* IV, 1872, p. 219 n. 549), saeculi XII, Institutiones et librum De opificio continens, et Duacensis (cf. Duthillœul, *Catalogue des manuscrits de la biblioth. de Douai*, 1846, p. 77 n. 257, ubi codex minus accurate descriptus saeculo XIV tribuitur; *Catalogue général . . . des départements* VI, 1878, p. 113 n. 219), saeculi XII, in quo sunt Institutiones et liber De ira dei. Habent hi codices quaedam communia cum Valentianensi, in aliis ab eo discrepant; recensionem mixtam esse existimauerim. Atrebatensis lectiones nonnullas Wicquotz, Duacensis B. Rivière, praefecti earum bibliothecarum, mihi miserunt. In bibliotheca Duacensi etiam 'Excerpta ex Lactantio' sunt, saeculi XIII (cf. *Catalogue général l. c.* p. 320 n. 21): de quibus nihil habeo. Etiam codex Vindobonensis miscellaneus (cf. Tabulae codd. manu scr. bibl. Vindob. II p. 42 n. 2243), saeculi XII, pauca ex libris I et VI Institutionum excerpta continet. Saeculi XII uel XIII codex est Glasgouiensis Musei Hunteriani (Press S, Shelf 5, n. 60; cf. Haenelium, Catalogi p. 795), cuius lectiones quasdam Ioanni Young praefecto eis musei debeo: e quibus codicem similem esse Atrebatensis et Duacensis colligitur. Saeculo XIII in Bandinii Catalogo I p. 667. 695, duo Medicei Plut. XXI cod. 7 et 16 tribuuntur Institutiones et libros De ira dei et De opificio dei continentes; quorum lectiones nonnullas Ph. Kautzmann mihi misit. Uterque, multo magis autem posterior quam prior, ualde atque interdum eadem ratione interpolatus est, inde eos saeculo XIII inferiores esse coniecerim. Etiam codex miscellaneus Bonnensis n. 140 olim Duisburgensis (cf. Bibliotheca Academiae Duisburgensis, 1685, p. 51), qui fol. 233—257 sextum librum Institutionum continet, in catalogo codicum Bibliothecae

Academiae Bonnensis (1858 ss.) II p. 33, saeculo XIII scriptus esse dicitur, sed H. Rau, qui etiam lectiones quasdam eius mihi suppeditauit, exeunti saeculo XIV aut ineunti XV ascribit. Codex inter recensionem codicum P (uel PV) et aliorum fluctuat. Car. Halm in editione Ciceronis de re publica librorum (Ciceronis opera ex rec. Orellii, ed. alt., uol. IV) p. 790 adn. 24 codicem Monacensem n. 14619 saeculi XII (non XI), in quo tertius tantum Institutionum est liber, commemorat ut 'optimae notae' praedicans: quod, quoniam codex quaedam habet integra quae in recentioribus corrupta sunt, non sine causa dixit. Tamen inter nonnullas eius codicis lectiones quas a G. Laubmanno habeo, uix unam (p. 241, 19 *euolare*) inueni quae fortasse mentione digna esset, at multas quae manum interpolatoris produnt. Recensio codicis uidetur esse mixta, haud raro cum P uel cum H, interdum etiam cum aliis congruit. Etiam ex alio Monacensi Halmius in editione illa lectiones quasdam (cf. ad p. 776, 7; 822, 7. 20 [cf. edit. nostram ad p. 449, 18]; 825, 29. 38) adfert, quem p. 824 adn. 26 saeculo XIII tribuit: quem codicem esse illum qui signatus numero 11326 commemoretur in Catalogo codd. mscr. biblioth. reg. Monac. IV 2 p. 14 n. 186, Laubmannus me docuit. Sed is codex non saeculo XIII, sed a. 1398 est scriptus neque quicquam auctoritatis ei concedendum est. In bibliotheca urbana Regiomontana seruatur codex qui Institutiones et libros De ira dei et De opificio dei continet, a Carolo Ludouico Struue ad recensendos locos graecos a Lactantio ex Oraculis Sibyllinis et aliis scriptoribus prolatos adhibitus: quas quaestiones Struue inde ab anno 1817 in programmatis gymnasii urbani Regiomontani edidit, nunc illae in eiusdem Opusculis selectis, uol. I, Lips. 1854, p. 46 ss. 124 ss. collectae habentur. Struue codicem accurate descripsit ibid. p. 48 s., egregium appellans et qui non deterior esset codice Puteani, aetatem tamen eius definire ausus non est. De qua apud Reimarum, De uita et scriptis Io. Alb. Fabricii (Hamburgi 1737) p. 326 sententia legitur quam M. V. de la Croze tulit: cui saeculi XII esse uidebatur. Sed A. Wittich praefectus eius bibliothecae secundum iudicium Francisci Ruehl codicem saeculi XIV demum esse mihi scripsit. Ego in eis lectionibus Regiomontani quas Struue edidit, nihil inueni cur codex dignus uideretur quem asciscerem.

Etiam alios Lactantii codices editores adferunt qui eis uel antiqui uel optimae notae esse uel simili commendatione digni uidentur: at notum est quanta facilitate antea uiri docti eas laudes libris manu scriptis concesserint. Accedit autem quod eae lectiones quas illi e codicibus suis proferunt, nullas proprias eorum codicum prae nostris uirtutes ostendunt. Neque uero dubitandum est quin inter codices ab editoribus adhibitos praeter eos quos enumerauimus, uix ullus sit qui saeculum

XIV superet. Ex catalogis bibliothecarum qui editi sunt nullus mihi innotuit antiquior neque sunt antiquiores in multis certe non solum Germaniae, sed etiam externis bibliothecis, quarum catalogi non extant; quod a praefectis earum per epistulas interrogatis comperi. Eorum autem codicum qui saeculo XIV, XV atque etiam XVI scripti sint, multitudinem maximam esse iam ante p. X dixi: in una bibliotheca Vaticana triginta fere, in bibliothecis Parisinis etiam plures sunt neque ulla paene est in Gallia maxime et in Italia bibliotheca paulo instructior libris manu scriptis quae careat Lactantio. Inter codices recentiores nonnulli esse uidentur qui recensionem quandam recentiorem habent, de qua iam antea (p. LIII adn. 1), ubi de codice Gothano egimus, dictum est. In multis recentioribus codicibus uerba Lactantii impudenter mutata atque dilatata esse ex apparatu Buenemanni uel Parisinorum Le Brun-Lenglet, qui plurimas eorum lectiones collegerunt, apparet, quas autem habent ei codices lectiones quae meliores sunt quam antiquorum codicum, eas esse coniecturas ipsa facilitas emendandi ostendit. Locis quibusdam qui antiquis in codicibus corrupti sunt, eas coniecturas recentioribus codicibus suppeditatas recepi, sumpsi eas ex adnotationibus Buenemanni aliorumque editorum, codices quosdam illius generis, Berolinensem, Gothanum, de quibus ante dixi, Monacensem saeculi XV (Catal. codd. bibl. Monac. III 1 p. 17 n. 84), quem G. Laubmann ad me transmisit, recentiores Parisinos ipse inspexi.

Quoniam absoluimus descriptionem codicum, iam qua illi quorum ex auctoritate haec editio pendet, contineantur inter se cognatione ita demonstrandum est, ut quae rationes in Institutionibus et recensendis et emendandis sequendae sint explicetur.

Varias classes codicum constituimus, primam Ψ, cuius sunt codices B et G, alteram X, quae extat in Parisino R atque etiam Parisinum S (Σ) attingit, tertiam Φ, quae in libris I—III codicibus S (Σ) et HM, in libris IV—VII codicibus HM efficitur, quartam Υ, quae in libris I et VI in codicibus P et

V, in libris II—V in codice V constat, quintam II, quam in libris II—V et VII propagauit Parisinus P, in libris I et VI autem correctores eius (P^2 et P^3) seruauisse uidentur. Codicem S quamquam uidebamus mixti generis esse, tamen facere non poteramus quin alteram eius partem propriae originis esse statueremus. Fortasse etiam alia classis addenda est codicis Planipediensis, cuius memoria recentiore parte Parisini R (R^p) tradita est. Vere autem omnes nostros codices ex uno et eodem primo archetypo Ω originem ducere ex multis lacunis et corruptelis atque etiam ex interpolationibus quibusdam, quae uarii generis uitia omnibus illis codicibus communia sunt, efficitur, ex uitiis autem quae eadem omnes codices habent, rursus quae fuerit indoles ipsius archetypi cognoscitur. Fuit is codex Ω praestanti integritate ac fide, ita tamen ut uitiorum non plane expers esset: quorum tria sunt genera. Primum et frequentissimum genus in eo positum est quod haud raro aliquid intercidit, non solum singulae pluresue litterae (uelut p. 61, 11 *uniuersa⟨s⟩*; 66, 1 *uulg⟨at⟩o*; 206, 20 *uirtu⟨ti⟩s*; 256,5 *⟨ex⟩-tendat*; 284, 23 *scripto⟨re⟩s*; 320, 19 *⟨obs⟩curasset*; 454, 3 *suffici⟨a⟩t*; al.) uel singulae uoces (cf. p. 2, 7; 20, 1; 49, 12; 63, 13; 92, 18; 101, 21; 165, 2; 188, 6; 202, 1; 215, 14; 222, 1; 234, 13; 256, 1; 293, 4; 488, 15 al.), sed etiam, quamquam hoc perraro factum est, plures uoces et particulae orationis (cf. ad p. 93, 10; 277, 1; 283, 20; 430, 3). Alterum damnum codex Ω eo accepit quod librarius nonnumquam ab exemplo quod sequebatur deerrans litteras uel uoces confudit uel aliis modis uerba scriptoris turbauit (p. 3, 17 *disserenda* pro *adserenda*; 18, 8 *deum* (uel *deus*) pro *dei*; 80, 7 *iace* pro *iaci*; 143, 18 *hibernus* pro *hibernum*; 179, 17 *quo* pro *eo*; 207, 3 *sed* pro *si*; 223, 2 *inquit sapiens* pro *sapiens inquit*; 250, 1 *etiam* pro *tantum*; 260, 12 *ueram* pro *meram*; 265, 5 *aliquos* pro *alios*; 307, 14 *facturum* pro *futurum*; 417, 2 *hominum* pro *omnium*; cf. ad 453, 10; 500, 10 *operibus* pro *opibus*; 509, 5 *sator* pro *lator*; 510, 7 *amplectitur* pro *amplectetur*; 522, 2 *dicitis* pro *dicis*; 569, 13 *uindicari* pro *uindicare*; 570, 14 *eam* pro *etiam*; al.). Tertium genus uitiorum in locis manifesta interpolatione mutatis constat: uelut omnibus in codicibus addita sunt haec: p. 79, 20 *id est hominem*; 82, 15 *uel serapidem*; 267, 14 *aut*; 538, 11 *malum*; mutata haec: 185, 8 *spartiatae* pro *sparti*; 237, 11 *socraticae* pro *stoicae*; 259, 5 *pythagoram* pro *phaedonem*; 423, 15 *prodigi* pro *perfidi*; 511, 7 *timonem*

pro *cimonem*; 528, 10 *mare* pro *munera*; 606, 15 *calumniari* pro *cauillari*. Horum trium generum quod multae atque eaedem in omnibus codicibus nostris corruptelae inueniuntur, certissimum documentum est quo et probatur omnes illos codices ex eodem archetypo fluxisse et ipsius archetypi habitus intellegitur.

Sed tertii generis uitia num omnia iam ad primam manum natiuamque formam archetypi Ω referenda sint incertum est. Potest enim factum esse ut ab interpolatore inferrentur, cuius peruersam operam cum iam ante in codicibus P et S describendis (cf. p. XLIII. XLIX) statuendam esse dixerimus, iam uere deprehendi certis documentis demonstrabimus. Qua in re inde proficiscendum est, quod interpolationes quaedam extant in pluribus neque tamen isdem semper codicibus, ut eas ex nullo alio fonte nisi ex archetypo Ω in illos transisse manifestum sit. Propter eos autem locos prorsus credibile est etiam additamenta aliaque commenta si non omnia, at aliqua, quae cum in omnibus codicibus sint, necessario fuerint in archetypo Ω, in hunc ab interpolatore inducta eisque genuinas lectiones plane oppressas esse. Sed loci illi etiam maioris momenti propterea sunt, quia eorum indicio et maxima illa minimeque inter codices eosdem constans diuersitas lectionum e parte quidem ad ueram causam originemque reuocatur et proprias illas diuersasque classes memoriae Lactantianae quas statuerimus, uere agnoscendas esse apparet. Loci autem illius generis hi sunt. P. 27, 4 in BR pro *appellari oportere* est *appellari oportere debere*: uides in Ω ad *oportere* ascriptum fuisse *debere* ex proximo loco 26, 25 *appellari debeat* sumptum, unde duo illi infinitiui perperam coniuncti in B et R transierunt. P. 128, 13 pro *Caesar Augustus* habet B *gaius caesar*, R *g. caesar augustus*: interpolator, loci 60, 18 ubi *Gaius Caesar* appellatur peruerse memor, *gaius* uel *g.* addiderat, quod in B in locum nominis *Augusti* transiit, in R cum illis nominibus coniunctum est. P. 61, 2 initium uersus Enniani RSPV (B deest) sic exhibent *o pater o patriae*, H sic *o pater o genitor patriae*, apud Ciceronem de rep. I 41, 64 est *o pater o genitor*: in
patriae
codice Ω haec fuerunt *o pater o genitor*, unde diuersitas illa

nata est. P. 3, 17 in PV (deest B) legitur *(ut potentius [ueritas] in animos influat) et ui sua instructa et luce orationis ornata,* in RSM *et ui sua et instructa religione et luce* eqs.: interpolatori cui displiceret quod ueritas *ui sua* instructa in animos influere diceretur neque commemoraretur *religio,* supra uersum *et* et *religione* addidit mutata simul uerborum coniunctione. P. 87, 17 in uersu Lucretiano [1] R cum codicibus Lucretii habet *o miseras hominum mentes*, B *o miserae h. m.*, SPV *o stultas h. m.*, H *o miseras o stultas h. m.*: interpolator, quoniam Lactantius illo loco (I 21, 44 ss.) de 'ineptiis hominum paene dementium', non de miseria loquitur, supra *o miseras* adiecit *o stultas*, itaque cum prius in R et B (in hoc leuiter corruptum) retineretur, in SPV alterum, in H utrumque manauit. P. 428, 5 *(Seneca) qui morum uitiorumque publicorum et descriptor uerissimus et insectator acerrimus fuit*: pro *insectator* omnes excepto R codices *accusator* habent, R autem *accusator et insectator*, sed uocem *accusator* glossema esse loco Quintiliani (quem aliis quoque locis Lactantius sequitur, cf. Addenda ad p. 58, 31. 402, 15) hoc, Inst. or. X, 1, 129: *(Seneca) egregius tamen uitiorum insectator* ostenditur: inde intellegimus uoce *accusator* in Ω supra ascripta uerum *insectator* in ceteris codicibus expulsum, in codicem R utrumque receptum esse. Iam uero facile est ad intellegendum quo modo factum sit ut haud raro duo quilibet uel plures codices contra ceteros consentiant: in alteros nimirum uerae lectiones archetypi Ω, in alteros adulterinae transierunt. Ex multis exemplis grauiora quaedam per tabellas composui:

BR falso:	ceteri recte:
105, 13 *uulgatum*	*uelatum*
127, 5 *lucinae*	*laciniae*

---

[1] Valde doleo quod hoc loco in editione contra codices Lucretii lectionem codicum R et B neglexi codices SPV secutus. Nam quia non pauci scriptores quarti et posteriorum saeculorum Lucretium legerunt uarieque in suis libris adhibuerunt (cf. *Die dualist. Zusätze p. 47*), factum esse opinatus sum, ut cum Lactantius *stultas* scripsisset, interpolator e notitia sua Lucretii *miseras* corrigeret: in quo rem male in contrarium inuerti.

BR falso:	ceteri recte:
191, 4 *cum* add.	om.
253, 19 *ipsos* add.	om.

B(G)H falso:	ceteri recte:
70, 11 *erudienda*	*eruenda*
91, 16 *regnum*	*rerum*
161, 12 *progenies*	*gens*
376, 5 *hominem*	*in homine*
409, 7 *deus* (post *fuit*) add.	om.
428, 1 *plurima*	*plura*
495, 9 *uidetur*	*debetur*
497, 11 *consequatur*	*subsequatur*
588, 7 *terminatus*	*permixtus* (P tantum superest)[1]

BS falso(?):	ceteri recte(?):
440, 12 *qui data facultate ad placandum deum non reuertatur*	*quin data facultate ad placandum deum reuertatur*

B(G)P falso (cf. p. XLIII):	ceteri recte:
156, 5 *id est* add.	om.
241, 8 *feliciter* (deletum etiam a R²) eiectum	habent
302, 17 *ingressi* (recte?)	*egressi*
328, 18 *principem angelorum* eiectum	habent
375, 20 *mortali*	om.
405, 11 *non* (om. P) *congrueret*	*coniuerent* (uarie corruptum)
489, 13 *posita sunt*	*posuit deus*

BV falso:	ceteri recte:
259, 19 *non* add.	om.
296, 11—297, 5 } eiecta	habent
297, 9—17 } eiecta	habent
343, 6 *traditam* (recte?)	*datam*

---

[1] Excepto hoc loco e libro VII, quia in eo V totus, R paene totus deficit, nulla exempla recepi. Praeterea uariae lectiones in locis S. Scripturae occurrentes, quorum propria quaedam est condicio (cf. cap. III), hic non commemorandae sunt. — Loci quibus R et S consentiunt, propter causam p. L adlatam hic non proponuntur.

BRH falso:	ceteri recte:
198, 3 *si* add.	om.
205, 15 *non* add.	om.

BRPV falso:	SH (i. e. Φ) recte:
121, 4 *solidi (soli dii* V) i. e. totum, oppositum proximo *membris*	*sola dei*

BHP falso:	ceteri recte:
200, 1 *si* add.	om.
242, 3 *interroget*	*roget*

BHV falso:	ceteri recte:
297, 5 *autem*	*igitur*

BSP falso (cf. p. XLIX):	ceteri recte:
295, 18 *cum solus sit*	*cum solus adhuc esset*
444, 9 *nec si carneaden*	*non carneaden si*

RH(M) falso:	ceteri recte:
90, 8 *athenae* R, *athena* H (sc. *signa)*	*aena (aenea, ahena)*
385, 7 *suis* add.	om.
394, 12 *tamen* add.	om.

RV falso(?):	ceteri recte(?):
104, 17 *errari*	*errare se*

RSH falso:	ceteri recte:
98, 2 *cum* add.	om.
129, 13 *fecerit cum solus esset*	*uoluerit*
220, 24 *sit* add.	om.
243, 11 *masculus*	*mas*
258, 4 *progredi*	*procedi*
431, 12 *non* eiectum	habent

RSP falso:	ceteri recte:
308, 1 *idem* add. (praeterea H^2 in marg.)[1]	om.
474, 9 *eo* add. diuersis locis(!) R et SP	om.

---

[1] Videtur *idem* in Φ^p ut alia lectio ascriptum fuisse.

RSV falso:	ceteri recte:
398, 3 *constantine imperator maxime* (*maxime* om. RS)	om.

RHP falso:	ceteri recte:
285, 1 *septingentis*	*nungentis* BV, *DCCCC* S

HPV falso:	ceteri recte:
199, 3 *uirtutibus*	*uiribus*

SP falso (cf. p. XLIX):	ceteri recte:
319, 5 *consultus* eiectum	habent
444, 14 *tamen*	*quidem*

SPV falso:	ceteri recte:
278, 4 *priore*	*primo*

Loci librorum II—V, quibus P et V contra ceteros stant, p. XLV propositi sunt.

Haec tanta discrepantia lectionum inter codices quoslibet intercedens ex nulla alia causa repeti potest nisi ex interpolatione illa archetypi, quam locis quibusdam manifesto teneri supra uidimus. Ad plane eandem causam si non omnibus, at multis certe locis referimus quod singuli codices, cum ceteri ea reciperent quae interpolator nouauerat, ueram memoriam retinuerunt. Etiam ut delenda quaedam in Ω ab interpolatore notata esse p. XLIV uidimus; pariter etiam p. 102, 9 uox *suis,* in qua sane offendere possis, uidetur ab interpolatore expuncta esse, in V recte (cf. Epit. p. 754, 23) retenta est. Itaque ne illud quidem incredibile est quod supra (p. LVIII) coniecimus, aliena illa quae omnibus in codicibus nostris sunt, aut omnia aut ex parte saltem ab interpolatore potius quam a librario archetypi uel eius codicis ex quo hic descriptus est conficta esse. Postremo uix dubitandum est quin magna pars additamentorum lectionumque falsarum quae in singulis codicibus extant, ex archetypo Ω in eos migrauerint: quae, cum interpolator ille scientia quadam non careret, saepe specie emendatioris elegantiorisque orationis uel sententiae rectioris magisque cum doctrina

ecclesiae consentientis librarios codicum ex Ω descriptorum eo facilius fallebat[1]. Corruptio illa maxime in codices BG, HM, P inrepsit.

Sed etiam alia causa est cur saepe quilibet codices inter se consentiant, haec quoque in condicione archetypi Ω posita. Librarius enim illius uel corrector, cum errores secundum exemplum e quo Ω descriptus erat correxisset, in alios codices primae scripturae, in alios correctiones transierunt. P. 28, 1 de uerbis *de utrisque generibus in secundo libro disseremus. nunc* in BRSHM *nunc* tantum est, in PV(Υ) haec *de utrisque—disseremus.* Neque priora deesse possunt, ne quae post *nunc* sunt (*interim* eqs.) sensu careant, cum praesertim similes formulae sint p. 107, 21; 111, 21; 151, 25; 295, 3; 316, 4; 317, 5; 384, 11; 419, 19; 454, 22; 536, 3, neque *nunc* est omittendum, quod etiam locis 107, 21. 111, 21 cum *interim* coniunctum est (unum *interim* est 317, 5; 454, 22; 536, 4): neque enim credibile est *nunc* in omnibus illis codicibus coniectura ortum esse. Apparet uerba *de—disseremus* in Ω primo omissa, postea super *nunc* ascripta esse, ut alii librarii haec, librarius codicis Υ illud reciperet. Eadem ratione explico quod interdum uoces uarie in aliis codicibus omissae sunt, in aliis extant, uelut p. 177, 7 *rei* om. BH; 267, 9 *plane* om. BS; 106, 24 *quod* om. RH; 328, 19 *et colendum* om. RSV; 120, 19 *enim* om. HP; 571, 4 *erit*[2] om. HP^1V. Ad eas correctiones refero illud quoque, quod

---

[1] Inter eos locos quos singuli codices recte tradunt, etiam esse possunt quibus librarii corruptelam archetypi facili coniectura sustulerint, uelut 110, 17 *aureum* R, *aurum* cet.; 165, 20 *sed* V, *et* cet.; 185, 12 *ipsa* H, *ipsam* cet., al.; idem etiam in pluribus codicibus fieri potuit: 153, 20 *quem* recte RH, *quod* BPV habent; 155, 13 *inspirauit* recte BR, *spirauit* cet.; 221, 13 *et* in archetypo excidisse uidetur, unde *semper* B, *et semper* correctum est in RPV, *semperque* in SH; 403, 5 *eis* om. HPV, recte habent BR et (sed alio loco) S. Etiam coniecturas minus probabiles interdum singuli codices eis locis habent, qui cum etiam in ceteris corrupti sint, iam in archetypo damnum acceperant, uelut 202, 1 *nam ipsa* P; 222, 1 *disciplinam ueram* P; 320, 19 *celasset* P; 493, 12 *nos* R.

[2] Quod P^2 uocem addidit, inde repetendum est, quod hic corrector archetypo Π usus est; cf. p. XLVI.

interdum plures codices aliam atque ceteri uerborum collocationem habent: nam uoces in archetypo additae in alteris codicibus alteros in locos receptae sunt, uelut p. 73, 17 *flagitante populo* BR, *p. f.* ceteri; 181, 4 *esse ibi* BG (Ψ) R, *i. e.* cet.; 372, 3 *tamen summam* et 475, 11 *nos esse* BH, inuersa cet.; 327, 11 *illi umquam* BP, *u. i.* cet.; 276, 19 *aliquam possent* et 475, 7 *mirum debet* BSP, inuersa cet.; 153, 8 *facta esse* RP, *e. f.* cet.; 67, 26 *ipsa senectute* H et PV(Υ), *s. i.* cet.; 243, 5 *aliud esse* SHV, *e. a.* cet.; 374, 21 *hoc modo omnis* HSP, inuersa cet.; fortasse etiam 440, 9 *malitia illorum*, 445, 13 *simul omnes*, 453, 7 *modo uerbis* SP, inuersa cet.

Duae igitur rationes illae, si de origine earum lectionum quae uarie in parte codicum consentiunt quaeritur, quam maxime adhibendae sunt: una, quam modo proposuimus, in eo constat, quod archetypus Ω nonnullas correctiones habuit a librario uel a correctore additas, altera in eo, quod ille codex aspersus fuit commentis interpolatoris. Apparet autem et hoc, in eligendis ueris lectionibus multo minus uniuersam quandam fidem aut numerum codicum quam ipsam naturam cuiusque lectionis spectandam esse, et illud, saepe iudicium nostrum in lubrico esse positum parumque certe dispici posse utra lectio genuina sit.

Sed unum etiam addendum est ad confirmandum illud, quod per totam hanc disputationem tenuimus, memoriam contextus Lactantiani uere in tot quot statuerimus diuersas propriasque classes diuisam esse. Qua in quaestione qui consensum binorum pluriumque codicum sequi uelit, cum minime sit constans inter uarios codices is consensus, eum ad certum finem peruenire non posse ex eis quae modo exposuimus non minus apparet quam quae eius consensus explicandi uerae sint rationes. Recte autem nos diuersas illas classes distinxisse et hac re ostenditur, quod nulla classis est quae non habeat uerba quae in singulis ceteris interciderint, et illa, quod nulla est quae non una ceteris deerrantibus genuinas lectiones eas seruauerit quae non coniecturis librariorum restitutae, sed ex ipso archetypo receptae sint. Ne illud quidem factum esse potest quod antea (*Die dualist. Zusätze* p. 3) propter locos quosdam primi libri (uelut p. 3, 18; 12, 7; 28, 1; 59, 15) putabam, codices B R S H per unum communem codicem

omnes ex primo archetypo Ω fluxisse, codices classis Υ, P et V, ex eo ipso prouenisse: obstant enim loci ex parte iam supra (cf. p. LVIII. LXIV) commemorati p. 61, 2 *o pater o patriae* RSPV (B deest), *o pater o genitor patriae* H; 67, 26 *senectute ipsa* BRS, *ipsa senectute* HPV; 89, 2 *ita eos quintus petilius* [1] RPV, *itaque* (in B *que* fort. ex *q* a m. 1) *eos petilius* BSH.

Etiam in locis graecis quae sunt uariae lectiones pleraeque eo esse ortae uidentur, quod quae in archetypo Ω ab interpolatore corrigendi uel explicandi causa ascripta essent, in codicibus ex eo deriuatis locum genuinorum uerborum occuparent: cf. locos p. XXIII et XXXII adlatos, quibus unus B uel R uerum seruauit; deinde in uno B est 287, 4 ΟΥ ΓΑΡ ΠΕΡΙ pro αὐτὸν περὶ γάρ; 294, 10 ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΜΕΝ pro τοὺς δ'ἐπεὶ οὖν; 361, 8 ΕΝ ΗΜΑΤΙ pro καὶ ἥματι; 363, 11 ΕΝ pro εἰς; 363, 12 ΘΝΗΤΟΙΣ (cum codd. quibusdam Sibyll. !) pro κλητοῖς; 658, 9 ΣΥΝΠΑΝΤΟΝ pro ζώντων καί; in R 158, 20 ΑΙΕΝ ΕΟΝΤΑ pro ἀέναόν τε; 166, 7 ΚΟΙΝΟΝ pro μόνον; in S 355, 1 Ἀ´ΦΡΩΝ pro δύσφρων; 361, 8 ΗΜΕΡΑ pro ἥματι; de P cf. ad p. 166, 4 [μία γάρ]; in V 288, 1 ΟΤΙ pro ἐπεί; 3 ΗΓΙΑΣΕΝ pro ἠγάσθη. Etiam his locis interpolatorem non indoctum hominem fuisse probatur: quod eo facilius credemus, quo rarior in occidentis partibus per priora medii aeui saecula fiebat linguae graecae scientia. Uno alteroue loco graeco plus una uaria lectio in codicibus nostris est (uelut p. 443, 11 pro ἀνοήτους in B est ΑΝΕΣΘΗΤΟΥΣ i. e. ἀναισθήτους, in R ΑΝΟΣΙΟΥΣ): quae discrepantia fortasse ita explicanda est, ut non solum in archetypo Ω, sed etiam in eis codicibus in quibus classes nostrorum codicum constant, studiis graecis nondum plane iacentibus pauca mutata esse dicamus. Etiam quod in Parisino S saepe accentus uel spiritus uocibus graecis additi sunt (cf. p. XLVIII), fortasse ab archetypo eius Σ repetendum est, in ceteris desunt [2].

---

[1] Huius loci uarietas fortasse hanc causam habet, quod cum in archetypo initio fuisset *ita eos* $\overset{\textit{quintus}}{\textit{q.}}$ *petilius*, uoce *quintus* a librario, ut plenum nomen scriberetur, addita, postea interpolator duobus illis *q.* et *quintus* expunctis prius ad *ita* referens $\textit{ita}^{\textit{q.}}$ fecit.

[2] Iota ascriptum uno loco superesse uidetur: p. 641, 4 in P est ΑΤΑΞΙΑΙ; in scriptura codicum PS p. 662, 2 ΦΑΤΝΗΥ (sic P, ΦΑΙΤΝΗΥ S), quae est pro φάτνῃ, utrum illud lateat an uitium sit diiudicari non potest.

Interpretationes quoque latinae locorum graecorum, quas plurimas codices SP, pauciores B et R (cf. supra p. XLIX adn. 1. XVIII. XXXIII s.) habent, ex parte quidem ex archetypo Ω deductae, aliae ad archetypos singularum classium esse referendae uidentur: interdum enim aliae in aliis codicibus (cf. ad p. 27, 9. 12; 52, 7; 79, 19; 167, 7; 288, 4 al.) sunt, ut esse quasdam appareat quae aliam atque ex archetypo Ω originem, scilicet ex codicibus inter Ω et nostros codices positis habeant. In eis locis oraculorum Sibyllinorum quos Augustinus De ciuit. dei XVIII 23 ex quarto Institutionum libro (cf. Expilatores ad p. 352, 1. 3; 353, 5; 354, 6. 8; 361, 8; 363, 10) in sermonem latinum conuertit, codices S et P interpretationes Augustini reddunt: quae etiam ad locos graecos recte scribendos respiciendae erant (cf. ad p. 353, 6; 354, 7; 355, 2; 363, 12). Ceteras interpretationes latinas in apparatu praetermisi [1] exceptis eis locis quorum contextus graecus in codicibus corruptus esset, praesertim si ei loci ab uno Lactantio traditi sunt (cf. ad p. 288, 4; 624, 23; 626, 3. 6; 642, 3 al.). Neque tamen in locis graecis qui omnibus in codicibus nostris deprauati sunt, interpretationes latinae ad ueram memoriam retegendam auxilium ferunt, immo illas ipsas iam secundum corrupta graeca factas esse apertum est [2] (cf. ad p. 288, 4; 644, 2; 645, 2; 662, 3). Plus subsidii interpretationes latinae praebebant ubi quae lectiones graecae singulis codicibus essent restituendae quaestio erat (cf. ad p. 166, 4; 167, 7; 641, 4 al.).

Hoc loco etiam de longioribus illis (cf. p. XXXII) additamentis et dualisticis et panegyricis — sic enim, cum in alteris doctrina quaedam dualistica exponatur, in alteris praedicentur laudes Constantini Magni, appellare placet — pauca proferenda sunt, ut quae ratio codicum illis subsit intellegatur. Nam locos illos ipsos, de quibus a saeculo sexto decimo uirorum

---

[1] Praeter alios editores Buenemannus et Le Brun-Lenglet eas interpretationes latinas dare solent.

[2] Uno loco p. 293, 4 quo uocem graecam omissam restitui, excidisse illam interpretatio latina codicis S indicare uidetur, nisi forte uox illa hoc loco in S e coniectura addita est.

doctorum erant controuersiae[1], non Lactantii, sed falsarii esse atque utrosque unius, qui rhetor Gallicus, fortasse Treuerensis, posterioris partis saeculi quarti fuisse uideretur, duabus disputationibus p. XXXII adn. 1 commemoratis cum demonstrauerim, hoc loco argumenta illic proposita non repeto. Loci dualistici tres sunt, primus Inst. II 8 post § 7, alter capiti 5 libri VII subiectus, tertius in libro De opificio dei post § 8 capitis 19 additus: breues quidam loci eiusdem argumenti Inst. II 8, 3—5 (cf. ad p. 129, 9. 13; 130, 2—4) inserta sunt. Primus locus in Parisinis R et S, in Casinensi, in Gothano — nam alios recentiores codices praetermitto —, alter in Parisino S, in Casinensi, sed in hoc mutilatus, in Gothano legitur: Parisinus R si in libro VII integer esset, dubium non est quin hunc quoque locum contineret. Hos locos in communem Parisini S, Casinensis, Gothani archetypum Σ ex archetypo (X) codicis R inlatum esse p. L probabam. Tertius locus in Parisino P est. Locos dualisticos iam in communi archetypo Ω fuisse mihi certissimum est: nam cum is, id quod ex Bononiensi et ex Parisino P cognoscitur (cf. p. XIII. XXXVIII. XLIV), etiam tria scripta minora Lactantii contineret, ex eo in archetypum (X) Parisini R duo priora additamenta Institutionum transierunt, in archetypum (Π) Parisini P tertium, quod est in libro De opif. dei, receptum est. Locorum panegyricorum unus, eo consilio compositus, ut Institutiones Constantino Magno dedicatae uiderentur, Inst. I 1 post § 12 est; legitur in Parisinis R et S, Casinensi, Gothano. Alter, quo ea ut facta celebrantur quae priore loco optata erant Constantino et spe precationibusque praecepta, in codicibus post § 2 extremi capitis Institutionum (VII 27), in

---

[1] Plerosque eorum locorum primus P. Manutius uel potius Honoratus Fasitelius in alteram Aldinam (a. 1535) recepit. Ei editores Lactantii aliique uiri docti qui de locis illis dixerunt atque etiam proprias commentationes scripserunt, enumerati sunt *Die dualistischen Zusätze* p. 21 ss.; *die Kaiseranreden* p. 9 ss. Ad laudes illas Constantini Lactantio uindicandas post Thomasium editorem (1570, in notis ad Inst. I 1) multi eo confugerunt, ut Lactantium post primam editionem Institutionum etiam alteram fecisse sumerent: quam opinionem in posteriore illarum disputationum p. 17 ss. redargui.

editionibus in calce superioris capitis 26 positus est[1]; extat in Parisino S, Casinensi, Gothano: de Parisino R idem quod de altero loco dualistico diximus iudicandum est. Sed ad hos locos accedunt etiam breues appellationes Constantini in initiis librorum II—V positae hae: II 1, 2 (p. 95, 13) *constantine imperator* habent RS; III 1, 1 (p. 177, 3) *constantine imperator* R^p, S hac in parte deficit, de Casinensi interrogare oblitus sum; IV 1, 1 (p. 274, 3) *constantine imperator* RS Casinensis, *constantinum imperatorem* Gothanus; V 1, 1 (398, 3) *constantine imperator* RS Casinensis, *constantine imperator maxime* V, idem etiam Atrebatensis, Duacensis, Glasgouiensis, duo Medicei; VI 3, 1 (p. 485, 6) *constantine imperator* RS Casinensis Gothanus. Facile quam rationem illae appellationes habeant intellegis: falsarius enim cum primo et septimo libro ampliores illas ad Constantinum orationes addidisset, etiam in mediis libris commonefieri saltem legentes uolebat, quis patronus tamquam esset operis. Codices autem in quibus Constantini laudationes illae breuesque appellationes extant, idem fere sunt atque ei qui additamenta dualistica continent, Parisinus R et familiae Σ codices, S Casinensis Gothanus: quod ad communem utrorumque locorum originem statuendam non parui est momenti. At quomodo factum est ut libri V in initio Valentianensis quoque appellationem Constantini habeat? Nulla alia causa est quam quod in archetypo Ω hae quoque interpolationes iam fuerunt: ex quo librarius codicis Υ, cuius propago V est, solitae cautionis immemor unam tamen de illis recepit. Ab eadem causa uidetur repetendum esse quod Planipediensis (R^p) in initio tertii libri appellationem imperatoris praebet et quod in Parisino R liber I

[1] In altera Aldina, quae prima hanc laudationem exhibuit capiti 26 adnexam, illi eum locum restitutum esse certum est quem interpolator ei dare uoluerat. Nam cum illa post § 2 capitis 27 nexum sententiarum prorsus dirimat neque ullo modo cohaereat cum eis quae aut ante aut post sunt proxima, uerus eius locus in fine capitis 26 esse inde intellegitur, quod extrema huius uerba haec sunt (§ 10): 'unde etiam quasdam exsecrabiles opiniones de pudicis et innocentibus fingunt (sc. inimici Christianorum) et libenter iis quae finxerint credunt', prima autem laudationis haec: 'sed omnia iam, sanctissime imperator, figmenta sopita sunt' eqs.

(fortasse tamen ab alia manu), in Parisino P liber II *ad constantinum imperatorem* inscriptus est. Sed additamenta illa omnia ita in archetypum Ω peruenisse existimandum est, ut maiora non in ipsum contextum Lactantii insererentur, sed in schedis scripta adicerentur: nam prius illud si factum esset, sine dubio in omnes codices illa transissent. Neque tamen interpolatorem ipsum eas schedas adiecisse inde apparet, quod ille Epitomen Institutionum etiam integram nouerat (cf. *Die dualistischen Zusätze* p. 39 et adnot. s. u. 'Epitome' ad p. 130 huius uoluminis), archetypus Ω autem, id quod ex Bononiensi et Parisino P apparet, illam iam longe maiore parte priore mutilatam continebat, quale etiam Hieronymi exemplum erat, qui De uir. inl. 80 *habemus* inquit *ἐπιτομὴν eiusdem operis* (sc. Institutionum), *librum unum acephalum.* Non autem credibile est falsarium, si archetypus Ω in manibus eius fuisset, ut ei schedas suas inderet, praeter Epitomen, qualis in illo esset, etiam aliud Epitomae exemplum non mutilatum aut habuisse aut nouisse: nam non prius addidisset commenta sua quam exemplum ipsum mancum suppleuisset, atque haberemus in codicibus illis non partem Epitomae, sed totam [1]. Itaque res ita potius se habuit, ut cum archetypus Ω conferretur cum eis exemplis et Institutionum et libri De opificio, in quibus essent et dualistica additamenta et panegyrica, maiora in schedis descripta adicerentur, minora ascriberentur in marginibus. Quid quod etiam eo progredi licet, ut in ea collatione non solum additamenta illa, sed etiam alia quibus rhetor ille Lactantium corrigere temptauisset, in archetypum Ω, quem multa commenta habuisse ascripta uidimus, inrepsisse coniciamus?

Iam quae uniuersae rationes criticae ad Institutiones Lactantii recensendas ex eis quae disputauimus colligantur, breuiter conprehendamus. Sunt autem hae.

Consensus omnium codicum ut plurimum ualet ad uerba scriptoris constituenda, ita, cum iam primus archetypus Ω er-

[1] Ex eis quae supra exposui, sententia quaedam antea a me prolata (*Die dualistischen Zusätze* p. 63; *die Kaiseranreden* p. 69 ss.) corrigenda est.

rores interpolationesque habuerit, minime omnibus locis sequendus est.

Una quaeque earum classium quas constituimus (cf. p. LVI s.), sola contra ceteras ueram lectionem habere potest, idem de uno quoque codice dicendum est. Saepius id factum est in codicibus VRB quam in HSP. Ratione uniuerse habita tam corruptelarum fortuitarum quam mutationum consulto factarum quae in singulis codicibus sunt, eundem fere gradum codices RVSB tenent, magis P et H (M) degenerauerunt.

Eis locis quibus codices diuersas in partes discedunt, minus numero codicum uel auctoritate singulorum quam ratione diiudicatur quae lectio uera sit. Saepe B et H, B et P, R et SH, P et S, P et V (in libris II—V) falsa, quae ex primo archetypo Ω fluxerunt, communia habent. Quae in R et S solis inueniuntur, paene omnia spuria sunt.

De eis quae correctores codicum P (P^2 et P^3), V (V^2), S (S^2) addiderunt, multa ex archetypis eorum sumpta sunt, corrector codicis H (H^2) quae ascripsit, paene omnia ex archetypo eius transtulit. Inter correctiones manus alterius in B (B^2) et R (R^2) paucissimae esse uidentur quae lectiones alius codicis reddant, manus tertia codicis B (B^3) recentiore codice usa est.

His rationibus adhibitis inter seque coniunctis archetypus Ω quodam modo restitui potest. Sed quoniam eum ab exemplari quod Lactantius ipse scripsit, uno certe, fortasse etiam pluribus gradibus remotum esse ex mendis omnium codicum communibus satis apparet, etiam altius ascendendum est atque manus scriptoris ipsius emendatione archetypi restituenda. *In emendatione* autem *Lactantii* quae leges obseruandae sint, ex eis ipsis quae de generibus uitiorum archetypi diximus facile intellegitur. Sunt autem paucissimae ac simplicissimae. Atque quoniam archetypus proba in uniuersum fide uerba Lactantii seruauit, eis locis quibus nihilo minus persuadere nobis non possumus lectionem omnibus codicibus traditam esse genuinam, quam maxime uehementioribus remediis abstinendum est. Habet autem id potissimum genus emendandi locum, ut num quid uel interciderit uel errore neglegentiaque librarii turbatum sit quaeratur. Illud contra, propter certum aliquod consilium uerba

Lactantii mutata esse, quam parcissime concedemus: neque tamen neglegendum est fieri potuisse ut aliqua ex eis quae interpolatoris manu in Ω nouata essent, in omnes nostros codices se insinuarent.

Sed si circumspicimus num quae praeter rationem et usus Lactantiani obseruationem sint quibus emendatio Institutionum adiuuetur, tria subsidia offeruntur: primum locum tenet Epitome Institutionum a Lactantio scripta, sequuntur auctores, quorum uerba Lactantius uel ipsa transcripsit uel aliquo modo in suum sermonem intexuit, postremo expilatores acciendi sunt temptandumque si quid de eis quae a Lactantio sumpserunt, rursus ipsi quodam modo ei reddere possint. De his tribus agemus capitibus II et III: nunc propior quaedam quaestio absoluenda est.

Descripsimus indolem archetypi Ω atque quod malum per interpolatorem illum passus sit ostendimus: sed etiam alia illa possumus reperire, qua aetate archetypus conscriptus sit et quae forma eius fuerit, quibus quaestionibus re ipsa adiungitur ea, qua de Institutionibus et tribus minoribus scriptis Lactantii in unum corpus compositis agitur. Atque primum archetypus Ω, quoniam Bononiensis, qui est saeculi VI uel VII, per alium demum codicem (Ψ) ex eo manauit, non post sextum saeculum ortus est. Sed alia quoque ratio est qua aetatem archetypi inuestigare possumus. Lactantius in conscribendis Institutionibus et Epitome earum uoluminibus, non codicibus usus est: quod uerba Inst. I 1, 20: '(ueritati) adserendae atque inlustrandae septem uolumina destinauimus', et Epit. prooem. 2: 'difficile uidetur ea quae septem maximis uoluminibus explicata sunt, in unum conferre', aperte ostendunt. Quare cum Hieronymus Epist. LXX 5 (I 427 D Vall.) haec scribat: 'Lactantius qui de ira quoque et opificio dei duo uolumina condidit', quibus ex uerbis illum hos libellos Lactantii in uoluminibus scriptos habuisse apparet, iam Lactantius ipse in illis quoque conscribendis quin usus sit uoluminibus non est cur dubitemus. Itaque Institutiones et tria scripta minora, quae in archetypo Ω in unum corpus composita fuisse

ex Bononiensi et Parisino P cognoscitur, omnia initio in uoluminibus exarata esse uidemus. Idem etiam de Epistularum quas Lactantius scripsit libris aliquibus — nescimus enim qui illi fuerint epistularum libri ex multis a Lactantio editis (cf. Hieronym. de uir. inl. 80) — certo testimonio constat. Damasus enim loco epistulae supra p. IX adn. 2 proposito epistulas quasdam Lactantii 'usque ad mille spatia uersuum' tendi queritur: quo ex loco, quoniam conputationes uersuum i. e. stichometricae, non ad codices, sed ad uolumina spectant, etiam epistularum illius uolumina fuisse colligimus. Iam uero Institutiones a Lactantio in uoluminibus editas esse alia quoque memoria plane singulari traditum est. In codice enim Parisino R inscriptio quarti libri haec est: INCPT · LIB · IIII · DE VERA RELIGIONE ET SAPIENTIA · V · N · II DCCC ·, i. e uersus numero duo milia octingenti, subscriptio autem eundem numerum exhibens haec: CAELI FIRMIANI INSTITVTIONVM DIVINARVM LIB · IIII · EXPL · V · N · II · DCCC · Deinde liber sextus hanc habet inscriptionem: INCIP · LIB · VI · DE VERO CVLTV · V · N · II · D ·, qui sunt uersuum duo milia quingenti. Vides esse numeros stichometricos[1]: qui eo maiorem mirationem mouent, quia, quantum ego quidem sciam, e latinis codicibus notae stichometricae uixdum editae sunt[2]. Primum autem hi numeri necessario ad eum archetypum, qui in uoluminibus constabat, referendi sunt. Deinde in posteriore numero signa quaedam defluxisse certum est: nam cum liber IV, qui in editione Fritzschii 58 paginas inplet, secundum numerum illum stichometricum habeat uersus 2800, liber VI autem in illa editione 60 paginas contineat, hic non potest 2500 tantum uersuum esse. Ratione instituta libri VI uersus 2896 inueni: ergo in inscriptione eius libri numerus II · DCCCC restituendus est[3].

---

[1] Perspexit H. Omont; cf. p. XXXI adn. 1.

[2] Cf. Mommsen, *Hermes* uol. XXI 142 ss.; 150 adn. 1.

[3] Ex numeris uersuum 2800 et 2900 efficitur uolumina maioris illius formae fuisse, quam Th. Birt, *Das antike Buchwesen* p. 311 (II d), 2500—2900 uersus continentem inter mediam et maximam formam posuit. Eandem fere quam libri IV et VI magnitudinem habent libri I et III, minorem libri II. IV. VII, breuissimus est liber V.

Tum si quaeritur quantam magnitudinem uersus habuerint in quibus haec stichometria posita est, singulos uersus archetypi illius 35, 25 i. e. tricenas quinas litteras habere efficitur[1]: qui numerus reddit legitimam illam uersus antiqui magnitudinem quam inprimis C. Graux et Th. Birt reppererunt[2]. Sed ut iam ad id perueniamus quod maxime hac quaestione sequimur, numeri illi stichometrici uix ullo alio modo nisi ex archetypo Ω in codicem R transire potuerunt. Archetypus Ω autem ita effectus est, ut septem uolumina Institutionum certe, fortasse etiam tria scripta minora in uoluminibus exarata in unum codicem transcriberentur[3]; Epitomae mutilatum modo uolumen praesto fuisse uidetur[4]. Ille enim codex corpus decem librorum Lactantii continens cum ex uoluminibus illis conficeretur, librarius parum sane conuenienter ad formam rationemque codicis, sed magna cum nostra utilitate etiam notas stichometricas si non plures, at illas certe recepit, quas deinde librarii ceterorum codi-

---

[1] In ea ratione ineunda inde profectus sum quod apud Fritzschium liber IV 58 paginas habet, singulae paginae 37 fere uersus, singuli uersus 46 fere litteras. Versus 2146, quos secundum hanc rationem liber IV in editione illa habet, cum uersibus 2800 notae stichometricae collati numerum supra datum efficiunt.

[2] Quod Lactantius Inst. II 8, 10 locum Ciceronis adfert quem § 12 (p. 132, 23) *decem uersibus* contineri dicit, is numerus cum non accurate, sed summatim positus esse uideatur, uix eum usum praebet, ut quae uersuum in autographo Lactantii magnitudo fuerit ex eo colligatur. Qui tamen Lactantium illo loco numerum accuratum dare existimat, exemplar ab illo ipso exaratum habuisse uersus longiores, formam autem uoluminum breuiorem quam archetypum Ω statuat necesse est: quod sane facile fieri potuit.

[3] Non plane incredibile est eum qui archetypum Ω componeret, libros De ira dei et De opificio dei et Epitomen non ex uoluminibus, sed iam e codicibus transcripsisse: quod si factum est, eo tamen quae de forma et de aetate archetypi Ω proferimus, non attinguntur. — Ut Institutionum codices omnes ex archetypo Ω sunt deriuati, cuius formam Bononiensis et Parisinus P seruauerunt, ita etiam qui praeter Bononiensem et Parisinum extant codices partem Epitomae his traditam aut librum De ira dei aut De opificio dei separatim continentes ex eodem illo archetypo fluxerunt: quod de Epitome in proximo capite, de duobus reliquis scriptis in Prolegomenis alterius partis huius editionis ostendetur.

[4] Cf. locum Hieronymi p. LXIX adlatum.

cum quos auctores classium constituimus, uel non intellectas uel ut inutiles omiserunt, is autem qui codicem X, deinde is qui ex eo codicem R descripsit, fortasse ob id ipsum quod eas non intellegebant, fideliter propagauerunt. Sed quo tempore archetypus Ω uel, quod idem est, corpus illud decem librorum confectum est? Cum antea dixerimus archetypum non post sextum saeculum ortum esse, iam illud addendum est, archetypi originem ei aetati esse tribuendum quo libri ex uoluminibus in codices translati sint. Hoc autem proximis ante sextum saeculis factum est[1]. Accedit uero quod multo ueri similius est id corpus praeclarissimorum librorum Lactantii non multo post auctoris mortem, cum nomen ac fama eius etiam in recenti hominum memoria esset, quam interiecto longiore demum temporis spatio esse compositum. Quare sic statuimus, corpus decem librorum Lactantii codicibus Bononiensi et Parisino P traditum, hoc est archetypum Ω nostrorum codicum aut quinto aut etiam quarto saeculo ortum esse.

CAPUT II.

DE CODICIBUS EPITOMAE.

Epitomen Institutionum quomodo factum sit ut Lactantius ad Pentadium quendam, quem fratrem appellat, scriberet, ipse docet in prooemio Epitomae proponens simul quam rationem cum magnum opus in breuiorem formam contraheret secutus sit. Sed de Epitome ipsa, de origine eius uere Lactantiana[2],

---

[1] Cf. Birt l. c. p. 95 ss.; Landwehr, *Studien über die antike Buchterminologie,* Archiu. lexicogr. et gramm. lat. VI 419 ss.

[2] Primus Walchius in ed. Lactantii (1735), Diatribe de Lactantio eiusdemque stilo p. 38 s. et p. 1134 adn., Epitomen a Lactantio esse scriptam omnino incertum esse dixerat, minime tamen re accurate atque in omnes partes considerata, sed breuissime leuissimeque iaciens quaedam quae illi ad eam opinionem stabiliendam sufficere uidebantur. Hunc tamen secutus est Baehr *Geschichte der röm. Literatur, Supplementband. Die christlichen*

de rationibus inter eam et Institutiones, librum De ira dei, 'L. Caecilii' librum De mortibus persecutorum intercedentibus, de Pentadio illo, de omnibus denique quaestionibus ad hunc librum spectantibus aliis locis aut dixi aut propediem dicam[1]: hic ea tantum exponenda sunt quae ad Epitomen recensendam emendandamque pertinent.

Vidimus supra p. LXIX iam Hieronymum librum Epitomae acephalum, ut ait, habuisse neque dubitandum esse quin ille eandem tantum partem eius legerit quae in Bononiensi et Parisino P, sed in hoc etiam decurtata, supersit. In Bononiensi pars Epitomae quae est inde a cap. 51 usque ad finem (cap. 68, 5), in foliis 269[b] — in fol. 269[b] col. 1 est inscriptio quam dedimus ad p. 730, 14, columna altera illius folii uacua est, contextus in fol. 270[a] incipit — usque in 282[a] ut liber decimus (cf. p. XIV) librum De opificio dei sequitur. Hic codex in Epitome plane eiusdem indolis est cuius in Institutionibus eum esse ostendimus, habetque quaedam temerarie uel mutata (cf. p. 739, 17 *filios* pro *liberos*, de quo cf. p. XXIV; 742, 19 *non*; 746, 3 *uideas accidisse*; 746, 11 *pauperes*; 746, 12 *perfecerit* pro *obierit*; 747, 19 *dominationis*; 753, 25 *casu—peruenerat*; 757, 15 *lunam – obumbrabit*; cf. ad 758, 10; al.) uel inserta (cf. p. 735, 11 *ut parentem*; 750, 6 *dici*; 760, 1 *delendamque*). Ea quoque quae de correctoribus B[2] et B[3] p. XXV exposita sunt, hic ualent, addenda tamen sunt quae infra p. XCI dicentur. B

Codex P(arisinus n. 1662) in foliis 191[a] usque in 195[a] Epitomen a cap. 51 usque in cap. 61, 6 (p. 748, 4), pariter atque P

Dichter und Geschichtsschreiber Roms II. Abth. (1837), p. 77, postremo autem Ebert, *Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters im Abendlande* I[2] (1889) p. 85 adn. 2 et in Encyclopaedia Theologica ab Herzogio edita uol. VIII[2] p. 365, Epitome num uere Lactantii opus esset accuratius esse quaerendum scripsit quam antea factum esset: quam quaestionem in commentatione *Ueber die Entstehungsverhältnisse der Prosaschriften des Lactantius* expediam; contra Bernays, Opusc. I 340 adn. 2, suam sententiam proposuit his uerbis: *Lactantius' Autorschaft der Epitome halte ich für unbestreitbar.*

[1] De Pentadio egi *Ueber das Leben des Lactantius* p. 16 ss., de ceteris quaestionibus commentatione modo adn. 2 nominata agetur.

in B est ut librum decimum post librum De opificio dei continet. Codex P ut in Institutionibus, sic etiam in Epitome multis erroribus, ad quos etiam interpolationes accedunt, deprauatus est. De correctoribus codicis p. XXXIX. XLV s. dictum est.

Cum minor illa tantummodo pars Epitomae quae est in B et recentioribus codicibus quibusdam, de quibus post dicetur, inde ab anno 1478, quo in priorem eius anni editionem Venetam est recepta, nota fuisset, initio saeculi XVIII praeter
T omnium expectationem tota Epitome in codice Taurinensi (T) inuenta est. Atque eodem tempore duo uiri docti, alter Italus, alter Germanus, in codicem illum inciderunt. Anno 1711 enim Scipio Maffeius cum Taurini uersatus bibliothecam ducum Sabaudiae peruestigaret, cum alios codices optimos tum illum, qui antea Bobiensis fuerat, repperit statimque in eo praeter alia Epitomen Institutionum Lactantii integram inesse intellexit. Singularis huius inuenti notitiam uulgauit per epistulam inscriptam *Lettera del Sig. Marchese SCIPIONE MAFFEI al Sig. Apostolo Zeno in data de' 26. Giugno del corrente anno da Torino* editam in Ephemeride *Giornale de' letterati d' Italia. Tomo sesto. In Venezia MDCCXI,* p. 449 ss. Hac epistula Maffeius non solum codicem ipsum descripsit, sed etiam quae nunc sunt prima eius quinque capita edidit: qua in re quam summam diligentiam adhibuisse se declarauit, eam re uera adhibuit, nisi quod perpaucis locis errores tamen subrepserunt (uelut p. 465 [p. 680, 17] *recurrendum* scripsit pro *reuertendum*); quibusdam locis Maffeius suas emendationes in inferiore margine adiecit. Sed eodem tempore quo Maffeius Taurini erat, Christophorus Matthaeus Pfaffius Virtenbergensis, postea theologus celebris nominis, eadem in urbe commorabatur principi hereditario Virtenbergensi educator comesque itinerum additus. Is quoque in bibliothecam illam admissus eundem illum codicem uidit, agnouit, consilium eius edendi cepit. Itaque cum aliis scriptis in codice illo inuentis totius Epitomae editio princeps prodiit Parisiis a. 1712. Hoc in libro Pfaffius primum 'Dissertatione praeliminari' uarias quaestiones ad codicem et scripta eo tradita maximeque Epitomen spectantes tractauit, specimen quoque scripturae codicis addidit etiam ab aliis re-

petitum[1], deinde Epitomen ipsam edidit a mendis purgatam et nonnullis locis etiam coniecturis facilibus plerisque correctam; saepe tamen futtilia prorsus ac peruersa Epitomae inculcauit, cuius leuitatis Dauisius potissimum in editione Epitomae censor extitit. Tamen quanta admiratione laetitiaque haec editio a uiris doctis excepta sit, quippe qui ea quae ne Hieronymus quidem legisset, incredibili fortunae indulgentia sibi reddita uiderent, et ipse facile aestimabis et ex narrationibus censurisque eo tempore de illa factis cognoscere potes[2]. At nihilo minus hanc editionem principem ab ea fide diligentiaque quam expectaueris procul abesse dicendum est. Saepe enim in ea non solum orthographia ad recentiorem formam mutata est, sed etiam nonnulla omissa sunt, alia rursus lectionibus codicis non commemoratis addita aut mutata, de aliis uarie falsa prolata. Pauca autem Pfaffium rectius in schedas suas translata habuisse quam in editione describerentur, inde apparet quod multis annis post duobus uiris doctis qui editiones Lactantii parabant, quorundam locorum in editione non recte redditorum ueras quas Taurinensis habet lectiones praebuit. Buenemannus enim cum in Praefatione editionis suae (1739) p. b 5 n. 50 (pariter pag. ante quatern. d n. 52) Pfaffio suppeditante se uariantes codicis lectiones auctiores exhibuisse dixisset, in adnotationibus interdum eas lectiones uerbis *ex* uel *in secundis curis Pfaffius* uel similibus inducit (cf. p. 1220 adn. g; 1264 adn. p; 1270 adn. k; 1297 adn. s; 1328 adn. b; 1354 adn. t; 1357 adn. t.): neque tamen, id quod uerba tituli editionis Buenemannianae indicare uidentur, Pfaffius denuo Taurini codicem contulit; nam repetiti itineris nullum est uestigium. Deinde Lenglet in editione Parisina (1748) uol. I Praef. p. XVII; uol. II Praef. p. I. p. 1 adn. 6, intercedente Ioan. Daniele Schoepflino Argentoratensi se a Pfaffio, tum academiae Tubingensis can-

---

[1] Repetierunt Buenemannus post p. 1220, Le Brun-Lenglet uol. II ante p. 1, P. Bertold additum programmati *Prolegomena zu Laktantius, Metten 1861*, qui tamen libellus totus in uita scriptisque Lactantii enarrandis uersatur.

[2] Enumerat Fabricius, Bibliotheca lat. med. et inf. aet. uol. IV p. 689 s.

cellario, apographum codicis Taurinensis accepisse refert, 'unde non minimum lucis affulsisset suae editioni'. Tamen Lenglet perpauca ex Pfaffii apographo correxit, in quibus etiam orthographica quaedam, plerisque locis repetiit uitia editionis Pfaffianae. Sed iam antequam prodiit editio Buenemanniana, uir doctus quidam cum prima quinque capita Epitomae a Maffeio edita cum editione Pfaffii comparauisset, noua et accurata collatione codicis Taurinensis opus esse ostenderat[1], postea autem acerbe in Pfaffium inuectus est Ios. Pasinus (Codices manuscripti bibliothecae regii Taurinensis Athenaei, Taurini 1749, uol. II p. 268 ss., ubi codex numero DCCCXL. e. IV. 39 est signatus), qui ut Pfaffio fidem haberi non posse demonstraret, locos quosdam editionis Pfaffianae cum isdem locis codicis composuit[2]. Multo uero grauius quam in Pfaffii editione factum erat, ab homine aliquo peccatum est qui in commentationibus ab Ioanne Clerico hac cum inscriptione editis *Bibliothèque ancienne et moderne. Tome XXVII (A la Haye 1727)* p. 325 ss. magnam partem epistulae illius quam Maffeius ediderat, huius tamen nomine sublato illud tantum, exemplum italicum esse, commemorans in sermonem gallicum translatam proposuit atque prima illa quinque capita Epitomae ex Maffeio descripsit. At quamquam editor ipsis uerbis Maffei gallice redditis usus se in exhibendis capitibus illis summam diligentiam abstinentiamque praestare contendit (p. 340 s.), tamen incredibile est quot locis non minore audacia quam neglegentia contextus illorum capitum a Maffeio datus inmutatus sit. Intra quinque illa capita plus septuaginta locos numeraui quibus non solum orthographia nouata est, sed etiam uerba aut incuria

---

[1] Cf. Miscellanae observationes in auctores veteres et recentiores ab eruditis Britannis anno MDCCXXXI edi coeptae, uol. IV (Amstelaed. 1734) p. 410.

[2] Pasinus etiam scripturae codicis specimen, in quo littera T quodam modo exornata est, proposuit, quem sequi uidetur Wattenbach, *Anleitung zur latein. Palaeographie*[3] p. 51, sed illa littera in codice Taur. solitam formam uncialis quae dicitur scripturae habet; cf. specimen scripturae codicis a Pfaffio et alterum a Vayra datum, cuius mox mentio fiet.

corrupta aut coniecturis[1] obruta aut etiam plane omissa sunt. Posteriores editores, maxime Heumannus et Buenemannus eosque secutus Fritzschius, cum Maffei commentationem non nouissent neque comparare possent cum ea quae anonymus ille ediderat, homini summam suam curam omni adseueratione adfirmanti fidem habuerunt et decepti sunt. Itaque factum est ut per prima quinque capita Epitomae summa sit in editionibus illis confusio uerarum lectionum Taurinensis et earum quae illi falso ascribebantur, atque etiam mirificum illud accidit ut Pfaffius in eis quae recte ediderat, ex anonymo illo male corrigeretur[2]. Tota haec res hoc loco eo magis notanda erat, quia antea fons illius in editionibus perturbationis a nullo retectus est atque cauendum esse mihi uidebatur, ne qui praeclarissima editione Buenemanniana uel Heumanniana uterentur, plane nescirent quid tandem sibi uellent 'testimonia' illa anonymi. Post Pfaffium et Pasinum praeter Peyronem, cuius locos mox adferemus, codicem commemorauit Fleck libri p. XIV nominati uol. II fasc. III p. XIII, qui p. 189 ss. quaedam ex illo edidit, descripsit Reifferscheid, Bibliotheca Patr. Lat. Ital., *Sitzungsberichte der Wiener Akad.* uol. LXVIII (1871) p. 506 ss., ubere de eo egit P. Vayra in enarratione *Il Museo Storico della Casa di Savoia* inscripta, quam edidit in commentationibus his *Curiosità e ricerche di storia subalpina pubblicata da una società di studiosi di patrie memorie, uol. III. Roma, Torino, Firenze, 1879,* p. 349 ss.; addidit etiam folium 39^{b} codicis per opem artis photographicae splendidissima imitatione

---

[1] De coniecturis anonymi quasdam in contextum Lactantii, alias in apparatum recepimus.

[2] Velut ipso in initio prooemii, cum anonymus uerba *ita informent* omisisset, Heumannus (p. 830 adn. 1) et Buenemannus (p. 1220 adn. d) illi potius quam Pfaffio credere maluerunt. Similia sunt, plerumque cum Heumanno, apud Buenemannum p. 1221 adn. l; 1222 adn. d; 1223 adn. h. k.; 1224 adn. r; al. Ne Lenglet quidem aut Fritzsche uel anonymum uel Maffeium legerunt, priorem ex Heumanno tantum et Buenemanno cognouerunt: itaque eum Lenglet timidius obscuriusque significat uerbis *aiunt* (p. 2 adn. 1) uel *dicitur* (p. 3 c. II adn. 13, c. III adn. 6), Fritzsche autem saepius cum Heumanno et Buenemanno sequitur.

redditum. Sed quo incertius erat antea et propter Pfaffii et anonymi illius errores quae uera esset memoria codicis, eo maiore cum fide hac editione genuina illius forma proponitur: nam singulari quadam opportunitate usus duas habebam collationes, quarum utraque codex cum puluisculo ut aiunt exhaustus est. Unam in usum Academiae Vindobonensis ante multos annos confecerat is uir cui insignis qua omnino his in rebus erat accuratissimaeque diligentiae cum ipsi fructum quendam hac in editione propposituros nos esse sperauerimus, nunc monumentum modo quoddam in ea superesse dolemus, Guilelmum Studemund dico, cuius fatum acerbum etiam recenti omnium in memoria est. Altera collatio est Alfredi Holder: qui apographum codicis in suum usum factum ut ad hanc editionem adhiberetur beneuole concessit. Perpaucis locis quibus Studemund et Holder non plane eadem legerant in codice, etiam Carolus Cipolla Taurinensis a me rogatus eum contulit.

Codex, qui est miscellaneus, nunc est in Tabulario regio Taurinensi *(Biblioteca dei regii archivi di corte)* insignitus I. b. VI. 28, olim, id quod inscriptiones a manu saeculi XV additae foliorum 1[a] et 2[a] *Sctĩ Columbani* et *Liber sctĩ columbani de bobio* testantur, monasterii Bobiensis fuit[1]. Est

[1] In antiquissimo quidem qui superest saeculi X catalogo Bobiensi (cf. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui p. 64 ss.) codicem nomine Epitomae inscriptum frustra quaerimus, sed cum inscriptio codicis T sic incipiat 'Continent̃. in hoc corp. diueȓ. id̄ de opificio dĩ epitomae firmiani lactanti' (cf. ad p. 675, 1), minime dubito quin codex T alter sit de eis qui numeris 220 et 221 signati in catalogo illo sic proferuntur: 'libros II. Celii Firmiani Lactantii de opificio Dei'. Quae coniectura eo confirmatur quod in catalogo Bobiensi anno 1461 confecto, quem Amedeus Peyron (M. Tullii Ciceronis orationum pro Scauro . . . fragmenta inedita . . ., 1824, De bibliotheca Bobiensi p. 1 ss.) edidit, codex T (cf. p. 21 n. 67 apud Peyronem) hac cum inscriptione inducitur: 'Firmiani Lactanti Epithome *(sic)* de opificio dei' (sequuntur tituli ceterorum qui in codice sunt libellorum). E Bobiensi codicem cum paucis aliis in Taurinensem bibliothecam translatum esse Peyron p. XXVIII dicit idque medio saeculo XVII esse factum suspicatur. Sed quod idem p. 177 codicem antea in bibliotheca Athenaei Taurinensis seruatum iam in scriniis Regii Tabularii iacere miratur, Vayra p. 355 adn. 1 codicem ex quo tempore Taurini esset, numquam non in Bibliotheca priuata uel Palatina principum Sabaudiae, quae

membranaceus, scriptus consentiente Holderi Reifferscheidi Studemundi iudicio saeculo VII, altus 21, 5, latus 18, 8 centim., foliorum 122. Folia 122 ita in fasciculos distributa sunt, ut primus sit ternio, sequantur septem quaterniones, unus ternio, sex quaterniones, unus ternio. Sed uno loco codex damnum passus est: nam inter folia nunc 10 et 11, quae media sunt primi de septem quaternionibus illis, maior est lacuna, quam Studemund eo esse ortam intellexit, quod duo folia, i. e. intima membrana duplicata fasciculi qui quinio esset interciderit[1]. Praeterea de paucis foliis hic illic particulae abscissae sunt (cf. ad 677, 18; 681, 26, cf. Addenda; 727, 9). Post inscriptionem folii 2[a] modo datam leguntur haec a manu saeculi XV scripta *In hoc uolumĩe ĩfrasta cõtinẽt.* vz (i. e. uidelicet), tum haec ab antiqua codicis manu scripta LIBROS RAGNAPTO PRSBĨ EX SUO INGENIO DE ARCA DOM̃ UORGUSTI ABBI, sequitur ab eadem manu scriptus index libellorum qui in codice continentur, per octo uersus perductus, sed cum scissura a sinistra tertii uersus parte incipiens ad dextram deorsum progrediatur, octaui uersus paucae in dextra parte litterae supersunt. Quinque primi uersus p. 675 exhibiti sunt, omnia, quae legi possunt, Reifferscheid l. c. proposuit, Pfaffius quoque p. 8 s. descripsit, sed compendia scripturae explicauit et uerba uel fragmenta eorum per nouem uersus distribuit. Etiam in catalogo Bobiensi anni 1461 quem Peyron edidit (cf. supra p. LXXX adn. 1), index minus accurate redditus est. Epitome in folio 61[b] finitur, sequitur breuis de origine Manichaeismi narratio et alia, inter quae sunt

---

non diuersa esset a bibliotheca Archiui, fuisse docet exceptis eis annis per quos a Gallis sub finem superioris saeculi ablatus Parisiis fuisset; Pasinum autem, cuius catalogum bibliothecae Athenaei Peyron illo loco sequeretur, in eum codices bibliothecae Palatinae quoque rettulisse qui numquam fuissent in Athenaeo.

[1] Huius lacunae ratione habita Pfaffius cum usque ad illam XIV capita fecisset, proximum post illam caput numero XX inscripsit et congruenter cetera deinceps; quem numerorum ordinem posteriores editores secuti sunt. Sed quoniam omnis spes noui Epitomae codicis esse deponenda uidetur, quo pars illa quae in T deest nobis reddatur, hac in editione lacunam illam neglegens numerorum seriem continuaui, ut proximum caput sit XV; numeros Pfaffii uncis inclusos ascripsi.

ea quae in hoc uno codice extare uidentur, omnia accurate a Reifferscheidio descripta. Quaedam a Pfaffio in editione Epitomae et a Fleckio (cf. supra p. LXXIX) edita sunt.

Codex litteris uncialibus septimi ut dixi saeculi scriptus est. In Epitome paginae septem primorum foliorum uicenos uersus, inde uicenos quaternos continent. Scriptura est continua, maiores tamen partes orationis breuibus spatiis intra uersus relictis discernuntur. Praeterea signa distinctionis sunt punctum, rarius occurrunt hoc ’ et hoc 7: certam in eorum usu legem frustra quaesiueris. In genere orthographico codex, qui omnino a librario minus docto scriptus est, similis est Bononiensi multaque habet quae os uulgare produnt atque infimae Latinitatis sunt uitia. Orthographiam codicis, quoniam omnes eius scripturae in apparatu propositae sunt et per longe maiorem Epitomae partem unus extat codex T, ut facile apparatus perlustrari possit, hoc loco non describenda esse mihi uidebatur. Cum in ea parte Epitomae quae in uno T est, necessario huius codicis orthographia quam maxime sequenda esset, etiam in ea parte quam codex B quoque habet, quamquam in Institutionibus scripturae codicis B potissimum in contextum recipiebantur, codicem T ducem retinui.

T^2

Pauca eaque leuissima manus prima correxit, praeterea correctiones alterius manus antiquae (nobis m. 2 uel T^2) animaduertuntur, sed ne haec quidem manus quicquam auxilii praebuit uerbis scriptoris nisi quod paucos errores, quos quiuis facile cognoscere poterat, sustulit, quibusdam locis sanis etiam falsa adiecit (cf. ad p. 689, 15; 714, 9). Sed alia quoque manus antiqua occurrit (cf. ad p. 677, 19; 738, 8), quae uno certe loco (cf. ad p. 708, 2) ascripsit quod ex alio codice, archetypo uidelicet, haustum esse necessario coniciendum est. Postremo paucis locis (cf. ad p. 677, 19; 681, 26; 727, 9) homo otiosus uerba contextus notis Tironianis repetiit, quarum de genere minus usitato quae Guil. Schmitz beneuole me docuit, in Addendis ad primum illorum locorum datis proposita sunt.

Iam ut eo transeamus ut *quae sit fides codicis Taurinensis demonstremus*, propter causam quae mox ostendetur primum spectabimus codicem per eam tantum Epitomae partem

(c. 1—50) quam ille solus continet. Atque illud quidem dubitari non potest, codicem T per illam partem ex archetypo satis probo fluxisse. Nam etiamsi non pauca menda in ea parte codicis inueniuntur, tamen longe pleraque casu librariique incuria orta sunt: aut interciderunt litterae uoces particulae orationis aut aliis erroribus uerba scriptoris corrupta confusaque sunt; quorum uitiorum exempla cum quaeuis pagina huius editionis habeat, hic adferre nolui. Eae mutationes quae fortasse pro uoluntariis habendae sint, uix perpaucae inuestigari possunt (p. 694, 12 *ei* add.; cf. ad p. 712, 3; 712, 22 *et* add.). Iam uideamus de posteriore parte codicis T (inde a c. 51), quae ea continet quae codicibus B et P quoque tradita sunt, simulque quae omnino ea in parte trium illorum codicum sit ratio quaeramus. Qua in quaestione a re quadam insigni et quae maximi est momenti proficiscendum est, inde scilicet quod plane eodem loco quo incipiunt B et P, in medio codice T haec leguntur EXPL · DE · OPIFICIO · DĪ · INC · EPITOMAE. Iam uero si comparas codices B et P, in quibus pars illa Epitomae sequitur librum De opificio dei, statim intellegis codicem T duabus e partibus diuersae originis constare. Posterior enim pars ex corpore illo quod Institutiones, libros De ira dei et De opificio dei, Epitomen conprehendebat, uel, quod idem est, ex archetypo Ω (cf. p. LXXI ss.) deriuata est eodemque ex fonte ex quo B et P fluxerunt manauit, ex archetypo Ω autem cum Epitome separatim describeretur, librarius cum inscriptione eius etiam subscriptionem libri De opificio dei transtulit. Atque cum prior pars Epitomae casu aliquo prospero inuenta illi praefixa esset et tota Epitome in eum codicem qui nunc T est uel eius proximum archetypum transcriberetur, ne tum quidem librarius, imprudenter ille quidem, sed cuius imprudentiae nos ei gratiam habemus, inscriptionem illam posterioris partis omisit[1].

---

[1] Hac inscriptione alterius partis Epitomae etiam totius codicis T inscriptio quid sibi uelit intellegimus. Est autem haec (cf. p. 675), nisi quod uncialibus litteris et compendiis quibusdam scripta est: *Continentur in hoc corpore diuersa id est De opificio dei Epitomae Firmiani Lactanti de finẽ saeculi de diuina prouidentia* eqs. Apparet ex inscriptione

Quoniam uidimus posteriorem partem Epitomae Taurinensis ex eodem archetypo ex quo codices B et P sint orti, deriuatam esse, cetera iam procliuia ac facilia sunt: nam rationes in recensenda Epitome adhibendae simillimae eis sunt quae in Institutionibus ualent. Atque ut codicum TBP communem ex eodem archetypo Ω originem etiam exemplis demonstremus, in parua ea parte Epitomae quae in codicibus TBP extat (c. 51—61, 6), in tribus illis codicibus 744, 11 *sed* et p. 746, 10 *et* omissum est; etiam p. 743, 10, ubi in B sunt haec *ei qui sit*, omissa in TP, haec uerba in archetypo non fuisse, sed

---

posterioris partis Epitomae uerba *De opificio dei* in communem totius codicis titulum recepta esse. At sequitur *de fine saeculi de diuina prouidentia,* atque etiam subscriptio codicis T (cf. ad p. 761, 15) haec est: *Firmiani Lactanti de fine saeculi explicit Epitoma de diuina prouidentia,* ut sit quaerendum quid de sensu atque origine uerborum *de fine saeculi* et *de diuina prouidentia* statuendum sit. Res simplicissima est, dummodo liber De opificio dei inspiciatur. Nam hoc libro quod consilium secutus sit, Lactantius ipse his uerbis proponit (c. 4, 24): 'sed ego de uno corpore hominis tantum institui dicere, ut in eo diuinae prouidentiae potestatem quanta fuerit ostendam', multisque aliis locis, maxime autem c. 6, 15: 'uerum alias refellemus Epicurum: nunc de prouidentia ut coepimus disseramus', ipsum argumentum eius libri in diuina prouidentia demonstranda et defendenda positum esse declarat. Itaque uerba illa de diuina prouidentia partem subscriptionis libri De opificio dei fuisse apertum est. Sed etiam uerba *de fine saeculi* consideranda sunt: quorum de origine non magis quam de illorum fonte dubitabimus. Posteriore enim Epitomae parte codicibus TBP tradita postquam particula libri V et liber VI Institutionum in breuius contracta reddita sunt, argumentum libri septimi exponitur, qui magna ex parte in describendo futuro exitu atque interitu huius mundi et diuini regni aeterni institutione uersatur. Iam uero Lactantius initio eius partis Epitomae (c. 65, 8) haec dicens: 'sed cum sint innumerabilia quae de fine saeculi et conclusione temporum dicta sunt . . .' uocibus illis ipse utitur, quod uero rem ad liquidum perducit illud est, quod et inscriptio et subscriptio Epitomae qualis in B est *Incipit* (uel *exp.*) *Epitomen* (sic) *libri septimi liber X,* aperto indicio Epitomen ad librum septimum Institutionum referunt, ita ut de sensu uerborum quae in T sunt *de fine saeculi* ne minima quidem iam esse possit dubitatio. Ergo in archetypo Ω haec fere subscripta fuerunt libro De opificio dei et inscripta Epitomae: *Explicit de opificio dei liber VIIII de diuina prouidentia. Incipit Epitomae libri septimi liber X de fine saeculi:* de quibus quaedam in unum T, alia in unum B transierunt.

coniectura demum in B esse inlata uidentur, communis certe codicum T et P origo eis probatur; 741,4 *capitur* scriptum pro *rapitur*. Etiam interpolatoris illius quem archetypum Ω pertractasse ostendimus (p. LVIII ss.), certa uestigia deprehenduntur; p. 732,4 *et* recte est in B, *uel* in T, *uel et* in P: uides in archetypo $\overset{\textit{uel}}{\textit{et}}$ fuisse; p. 734, 1 in B recte est *a quo si*, in T *quod si*, in P (ante ras.) *a quod si*; in archetypo $\overset{\textit{quod}}{\textit{a quo si}}$ correctum erat. Ad eundem interpolatorem referendum uidetur quod p. 751, 20 in TB (deficit P) *mundus* insertus est; deinde pars certe earum interpolationum quae singulis codicibus propriae sunt, illum habent auctorem. In B eas interpolationes esse supra p. LXXV ostendimus, in P autem esse non opus est demonstrare: sed ne T quidem hac in parte a commentis interpolatoris integer est: addita sunt p. 732, 2 *habet*, 733, 15 *non*, 733, 21 *sit*, 761, 2 *christum*; 733, 14 *adorati* (ex 12 deductum) est pro *uenerati*; 736, 18 *bonorum* pro *iustorum* (cf. ad h. l.); 761, 8 *fugiamus* pro *ueniamus*, nisi forte errore ex superiore (7) *fugienda* ortum est[1]. Sed ut iam uniuersam trium codicum TBP rationem breuiter describamus, codex P in Epitome, si et interpolationes et errores spectantur, uix inferior est codice B, T autem, si omnia uitia eius numero comparantur cum eis quae in B (scilicet a m. 1) sunt, plura quidem habet quam B, sed T minus consilio ac uoluntate mutatus est quam B. In uno P uerae lectiones sunt paucae (p. 731, 10 *cogat*, fortasse tamen coniectura ortum; 736, 14 *punire*, in TB *munire*, fortasse etiam prius *punire* cum P omittendum erat; 741, 3 *ab-*

---

[1] Maxime illud commemoratione dignum est, quod in Institutionibus est locus quidam in codice P plane eodem modo interpolatus quo locus Epitomae illi congruens mutatus est: p. 632, 6 *male* in P additum est, p. 756, 13 eadem uox in B pro *manu* scripta. Habet sane illud *male* aliquid quod accommodatum uideatur ad illorum locorum sententiam, at si quaeritur utrum illud priore loco in ceteris excepto P codicibus intercidisse uel deletum esse, altero autem loco in uno T mutatum esse uoce *manu* ueri similius sit an interpolatorem loco Epitomae mutationis eius memorem quam eodem loco Institutionum fecisset, in Epitomen idem illud intulisse, nemo erit quin sine ulla dubitatione posterius factum esse existimet.

sumet, TB *adsumet*), uix plures in B (p. 731, 20 *prodet*, sed fortasse e coniectura; 732, 4 *et*; 732, 22 *quo diutius*; 734, 1 *a quo*), quae unus T habet, recepi hic locis: p. 733, 6 *libare diis* T, *liberã|di se* B, *liberare dĩ* P; 733, 8 *non* T, *nec* B, *ac nec* P; 736, 1 *ex* om. BP, T habet; 736, 4 *consulens* T, *consulere* BP; 736, 10 *non* ante *cupiditas* T, ante *uiolaret* BP; 736,17 *remissione⟨m⟩* T, *remunerationem* BP; 738, 5 *uirtutis* T, *inmortalitatis* BP; 738, 13 *inseri* T, *seri* BP; 739, 10 *ignorant irascuntur* T, *ignorat irascitur* BP; 739, 18 *in* T, om. BP; 739, 22 *possunt* T, *possint* BP; 740, 12 *quis* T, om. BP (in archetypo expunctum erat, ut superius *animus inpurus* subiectum fieret); 746, 10 *item* T, om. BP; 747, 16 *superemus* T, *superentur* B, *superabit* P. Inter hos locos etiamsi fortasse unus uel alter sit quo lectionem codicum BP praeferendam esse memoriae codicis T existimes, tamen hoc certissimum est, codicem T multo saepius uerae lectionis testem esse quam aut B aut P, deinde illud apparet, non paucis locis codices BP una contra T stare. Dicat quispiam prius et alterum una causa explicandum esse, ea scilicet quod B et P per communem demum propiorem archetypum ex primo archetypo Ω deriuati sint. At hanc rationem, quam iam supra in Institutionibus recensendis (p. XLIV) reiecimus, non magis in Epitome admittere possumus. Primum enim uidimus ex archetypo Ω interpolato pariter atque alios binos uel plures codices etiam codices B et P per propiores suos archetypos Ψ et Π saepe commenta interpolatoris potius quam genuina uerba codicis Ω recepisse. Idem cum in his codicibus per Epitomen quoque factum esse consentaneum sit, codicem T contra uel eius archetypum primam potius manum archetypi Ω secutum esse conici potest. Accedit autem alterum quoddam atque grauius. Apparet eum qui posteriori Epitomae parti quam unam habuerat, priorem praeponeret, qua coniunctione codex T uel potius eius archetypus confectus est, exemplum totius Epitomae adeptum esse, deinde illud facile est ad intellegendum, hoc totius Epitomae exemplum ex alio archetypo fluxisse atque codices B et P et posteriorem partem codicis T, quibus etiam is codex Epitomae quem Hieronymus habebat addendus est; hi enim omnes ex uno archetypo cuius

maxima pars interierat, prouenerunt. Iam quid ueri similius est quam librarium archetypi codicis T, cum descripsisset priorem Epitomae partem ex alio illo codice, cum eodem posteriorem quoque partem conferret atque nonnullas falsas lectiones quae in eam ex archetypo Ω transisissent, deleret reponeretque ueras et adderet quae omissa essent? Itaque facile cogitare possumus quo modo et unum factum sit, ut codex T saepe meliores lectiones praebeat quam BP, et alterum, ut BP plurimis eorum locorum contra T consentiant. Quod si factum est, ut factum esse credimus, recensio contextus Lactantiani quae in posteriore parte codicis T est, mixta est appellanda, confusa scilicet e recensione archetypi Ω et e recensione codicis totam Epitomen continentis illius ex quo prior pars codicis T fluxit[1]. Haec omnia considerantes in altera parte Epitomae constituenda eam rationem secuti sumus, ut generatim quidem et cum necessariis quibusdam exceptionibus eis locis quibus uarietas lectionis neglegentia orta uideretur, codicem T ex B et P corrigendum esse existimaremus, quibus locis autem dissensui codicum consilium aliquod subesse suspicaremur, illum codicibus B aut P aut his coniunctis praeferremus. Archetypos autem tam prioris quam posterioris partis ea esse indole uidimus, ut in emendandis eis errorum fortui-

---

[1] Illud hoc loco uidetur commemorandum esse, in capitibus 1—50, quae in editione Fritzschii 38 fere paginas complent, quinquaginta fere locos esse quibus in Taur. singula uel plura uerba intercidisse in editione nostra aut constitutum aut coniectatum sit, in capitibus 51—68, quae in editione illa 19 paginis continentur, comparatione codicum B et P quadraginta fere lacunas codicis T effici: quae plures sunt quam pro ratione illorum numerorum expectes. At non obliuiscendum est in posteriore parte codicis T ex codicibus B et T certissimam illius fieri posse aestimationem, in priore rem in coniectura positam esse. Adde quod uel in posteriore parte codicis T eae lacunae non solum singulorum uerborum (cf. ad p. 741, 16; 746, 16; 751, 4; 755, 15; 756, 22), sed etiam plurium (cf. ad p. 733, 16 *haec uera sap.*; 733, 17; 747, 18; 748, 1; 757, 6) sunt quas esse in T, nisi haberemus codices B et P, non suspicaremur. Itaque etiam in priore parte codicis T plura intercidisse uidentur quam adhuc creditum est: sed huius generis in corruptelis statuendis nimis praestat quam parum cautum esse.

torum potissimum, perraro mutationum uoluntariarum ratio habenda sit.

Ad emendandam autem Epitomen magnum adiumentum in comparatione Institutionum positum est pariterque ad Institutiones recte edendas, id quod iam sub finem superioris capitis indicatum est, ipsa Epitome multum ualet. Nam multis locis Lactantius in Epitome conscribenda etiam uerba ipsa quibus in Institutionibus usus erat secutus est, aliis sane ea quae in opere maiore explanauerat, in minore liberius atque cum uarietate quadam repetiit. Quid quod ne ei quidem loci in Epitome desunt quibus auctor aut nouas sententias aliaque testimonia scriptorum in illam intulit aut ordinem dispositionemque non solum minorum, sed etiam maiorum partium aliter atque in Institutionibus constituit[1]? Neque enim ullo modo Lactantius ad eam aut ingenii sterilitatem aut uerborum inopiam deprimendus est, ut cum Institutiones contraheret in Epitomen, in ea anxie sua ipsius uestigia pressisse atque se sibi ipsi quasi in seruitium addixisse credatur. Quare qui dubitauerunt utrum Epitome composita esset a Lactantio an ab alio aliquo, ei non satis perspexerunt quam libere ille quamque considerate in Epitome iure optimo quod in Institutiones suas haberet usus esset. Immo ipsa illa quae est inter Institutiones et Epitomen diuersitas certissime docet opus minus ab eodem qui maioris fuisset auctor, non a uili epitomatore conscriptum esse. Accedit quod Lactantius Epitomen intermisso longiore post editionem Institutionum spatio temporis composuit (cf. Epit. prooem. 1: Diuinarum Institutionum libri quos iam pridem . . . conscripsimus): quo libentius ille sine dubio occasionem addendi quaedam quae omissa essent in Institutionibus aliaque mutandi amplexus est. Itaque cum quidam alteram editionem Institutionum a Lactantio factam esse fingerent, rectius Epitome appellanda erat altera illarum editio, breuior illa quidem, sed quibusdam tamen locis auctior atque emendatior. Sed has

[1] De his partibus locisque Epitomae in commentatione *Ueber die Entstehungsverhältnisse der Prosaschriften des Lactantius* quaedam dicentur. Praeterea ei loci quibus Epitome noua habet quae non sunt in Institutionibus, hac in editione sub contextu indicati sunt.

quaestiones persequendi alio loco facultas erit, hic potius quem usum inter se Institutiones et Epitome praebeant spectemus. Atque primum quoniam Lactantius cum Institutiones in Epitomen redigeret, uerba illarum permultis locis uarie mutauit, si qui locus aut Institutionum aut Epitomae forma sententiaque sanus potest saltem esse, quamuis loco alterius operis ad corrigendum inuitemur, nihilo minus integer relinquendus est. Tamen et in Institutionibus et in Epitome illis locis lectiones alterius operis, quippe quae fortasse tamen etiam alteri restituendae sint atque sedem erroris uiamque emendandi ostendant, in apparatu indicauimus (cf. ad Inst. p. 164, 8 et ad Epit. p. 696, 1; 167, 1. 2. 9 et 696, 12. 18. 19; 373, 21; 451, 20. 21 et 731, 22; 463, 21; 635, 9; 639, 5; 645, 11; 666, 7; 682, 1. 23; 695, 19; 699, 10; 756, 5; 759, 6 al.). Deinde mutua inter se subsidia maius et minus opus ita praestant, ut in utroque opere lectiones aut omnium codicum (cf. ad p. 66, 14 et 683, 2; 72, 19 et 686, 17; 81, 13 et 682, 15; 88, 14 et 688, 1; 90, 7. 9 et 688, 6. 8; 450, 18; 591, 19; 640, 2 et 758, 8; 681, 23 al.) aut aliquorum singulorumue (cf. ad p. 17, 12 et 678, 25; 31, 8 et 681, 13. 683, 12; 77, 20 et 687, 12; 89, 13 et 687, 25; 102, 9 et 754, 23; 162, 3 et 693, 22; 296, 11; 450, 3; 609, 18; 636, 18; 666, 2; 667, 12; 732, 4 et 457, 24; 733, 6 et 460, 15; 734, 10 et 482, 3; 736, 17 et 427, 19; 738, 5 et 537, 21 al.) defendantur ac uindicentur isdem lectionibus alterius. Postremo in altero utro opere loci sunt quos tales quales codicibus traditi sint, Lactantium scripsisse nullo modo concedere possumus: his locis quod auxilium ad alterum opus emendandum altero offertur, id sine dubitatione accipiemus et Lactantium ex Lactantio restituemus (cf. ad Inst. p. 21, 7; 66, 14; 210, 10; 596, 4. 5; 665, 16 al.: ad Epit. p. 678, 25; 679, 12; 703, 6; 712, 7; 718, 4; 724, 28; 726, 1; 728, 27; 741, 4 al.). Interdum auctoritatem Epitomae secutus sum in constituendis locis S. Scripturae qui libro quarto Institutionum continentur, de quibus locis proximo capite dicetur. Plurimos eorum locorum quos modo per uaria genera compositos protulimus aliosque qui in apparatu indicati sunt, priores iam editores comparauerunt, maxime Buenemannus, nonnullos in utroque opere ego addidi. Praeterea sub contextu

utriusque operis locos alterius longe accuratius quam antea in editionibus factum est significaui ita, ut uel per paucos atque saepe etiam per singulos uersus quemadmodum alterum opus alteri respondeat facile cognosci possit.

Praeter codices TBP, quantum ego quidem inuenire potui, nulli sunt Epitomae antiqui. Recentes codices in catalogis commemorantur hi: tres Musei Britannici, duo Harleiani, n. 3110 saec. XV et n. 3161 scriptus a. 1427, et Regius (cf. Casley, Catalogue of the manuscripts of the Kings library, 1734, p. 98, 6 A XV), saec. XV; Matritensis n. 14, 27, olim Toletanus (cf. Biblioth. Patr. Latin. Hispan. ed. Hartel I p. 291), saec. XV; tres Medicei, Plut. XXI 2 et 5, Plut. LXXXIX sup. cod. 29 (in quo Epitome inscripta est 'De iustitia'), omnes saec. XV; tres Oxonienses Bodleiani (cf. Coxii catalogum uol. III p. 370 n. 138; p. 449 n. 19; p. 605 n. 225 10), primus[1] scriptus a. 1458, eiusdem saeculi est alter et tertius; duo Parisini n. 1671[2] (Epitome inscripta est 'Aephythomon Lactantij Firmianij incipit') et n. 1675, uterque saec. XV; Vaticanus n. 216 (cf. Le Brun-Lenglet, edit. Lact. uol. I p. XXXIII n. II), scriptus a. 1481; alium Vaticanum Montfaucon, Biblioth. Bibliothecarum I p. 107 C n. 2922 nominat: 'Lactantii Firmiani *Neophitomon* incipit: Nam si iustitia est. fol. 107;' Vindobonensis (cf. Tabulae codd. manu script. biblioth. Vindob. I p. 36 n. 259) scriptus a. 1431. Ex tribus codicibus Musei Britannici et primo Oxoniensi A. Swoboda, ex Parisinis Ed. Hauler et H. Omont, ex Vindobonensi H. Schenkl locos quosdam in meum usum transcripserunt, ex quibus codices illos ex Bononiensi, sine dubio per unum aliquem codicem ex eo descriptum deriuatos, sed ualde interpolatos esse apparet. Quod autem de his septem codicibus constat, id etiam de reliquis octo, qui omnes eiusdem saeculi XV sunt, certum esse credo. Atque etiam si plures codices Epitomae in bibliothecis latent, inter eos tamen esse qui ad antiquiorem aetatem ascendant

---

[1] Hic sine dubio Bodleianus Sparkii est; cf. supra p. XXXVII adn. 1.

[2] Hoc Parisino, olim 3740, Lenglet usus est (cf. uol. II p. 43 adn. 1. 5). Is cum saepius in adnotationibus *2. Reg.* scribit, hunc recentiorem et *Regio-Puteaneum* quem appellat (cf. ibid. p. 44 adn. 1. 16 al.), nostrum P, significat.

uel adeo ad Epitomen constituendam quicquam subsidii praebeant, ueri mihi esse dissimillimum uidetur. Unum sane uestigium est codicis antiquioris qui ex nullo de tribus codicibus TBP ortus esse possit. Alter enim corrector codicis B (B^3) saeculo XIII uel XIV locis quibusdam illius codicis ascripsit eas correctiones quae non coniectura natae esse possunt (cf. ad p. 730, 15 *si*; 736, 1 *ex*; 750, 17 *sed cur ea senserint*; 753, 3 *ratio*; 753, 9 *usui*; 753, 13 *tantos illi honores*; 754, 3 *piae*). Fieri autem non potest ut is codex quo corrector B^3 utebatur, post saeculum XIII uel XIV scriptus sit. Quare, cum quindecim illi codices saeculi XV sint, nullus de eis esse potest is quem corrector B^3 adhibuit. Ceterum eum codicem interisse uix damnum est quod aegerrime ferendum sit: nam et in codicibus TB^1P satis certa fundamenta Epitomae sunt posita et inter correctiones a B^3 additas sunt pessimae, ut is codex quo corrector est usus, iam interpolatus fuisse uideatur[1].

Ex codice recentiore illius generis cuius sunt septem illi codices et sine dubio reliqui octo quoque, h. e. ex propagine Bononiensis licenter mutata, Epitomen quae prima habet editio, prior Veneta anni 1478, recepit, hanc posteriores ante Pfaffium editores aut ipsam secuti sunt, aut si ipsi codices adhibuerunt, uelut Spark et Lenglet, eis usi sunt, qui eandem illam recensionem continebant[2].

---

[1] Ut duo exempla adferam, p. 733, 6, ubi B habet *uelle* (TP recte *malle) quam liberădi se* (T recte *libare diis,* P *liberare dĩ*), est in Harl. 3110. 3161, Reg., Oxon., Paris. 1671. 1675, Vindob. *uelle quam (quia* Harl. 3161, Reg., Oxon.) *liberam* (*liberum* Reg.) *discet* (*dicet* Paris. 1671), et p. 733, 16, ubi B male habet *fidissima* (TP *fides summa*), in Harl. 3161, Reg., Oxon., Paris. 1675. Vindob. idem *fidissima,* in Harl. 3110, Paris. 1671 *fidelissima.*

[2] Hoc cum multis exemplis demonstrari possit, uno insigni probetur. Verba p. 760, 17 in Bononiensi pleraque detrita euanuerunt, ut ea tantum quae uncis non inclusi, legi possint: ⟨*quare cum*⟩ *ha*⟨*e*⟩*c omnia uera* ⟨*et certa sint prophet*⟩*arum omnium consona adnuntiatione praedicta*; inclusa ex Taurinensi sumpta sunt. De septem illis codicibus quos supra commemoraui, tres quas habeant hoc loco lectiones scio. Exhibent autem duo Parisini locum sic: *haec omnia uera omnium consona administratione praedicta,* in Vindobonensi talis est: *haec* (sed ante *haec* non mediocre

CAPUT III.

DE RATIONIBUS CRITICIS IN LOCIS ALIORUM APUD LACTANTIUM SCRIPTORUM ADHIBENDIS ET DE AUCTORUM ET EXPILATORUM LACTANTII AD VERBA EIUS CONSTITUENDA USU.

In eis quae de Institutionibus et Epitome recensendis emendandisque disputata sunt, eos locos aliorum scriptorum quos Lactantius aut ipsos attulit aut uarie attigit, tacite omisimus, ut proprio loco tractaremus [1]. Eorum locorum tantus

---

spatium uacuum) *omnia uera* (sequitur magnum spatium uacuum) *omnium consona annumeratione praedicta.* In editione Veneta aliisque proximis est: *Haec omnia uera omnium consona administratione praedicta,* Thomasius deinde in nota 240 ad Epitomen *adnuntiatione* in Bononiensi esse scripsit, itaque Isaeus aliique ediderunt *Haec omnia uera omnium consona adnunciatione praedicta,* atque hoc etiam proximus ante Pfaffium editor, Cellarius 1698, habet. — In editione Veneta simili modo atque in quibusdam recentiorum illorum codicum uox *Epitome* in *Nephythomon* est corrupta, quod fortasse similitudine uocis *neophytus* effectum est.

[1] Non possum hoc loco, quia Prolegomena iam modum postulant, exponere, quod initio uolueram, quibus e fontibus Lactantius sua aut hauserit aut hausisse uideatur, fortasse alio loco de hac quaestione dicam. Ne enumerabo quidem hic auctores Lactantii, in Indice tamen compositi facile perlustrari poterunt. In apparatu et 'Auctorum' et 'Expilatorum' Lactantii eos maxime significaui locos quorum comparatio ad uerba potissimum scriptoris uel confirmanda uel etiam emendanda utilis est, sed etiam alios qui magis ad sententias eius spectant. Singulare hoc in genere est meritum Buenemanni, cuius editione praeclarissima omnium carere non potest qui hanc in partem de studiis Lactantii quaerit; ille etiam ingentem numerum locutionum constructionumque Lactantii locis paribus uel similibus aliorum scriptorum adferendis inlustrauit. Etiam editores Parisini Le Brun-Lenglet locos aliorum scriptorum collegerunt. Multa praeterea editores aliorum illorum scriptorum aliique uiri docti (uelut Usener in Epicureis) indicauerunt, qui haud raro in apparatu nostro nominati sunt. De Commodiano dixit Dombart in praef. editionis p. II. Similes locos apologetarum graecorum Otto in indicibus editionum suarum composuit: quorum nullum tamen, excepto Theophilo Antiocheno, Lactantius sequi uidetur, quamquam habeo cur eum in libro IV auctore aliquo graeco usum esse existimem. Nonnulla A. Hartl Frisingensis, qui quaestionem de auctoribus Lactantii instituerat, cum editionem Lactantii parari

est apud Lactantium numerus et tanta multitudo ac uarietas scriptorum quos adhibuit, ut hac in parte doctrinae duo tantum inter antiquos scriptores ecclesiasticos latinos ei comparari possint, Hieronymus et Augustinus. Accedit quod multi atque insignes antiquorum scriptorum loci, cum libri eorum ipsi interierint, ab uno Lactantio seruati sunt. Sed quoniam Lactantius locos quosdam aliorum scriptorum integros aut uix mutatos libris suis inseruit, alios autem uel uerborum uel sententiarum causa liberiore usu secutus est, ipsa res postulat ut inprimis rationes quaedam ad prius genus spectantes exponantur; deinde etiam quem usum loci alterius generis ad uerba Lactantii constituenda praebeant breuiter indicandum est. Eadem de causa etiam de expilatoribus Lactantii pauca dicenda sunt.

Atque ut priore in genere locorum quae rationes tenendae sint ostendamus, quamquam plurimorum illorum apud Lactantium forma cum memoria eorum codicum quibus alii illi scriptores traditi sunt consentit, tamen non desunt loci qui a Lactantio uel ex uitiosis exemplaribus sumpti esse (cf. ad p. 59, 22 s.; 90, 9; 159, 6; 344, 6; 389, 11 al.) uel errore memoriae non accurate perscripti (cf. ad p. 123, 1 s.; 239, 10 s.; 268, 2. 6 s.; 438, 19; cf. etiam 82, 6) uidentur, sed plerumque non satis apparet utra sit causa diuersitatis. Interdum etiam illud factum est, ut Lactantius, prout ad consilium eius accommodatum erat, quae alius scriptor diuersis locis dixerat, in unum

---

audisset, beneuole nobis misit: loci ab eo primo propositi in Addendis ad nomen eius relati sunt. Ipse quoque nonnihil temporis operaeque in ea parte officii mei conlocaui idque non sine fructu. Nam et in scriptoribus quos iam alii uiri docti appellauerant nouos locos repperi et unum alterumque scriptorem nondum adhibitum adferre potui; cf. quae infra de expilatoribus et ad p. 635, § 5 dixi. De Arnobio quaedam protuli *Ueber das Leben des Lactantius* p. 19 s.; sed haec quaestio pariter atque illae quae sunt de rationibus inter Lactantium et Minucium Felicem atque Tertullianum intercedentibus, arte cohaerent cum alia illa quae in communi horum quattuor scriptorum auctore exquirendo uersatur: de qua postquam Fr. Wilhelm, De Minuci Felicis Octauio et Tertulliani Apologetico (1887) acute disseruit, pro 'Proculo' quem ille inuestigasse sibi uidebatur (p. 86), C. Sittl, *Jahresbericht für Alterthumswissenschaft* uol. LIX (1889. II) p. 19 s. multo probabilius de Apollonio (Hieronym. de uir. inl. 42) cogitauit.

coniungeret (p. 81, 7 s.; 434, 6 s.) uel aliis modis uerba scriptorum mutaret (p. 31, 20; 218, 5). Quare si interdum partes eorum locorum ad sensum minus necessariae omnibus in codicibus nostris omissae sunt, hoc non ad neglegentiam librarii qui archetypum Ω exarauit, sed ad uoluntatem scriptoris reuocandum est (cf. p. 75, 5; 154, 23; 171, 11; 215, 16; 389, 8; 497, 13; 504, 13; 524, 3; 553, 4). Apparet igitur locos a Lactantio adlatos integros esse seruandos, dumne manifesta corruptionis indicia prae se ferant. Vitia autem non ferenda si in locis aliorum apud Lactantium scriptorum animaduertuntur, quoniam archetypus Ω erroribus interpolationibusque deprauatus erat, archetypo tribuenda atque e codicibus eorum scriptorum sananda sunt. Sed etiam contrarium factum est, ut codices scriptorum falsas lectiones habeant, Lactantius ueras (uelut p. 59, 16; 86, 3 ss.; 105, 13; cf. 438, 3; 619, 14), praeterea non pauci aliorum scriptorum loci sunt quorum ad ueras lectiones defendendas confirmandasque magnum est positum auxilium in auctoritate Lactantii. Utrumque autem in locos oraculorum Sibyllinorum potissimum cadit, quos multos Lactantius maxime in libris I. IV. VII Institutionum et in libro De ira dei ut 'diuina testimonia' (cf. p. 18, 22. 20, 5) profert, ex parte tamen sumptos ex Theophili Antiocheni ad Autolycum libris (cf. p. 23, 18; 24, 1. 6; 29, 16; 158, 20). Qui loci quantam uim habeant ad indagandam originem et compositionem corporis Sibyllini, primus Fr. Bleek (*Ueber die Entstehung und Zusammensetzung der uns in 8 Büchern erhaltenen Sammlung Sibyllinischer Orakel, Theol. Zeitschr.,* Berol. 1819, uol. I p. 160 ss., II 172 ss.) ostendit quaestionem uia et ratione persecutus. Sed eae disputationes praetermittendae nobis sunt hoc loco, quo de recensendis tantummodo oraculis illis agimus. Hoc in genere proximos eorum editores, Alexandrum (uol. I. II Paris, 1841. 1856) et Friedliebium (Lips. 1852) falsa codicum Sibyllinorum aestimatione ductos esse R. Volkmann[1] (Specimen nouae Si-

---

[1] Eiusdem uiri doctissimi coniecturae ad ipsum Lactantium sunt in Epistula gratulatoria gymnasii Pyritzensis ad gymnasium Gryphisualdense a. 1861 data et in Obseruationibus miscellis in programmate Iaueriensi 1872 editis p. 13 ss.; quas aut recepimus aut commemorauimus.

byllin. oraculorum editionis, Sedini 1854; Lectiones Sibyllinae, Pyritzii 1861) ostendit atque ipse primus quae uerae essent rationes illorum carminum recensendorum explicauit. Nam cum duae classes codicum ex eodem fonte deriuatae, quarum una codicibus ABPrS, altera eaque deterior codicibus FLR efficitur, recensionem habeant recentiorem librorum I—VIII diuerso tamen ordine compositorum, tertia classis, posita in codicibus HMQV, librum VI cum uersibus 217—428 libri VIII, tum libros IV. XI—XIV continens, antiquiorem quandam recensionem sequitur. At Alexander et Friedlieb hanc antiquiorem, quae permultis locis corrupta et mutilata tamen reliquias et uestigia genuinae formae carminum multo maiore cum fide quam prior illa retinuit, postposuerunt recentiori fucatae, quae eo orta esse existimanda est, quod antiquior cum multis damnis corruptelisque foedata esset, perpoliretur expleretur augeretur. Quod uero maxime antiquitatem et probitatem tertiae classis confirmat, uersus Sibyllini ab antiquis scriptoribus adlati eandem quam illa classis ostendunt recensionem, inter scriptores autem illos praeter Theophilum Antiochenum, Eusebium, alios praecipuum locum tenet Lactantius. Qui consensus cum multis locis Lactantii (cf. ad p. 333, 9. 11; 335, 5; 352, 3. 4. 5. 6; 361, 8; 637, 1; 644, 2; 648, 2. 5; 657, 2. 4 al.) appareat, tum huius auctoritas etiam eo crescit, quod haud raro ei loci integri apud illum leguntur qui etiam in codicibus Sibyllinis tertiae classis deprauati uel dilacerati sunt (cf. ad p. 159, 5; 335, 1. 2. 4. 6; 342, 13; 353, 6; 354, 6; 355, 2; 643, 9; 644, 1; 657, 4 al.). Etiam maiorem utilitatem Lactantius praebet in locis ex eis partibus Sibyllinorum sumptis quae in tertia classe codicum plane desunt (cf. ad p. 45, 7; 154, 23; 167, 6. 7; 332, 6 ss.; 643, 1 ss. 6 s.; 647, 2. 7 ss.; 658, 7; 659, 15; 661, 20 ss.; 662, 5 ss.; 663, 2 ss.). Sed apud Lactantium uersus Sibyllini inscitia librariorum qui graeca non intellegerent, saepe misere deformati sunt atque difficillimum est interdum monstruosas uerborum graecorum imagines ad ueras formas redigere. Eis locis, si tertia classe codicum Sibyllinorum seruati sunt, huius maxime recensionis subsidio est utendum, neque tamen recentior illa recensio plane neglegi potest. Sunt

enim apud Lactantium ei quoque loci Sibyllini qui consentiunt cum recensione duarum illarum classium contra tertiam classem (cf. ad p. 335, 1 στρώσει; 355, 1. 2; 363, 11. 12; 648, 6—8): fieri nimirum poterat ut illa recensio ueras lectiones retineret deerrante tertia classe. Eis locis quos Lactantius ex Theophilo sumpsit (cf. p. XCIV), memoria codicum Theophili erat adhibenda, eis autem quos Augustinum ex Lactantio in latinum sermonem conuertisse diximus (p. LXVI), interpretationes eius auxilium interdum quoddam praebebant. Nihilo minus restant apud Lactantium loci quidam Sibyllini corrupti eius condicionis, ut nulla uel uix ulla codicibus illorum carminum ad eos sanandos suppeditetur medela, sed una salus in coniectura posita sit: quae tamen ratio antea, quoniam optimorum Lactantii codicum lectiones parum erant notae, non satis prospere temptari poterat. Haec causa praecipua erat cur C. L. Struue in quaestionibus in librum p. LV nominatum (p. 47—124) congestis, quibus 'Oracula Sibyllina apud Lactantium obuia' tractauit, perpauca reperiret quae probari possunt. Struue enim codicem Regiomontanum, de quo eodem illo loco diximus, fundamentum satis firmum esse opinabatur in quo coniecturas suas poneret, accedit autem quod sermonem rationesque metricas Sibyllistarum non tantum peruestigauerat, ut satis paratus ad locos illos adgrederetur. Quaedam ego restitui, egregias uero emendationes mihi praebuit H. Stadtmueller amicus, uir iudicio et doctrina insignis, deinde etiam alius uiri doctissimi consilio auxilioque subleuatus sum. Iam magna pars huius editionis typis expressa erat, cum A. Rzach per litteras me rogauit ut sibi ad editionem oraculorum Sibyllinorum quam pararet, lectiones codicum Lactantii traderem, suas ipse copias operamque beneuole mihi offerens. Ita factum est ut ille plagulas meas legens et multas lectiones codicum Sibyllinorum, quas, cum aliquid conferrent ad intellegendam recensionem nostram, in apparatum receperam editionem Friedliebii secutus, e suis collationibus corrigeret et ex accuratissima sua horum carminum scientia de nonnullis aliis rebus quae ad eandem causam spectarent admoneret me atque doceret.

Etiam de ceteris graecorum scriptorum locis quos Lactantius proponit[1] ualde ab editoribus neglectis Struue in libro illo (p. 124—158) egit et recte quaedam in eis constituit. Pauca ego correxi, de aliis locis, maxime Hermetis Trismegisti C. Wachsmuth, uir mihi beneuolentissimus, quem de eis per litteras adieram, doctissime acutissimeque mihi suasit.

Iam de alio genere locorum a Lactantio adhibitorum dicendum est, quod non solum frequentissimum est apud illum, sed etiam proprias quasdam rationes postulat curamque singularem, ita ut nulla pars huius editionis plus mihi laboris deliberationisque parauerit. Lactantius enim ueterem interpretationem latinam secutus permultos locos S. Scripturae — sunt enim plus septuaginta — libro IV Institutionum inde a c. 6 et multos de illis Epitomae quoque inseruit, qui, cum praesertim haud pauci inter eos sint ampliores, quantum in studiis de interpretatione Itala hac ipsa aetate celebratis respiciendi sint facile apparet. Itaque H. Roensch, cuius praeclara de his studiis merita omnes sciunt, propriam de illis locis scripsit commentationem (*Beiträge zur patristischen Textgestalt und Latinität. II. Aus Lactantius. Zeitschrift für die historische Theologie,* uol. XLI [1871] p. 531—629), plenissimam doctrinae multisque rebus quas acutissime obseruauerat insignem, ita ut illi quod ad rectam locorum illorum recensionem uiam editori diligentissime munierit, gratia debeatur a me quam maxima. Tamen uirum optimum, quocum ipso de quibusdam illorum locorum per litteras egi, si etiam esset in uiuis, uerum esse quod iam dicam, non negaturum persuasum habeo. Ille enim cum prioribus tantum editionibus Lactantii uteretur, quales quantaeque essent per locos illos uarietates codicum Lactantianorum cognoscere non poterat: ac tamen quo plures sunt lectiones discrepantes, eo maiores atque plane nouae difficultates his ipsis

[1] Hic esse monendum uidetur unum Lactantium, praesertim cum addendi sint uersus Sibyllini, non solum plures locos graecos adferre quam ceteros patres latinos omnes, sed etiam eos apud illum locos qui pedestri sermone sunt scripti, sumptos esse omnes ex libris qui ipsi interierunt. — De Sedulio Scoto qui locos graecos ex Institutionibus excerpsit, mox dicemus.

in quaestionibus excitantur. Sed qui scire uolet quae ille praestiterit, quae ego addiderim, hanc editionem cum illius commentatione comparet. Plurimum mihi profuit etiam Sabaterii opus notissimum, quamquam in prioribus patrum latinorum editionibus parum accuratis positum nostrae aetati non iam sufficere potest. Sed ut iam ad locos S. Scripturae Lactantianos ipsos accedamus, eadem in illis quae inuasit sacra apud alios patres latinos testimonia, perturbatio lectionum Italae et Vulgatae animaduertitur. Neque tamen, id quod in aliis patribus latinis edendis fieri potest, eo consilio uti nobis licuit, ut in locis illis scribendis unum uel plures codices prohibitis quam maxime lectionibus Vulgatae sequeremur: quod ipsa ratio codicum Lactantianorum non admittit. Qua cum cogamur ex omnibus codicibus quaerere atque eligere quid Lactantius ipse scripserit, tum alia accedunt quae nobis etiam magis eam necessitatem imponant. Atque in hac quaestione inde proficiscendum est, quod si quae lectiones cum Vulgata consentiunt contra alias, ea res ipsa ostendere solet illas spurias uel maxime suspectas esse: cuius correctionis manifesto ex Vulgata factae in eis partibus in quibus loci S. Scripturae sunt, quaelibet pagina huius editionis exempla habet. Sed non omnes lectiones cum Vulgata congruentes posthabendae sunt aliis: accedit autem quod praeter illas lectiones singulis in locis interdum binae aliae uel etiam plures sunt, ita ut inuestigandum sit quae tandem sit genuina. Nam quoniam Vulgata nono demum saeculo ita peruicit, ut per totam fere ecclesiam ualeret, ac ne postea quidem memoria Italae plane emortua est, prioribus saeculis medii aeui magna facta est in usu hominum et in codicibus confusio lectionum Vulgatae et Italae. Saepe autem etiam dissenserunt codices Vulgatae pariterque magna saepe Italae — nisi plures fuerunt ab initio ueteres interpretationes — singulis in locis fuit diuersitas. Itaque si in codicibus Lactantii lectiones congruunt cum Vulgata contra alias lectiones, haec una non omnibus locis idonea causa est cur illas originis Lactantianae esse negemus: fieri enim potuit ut aliae illae aut in archetypum Ω aut in archetypos singularum classium inductae uarie in nostros codices transirent aut in antiquiores

certe codicum ab ipsis librariis inferrentur. Sed quae certa habemus indicia quibus discamus quid scripsisse Lactantius, quid non scripsisse uideatur? Hac in re plerumque non una aliqua ratio sequenda est, sed plures coniungendae sunt. Unum auxilium in eo positum est, ut comparetur quam formam eorum locorum alii scriptores ecclesiastici qui nondum interpretatione ab Hieronymo edita utebantur exhibeant. Quam utilitatem cum alii praebeant (cf. ad p. 299, 1; 300, 2. 3; 307, 1; 315, 1; 326, 5; 362, 15 al.), tum Cyprianus praecipue hac in quaestione magnae auctoritatis est. Ex primis enim duobus libris Testimoniorum Cypriani, quo ex opere etiam Commodianus, Firmicus Maternus, Euagrius locos S. Scripturae excerpserunt[1], Lactantius illorum plus septuaginta locorum longe maiorem partem, plus quinquaginta, sumpsit: quod cum iam Sabaterius (Bibliorum Sacr. lat. uersiones antiquae I p. XLII) et Buenemannus (p. 459 adn. e; 466 adn. e) perspexissent, accurate Roensch p. 618 ss. demonstrauit. Praeterea Lactantius saepe etiam ea uerba quibus Cyprianus locos S. Scripturae inducit, orationi suae quodammodo intexuit (cf. ad p. 295, 9; 309 § 1; 316, 9; 317, 1—6; 321, 9; 325, 6; 343, 5. 14; 349, 17; al.). Sed ut in plerisque locorum Lactantianorum[2] Testimonia Cypriani asciscenda sunt, ita difficultas quaedam eo oboritur, quod etiam in Cypriani codicibus lectiones ualde uariant maximeque cum

[1] De Commodiano et Firmico Materno demonstrauit Dombart, *Zeitschr. f. wissensch. Theol.*, uol. XXII (1879) p. 374 ss., de Euagrio, qui scripsit Altercationem Simonis Iudaei et Theophili Christiani, Harnack, *Texte und Untersuchungen*, uol. I fasc. 3 (1883) p. 109 (§ 3 *Die Altercatio und Lactantius' Institutiones)*, refutans primos editores Altercationis Martène et Durand (Thesaurus nouus Anecdotorum, Paris. 1717, tom. V p. 1 ss.), qui p. 10 adn. d Euagrium Lactantii uestigia sequi putauerant.

[2] Unde Lactantius eos locos sumpserit qui non sunt apud Cyprianum, incertum est. Roensch p. 619 illum ampliore recensione Testimoniorum, cum quae nunc extat, in breuius contracta sit, usum esse putat: quod credere non possum neque credit Harnack p. 97. Qui rectius mihi conicere uidetur Lactantium habuisse alium aliquem librum qui postea interierit. Ipsum illum eos locos ex S. Scriptura conquisiuisse parum probabile est. Cf. etiam Ziegler, *Die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus* (1879) p. 37.

lectionibus Vulgatae sunt permixtae. Inter codices autem Cypriani multo minus antiquissimus A (Sessorianus) quam codices L(aureshamensis), deinde W(irceburgensis) M(onacensis) B(ambergensis), id quod Hartel, qui certas quasdam ob causas in contextu Sessorianum potissimum sequi malebat, prorsus perspexerat (cf. Proleg. p. XXV. XXXII) et Roensch quoque obseruauit (l. c. p. 620), ueterem interpretationem integram retinuit[1]. Itaque ubi e lectionibus codicum Lactantianorum genuinae eligendae sunt, saepe codex ille L uel solus (cf. ad p. 305, 10; 306, 8; 308, 10; 339, 12 *tormenta*; 345, 12; 362, 15; 363, 1) uel cum aliis (cf. ad p. 299, 1 ss.; 300, 3; 308, 6; 314, 1; 318, 7. 8; 323, 5; 359, 1; saepe) uel etiam alii contra illum (cf. ad p. 307, 1; 359, 3; al.) rectam uiam ostendunt, quibusdam locis lectiones codicum Lactantii etiam consensu omnium codicum Cypriani defenduntur (cf. ad p. 290, 5; 291, 3. 4; 308, 12; 312, 3; 345, 12; 357, 8 s.; saepe). Sed tota haec ratio ad eos tantum locos ualet quos Lactantius e Cypriano transcripsit. Aliud subsidium interpretatio graeca LXX praebet: quae multum adfert ut cum alias tum quasdam lectiones quae in Vulgata sunt, tamen natiuas esse existimemus (cf. ad p. 306, 6. 8; 307, 4; 313, 21; 325, 13. 17; 357, 5; al.). Sed etiam in usu interpretationis LXX singularis quaedam res spectanda est, quam Roensch (cf. l. c. p. 623 adn. 33) obseruauit: mirus enim consensus intercedere solet inter locos Lactantii non solum eos quos e Cypriano habet, sed etiam (non 'potissimum', ut p. 311, 17 scripsi) eos qui illi proprii sunt, et eam recensionem interpretationis LXX quam codex Alexandrinus potissimum sequitur, ita ut haec quoque ratio ad uera inuenienda nonnumquam nos perducat (cf. ad p. 311, 17; 312, 4; 318, 8; 319, 2; 324, 12; 326, 9; 342, 3; 345, 12; 357, 9; 359, 1). Tum etiam Epitome conferenda est. Quae quamquam ipsa multis lectionibus Vulgatae corrupta est, tamen interdum contra omnes codices Institutionum eas seruauit lectiones quae aliis quoque de causis pro genuinis existimandae sunt: quibus locis lectiones Epitomae in Institutiones reducere non dubitaui (cf. ad p. 351, 14; 360, 2;

---

[1] Attigi hanc rem etiam in Archiu. gramm. et lexicogr. lat. V p. 287.

365, 16); Epitomae tamen locos nolui mutare sententiamque meam in adnotationibus tantum significaui. Multis praeterea locis Epitome lectiones uno uel pluribus codicibus Institutionum traditas confirmat ac tuetur: (cf. ad p. 310, 8. 9. 11; 317, 14; 318, 1 *est.* 4; 319, 2 *et*; 339, 10; 340, 1; 359, 1; 360, 3ss.; 361, 5; 365, 15; saepe). Quibus uero locis concordant omnes Institutionum codices et Taurinensis Epitomae, eis, etiamsi contrariae quaedam essent rationes, mutare tamen quicquam non sum ausus (cf. ad p. 307, 1 *clarificabitur*; 319, 1; 360, 2 *populo*). Nam ne illud quidem neglegendum est, fieri potuisse ut Lactantius ea scriberet quae nunc nullo aliorum auctorum loco leguntur uel adfirmantur, siue ipse locos ad formam sibi gratiorem redigebat siue omittebat quaedam consulto siue fontibus quos nos ignoramus utebatur. Quare eas lectiones quibus unam de illis causis subesse coniciebam, illis quoque locis quos Lactantius in Epitomen non transtulit, consensum omnium codicum Institutionum secutus in contextu expressi (cf. ad p. 308, 8 *et*; 323, 4. 5; 325, 14; 342, 7; 357, 2 *traditus est*; 359, 12 s. al.). Omnino quam maxime consensum omnium codicum in contextu scribendo obseruaui, etiam eis locis quibus Lactantium alia scripsisse aut paene aut plane certum mihi erat (uelut p. 298, 2; 341, 18; 345, 4). Accedunt etiam alia quaedam leuiora, quae explicari non opus est, nisi forte hoc est monendum, in locis S. Scripturae praecipua auctoritate esse communem illam legem artis criticae ex qua quo longius quaeque lectio distat a dictione leuigata, eo maior plerumque fides ei habenda est (cf. ad p. 291, 3 *ponebat*; 306, 8 *meam . . eam*; 317, 14; 318, 9 *oleum*; 357, 5 *in animam*; al.). Multae igitur sunt rationes quae ad locos illos recte constituendos uel coniungendae inter se uel perpendendae sunt, atque interdum tot quasi fila sunt in unum nodum contorta, ut solutiones earum inplicationum quaerere res sit multae operae parumque certi euentus (cf. ad p. 311, 17; 314, 12; 323, 1; 351, 16 s.; 356, 13; al.). Quare saepe certam sententiam proferre non potuimus, sine dubio interdum etiam errauimus. In apparatu autem locorum S. Scripturae grauiora quoque ex Cypriano aliisque scriptoribus atque ex interpretationibus latinis et graeca, praeterea haud raro mearum

sententiarum rationes proposui: qua re et commodo legentium consulere et recensionem meam probare uolui. Nam cum initio locos illos pertractans uarias lectiones codicum Lactantii tantummodo in apparatu posuissem, postea ubi ad eosdem locos reuerti, saepissime ne ipse quidem agnoscere potui cur quidque in contextum recepissem, atque totus labor non sane exiguus materiae diffusae congerendae uariarumque rationum persequendarum iterum mihi fuit exhauriendus. Quare ne ei quoque qui illis locis cognoscendis operam darent, labore illo denuo perfungi cogerentur, sed non minus ut scirent quibus de causis omnia ita constituissem ut constituta sunt, multis eorum locorum non tam apparatum quam commentarium dedi criticum.

Transeamus iam ad alterum illud genus locorum quos Lactantius ex auctoribus suis sumpsit supra p. XCII s. significatum: quod paucis absoluere poterimus. Lactantius enim etsi permultis partibus locisque librorum suorum uestigiis aliorum scriptorum insistebat, nihilo minus, ut erat 'uir omnium suo tempore eloquentissimus' (Hieronymus ad a. Abr. 2333) semperque memor quid sua hoc in genere dignitas postularet, ea quae ex illis hauserat, uarie ac sollerter eleganterque mutauit et ad suum sensum suamque scribendi proprietatem conformauit. Quare, praesertim cum contextus Lactantii codicibus a nobis adhibitis satis integer seruatus sit, loci aliorum scriptorum ab eo imitatione redditi quamquam orationem illius saepissime haud mediocriter inlustrant, tamen ad locos illius dubios uel corruptos recte constituendos raro ueram habere possunt uim auctoritatemque. De auctoribus latinis Lactantii non quem expectaueris Cicero, sed Sallustius (cf. ad p. 583, 18), Quintilianus (cf. ad p. 428, 6), Valerius Maximus (cf. ad p. 127, 2; 170, 1; cf. Kempf, in edit. mai., 1854, p. 45 s. et in adnot.), deinde Christiani Minucius Felix (cf. ad p. 164, 14), Tertullianus (cf. ad p. 247, 18; 285, 1; 469, 16), Cyprianus (cf. ad p. 295, 9; 343, 6; 396, 21; 423, 15), quem diligentissime ille legerat, etiam Arnobius (cf. ad p. 89, 13), de graecis Theophilus Antiochenus (cf. ad 285, 1; 327, 6) interdum fructum aliquem praebuerunt.

Etiam expilatores Lactantii hoc loco spectandi sunt. Quorum primus mea sententia, quam alio loco accurate exponam,

'L. Caecilius' auctor libri De mortibus persecutorum est: cuius libri paucis locis mentionem feci (cf. ad p. 385, 6; 488, 15; Addenda ad p. 367, 14). Deinde in libris duorum scriptorum, a quibus Institutiones excerptas esse nondum cognitum erat, certissima uestigia lectionis Lactantianae inueni. Unus est Lucifer Calaritanus, qui praeclara Hartelii editione uiris doctis quasi in memoriam denuo redactus est. Lucifer autem in scribendo libello cui titulus est 'Moriendum esse pro dei filio', qui a. 360 uel 361 compositus est (cf. Hartel, Archiu. lexicogr. et gramm. lat. III p. 3; Krueger, *Lucifer, Bischof von Calaris,* 1886, p. 108), non solum Tertulliani et Cypriani (cf. Hartel l. c. et in adnotationibus), sed etiam Lactantii locis usus est. Tot autem locos Lactantii ad uerbum paene descriptos recepit, tot locutiones singulares argutiasque dicendi ex eo sumptas libello illi inmiscuit, ut hac in re magnam causam positam esse existimem cur libellus multo maiore cum eloquentia atque uigore quam ceteri a Lucifero compositi scriptus esse uideatur. Unum exemplum adferam:

Lactantius, p. 399, 10—16:	Lucifer p. 286, 21—26 (Hartel):
ideo cultores dei summi hoc est iustos homines torquent interficiunt exterminant. nec causas odiorum reddere ipsi possunt qui tam uehementer oderunt: quia ipsi errant, irascuntur iis qui ueram uiam secuntur, et cum corrigere se possint, errores suos insuper crudelibus factis coaceruant, innocentium cruore maculantur et dicatas deo mentes euisceratis corporibus extorquent.	dicatos deo homines torques interficis exterminas, et cur haec geras causas odiorum reddere non uales. quia tu erras, etiam nobis irasceris cur ueram teneamus uiam, et cum nostra salubri admonitione corrigere te possis, errores tuos insuper crudelibus factis coaceruas, dicatas deo mentes euisceratis corporibus extorquens . .

In apparatu breues locutiones a Lucifero ex Lactantio haustas paene omnes omisi, longiores locos triginta fere significaui, multo plurimos ex libro V, qui sane ad argumentum consiliumque Luciferi accommodatissimus erat, perpaucos ex libris VI et VII, unum ex libro III (cf. ad p. 270, 13) sumptos. Duobus locis ex Lucifero uocem addidi (p. 466, 4. 489, 2), non

paucis autem quibus uariant codices Lactantiani genuinae lectiones illius auxilio ostenduntur (cf. ad p. 434, 8; 442, 3. 4; 460, 12; 461, 22; 464, 18; 466, 6; 471, 3), aliis uidetur considerandum esse nonne codex Luciferi rectiora habeat quam codices Lactantii (cf. ad p. 426, 9; 433, 20; 461, 21)[1]. Alter ille expilator Lactantii est Pacianus Barcinonensis, uir doctus et scriptor non inscitus, quem uno loco (cf. ad p. 652, 1) appellaui[2]. Pauca quae ad emendationem Lactantii ualent, habet Augustinus[3] (cf. ad p. 66, 14; 238, 17). Vix certi quicquam (cf. ad p. 144, 9) nobis praebuit Isidorus Hispalensis, etsi plures sunt apud illum loci Lactantiani quam Grialius aut Areualus indicauerunt. Postremo loco dicendum est de Sedulio Scoto, quem iam antea commemorauimus. Is Sedulius, grammaticus non ignotus saeculi IX atque etiam poeta, quem constat linguae graecae non ignarum fuisse[4], ex libro manu scripto aliquo Lactantii locos graecos excerptos una cum interpretationibus latinis transcripsit in codicem qui antea fuit abbatiae 'beati Nicolai in Prato Virdunensi' *(Saint-Nicolas des Prés* in urbe *Verdun),* nunc est Parisiis in bibliotheca Armamentarii[5], numero 8407 signatus; in eodem codice Sedulius etiam Psalterium et Cantica quaedam

---

[1] Etiam Lucifer ex Lactantio emendari potest, cf. ad p. 459, 20; Lucif. p. 309, 6 *furore* retinendum est, cf. Lact. 471, 3. — Hoc etiam monendum est, Lactantium et Luciferum communi aliquo ex fonte eadem hausisse non credibile esse.

[2] Alii loci quibus Pacianus Lactantio usus est, sunt hi: p. 1056 A, Patrol. ed. Migne uol. XIII: *naufrago tabulam,* cf. p. 451, 3 s. 453, 18. 455, 15. 457, 4; 1060 C *Musarum . . . Hesiodus . . . in Helicone,* cf. p. 14, 18. 15, 3 s.; 1061 C *sus lutulentus,* cf. p. 193, 21; 1063 A *sibi habeat—superbiam,* cf. p. 438, 19; 1084 C *libidinem—euagantem,* cf. p. 541, 5.

[3] Augustinus in libris De ciuit. dei multa profert ex Lactantio petita, interdum etiam tecte eum inpugnat; cf. Frick, *Die Quellen Augustins im XVIII. Buche seiner Schrift De ciuitate dei,* 1886; etiam *Die Kaiseranreden* p. 33 ss. In libris De immortalitate animae, De doctrina Christiana, Contra Academicos nihil certi inueni.

[4] Cf. Ebert, *Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters* II 192; Hagen, Anecdota Heluetica p. LXXVIII. Ad quaestionem quam Hagen hoc loco (cap. IV) mouet ratione habita studiorum graecorum saeculi IX, etiam excerpta Lactantiana Sedulii adhibenda sunt.

[5] Cf. Omont, *Catalogue des manuscrits grecs des départements,* 1886, p. 5.

ex uariis libris S. Scripturae collecta descripsit[1]. Hoc de codice accurate egit Montfaucon, Palaeographia graeca p. 235 ss., atque primus cum alia tum locos illos Lactantii graecos cum latinis interpretationibus edidit, non tamen intellegens unde sumpti essent. Hoc primus perspexit Gallandius, qui excerpta illa ex Montefalconio repetiit in Bibliotheca Veterum Patrum, uol. I p. 400 (cf. eius Prolegomena p. LXXXI); breuiter commemorat codicem etiam Alexander in editione Oraculorum Sibyllin. uol. I (1841) p. L. Ego cum postea demum quam haec editio typis exprimi coepta est, excerpta illa extare et codicem Parisiis esse inuenissem, paulo post ab Adolpho Lebègue Parisino collationem accuratissimam, deinde ab Iosepho Zycha etiam apographum interpretationum latinarum diligentissime confectum accepi. Quibus copiis usus lectiones codicis illius inde a cap. 6 libri IV Institutionum in apparatu subieci, eas lectiones quae ad priorem partem uoluminis pertinent, exhibui in Addendis. Multis locis ex hac demum editione uerus excerptorum contextus cognoscetur: nam Montfaucon saepe non lectiones codicis, sed suas correctiones coniecturasque (cf. etiam ad p. 319, 8 ἀλωκώς; 354, 7) proposuit. Sed ut ostendamus qui sit usus excerptorum ad locos graecos Lactantianos recte scribendos, Sedulius eos locos ex codice aliquo Lactantii sumpsit qui similitudinem quandam cum codice Valentianensi habuisse uidetur (cf. ad p. 287, 2. 4; 288, 1. 3; 289, 4; 293, 3; 335, 2; 336, 13; 363, 11; al.): quamquam multis locis uarie etiam cum singulis uel pluribus ceterorum codicum consentit. Itaque Sedulius instar codicis Lactantii est atque eundem usum quem meliores codicum nostrorum praebet: quod in libro VII eo gratius est, quod hic deest in codice V. Sed ne Sedulius quidem omnes locos graecos libri VII habet: ultimus apud eum est uersus VII 19, 9 (p. 647, 2), unde illum codice Lactantii mutilo usum esse conicias. Loci graeci ipsi quales Sedulius exhibuit, non emendatius quam in codicibus Lactantii scripti sunt ac ualde inter-

[1] Sedulium ipsum exarauisse codicem subscriptio haec CΗΔΥΛΙΟϹ · ϹΚΟΤΤΟϹ · ЄΓΡΑΨΑ · ostendit. Usus est ille singulari quodam genere litterarum ЄΓΩ uncialium, cuius specimen Montfaucon p. 237 dedit.

dum corrupti: uerum cum fieri potuerit ut Sedulius exemplar a se adhibitum admiratione quadam ac reuerentia ductus eorum quae non omnia certe accurate intellegeret, diligenti cum cura in describendo sequeretur, ego quidem propter uitia illa plane tironem eum scientia sermonis graeci nominare nolim. Immo ipsa illa uitia, cum saepe Lactantii quoque in codicibus sint, hominem accurate exemplar suum descripsisse et mutationibus abstinuisse probant efficiuntque ut eo maiorem illi fidem habeamus. Idem etiam interpretationibus latinis[1] demonstratur: nam eis quoque locis quibus graeca pessime corrupta apud eum sunt, latina tamen recte se habent (cf. ad p. 319, 8 δικασπολίαισιν; 344, 7, ubi interpretatio est *in ipsum tota desinet lex*; 626, 2. 5 s. al.). Quibus locis illud quoque intellegitur, interpretationes, etsi fortasse pauca in eis a Sedulio mutata sint, tamen non ipsas ab illo compositas, sed ex codice Lactantii quo uteretur transcriptas esse. Confirmatur autem haec sententia eo quod interpretationes quaedam cum eis consentiunt quae in antiquissimo Bononiensi leguntur (cf. ad p. 626, 3. 5; 643, 4), deinde permultae aut plane eaedem sunt quae in Parisino P saeculi IX (saepe etiam in S) (cf. Addenda ad p. 25, 3; 52, 6; 79, 19; ad p. 290, 2; 320, 9; 333, 11; al.) aut simillimae (cf. Addenda ad p. 24, 1; 158, 20; 164, 1; ad p. 292, 6; 293, 5; 331, 3; 332, 8; al.). Saepe autem Sedulii translatio ab illis discrepat (cf. Addenda ad p. 23, 18; 27, 9. 15; 29, 16; 159, 7; ad p. 335, 2. 6.; 336, 15; 354, 7; 355, 3; 363, 12; 625, 6; 637, 1; al.), interdum ita ut ille rectiora atque accuratius conuersa habeat (cf. ad p. 288, 4; 642, 3). Paucis contra locis graeca male intellecta sunt (cf. p. 167, 7, ubi Sedulius habet κατα ημαρ, latina autem haec: *haec sunt quae stulti uiri scrutantur secundum cor*; 293, 4, cf. ad προεννοουμένου), at mire interdum concinunt latina cum uerbis graecis Sedulio propriis (cf. ad p. 288, 3. 4 ηγιασεν *sanctificauit*; 335, 6 πηγης *ex uno autem fonte*; 643, 9, cf. ad 644, 2; 645, 2 σκοτος *tenebrae*). Desunt sane certae rationes ad discer-

[1] Interpretationes latinae Sedulii quoniam a Montefalconio satis accurate sunt editae atque saepissime cum interpretationibus codicum quorundam Lactantii congruunt, hac in editione nisi perpaucis locis quibus commemorandae esse uidebantur, non descriptae sunt.

nendum utrum Sedulius interpretationes ex codice Lactantii quo utebatur integras transcripserit an ipse locis aliquibus mutauerit. Nam illum pleraque certe ex suo codice sumpsisse interpretationibus et codicis Bononiensis et Parisini P probatur: P enim saeculo IX quo Sedulius uixit scriptus est, ac tamen uix credibile uidetur iam eodem saeculo in hunc codicem Sedulii interpretationes receptas esse. Quare haec sententia fortasse proxime ad uerum accedit, ut Sedulium, cum interpretationes ipsas e codice aliquo Lactantii excerperet, tamen quibus locis ei opus esse uideretur, ipsum nonnulla mutauisse atque etiam correxisse dicamus.

Iam ut peroremus tandem, de rationibus huius editionis post ea quae de emendatione Lactantii p. LXX s. LXXXVIII s., de orthographia a nobis obseruata p. XIX. LXXXII, de correctionibus codicum a nobis non receptis p. XXXIV. XL. LI, de aliis rebus p. XXIX adnot. 1. XXXIX adn. 1. LI adn. 1. LVI. LXVI. XCII adn. 1 diximus, pauca addenda sunt. Eis locis quibus codex B deest, orthographiam Parisini P, cuius uerborum formas omnibus locis descriptas habeo — nam in collatione Parisini R multae semel indicatae sunt — quantum fieri poterat secutus sum: quamquam scio locis quibusdam, etiam eis qui in B sunt, minus constantem me fuisse. Pro forma *his* interdum, etsi omnibus codicibus tradita esset, scripsi *iis*: Lactantius enim cum optimis scriptoribus pronomine *hic* ita usus est, ut eo illa significaret quae aliquo modo ut praesentia quasi atque uim pondusque habentia legentibus ostendere uellet; nam codicibus parum fidei hac in re tribuendum esse quibusdam ex locis satis apparet (cf. p. 33, 3 *eorum*, 4 *his*; 108, 19 *ea*, 20 *his*; 646, 5 *eos*, 6 *his*). Leuium errorum correctiones a primis manibus factas nisi ubi causae recipiendi erant, in apparatum non admisi, non magis, excepto tamen codice B, correctiones rerum orthographicarum a manibus posterioribus additas, deinde non enotaui usitatissima illa in libris manu scriptis medii aeui uitia orthographica e codicibus RHMSPV, sed grauiora tantum atque insignia indicaui, de aliis quibusdam scripturis semel dixi (cf.

ad p. 5, 10; 6, 20; 7, 2; 8, 23; 12, 1. 3; 14, 18; 20, 12; 21, 10; 29, 6; 30, 3; 31, 23; al.). Consensum codicum haud raro littera *C* distincte eis locis significaui quibus singularis natura lectionum uel ea quae priores editores scripserant uel aliae causae (uelut p. 54, 4 ubi nullus codex pro *at* habet *ad*, quae commutatio non rara est) postulare uidebantur. Permultis locis hac in editione orationi Lactantii ipso antiquorum codicum auxilio natiuus nitor restitutus est sublatis eis uitiis quae prioribus editionibus, cum codices recentiores potissimum sequerentur, in illam inlata erant. Coniecturas aut alienas aut meas in contextum recepi eas tantum quae necessariae uidebantur, in apparatu posui eas quae probabilitatem quandam haberent; quare permultas priorum uirorum doctorum plane omisi.

Sed hoc loco etiam de historia huius editionis quaedam commemoranda sunt. Ante uiginti quinque fere annos cum Academia Vindobonensis scriptores ecclesiasticos latinos edere constituisset, Lactantium Carolus Halm tractandum suscepit. Itaque ille curauit ut codices Bononiensis et Parisinus R, pars etiam Parisini P, deinde Taurinensis Epitomae in usum nouae editionis conferrentur; collationibus ipse pauca ascripsit, lectiones aliorum codicum et locos similes Lactantii, uno loco etiam coniecturam eius (cf. ad p. 206, 5) adiectam inueni. Postea tamen uir praeclarissimus ille munus Lactantii recensendi tradidit Georgio Laubmann, unum librum De mortibus persecutorum sibi retinens edendum. Sed post Halmii obitum Laubmann cum in locum eius succedens bibliothecae Regiae Monacensi praefectus esset, totum se dedidit huic nouo muneri, cuius negotia quot quantaque sint facile aestimabunt qui sciunt quam copiosa sit bibliotheca illa, quam prudenter instituta, quam liberaliter administrata. Itaque probante Academia Vindobonensi a. 1883 factum est ut Laubmann, cuius uiri optimi eximiam humanitatem et hac re et aliis postea rebus expertus sum, socium me adsumeret ad Lactantium edendum, opera quo modo ante inter Halmium et ipsum, eodem iam inter nos diuisa.

Restat ut eis uiris doctissimis humanissimis qui in hoc opere conficiendo uarie me auxilio consilioque suo adiuuerunt, gratias dicam quam maximas, primum eis quos iam antea

in describendis codicibus aliisque locis nominaui, deinde aliis quoque amicis et praefectis multarum bibliothecarum. Tum insigni beneficio me deuinxerunt sibi Fridericus Schoell et Georgius Thilo amici: qui uiri optimi plagulas totius huius uoluminis legentes etiam nonnullos locos Lactantii praeclare emendauerunt et multa mihi quae magno usui erant indicauerunt suaseruntque. Eadem de causa hoc loco mihi nominandus est Guilelmus Hartel: huius autem uiri quantam per totum illud tempus quo Lactantio edendo operam dabam, cognouissem benignitatem liberalitatemque, eo quoque testificari uolui, quod nomen eius huic uolumini praescripsi. Hoc cum nomine coniunxi alterum pie grateque mihi semper uenerandum, Ottonis Ribbeck, praeceptoris ante multos annos mei optimi, ab illo autem tempore amici beneuolentissimi: cui quantum debeam cum documento studiorum meorum declarare iam diu mihi cordi fuerit, hac opportunitate ad desiderium illud explendum quod uti possum ualde laetor.

Exeat igitur hoc uolumen, opus multorum annorum, multorum laborum, sed iucundorum plurium quam iniucundorum. Uberrimus autem meae operae is mihi erit fructus, si uera atque recta cognitio et aestimatio Lactantii, quo in uiro eloquentia doctrina, integritas morum cupiditas ueritatis ad ingenuam quandam suauitatem coniunctae sunt, hac editione quam maxime uel confirmabitur uel augebitur.

Dabam Heidelbergae mense Martio a. MDCCCLXXXX.

Samuel Brandt.

ADDENDA ET CORRIGENDA.[1]

P. 3, 19 *cf. 'Ueber das Leben des Lactantius' p. 37.*

14, 3 *excerpsit Sedulius, cf. Montfaucon, Palaeogr. gr. p. 243. —* υος (ι *man. rec.) Sedul. — Interpretatio lat. eadem ap. Sedul. quae in P, alia manca in S.*

14, 8 *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Interpretatio lat. eadem in P et ap. Sedul.*

18, 14 *in appar. inter* hic *et* nostri *spatium relinquendum erat.*

19, 20 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.:* προσδεομαι | εστιν | ἄνονι (μος superscr.) *(sic). — Interpretatio lat. paene eadem ap. Sedul. quae in P.*

20, § 7 ss. *EXPILATORES] addendus est auctor anonymus Theosophiae c. 75—77: Buresch, Klaros (1889) p. 120 ss., etiam p. 90.*

20, 16 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.:* σιους deos · non · θεους · et concilium · non βουλην · sed βουλιαν appellabant ·

22, 19 *de lectione codicum RS disputaui 'Die dual. Zusätze' p. 26 s.*

23, 18 *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.:* ὃς] ω *(sed refectum)* | αχρι *(sic). — Interpretatio lat. ap. Sedul. alia atque in SP.*

24, 1 ss. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 1* πεποιήσεν. *2* ἡλιόν (η *refectum*). 3 καρποφορων γηαν | οιδηματα. *— Interpretatio lat. eadem fere ap. Sedul. quae in S et P.*

24, 6 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 6* σεβεσθε *(prim.* ε *in ras., tert.* ε *fort. postea add.). — Interpretatio lat. ap. Sedul. eadem fere quae in S et P.*

25, 3 *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.:* μονος | εστι. *— Interpretatio lat. eadem ap. Sedul. quae in P.*

25, 15 ss. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 15* αμητορα | στυφελικτωσι *(sic;* ωσι *refectum). 16* ωνομα *(*ων *refectum)* μέδε λογω · χωρουμενος *(falso Montfauc.)* ενπυροσ · αίων. *17* αμγέλοι *(sic)* ημίς. *— Interpretatio lat. paene eadem ap. Sedul. et in P. — Cf. Wolff, Porphyrii . . . reliquiae (1856) p. 231. 233 s.; Hendess, Oracula graeca, Dissertat. philol. Halens. IV (1877) p. 100 n. 206; Buresch, Klaros p. 56 s.*

25, 16 *in appar. adde* λόγῳ] ΛΟΓΩ *B,* ΛΟΓΩ *RSPV,* logo *HM.*

---

[1] Quorum locorum numeri **crassioribus litteris** scripti sunt, ei maxime ante quam usus fiat editionis, corrigendi sunt. In Addendis multa posui quae ratione spatii habita, sed etiam aliis de causis in apparatu proferre aut nolebam aut non poteram, quare saepius in apparatu scriptum est *cf. Addenda:* ignoscant tamen lectores quod quaedam de indicatis illis Addendis quae leuioris momenti erant deleui. De Sedulio in Prolegom. p. CIV ss. dixi; in describendis scripturis uariantibus eius litteris minusculis usus sum. Omnino longe plurima sunt Addenda, multo pauciora Corrigenda.

26, 23 innumerabiles, et *(pro* esse*)* arguimus, *Heusinger, Emendat. p. 8.*

27, 9. 12. 15 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 9* πολιστροφε καυθυ *(uix* κλυθυ*). Interpretatio lat. ap. Sedul. accuratior quam in P. — 12:* κοσμου φαεσφαε φρε *(sic). Interpretatio paene eadem ap. Sedul. et in P. — 15* δαιμοναις | φοιτοσι | χθονει. *16* δαμνονται | ὑπ · αυ · μαστιγις θεοῦ. *Interpretatio lat. plerumque alia ap. Sedul. atque in P et S; in u. 16* infessi *Sedul. P. — Cf. Wolff l. c. p. 186.*

27, 9 *in appar. l.* 'ΚΛΥΘΙ *V*'.

27, 14 et *cum* $P^{ac}V$ *omittendum est.*

28, 1 *cf. Proleg. p. LXIII.*

28, 13 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul. haec:* αὐτοφύης · αυτογενες αγενέτος ἀποοιητος. — *Interpretatio lat. fere eadem ap. Sedul. quae in P.*

29, 16 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 16* δινατει. — *Interpretatio lat. ap. Sedul. alia atque in* B^3 *et S.*

31, 5 ss. *AUCTORES] cf. Halmium ad Cic. de rep. II 41, 68. 6.*

33, 18 ss. *e Varrone sumpta esse conicit E. Schwarz, de Varronis ap. S. Patres uestigiis, Annal. Philol., supplem. uol. XVI (1888) p. 426.*

35, 9 *nolui ex B* Ariadnen *inserere (Epit. 8, 5), cf. 33, 10 et 681, 21* Megaram.

37, 1 ss. *AUCTORES] ad Cic. de rep. I 36, 56 rettulit Maius.*

38, 6 s. *cf. Tacit. German. 40 extr.*

39, 1 s. *excerpsit Sedul., posuit tamen post locum p. 52, 6; cf. Montfaucon ibid. p. 244. — Sedul.:* ζευς uel ζην · id est iupiter · quod fratribus iam occisis superuixerit ·

44, 13 in terraque] *cf. ad Epit. 685, 24.*

45, 7 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. p. 243. — Sedul.: 7* νεκαυων ιδωλα · καμωντων. — *8* ηδισμορος. — *Interpretatio lat. ap. Sedul. alia atque in SP et quae ualde a graecis discrepat.*

45, 17 habebat *recipiendum erat, cf. ad p. 71, 18.*

48, 14 Aulacia] Huracia *Géza Némethy in ephemeride 'Egyetemes Philologiai Közlöny' XII (1889) p. 534 conl. Diodor. V 45.*

52, 4 in terra] *cf. ad Epit. 685, 24.*

52, 6 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 6* πρωτος *(ω refectum)* · τις · μεν · | επιχθονιον. *7* κρονοι γενετος · αυτος | ουριοπα *(uix* ευρ-*)* ζεις. — *Interpretatio lat. eadem ap. Sedul. quae in P.*

57, 19 ss. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. p. 244. — Sedul.: 19 s.* δε | αδρασειν ειναι *(hoc refectum)* εγιμωνες σιπρος : τι · δε · | καταφθιμηνοις : ειποριζεις. *58, 1* ιδωλοις. *2* θελιν | θεουο. — *Interpretatio lat. paene eadem ap. Sedul. et in SP. — 58, 2* προλιπεῖν τε *Sibyllistam scripsisse conieci, quod postea e sua coniectura iam in editionem recepisse Rzach mihi scripsit.*

58, 3 s. *cf. Quintil. X 1, 123; cf. Add. ad 234, 5. 402, 15 et appar. ad 428, 6.*

61, 3—7 *AUCTORES] locum Ciceronis indicauit A. Hartl. Sed Lactantium sua non ex Cicerone ac Floro (I 1, 18) contaminasse, sed eodem*

quo Florum fonte, scilicet Senecae patris historiis usum esse (pariter p. 88, § 1—4; 441, § 13 s.) existimo, sententiam quam nuper Rossbach ad VII 15, 14 ss. (cf. ad p. 633, § 14—16) probauit, ad hos quoque locos adhibens. Eodem auctore fortasse, non Liuio, Lactantius p. 123, 18 ss. usus est.

65, 1—20 *Lactantio Augustinum de ciu. dei VI 7 usum esse existimat E. Schwarz l. c. p. 454 s., cf. tamen Reifferscheid, Suetoni reliquiae p. 351. 467.*

66, 14 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.:* Erichthonius dictus est αποτης · εριδος και · χθονος id est ex certamine et terra ·

70, 1 ⟨non⟩ sceleratius] *cum* hostem delere *sceleratius sit quam* lacessere, *hoc loco ne res manifesta a Lact. adfirmetur,* non *cum Thilone adieci ut sententia sit haec, ipsum* lacessere hostem *tam sceleratum fuisse, ut ne* delere *quidem sceleratius esse potuerit.*

72, 6 ss. *AUCTORES] cf. Reifferscheid, Suetoni reliquiae p. 351. 467.*

79, 19 *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.:* αιδη | το | πέμπεται. — *Interpretatio lat. eadem ap. Sedul. quae in P, in P tamen manca.*

82, 6 *locum Lucani add. Schoell.*

82, 7 perdunt et *edd.,* semper et *Fritzsche, quo pentamenter efficitur.*

83, 16 *locum scholiastae Germanici add. Schoell.*

84, 16 *in appar. post PV signum distinctionis delendum est.*

85, 19 s. *AUCTORES] Epic. graec., Musaei Titanogr. frg. 17 Kinkel.*

87, 17 *cf. Proleg. p. LIX adn. 1.*

91, 21 *ad* quasi ut *cf. III 24, 10; de mort. persec. 29, 1.*

92, 18 *pro* Opem *quod addideram,* Rheam *coni. Schoell et Thilo.*

94, 14 sapientiae caelestis disciplina *Heusinger, Emendat. p. 23.*

95, 23 *in appar. l.* sint.

98, 12 *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.:* ανδρώπον · id est hominem greci appellant quod sussum *(sic)* spectet ·

100, 7 absentiae *Heusinger, Emendat. p. 26.*

101, 21 per⟨uersa per⟩suasione *Hartel et Schoell.*

104, 20 s. *add.* Epit. 21, 5.

109, 15 instrumentum; illa enim satius esse *Thilo.*

110, § 16—19 *Lactantio usum esse auctorem anonymum Theosophiae c. 71—73 existimat Buresch, Klaros p. 119 s.*

123, 18 ss. *AUCTORES] cf. Addenda ad p. 61, 3—7.*

133, 16 *in appar. l.* '*prius* indiget'.

139, 14 *uerba* hic est—omnia *senarium iambicum efficere monet Schoell, quoniam uerba ibid. 12* in hanc foueam—decidit *ex Plauti Persa IV 4, 46 petita esse possint, fortasse poetae alicuius.*

145, § 19. 21. 23 *Ouid. Fast. IV 787 ss. confert Le Nourry, Apparat. ad Biblioth. Max. Vet. Patr. II 1170 B.*

146, 8 *in appar. l.* 'adēo *B*' *non* '*BV*'.

147, 13 *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.:* ἐστ'] επι ¦ ανθρôπος. — *Interpretatio lat. alia ap. Sedul. atque in P.*

148, 4 id *omittendum fuisse monet Hartel, cf. indicem Ennodii ab eo editi p. 702 s. et Wiener Studien II 242; item Buenemann.*

151, 5 in totum *Hartel.*

154, 22 ss. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 22* εστιν ακρατη · το · τιπαρχων: *23* δε · στηριξε τιπον. 155, 1 φισιν | γενεης βιοτουο. — *Interpretatio lat. alia ap. Sedul. atque in P.*

158, 20 ss. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 20 omnia recte; 21* ζôην κληρονομουσει *(primum* ο *ex* ω *rasura factum uid.)* του. *22* παραδισον ομωιος εριθηδεα. — *Interpretatio lat. simillima ap. Sedul. ei quae in P est.*

159, 5 ss. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 5* ἁγίαισιν] επ · εσσειν. *6* ον και πλανêσεν | μουραν ανελτιν. *7* λαβìν αγαθου και κακου *(sic). — Interpretatio lat. ap. Sedul. alia atque in P.*

160, 16 *l.* iustitiae.

163, 6 s. *cf. Arnob. II 35 (p. 76, 15 s.).*

164, 1 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 1* Hesiodus dicit του | δαιμοναις | Διὸς] ο διος. *2* εσθαυο *(sic)* επιχθονιου φιλακα υς. — *Interpretatio lat. ap. Sedul. eadem fere quae in P.*

164, 8 ⟨a⟩ puero *uir doctus, Miscellan. obseruat. IV (Amstelaed. 1734) p. 415, conl. Epit. 23 (28), 2, uix recte.*

166, 4 ss. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 5* ευσεβια | δαιμον. *6* ρυσεται | ευσεβην. *7* ανθρωπους. *9* ευσεβια | εστι. — *Interpretatio lat. ap. Sedul. dissimilis ei quae in P est.*

167, 6 s. *excerpsit Sedul., cf. Montfaucon ibid. — Sedul.: 6* επι | τάδ'] τα · α · *7* ὅσσαπερ] · α · περ | ευρευνωσιν. — *Interpretatio lat. alia ap. Sedul. atque in B et P.*

171, 8 *et* ante *astu fort. omittendum erat: saepe enim in codicibus* et . . et *aut ex interpolatione archetypi ortum aut a librariis factum est, cf. ad p. 279, 3; 291, 10; 301, 11; 381, 12; 408, 10; 482, 14; 518, 22; 525, 9. 19; al.*

171, 11 *AUCTORES] locum Seruii add. Thilo.*

184, 16 *l.* laudaueris ueramque.

186, 13 *ad* a nautis *quod conieci, cf. de ira dei 13, 6.*

186, 25 s. quia doctrinae eius est nihil scire *Hartel.*

195, 12 nam] nimirum *Thilo.*

202, 9 s. *distinguendum est* quid? coniugibus . . propriis nonne . . .?

205, § 7 ss. *AUCTORES] cf. Cic. de legg. I 19, 52; add. A. Hartl.*

220, § 1. 222, § 11—14 *AUCTORES] cf. Hartlich, De exhortationum a Graecis Romanisque script. historia, Leipziger Studien XI (1889) p. 306 s.*

224, 19 ss. *AUCTORES] cf. Hartlich l. c. p. 295.*

224, 20 *AUCTORES] adde Cic. de rep. I 2, 3 (cf. Maium).*

225, 6 ⟨animi⟩] *cf. de opif. dei 18, 5; de ira dei 17, 3.*

225, 18 *pluralem nominis* otium *ap. Ciceronem non extare docet Neue, Lat. Formenlehre² I 421 s.; non recte Halm codicem Monac. sequitur (edit. p. 790).*

226, § 9. 12. 15 *AUCTORES] cf. Hartlich l. c. p. 239. 306 s.*

233, 16 *malim* de eo homine. — *Frg. Eumenidum Varronis ap. Non. p. 56, 13 (frg. VI Buecheler) confert Schoell.*

234, 5 *est trimeter iambicus (Tragic. Rom. frgm.*². *p. 265 Ribbeck), sine dubio ex Quintil. VIII 5, 5 sumptus; cf. Addenda ad p. 58, 3 s.*

234, 10 quid ergo? num possum non timere *iam Heusinger, Emendat. p. 51.*

238, 13 *post* dedit *intercidisse uidetur* de muro*: cf. Augustin. de ciuit. dei I 22; Cic. Tusc. I 34, 84;* '*Die Kaiseranreden*', *p. 39 adn. 1.*

240, 11 *in appar. post HP signum distinctionis delendum est.*

241, 19 euolare *cod. Monac. 14619; cf. Proleg. p. LV.*

248, c. 21 s. *Lactantium Ciceronis de republ. libro IV usum esse ex frg. a Nonio p. 362, 9 seruato conici potest; cf. ad p. 708, 14.*

252, 14 s. *cf. Martial. II 80.*

257, § 4 s. *AUCTORES] cf. Hartlich l. c. p. 307 s.*

259, 5 traduntur *sc.* philosophi: *nam Gellius II 18, 4 Cebetem, Laert. Diog. II 105 Alcibiadem uel Critonem nominat.*

263, 24 *in appar. l.* 'quod *(ante* est*)*]'.

277, 22 *in marg. numerus* 6 *paragraphi defluxit.*

285, 9 *in appar. l.* iud⌜a⌝eos *pro* iuda⌜e⌝os.

296, 11. 297, 9 *cf. Proleg. p. XLIV.*

301 *EPITOME] l.* c. 37, 1.

302, 17 *an* egressi *scribendum?*

304, 9 *male codex libri de mort. persec. 2, 1* post *pro* ante.

309, 19 s. *cf. Proleg. p. XLIX adn. 1.*

311, 17 *cf. Proleg. p. C.*

313, 19 ut] *an* et *defenditur loco Epit. p. 680, 13?*

317, 12 *cf. ad p. 715, 26.*

323, 6 s. *an* in patrem *et* in filium *scribendum erat?*

328, 18 *cf. Proleg. p. XLIV.*

329, § 2 s. *cf. Resch, Agrapha (Gebhardt und Harnack, Texte und Untersuchungen V 4, 1889) p. 348; Usener, Religionsgeschichtliche Untersuchungen I (1889) p. 42.*

352, 5 *cf.* ἐμπτύσμασι μιαροῖς *in cod. Monac. graec. 271 Inuentionis crucis: Inuentio sanctae crucis ed. Holder p. 30 extr.*

354, 6 *in uoce* δίψαν *productionem syllabae* -αν *in thesi positae ne in Oraculis Sibyll. quidem ferri posse monuit Rzach, qui Sibyllistam aut* δίψην *aut* εἰς δίψαν δ' *scripsisse conicit; retinui tamen illud propter consensum codicum.*

361, 4 *in appar. l.* 'animam *B*'.

362, 10. 364, 6 *possis suspicari altero utro loco intercidisse haec* quos metus in fugam uerterat *Epit. 42, 3; de mort. persec. 2, 2: nam uix significatio eius rei loco IV 18, 2 subest. Dicam de his locis* '*Ueber die Entstehungsverhältnisse*' *eqs.*

367, 14 magistri d o m i n i *scribendum est, cf. de mort. persec. 2, 4.*

380, 13 s. *cf. Resch, Agrapha p. 100. 149.*

385, 6 *dicam de hoc loco 'Ueber die Entstehungsverhältnisse' eqs.*

392, 12 sicut *non recipiendum fuisse existimat Schoell.*

394, 17 ss. *cf. Resch, Agrapha p. 282.*

402, 15 ss. *Lact. in eis quae de Cypriano scripsit, colorem quendam duxisse uidetur ex Quintiliani (Inst. X 1, 128 ss.) de Seneca iudicio; cf. Add. ad p. 58, 3 s.*

406, 25 aut] an *Heusinger, Emendat. p. 76.*

412, 4 *adde TESTES] Hieronym. epist. LXX 3, uol. I p. 425 C Vall.:* Cyprianus uir eloquentia pollens et martyrio Firmiano narrante mordetur, cur aduersus Demetrianum scribens testimoniis usus sit prophetarum et apostolorum, quae ille ficta et commenticia esse dicebat, et non potius philosophorum et poetarum, quorum auctoritati ut ethnicus contraire non poterat.

413, 5 *in appar. l.* 'solam *(ante* ueram*)*]'.

430, 3 quid putas hac pietate clementius, *(om.* quam*)* mortuis *eqs., ut ablatiuus* hac pietate *uerbis* mortuis *eqs. explicetur, coni. Hartel,* quid potest hac pietate ⟨effici *uel sim.*⟩ clementius quam *Schoell.*

435, 23 *in appar. l.* 'euitant *BHV*'.

441, § 13 s. *locus ex Minucio Fel. 37, 3 ss. et Floro I 4, 5 ss. contaminatus uidetur, nisi rectius pro Floro communis huius et Lactantii auctor statuitur (non tamen Liuius II 11); cf. Add. ad p. 61, 3—7.*

443, 5 ss. *Haase locum ad Senecae De immatura morte librum (cf. Lact. I 5, 26; III 12, 11), Cellarius, qui Tertullian. Apol. c. 50 comparat, ad librum De remediis fortuitorum refert.*

444, 9 *cf. Proleg. p. XLIII.*

478 *in subscriptione codicis R* · D · *corrigendum est in* · DCCCC ·: *cf. Proleg. p. LXXII.*

479, 4 *in appar. l.* 'suffragrante *V*'.

483, 16 *uix in B* A. Persius *subest.*

485, c. 3 s. *Lactantium Maximinus in carmine De Y littera (Anthol. lat. 632 Riese) sequi uidetur.*

485, 11 s. *ad* in qua . . eius *cf. Koffmane, Kirchenlatein p. 130.*

501, 9 *post* indicere *distinctio delenda est.*

515, 15 s. animal . . sociale] *Senecam de benef. VII 1,7 (cf. Aristot. Polit. I 2) confert Fauth, De Lactantii dicto:* Hominem esse animal sociale. *Heidelberg. 1800, p. 5.*

516, 16 tutandam] *quoniam uerbum* tutari *cum praepositione* a *coniungi solet et statim* tutam *sequitur, Thilo* ⟨desti⟩tutam *conicit, quod locis p. 522, 9. 528, 14. maxime commendatur.*

527, 20 *Addendum deleui.*

541, 20 iis *delendum.*

547, 4—15 *EPITOME] add.* c. 59, 1.

550, 12 *in appar. add.* 'quid enim *B*'.

566, 15 uicit] *idem error in codice libri De mort. persec. 38, 1.*

567, 14 *in appar. l.* 'cui *s. l. add. B*[3]'.

573, § 12 *AUCTORES] cf. Hartlich l. c. p. 308. — 20* pateamus *coni. Hartlich, non recte, cf. p. 574, 12.*

577, 2. 578, 5. 7 *cf. Proleg. p. XVI adn. 1.*

580, 9 s. idem *eqs. cum Buenemanno (cf. p. 850 adn. l; 1079 adn. r) ad proximum (580, 3 s.; cf. ad p. 409, 16* creditum*)* deus *referendum uidetur; cf. Ps. 51, 6; Rom. 3, 4.*

581, 13 *EPITOME] l.* '581, 13—20] c. 62, 4 *(ab* atque*)*'.

589, 10 s. *locum Ouidii A. Hartl indicauit.*

626, 1 ss. *formam oraculi nonnihil diuersam habet Theosophia auctoris ignoti c. 37: Buresch, Klaros p. 106.*

629, 10 *AUCTORES] locum Gellii indicauit A. Hartl.*

632, 6 *cf. Proleg. p. LXXXV adn. 1.*

644, 2 *in appar. l.* 'ΒΙΒΛΙΟΥϹ *Sedulius*'.

665, 19 super *defenditur etiam interpretatione Itala loci Ezech. 38, 22 (cf. Sabaterium II 831)* ignem et sulphur pluam super eum et super omnes qui cum eo sunt et super populos multos qui sunt cum eo.

666, 2 *Addendum deleui.*

677, 19 *de his notis interroganti mihi Guil. Schmitz, uir harum rerum peritissimus, haec per litteras benigne respondit:* Die Schrift ist eine syllabische Notenschrift, die aus den eigentlichen notae Tir. abgeleitet ist und manche Buchstabenzüge daraus bewahrt hat . . . In Silbenschrift sieht die Zeile so aus: non uol ca nus si bi aq am uin de ca uit aut nep tu nus i gnem. *Idem uir doctissimus addidit de singulari hoc notarum genere, cuius exemplum primus proposuisset Carolus Cipolla, Miscellanea di storia italiana, uol. XXV, 1887, p. 270. 285 (cum tabula II), conferendam esse disputationem Iuliani Havet, La tachygraphie italienne du X^e siècle, Comptes rendus de l'Académie des Inscript., uol. XV, 1887, p. 351. Eiusdem generis sunt notae p. 727, 9 et 681, 26. De loco p. 681, 26 Schmitz postea mihi scripsit notas illas (pars margine resecto interiit) sic esse explicandas:* aesculap]ium
ta]rquinius *(sic, non* tarquitius*).*
na]tum
Tribus igitur his locis nil nisi uerba Lactantii notis repetita sunt.

704, 5 *in appar. l.* doctorum homnium *(sic) T.*

715, 1 adiecit *ex usu illo Italae, de quo cf. Roensch, Itala u. Vulgata p. 453.*

730, 14 *in appar. l.* ƀī.

733, 10 *in appar. l. heuetes et caeci T.*

738, 13 *cf. Proleg. p. XXXIX adn. 2.*

738, 15 *in appar. l.* 'in totum *om. B*'.

743, 16 *in appar. l.* se suoque contentus sit.

744, 6 *in appar. l.* 'sup∗abundantia *(*h *er.) P*'.

756, 13 *cf. Proleg. p. LXXXV adn. 1.*

761, 8 *ad* reformet *cf. 573, 6; 622, 4; 629, 4.*

EXPLICATIO SIGNORVM.

B: codex Bononiensis 701 saec. VI—VII; cf. Proleg. p. XIII.

G: codex rescriptus Sangallensis 213 saec. VI—VII; cf. Proleg. p. XXVI. Numeri paginarum in apparatu propositi ad genuinum foliorum ordinem, qui numeri uncis inclusi additi sunt, ad eum qui nunc est spectant. De lectionibus in apparatum receptis cf. Proleg. p. XXIX adn. 1.

H: codex Palatino-Vaticanus 161 saec. X; cf. Proleg. p. XXXIV.

M: codicis Montepessulani 241 pars antiqua saec. X; cf. Proleg. XXXVI.

M^p: eiusdem codicis pars saec. XII scripta (I 1, 1—9, 8); cf. Proleg. p. XXXVI. Hoc signum in indice tantum codicum singulis in paginis adnotationi criticae praefixo positum est, in adnotatione ipsa *M* scriptum est.

P: codex Parisinus Puteani 1662 saec. IX; cf. Proleg. p. XXXVIII.

R: codicis Parisini Regii 1663 pars antiqua saec. IX; cf. Proleg. p. XXX.

R^p: eiusdem codicis pars saec. XII scripta (II 9, 8—III 4, 4); cf. Proleg. p. XXXI. XXXIII. De usu huius signi idem quod de M^p ualet.

S: codicis Parisini 1664 pars antiqua saec. XII; cf. Proleg. XLVII.

V: codex Valentianensis 140 saec. X—XI; cf. Proleg. p. XL.

g: codex Gothanus Membr. I n. 55 saec. XIV—XV; cf. Proleg. p. LII.

C: consensus codicum; cf. Proleg. p. CVIII.

B^1: prima manus codicis B, B^2 et B^3 secunda et tertia correctrices; pariter in ceteris codicibus. — Correctiones cuiuslibet generis quibus simplex signum codicis adpositum est, manus primae sunt. — Eas lectiones codicum *HMRSV* quibus signa eorum codicum cum numero ^{1} addita sunt, manus alterae correxerunt.

Litterae ^{ac} et ^{ar} signo codicis additae significant *ante correctionem* et *ante rasuram;* si nihil aliud indicatum est, scriptura quae nunc est a manu prima facta est et cum contextu consentit.

Litterae ^{pc} et ^{pr} signo codicis additae significant *post correctionem* et *post rasuram.*

edd.: editores omnes uel aliqui.

exp.: expunxit.

del.: linea deleuit.

[ ] his uncis in apparatu eae litterae includuntur, maxime codicis G, quae minus accurate agnosci poterant, his ⟨ ⟩ eae quae aut scriptura

extincta aut membrana perrosa uel detrita interierunt, sed scripta fuisse possunt.

⌜ ⌝ his uncinis conprehenduntur eae litterae uel uoces quae in codicibus supra uersus additae sunt: quae si a manu prima scriptae sunt, lectioni signum codicis uel simplex (uelut *B*) uel cum numero ^{1} (*B*^{1}) adponitur, si a secunda uel tertia, cum numeris ^{2} uel ^{3} (*B*^{2}, *B*^{3}).

⌞ ⌟ his uncinis conprehenduntur litterae uel uoces in rasura scriptae: si correctio manus primae est, lectioni signum codicis uel simplex uel cum numero ^{1} adponitur, si manus secundae uel tertiae, cum numeris ^{2} uel ^{3}.

? interrogationis signum litterae additum eam non satis accurate legi potuisse indicat, signo manus (uelut *m. 2?* uel *B*$^{1?}$) additum minus accurate agnosci potuisse significat, num ea ipsa manus esset.

* littera erasa.

//// uel ≡ rasura.

Oraculorum Sibyllinorum uersus et fragmenta secundum editionem Friedliebii numerantur. In Minucio Felice, Cypriano, Arnobio, Lucifero, Sulpicio Seuero, Saluiano paginae et uersus sunt editionum Academiae Vindobonensis, in Augustini De ciuitate dei libris alterius Dombartianae, in Tertulliano Oehlerianae maioris. In Ennii locis indicandis editio Vahleni adhibita est, in Lucilio editio L. Muelleri. In Cicerone numeri ad Baiteri et Kayseri, in Seneca ad Haasii editionem spectant: quod propter fragmenta monendum est. Loci Epicurei secundum librum ab Usenero editum (Epicurea, 1887) significati sunt.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

DIUINARUM INSTITUTIONUM

LIBER I

DE FALSA RELIGIONE.

1. Magno et excellenti ingenio uiri cum se doctrinae peni- 1
tus dedidissent quicquid laboris poterat impendi contemptis omnibus et priuatis et publicis actionibus ad inquirendae ueritatis studium contulerunt, existimantes multo esse praeclarius humanarum diuinarumque rerum inuestigare ac scire rationem quam struendis opibus aut cumulandis honoribus inhaerere:

RSMpPV] 1 INCIPIT LIBER FIRMIANI · INSTITVTIONV̄ DIVINARV̄ *R et in mg. dext.* CELII FIRMIANI DE RELIGIONE ET REB; DIVINIS AD CONSTANTINV̄ IMP̄ · *al. man. ut uid.;* FIRMIANI LACTANTII DE FALSA RELIGIONE DEORV̄ · LI · IN · *S;* INCIPIT · LIB̄ · LACTANTII · CONTRA GENTES · *M et in mg. sup.* ⌊L. Caecilii⌋ ⌈Firmiani⌉ Lactantii liber primus contra gentes *man. recentiss.;* LIBER FIRMIANI LACTANTII DE FALSA RELIGIONE *P;* INCIP̄ : LIB̄ : FIRMINI : LACTANTII : DE · FALSA : RELIGIONE *V* L. CAELI FIRMIANI LACTANTI] *subscriptiones libr. I. II. III. IV. VII. in B; cf. Hieronym. de uir. inlustr. 80:* Firmianus qui et Lactantius*; de nominibus Lactantii cf. etiam Prolegomena* 2 DIVINARVM INSTITVTIONVM] diuinas institutiones *infra § 12;* diuinarum institutionum *Epit. prooem. 1, de ira 2, 4;* institutionum diuinarum *inscriptio lib. I et subscriptiones libr. I. III. IV. V in R, subscriptio lib. VII in P; Hieronym. ibid.:* habemus eius . . . institutionum diuinarum aduersus gentes libros VII 5 excellente *R* sese *M* 6 dedissent *SMV* 7 ad *om. M* 8 studio *M* aestimantes (est- *S*) *SM* 10 instruendis *V* aut cumulandis] accumulandis *(pr.* c *in ras. ex* u *? m. 1?) S*

2 quibus rebus, quoniam fragiles terrenaeque sunt et ad solius
corporis pertinent cultum, nemo melior, nemo iustior effici
3 potest. erant illi quidem ueritatis cognitione dignissimi, quo-
niam scire tanto opere cupiuerunt atque ita, ut eam rebus
4 omnibus anteponerent — nam et abiecisse quosdam res fami-
liares suas et renuntiasse uniuersis uoluptatibus constat, ut
solam nudamque uirtutem nudi expeditique sequerentur, ⟨et⟩
tantum apud eos uirtutis nomen et auctoritas ualuit, ut in
5 ipsa esse summi boni praemium iudicarent —, sed neque
adepti sunt id quod uolebant et operam simul atque industriam
perdiderunt, quia ueritas id est arcanum summi dei, qui fecit
omnia, ingenio ac propriis sensibus non potest conprehendi:
alioquin nihil inter deum hominemque distaret, si consilia et
dispositiones illius maiestatis aeternae cogitatio adsequeretur
6 humana. quod quia fieri non potuit ut homini per se ipsum
ratio diuina notesceret, non est passus hominem deus lumen
sapientiae requirentem diutius errare ac sine ullo laboris effectu
uagari per tenebras inextricabiles: aperuit oculos eius aliquando
et notionem ueritatis munus suum fecit, ut et humanam sa-
pientiam nullam esse monstraret et erranti ac uago uiam con-
7 sequendae inmortalitatis ostenderet. uerum quoniam pauci
utuntur hoc caelesti beneficio ac munere, quod obuoluta in
obscuro ueritas latet eaque uel contemptui doctis est, quia
idoneis adsertoribus eget, uel odio indoctis ob insitam sibi
austeritatem, quam natura hominum procliuis in uitia pati
non potest — nam quia uirtutibus amaritudo permixta est,
uitia uero uoluptate condita sunt, illa offensi, hac deleniti
feruntur in praeceps et bonorum specie falsi mala pro bonis
amplectuntur —, succurrendum esse his erroribus credidi, ut

RSM^pPV] 2 corpori & P^1, *in ras. corr.* P^2 cultum pertinent *SM* 3 quidem illi *PV* agnitione *M* quoniam] quam *SM edd.* 4 tanto-pere *SPV* cupiuere *S* ita ut *om. M* 5 suas familiares *S* familiaris P^1 *(corr.* P^2*)* *V* 7 et tantum *scr.*, tantum *C*, tantumque *edd.* 8 *supra* uirtutis *add.* ł ueritatis *M* auctoritatis *P* *u*t *ex* luit *P* 9 praedi-carent *PV* 11 summum (mum *in mg. add.* P^2) *PV* 14 cognitio *SM* 17 ullo (o *in ras. ex* is ? *m. 2*) *V* 19 nationem R^1, noticionem *M* 23 ea quae *P* contemptu *PV* 24 assertionibus *S* 25 auctoritatem *M* 26 permista *S* 27 deliniti *RMP* 28 et *om. M* falsa *MP* mali *P*

et docti ad ueram sapientiam dirigantur et indocti ad ueram
religionem. quae professio multo melior utilior gloriosior pu- 8
tanda est quam illa oratoria, in qua diu uersati non ad uir-
tutem, sed plane ad argutam malitiam iuuenes erudiebamus,
multoque nunc rectius de praeceptis caelestibus disseremus,
quibus ad cultum uerae maiestatis mentes hominum instituere
possimus, nec tam de rebus humanis bene meretur qui 9
scientiam bene dicendi adfert quam qui pie atque innocenter
docet uiuere. idcirco apud Graecos maiore in gloria philosophi
quam oratores fuerunt. illi enim recte uiuendi doctores sunt
existimati, quod est longe praestabilius, quoniam bene dicere
ad paucos pertinet, bene autem uiuere ad omnes. multum 10
tamen nobis exercitatio illa fictarum litium contulit, ut nunc
maiore copia et facultate dicendi causam ueritatis peroremus.
quae licet possit sine eloquentia defendi, ut est a multis saepe
defensa, tamen claritate ac nitore sermonis inlustranda et quo-
dammodo adserenda est, ut potentius in animos influat et ui
sua instructa et luce orationis ornata. de religione itaque nobis
rebusque diuinis instituitur disputatio. nam si quidam maximi 11
oratores professionis suae quasi ueterani decursis operibus ac-
tionum suarum postremo se philosophiae tradiderunt eamque
sibi requiem laborum iustissimam putauerunt, si animos suos
in earum rerum quae inueniri non poterant inquisitione tor-
querent, ut non tam otium sibi quam negotium quaesisse uide-
antur et quidem multo molestius quam in quo fuerant ante
uersati, quanto iustius ego me ad illam piam ueram diuinam

RSM^pPV] 1 derigantur *R*[1] 2 relegionem (*alt.* e *ex* i) *P*[2], *sic saepe* gloriosiorque (que *add. m. 2*) *R* *in* gloriosior *desinit fol. 1 v codicis S recentiore manu script., in folio 2 r incipit antiqua manus uerbis inde ab* esse his erroribus *(2, 29) repetitis* multo quae *(exp. m. 2) P* ⸢nunc⸣ *P*[2]

6 instruere *P* 7 tamen *P^ar V* humanis *om. S* 8 dicendo *M* 10 doci-ores *(s. l. m. 2) sic R* 13 nobilis *P* uictarum *S*, fictura *M* uti *S* 14 maiore (e *ras. ex* æ) *P*, maiorae *(exp. m. 2) V* 15 posset *R* 17 adserenda *'fortasse' Petrus Francius, sed cf. § 20; VI 1, 1;* disserenda *C* ui] in *M* 18 sua—luce] sua et instructa (cta *in ras. R*) religione et luce *RSM* 19 si] et *M* 23 inquisi⸢ti⸣one *P*[2]*V*[2] torquerent] torserunt. querent *M* 24 quaesisse uideantur quam negotium *P* 25 et quidem] equidem *R* 26 ueram illam piam diuinam *(corr. m. 2) P* uerã* (q *er.*) *M* diuinamque *RM*

sapientiam quasi ad portum aliquem tutissimum conferam, in
qua omnia dictu prona sunt, auditu suauia, facilia intellectu,
12 honesta susceptu? et si quidam prudentes et arbitri aequi-
tatis institutiones ciuilis iuris conpositas ediderunt, quibus
ciuium dissidentium lites contentionesque sopirent, quanto
melius nos et rectius diuinas institutiones litteris persequemur,
in quibus non de stillicidiis aut aquis arcendis aut de manu
conserenda, sed de spe, de uita, de salute, de inmortalitate,
de deo loquemur, ut superstitiones mortiferas erroresque tur-
pissimos sopiamus?
17 Omissis ergo terrenae huiusce philosophiae auctoribus nihil
certi adferentibus adgrediamur uiam rectam. quos equidem si
putarem satis idoneos ad bene uiuendum duces esse, et ipse
18 sequerer et alios ut sequerentur hortarer: sed cum inter se
magna concertatione dissideant secumque ipsi plerumque dis-
cordent, apparet eorum iter nequaquam esse directum, siquidem
sibi quisque ut est libitum proprias uias inpresserunt confu-

RSM^{p}PV(g)] 3 ⸢si⸣ P^2 arbitria *M* 4 insti⸢tu⸣tiones V^2 7 sti⸢l⸣li-cidiis R^2 8 conseruanda *PV* de spe *om. PV* 9 superstiones *R* 10 *post* sopiamus *in RSg locus hic* (13) Quod opus nunc nominis tui auspicio inchoamus, Constantine imperator maxime, qui primus Romanorum principum repudiatis erroribus maiestatem dei singularis ac ueri et cognouisti et honorasti. nam cum dies ille felicissimus orbi terrarum inluxisset, quo te deus summus ad beatum imperii columen (culmen *g*) euexit, salutarem uniuersis et optabilem (optabilẽ*, ~ *m. 2, S*) principatum praeclaro initio auspicatus es, cum euersam sublatamque iustitiam reducens taeterrimum aliorum facinus expiasti. (14) pro quo facto dabit tibi deus felicitatem uirtutem diuturnitatem, ut eadem iustitia, qua iuuenis exorsus es, gubernaculum rei publicae etiam senex teneas (tene⸢a⸣s g^2) tuisque liberis ut ipse a patre accepisti tutelam Romani nominis tradas. (15) nam malis qui adhuc aduersus iustos in (et *Sg*) aliis terrarum partibus saeuiunt quanto serius tanto uehementius idem omnipotens mercedem sceleris exsoluet, quia ut est erga (*ex* erra R^2) pios indulgentissimus (g *ex* c R^2) pater, sic aduersus impios seuerissimus (seuerissimos R^1, *s. l. corr.* R^2, reuerentissimus *Sg*) iudex. (16) cuius religionem cultumque diuinum cupiens defendere quem potius appellem, quem adloquar nisi eum, per quem rebus humanis iustitia et sapientia restituta est? *cf. Prolegomena* 11 omisse *M* 12 deferentibus *R*, adserentibus *M* 13 et ipse *om. R* 16 decretum *PV* 17 quique *M* uias] uitiis *R* inpresserunt] ingressi sunt *Volkmannus, epist. gratulat. p. 5*

sionemque magnam quaerentibus ueritatem reliquerunt. nobis 19
autem qui sacramentum uerae religionis accepimus cum sit ueritas reuelata diuinitus, cum doctorem sapientiae ducemque uirtutis deum sequamur, uniuersos sine ullo discrimine uel
sexus uel aetatis ad caeleste pabulum conuocamus: nullus 20
enim suauior animo cibus est quam cognitio ueritatis. cui adserendae atque inlustrandae septem uolumina destinavimus, quamuis ea res infiniti sit paene operis et inmensi, ut si quis haec dilatare atque exsequi plenissime uelit, tanta illi rerum copia exuberet, ut nec libri modum nec finem reperiat oratio.
sed nos idcirco breviter omnia colligemus, quod ea quae ad- 21
laturi sumus tam clara sunt et lucida, ut magis mirum esse uideatur tam obscuram uideri hominibus ueritatem et iis praecipue qui sapientes uulgo putantur, uel quod tantummodo instituendi nobis homines erunt hoc est ab errore quo sunt im-
plicati ad rectiorem uiam reuocandi. quod si fuerimus ut 22
spero adsecuti, mittemus eos ad ipsum doctrinae uberrimum ac plenissimum fontem, cuius haustu atque potu conceptam uisceribus sitim sedent ardoremque restinguant, eruntque illis omnia facilia prona manifesta, modo ne pigeat ad percipiendam sapientiae disciplinam legendi uel audiendi patientiam commo-
dare. multi enim superstitionibus uanis pertinaciter inhae- 23
rentes obdurant contra manifestam ueritatem, non tam de suis religionibus quas praue adserunt bene meriti quam de se male. qui cum habeant iter rectum, deuios secuntur anfractus, planum deserunt, ut per praecipitium labantur, lucem relinquunt, ut

RSM^pPV] 2 uerae *om. PV* 3 relata *M* 4 uirtutis] ueritatis *RM, sed s. l.* ł uirtutis *add. M*¹*;* ueritatis *tuetur Buenemannus, sed cf. § 17* idoneos ad bene uiuendum duces — sequerer 6 cogitatio *V*¹*, in ras. corr. V*² 7 inlustra⌊nd⌋ae (ndae *add. m. 2) R* septem *spatio relicto om. R* 8 bene *S* 9 plenisse *P*¹*, corr. P*² 10 repperiat *RMP^ar (pr.* p *er.),* reperiat *SV, similis plerumque in eis formis uarietas, constanter fere* pp *in B* 11 collegimus *P,* collegemus *(corr. m. 2) V* 13 et] ut *M* his *SMPV* praecipuae *(exp. m. 1?) P,* praecipuae *V^ac* 17 mittemus *om. S* 18 ceptam *S* 19 restingt *S* 21 commendare *P*¹ (commodare *in mg. m. rec.) V* 22 ⌜uanis⌝ *P*² 23 obdurantur *R*¹ *(supra* antur *linea a R*²*) M,* obdurant se *edd.* 24 praue adserunt] praeferunt *PV* 25 sequantur *M* 26 praecipitia lauantur *R*¹, praecipiti* uolantur *R*² precipium *M* *post* labantur *6 fere litt. eras., P*

24 in tenebris caeci ac debiles iaceant. his consulendum est,
ne contra se pugnent uelintque se tandem ab inueteratis er-
roribus liberari: quod utique facient, si quare sint nati ali-
25 quando peruiderint. haec enim prauitatis est causa, ignoratio
sui: quam si quis cognita ueritate discusserit, sciet quo refe-
renda et quemadmodum sibi uita degenda sit. cuius scientiae
summam breuiter circumscribo, ut neque religio ulla sine sa-
pientia suscipienda sit nec ulla sine religione probanda sapientia.
1 2. Suscepto igitur inlustrandae ueritatis officio non putaui
adeo necessarium ab illa quaestione principium sumere, quae
uidetur prima esse natura, sitne prouidentia quae rebus omnibus
2 consulat an fortuito vel facta sint omnia uel gerantur. cuius
sententiae auctor est Democritus, confirmator Epicurus. sed
et antea Protagoras qui deos in dubium uocauit et postea Dia-
goras qui exclusit et alii nonnulli qui non putauerunt deos
esse quid aliud effecerunt nisi ut nulla esse prouidentia pu-
taretur? quos tamen ceteri philosophi ac maxime Stoici acer-
rime rettuderunt docentes nec fieri mundum sine diuina ratione
3 potuisse nec constare, nisi summa ratione regeretur. sed et
Marcus Tullius quamuis Academicae disciplinae defensor esset,
de prouidentia gubernatrice rerum et multa et saepe disseruit
Stoicorum argumenta confirmans et noua ipsa adferens plurima:
quod facit cum in omnibus philosophiae suae libris tum maxime
4 in iis qui sunt de natura deorum. nec difficile sane fuit

EPITOME 9–7, 3] Epit. c. 1, 1 sq.
AUCTORES 9–13 (Epicurus)] cf. ad frg. 368 (p. 247, 23).

B(*a* 16)*RSM*ᵖ*PV*] 2 uelint quod *M* 4 prauitas *M* 5 quo∗ (d *er.*) *V* 7 sapientia *post* ulla *R* 8 relegio⸢ne⸣ (*alt.* e *ex* i *corr. et* ne *add. m. 2*) *P* 11 sine *M*, si∗ne (t *er.*) *V* 12 fortuitu *M* sunt *M* ⸢omnia⸣ *P*² te generantur (*s. l. m. 2*) *R* 13 ⸤senten⸥tiae *V*² 14 ante *M* pytagoras *M* 15 putarunt *PV* 16 nulla] illa *S* *a* putaretur *incipit cod. B* 17 tam⟨ence⟩teri *B* tameni *M* filosofi *B*, *omnino plerumque* f *pro* ph 18 retuderunt (*pr.* e *ex* & *R m. 1 et 2*) *RS*, retunderunt *M*, reddiderunt *PV* dicentes *M* 19 const⟨areni⟩si *B* ratio⟨ne⟩ *B* 20 Marcus] *B*, M. *uel* m̃. *cett.*, *praenomina constanter plena in BG*, *raro in cett.* 21 et (*ante* saepe) *om. M* 23 filosopiae *B* tunc *P* 24 iis *edd.*, his *C* ⸢d⸣eorum *B* fu⟨it⟩ *B*

paucorum hominum praua sentientium redarguere mendacia
testimonio populorum atque gentium in hac una re non dissi-
dentium. nemo est enim tam rudis, tam feris moribus quin 5
oculos suos in caelum tollens, tametsi nesciat cuius dei proui-
dentia regatur hoc omne quod cernitur, aliquam tamen esse
intellegat ex ipsa rerum magnitudine motu dispositione con-
stantia utilitate pulchritudine temperatione nec posse fieri quin
id quod mirabili ratione constat consilio maiore aliquo sit in-
structum. et nobis utique facillimum est exsequi hanc partem 6
quamlibet copiose: sed quia multum inter philosophos agitata
res est et prouidentiam tollentibus satis responsum uidetur ab
hominibus argutis et eloquentibus et de sollertia diuinae proui-
dentiae per totum hoc opus quod suscepimus sparsim dicere
nos necesse est, omittamus in praesenti hanc quaestionem,
quae cum ceteris sic cohaeret, ut nihil a nobis uideatur dis-
seri posse, ut non simul de prouidentia disseratur.

3. Sit ergo nostri operis exordium quaestio illa consequens 1
ac secunda, utrum potestate unius dei mundus regatur anne
multorum. nemo, qui quidem sapiat rationemque secum putet,
non unum esse intellegat, qui et condiderit omnia et eadem
qua condidit uirtute moderetur. quid enim multis opus est 2
ad mundi regimen sustinendum? nisi forte arbitrabimur, si
plures sint, minus habere singulos neruorum atque uirium:

EPITOME 3—9] c. 1, 3 s. c. 3] c. 2. 17—19] c. 2, 1. 19—8, 5] c. 2, 3 sq.

BRSM^{p}*PV]* 1 ⟨prauasen⟩tientium *B* praue̜ *S*, praue *M* sent⌜i⌝entium *PV*^{2} 2 adque *B*, *sic fere ubique, raro in cett. codd.* dissentientium *M* 3 tam (*ante* feris) *om. P* qui *R*, qui non *M*, quia *P*^{ar} (a *er.*) *V* 5 *supra* aliquam *add.* s. prouidentiam *R*$^{2?}$ 6 mo⟨tudis⟩positione *B* motus *PV* constantiae *M* 7 ⌜fieri⌝ *B*^{3} quin *om. PV* 8 constat] constat nisi *M* consiliũ *V*^{1}, *in ras. corr. V*^{2} 9 itaque *S* 10 quaml⟨ib⟩et *B*, quamlicet *PV* mu⟨ltum⟩ *B* agita⌜ta⌝ *V*^{2} 11 ⟨res⟩ *B* tollenti⟨bus⟩ *B* 13 ⟨ho⟩c *B* 14 nos *om. S* amittamus *(pr.* a *ex* o*) S*^{2} hanc in presenti *M* qu⟨es⟩tionem *B* 15 disser¦ri *B* 16 *post* disseratur *uerba* utrum—regatur *ex c. 3, 1, ubi tamen non desunt,* S 19 quidem qui *B* qui *postea add. S*$^{1?}$, *om. MPV* quidem (i *ex* e *m. 2*) *R*, qui dm̃ *M* 20 un⟨um⟩ *B* co⟨ndi⟩derit *B*, condidit *M* 21 quae *M* ⟨uirtute⟩mod⟨eret⟩ur *B* ⟨multisopusest⟩ *B* 22 mun⟨diregimensustinen⟩dum *B* arbitramur *P*

3 quod quidem faciunt ii qui esse multos uolunt, quia necesse
est inbecillos esse, siquidem singuli sine auxilio reliquorum
tantae molis gubernaculum sustinere non possunt. deus autem,
qui est aeterna mens, ex omni utique parte perfectae consum-
4 mataeque uirtutis est: quod si uerum est, unus sit necesse
est. potestas enim uel uirtus absoluta retinet suam propriam
firmitatem. id autem solidum existimandum est, cui nihil de-
5 cedere, id perfectum, cui nihil possit accedere. quis dubitet
potentissimum esse regem qui totius orbis habeat imperium?
neque inmerito, cum illius sint quae ubique sunt omnia, cum
6 ad eum solum omnes undique copiae congerantur. at si plures
partiantur orbem, minus certe opum, minus uirium singuli
habebunt, cum intra praescriptam portionem se quisque con-
7 tineat. eodem modo etiam dii, si plures sint, minus ualebunt,
aliis tantundem in se habentibus. uirtutis autem perfecta na-
tura in eo potest esse in quo totum est quam in eo in quo
pars exigua de toto est. deus uero si perfectus est, ut esse
8 debet, non potest esse nisi unus, ut in eo sint omnia. de-
orum igitur uirtutes ac potestates infirmiores sint necesse
est, quia tantum singulis deerit, quantum in ceteris fuerit:
9 ita quanto plures tanto minores erunt. quid quod summa
illa rerum potestas ac diuina uis ne semel quidem diuidi potest?
quidquid enim capit diuisionem, et interitum capiat necesse
est. si autem interitus procul est a deo, quia incorruptibilis

EPITOME 5—10, 13] c. 2, 5—8. 15—19] 2, 8 is — minimum.

BRSM[P]*PV]* 1 ii *edd.*, hii *BR*, hi *SMPV* uolunt multos *B* 2 inbeccillos *B, sic, pariter* inbeccillitas *fere ubique*, inbecilles (imb-, *et alt.* e *ex* o *? S*) *SMPV* 7 solidum *(exp. m. rec.) P* 9 orbis (o *ex* u) *B* 10 sunt] sint *R*[ac], *corr. R*[1?] 11 ad *B, sic saepissime* 12 patiantur *P*[1], *corr. m. rec.* 13 habebant *P*[ac] pres⟨cri⟩ptam⟨portion⟩em *B* co⟨ntineate⟩odem *B* 14 ⟨etiamdiisiplure⟩s *B* sunt *S* 15 aūt *(˜ m. 2) S* 16 quam] nō *in ras. ex* quā *S*[2] in eo] in eo *(exp. m. 2) R*, in eo non *M* qua *M* 17 ⌜si⌝ *S*[2] si perfectus est] si perfectus est quia perfectus est *M* 18 n⟨on⟩ *B*, an* *PV, in utroque* n *? er.* ⟨eo⟩ *B* 19 sint necesse est] sint p omnia necesse est *(*p *add. m. 2) R* 20 tantum *om. M* 21 quid] qui *M*, quod *P* quod] quo *V* 22 uis] ius *M* 23 quicquid (c *ras. ex* d) *R, sic saepe*, quicquid *SMPV et sic plerumque hi codd.*, quidquid *ubique fere B, ubique G* 23 interitum capiat necesse est *quae euan. s. l. repet. B*[3]

est et aeternus, consequens est ut diuidi potestas diuina non
possit. deus ergo unus est, si nihil esse aliut potest quod 10
tantundem capiat potestatis: et ii tamen qui multos esse
arbitrantur officia inter se dicunt esse partitos. de quibus
omnibus suo loco disputabimus. illud interim quod ad prae- 11
sentem locum pertinet teneo: si partiti sunt inter se officia,
eodem reuoluitur res, ut ex iis quilibet sufficere omnibus ne-
queat. perfectus igitur non erit qui cessantibus ceteris non
potest omnia gubernare. ita fit ut ad regendum mundum unius
perfecta uirtute opus sit quam inbecillitate multorum. qui 12
autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab uno
regi, fallitur neque quanta sit uis ac potestas diuinae maie-
statis intellegit, si existimat singularem deum qui facere mun-
dum potuit, eundem regere non posse quem fecit. at si con- 13
cipiat animo quanta sit diuini huius operis inmensitas ⟨eamque⟩
cum antea nihil esset, tamen uirtute atque consilio dei ex
nihilo esse conflatam, quod opus nisi ab uno inchoari perfi-
cique non potuit, iam intelleget multo facilius esse ab uno regi
quod est ab uno constitutum. dicat fortasse aliquis ne fa- 14
bricari quidem tam inmensum opus mundi nisi a pluribus po-
tuisse. quamlibet multos, quamlibet magnos faciat, quidquid
in multis magnitudinis potestatis uirtutis maiestatisque posuerit,
id totum in unum confero et in uno esse dico, ut tantum in
eo sit istarum rerum, quantum nec cogitari nec dici potest.
qua in re quoniam et sensu deficimur et uerbis, quia neque 15
tantam intellegentiae lucem pectus humanum neque expla-
nationem tantarum rerum capit lingua mortalis, id ipsum in-

5 suo loco] c. 8 ss. *EPITOME* 23—10, 1] c. 3, 1.

BRSM^pPV] 1 diuidi non possit potestas diuina *P* 2 nil *P* 3 et] at *M* ii *edd.*, hii *BR*, hi *SMPV* 4 ⟨quib⟩us *B* 5 disputauimus $B^{ac}P^{ac}V^{1}$ 7 iis *edd.*, his *C* 9 *post* fit *add.* enim *V m. recentiss.* 13 mundum facere *S* 14 at* (q *? er.*) *V* 15 eamque *addidi* 17 conflata *SM* inchoare *R* 18 intellegit *B*, intellegat *R* esse ab uno *conglutinatione fissurae periit B* 20 opus] hoc opus *B* mu⟨ndi n⟩isi *B* 24 ⁱistarum (i *m. 1 uel 2) B* dici *(alt.* i *in ras. ex* o *uel* ii) *B* 25 deficimus (deficim' *S*) *SM* 26 tantae *M* lucet *M* explanationum P^{1}, *corr.* P^{2} 27 rerum *om.* *M*

16 tellegere nos oportet ac dicere. uideo rursus quid e contrario
dici possit, tales esse illos plures qualem nos uolumus unum.
at hoc fieri nullo pacto potest, quod singulorum potestas pro-
gredi longius non ualebit occurrentibus sibi potestatibus ce-
terorum. necesse est enim ut suos quisque limites aut trans-
gredi nequeat aut si transgressus fuerit, suis alterum finibus
17 pellat. non uident qui deos multos esse credunt fieri posse
ut aliquid diuersum uelint, ex qua re disceptatio inter eos et
certamen oriatur; sicut Homerus bellantes inter se deos finxit,
18 cum alii Troiam capi uellent, alii repugnarent. unius igitur
arbitrio mundum regi necesse est. nisi enim singularum partium
potestas ad unam prouidentiam referatur, non poterit summa
ipsa constare, uno quoque nihil curante amplius quam quod
ad eum proprie pertinet, sicut ne res quidem militaris nisi
19 unum habeat ducem atque rectorem. quodsi in uno exer-
citu tot fuerint imperatores quot legiones, quot cohortes, quot
cunei, quot alae, primum nec instrui poterit acies uno quoque
periculum recusante nec regi facile aut temperari, quod suis
propriis consiliis utantur omnes, quorum diuersitate plus no-
ceant quam prosint: sic in hoc rerum naturae imperio nisi
unus fuerit ad quem totius summae cura referatur, uniuersa
20 soluentur et conruent. dicere autem multorum arbitrio regi
mundum tale est, quale si quis adfirmet in uno corpore multas
esse mentes, quoniam multa et uaria sint ministeria mem-
brorum, ut singulos corporis sensus singulae mentes regere

EPITOME 11 s.] c. 2, 3 nec potest — referantur. 14—22 (res militaris)] c. 2, 4 s. 22—11, 8] c. 2, 3 regatque — mens una.

BRSM^{p}PV] 1 quid de *PV* 2 posset *B* esse] e͠e** (se *er.*) *V* uolimus *R*^{1}, *corr. m. rec.* 3 ''''ät (~ *er.*, t *in ras. m. 2*) *V* 4 tibi *V* 5 aut *om. M* 7 mul⟨tose⟩sse *B* ⟨fi⟩eri *B* 8 d⟨iuersumuelintexquare⟩ *B* ue**lint (li *?* *er.*) *M* 9 bellantis *V* 11 singularem *P*^{1}, *corr. P*^{2} 14 ad *om. P*^{1} *(s. l. P*^{2}*) V* nec *M* 16 *in* quot legiones — alae *quater* quod *B, primo loco* quod, *altero* quot, *sed* t *ex* d *m. 2, V* 17 qu⌜u⌝nei *B* 18 re⟨gifacile⟩ *B* aut] ac *B* imperari *M* 19 pro⟨priis⟩ *B* diuersitates *BM,* diuersitate⌜s⌝ *R*$^{1?}$*S*$^{1?}$*P*^{2} 22 solue⟨n⟩tur *B* corruant *S*^{1} ⟨di⟩cere *B* arbit⟨rior⟩egi *B* arbitriorum *M* 23 t⟨a⟩le *B* quiis *(alt.* i *minus. cert.) B* in *om. M* cor⟨poremultasessementesquo⟩niam *B* 24 mēb⌜r⌝orum *(m*ẽ *in ras. et* r *s. l. m. 2) V*

credantur, item multi adfectus, quibus commoueri solemus uel
ad iram uel ad cupiditatem uel ad laetitiam uel ad metum uel ad
miserationem, ut in his omnibus totidem mentes putentur ope-
rari. quod si quis profecto dicat, ne ipsam quidem quae una
est habere uideatur. quodsi in uno corpore tantarum rerum 21
gubernationem mens una possidet et uniuersis simul intenta
est, cur aliquis existimet mundum non posse ab uno regi, a
pluribus posse? quod quia intellegunt isti adsertores deorum,
ita eos praeesse singulis rebus ac partibus dicunt, ut tamen
unus sit rector eximius. iam ergo ceteri non dii erunt, sed 22
satellites ac ministri, quos ille unus maximus ac potens omnium
iis officiis praefecerit, ut ipsi eius imperio ac nutibus seruiant.
si uniuersi pares non sunt, non igitur dii omnes sunt: nec enim
potest hoc idem esse quod seruit et quod dominatur. nam si 23
deus nomen est summae potestatis, incorruptibilis esse debet,
perfectus inpassibilis nulli rei subiectus. ergo dii non sunt quos
parere uni maximo deo necessitas cogit. sed quia non frustra 24
falluntur qui hoc ita putant, causam huius erroris paulo post
aperiemus. nunc unitatem diuinae potestatis testimoniis con-
probemus.

4. Prophetae, qui fuerunt admodum multi, unum deum prae- 1
dicant, unum locuntur, quippe qui unius dei spiritu pleni quae
futura essent pari et consona uoce praedixerint. at enim 2
ueritatis expertes non putant his esse credendum: illas enim

18 paulo post] c. 8, 8 ss. *EPITOME* 14—16] c. 3, 1. 21—23] c. 3, 2 (— praedicatoribus).

BRSM^pPV] 1 ⟨m⟩ulti *B* effectus *M* 2 c⟨up⟩iditatem *B* u⟨el⟩ (*post* metum) *B* admi⸢se⸣rationem *B*³, administrationem *PV* 3 om⸢ni-bus⸣ *P*, om *V* mente⟨s⟩ *B* ⸢p⸣utarentur (a *ex* e) *P*, utarentur *V* 4 pr⟨o⟩fecto *B* ipsa *P*¹ (~ *add.* *P*²) *V* 5 uidebitur *B* tantum *M* 6 gubernatione *M* possideat *M* simul *edd.*, semel *C* 7 est *om.* *R* 8 quod — isti a- *conglutinatione fissurae periit* *B* 9 ⟨prae⟩esse *B* 10 ceter⟨i⟩ *B* dii non *P* 11 un⟨us⟩ *B* ac *ante* potens] et *R* om-n⟨ium⟩ *R* 12 iis *scr.*, his *BSMPV*, hiis *R* ut *edd.*, et *C* *edd.* a⟨cn⟩utibus *B* seruient *B edd.*, seruiunt *S* 13 nec] sed *PV* 14 q⟨uod⟩ *B* seniit *R*¹ 15 dn̄s *M* 18 qui] quia *M* reputant *M* 19 aperi⸢e⸣mus *B*³ 21 quia *B* 22 loquntur (q *ex* c) *B*³ uniu⟨s⟩ *B* 23 praedixerunt *BS*

non diuinas, sed humanas fuisse uoces aiunt: uidelicet quia de
uno deo praeconium faciunt, aut insani aut fallaces fuerunt.
3 atquin inpleta esse inplerique cottidie illorum uaticinia uidemus
et in unam sententiam congruens diuinatio docet non fuisse
furiosos. quis enim mentis emotae non modo futura praecinere,
4 sed etiam cohaerentia loqui possit? num ergo fallaces erant
qui talia loquebantur? quid ab his tam longe alienum quam
ratio fallendi, cum ceteros ab omni fraude cohiberent? idcirco
enim a deo mittebantur, ut et praecones essent maiestatis eius
5 et correctores prauitatis humanae. praeterea uoluntas fingendi
ac mentiendi eorum est qui opes adpetunt, qui lucra desiderant:
6 quae res procul ab illis sanctis uiris afuit. ita enim delegato
sibi officio functi sunt, ut derelictis omnibus ad tutelam uitae
necessariis non modo in futurum, sed ne in diem quidem
laborarent contenti extemporali cibo quem deus subministrasset.
et hi non modo quaestum nullum habuerunt, sed etiam cruciatus
7 atque mortem. amara sunt enim uitiosis ac male uiuentibus
praecepta iustitiae. itaque ii quorum peccata et arguebantur
et prohibebantur excruciatos eos acerbissime necauerunt. ergo
a quibus afuit studium lucri, afuit etiam uoluntas et causa
8 fallendi. quid quod aliqui eorum principes aut etiam reges
fuerunt, in quos cadere non potest suspicio cupiditatis ac fraudis,

BRSM^{p}PV] 1 uoces fuisse *SM* 3 adquin *B et sic fere ubique,* atquiṅ *R,* atqui *S et sic fere ubique,* at*quin *ex* autquin *P; in RMHPV plerumque* atquin, *raro* adquin *uel* atqui in plerisque *BM* co*tidie (t *er.*) *B et sic saepissime,* cottidie *R, sed plerumque* cotidie *cum cett.* u(a)(ci)tinia (a *s. l. m. 2,* ci *m. 1*) *P,* u⌊a⌋ticinia *V*[2] 4 congruens *om. S* furiosos fuisse *R* 5 semotae (s *s. l. R*[2]) *RSM* 6 posset (e *ex* i) *R*[2] ẽr̃t *(i. e.* erunt*) M* 7 qui talia loquebantur *om. BRSM* ⌈h⌉is *R*[2] 8 ceteris *R*[1]*V*[ac], ceteros (o *ex alia litt. m. 2*) *S* 10 humanam *V*[1] 11 petunt *M* 12 ad illis *V* ⌊ab⌋fuit *S*[2], fuit *PV* 13 ⌈sibi⌉ *P*[2] 14 ⟨non⟩ *B* ⟨indi⟩em *B* 15 temporali *M* 16 et *om. PV* hii *R,* hi qui *M* non ulla *(inter* n *et* u *uidet.* n *euanuisse;* ll *euanid. restituit m. 3) B,* ullum *M* 17 mortem amaram. *M* s⟨unte⟩nim *B* 18 ii *edd.,* hii *BRM,* hi *SPV* et *om. M* 19 aceruissime *B*[ac]*P*[ac]*V* negauerunt *P*[ac]*V* 20 (*ante* studium) affuit (*pr.* f *in eras.* d) *R,* a⌊b⌋fuit *S*[2], fuit *PV* affuit *R,* ⌊ab⌋fuit *S*[2] 22 adere (re) *(s. l. m. 2) R, in mg.* ł cadere *m. al. antiqua* posset *M* suspitio *MP*[ac] *(corr. P*[1]*?)*

et tamen praeconium dei singularis eadem qua ceteri diuina-
tione fecerunt?
5. Sed omittamus sane testimonia prophetarum, ne minus 1
idonea probatio uideatur esse de his quibus omnino non cre-
ditur. ueniamus ad auctores et eos ipsos ad ueri probationem 2
testes citemus, quibus contra nos uti solent, poetas dico ac
philosophos. ex his unum deum probemus necesse est, non
quod illi habuerint cognitam ueritatem, sed quod ueritatis ipsius
tanta uis est, ut nemo possit esse tam caecus, quin uideat in-
gerentem se oculis diuinam claritatem. poetae igitur quamuis 3
deos carminibus ornauerint et eorum res gestas amplificauerint
summis laudibus, saepissime tamen confitentur spiritu uel mente
una contineri regique omnia. Orpheus, qui est uetustissimus 4
poetarum et aequalis ipsorum deorum, siquidem traditur inter
Argonautas cum Tyndaridis et Hercule nauigasse, deum uerum
et magnum πρωτόγονον appellat, quod ante ipsum nihil sit
genitum, sed ab ipso sint cuncta generata. eundem etiam
Φάνητα nominat, quod cum adhuc nihil esset, primus ex in-
finito apparuerit et extiterit. cuius originem atque naturam 5

EPITOME 3 omittamus—prophetarum] cf. ad p. 11, 21. 5—13] c. 3, 2. 13—14, 10. 15 sq.] c. 3, 3.

AUCTORES 13—14, 7] frg. 57 et 75 Abel (cf. Orphica ed. Herm. p. 465; Lobeckii Aglaopham. I 480. 496).

BRSMᵖPV] 1 ad praeconium *M* eadem qua] eodam modo quo *M*, eademq:ᶠuaˡ P^2, eademq. *V* diuinationem *M* 3 ommittemus *M* mᶠinˡus B^2 4 de quibus his B^1*PV edd. (sed cf. p. 11, 24), ante* his *add.* ab B^2; *malim* iis 5 auctorem *M* probationem ueri *PV* 8 quo *PV edd., sed cf. IV 7, 8; Epit. 37, 5* habuerunt *BMP* 9 qui non *BSM* 10 diuinitatẽ S^1, diuinitatis S^2 quam*uis (q *er.*) *P* 11 ornauer̃ *S* reᶠsˡ V^2 amplificauerun* (t *m. 2?*) *S* 13 regiq; (q; *m. 2*) *S* *post* omnia *6 fere litt. eras., S* et *M* 15 tyndaridis (*alt.* d *in ras. ex* n *et* s *in ras. m. 2*) *B*, tyndaris *PV* 16 ΠΡΩΤΩΓΟΝΩΝ B^1, *corr.* B^3, ΠΡΩΤΟΤΟΝΟΝ (*alt.* T *in ras.* V^2) *RV*, ΥΡΟΤΟΤΟΝΟΝ *M* *post graecum* primogenitum *BP, idem ante SM,* primigenitum *in mg.* V^2 appellat *om. S, in ras. M* *post* nihil *eras.* ẽet *M* 17 generatum *B* 18 ΦΑΝЄΤΑ *BS*, ΦΑΝ˪Η˩ΤΑ *P*, phanetã *M* *post graecum* prima apparitio *P, ante* quod est illuminatorem *S* quod] quoniam *M* ex infinito] nihil finito *PV* ᶠinˡfinito B^3 19 et *om. M*

quia concipere animo non poterat, ex aere inmenso natum esse dixit:

πρωτόγονος Φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός.

6 aliut enim amplius quod diceret non habebat. hunc ait esse
omnium deorum parentem, quorum causa caelum condiderit
liberisque prospexerit, ut haberent habitaculum sedemque communem:

ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον.

natura igitur et ratione ducente intellexit esse praestantissimam
7 potestatem, caeli ac terrae conditricem. non poterat enim
dicere Iouem esse principem rerum, qui erat Saturno genitus,
neque ipsum Saturnum, qui caelo natus ferebatur; caelum
autem tamquam deum primum constituere non audebat, quod
uidebat elementum esse mundi, quod ipsum eguerit auctore.
haec eum ratio perduxit ad deum illum primogenitum, cui
8 adsignat et tribuit principatum. Homerus nihil nobis dare
potuit quod pertineat ad ueritatem: qui humana potius quam
diuina conscripsit. potuit Hesiodus, qui deorum generationem
unius libri opere conplexus est: sed tamen nihil dedit non a
deo conditore sumens exordium, sed a chao, quod est rudis
inordinataeque materiae confusa congeries, cum explanare ante
debuerit chaos ipsum unde quando quomodo esse aut constare
9 coepisset. nimirum sicut ab aliquo artifice disposita ordinata
effecta sunt omnia, sic ipsam materiam fictam esse ab aliquo

AUCTORES 20; 15, 3] Hesiod. Theog. 116; 1. 22—35.

BRSM^pPV] 1 conspicere (sp *in ras. B*[3]) *BS* ⌈a⌉ere *R*[2] dixit esse natum *P* 3 ΠΡΟΤΟΤΟΝΟϹ *M* ΠΕΡΙΜΗΚ⟨ΕΟϹ⟩ *B*, ΠΕΡΙΜΑΚΕΟϹ *S*, ΠΕΡΙΜΕΚΕΟϹ *M*, ΠΗΡΙΜΗΚΕΟϹ *P* ⟨ΗΕ⟩ΡΩϹ *B*, ΙΕΡΟϹ *R*, ΘΕΡΟϹ *M* ϹΙΟϹ *R*, ϹΥΙΟϹ *S*, ΥΟϹ *M* *interpretatio lat. in SP* 8 ΘΑΝΑΤΟΙϹ *S*, ΑΑΤΑΝΑΤΟΙϹ *M*, ΑΘ⌊Α⌋ΝΑΤΟΙϹ *P* ⟨ΔΟ⟩ΜΟΝ *B*, ΑΟΜΟΝ *SM* ΑΦΕΙϹΟΝ *M* *interpretatio lat. in P* 9 ex *M* deducente *B*, docente *M* 10 potentiam *M* 12 neque] denique *P* 14 egeret *B*[1], eg⌈u⌉erit *B*[3], genuerit *SM* auctorem *B*[1] (m *del. B*[3]) *SM* 16 adsignat et] adsignans *M* 18 conscribsit *BRV*, *sic plerumque* b *pro* p *B*, *raro cett.* potuit *om. M* 21 ante *om. M* 22 achaos *R*, cahos *P* esset *B*, esse e *M* 24 effecta] facta *B* sic** (ut *er.*) *R* matieriem *R* factam *BS*

necesse est. quis igitur hanc nisi deus fecit, cuius potestati
subiacent omnia? sed refugit hoc ille, dum horret incognitam 10
ueritatem. non enim Musarum instinctu sicut uideri uolebat
in Helicone carmen illut effudit, sed meditatus uenerat ac paratus.
nostrorum primus Maro non longe afuit a ueritate, cuius de 11
summo deo, quem mentem ac spiritum nominauit, haec
uerba sunt:

principio caelum ac terras camposque liquentis
lucentemque globum lunae Titaniaque astra
spiritus intus alit totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet.

ac ne quis forte ignoraret, quisnam esset ille spiritus qui 12
tantum haberet potestatis, declarauit alio loco dicens:

deum namque ire per omnis
terrasque tractusque maris caelumque profundum;
hinc pecudes armenta uiros genus omne ferarum,
quemque sibi tenuis nascentem accersere uitas.

Ouidius quoque in principio praeclari operis sine ulla nominis 13
dissimulatione a deo, quem fabricatorem mundi, quem
rerum opificem uocat, mundum fatetur instructum. quodsi 14
uel Orpheus uel hi nostri quae natura ducente senserunt in

EPITOME 5—17] c. 3, 4. 18—20] c. 3, 5.

AUCTORES § 11 s.] Minuc. Fel. c. 19, 2. 8 ss.] Aen. VI 724 ss. 14 ss.] Georg. IV 221 ss. 19 s.] Metam. I 57. 79.

EXPILATORES § 11 s.] Saluian. de gub. dei I 1, 4. 5 (Maro). 16, 10 (Pythagoras)] cf. Isidor. orig. VIII 6, 19.

BRSM^pPV] 1 qui V^1 2 ille hoc *P* 4 carmen] nec carmen* (i *er.) M* effundit *M* ac] et *M* 5 ñ longe *eras. S* a⌈b⌉fuit (b *m. 2) in mg. S,* fuit *PV* a ueritate] ueritati *M* 6 spiritum ac mentem *M* 8 principium M^{ac}, a principio P^{ac} (a *expunct.*) V^{ac} (a *eras.*) terram *R* liquentes *(alt.* e *ex* i B^2R^2*) BRV* 9 luna⌊e⌋ V^2 titaniaque (e *in ras. ex* ae) *P,* ⌊t⌋itaniaque V^2 10 infusa] et fusa *M* partus (p *ex* p *m. 2) V* 12 quinam *SPV* 13 potestatibus *B* loco *om. M* 14 deum *om. R* omnes *S,* omnis *(corr. m. 2) V* 15 terrasq; (*exp. m. 2*) *R* tractatusque *M,* tactusque V^1 maris*** (que *er.*) *B* 16 hic *M* 17 tenus sibi *M* tenues (*alt.* e *ex* i) B^2R^2 accersere *RSM,* arcersere *V,* arcessere *BP* 18 operis] carminis *R,* operis, *in mg.* carminis *al. m. ant., S* 20 uocet *B* quod uel si *R* 21 qui *B* docente B^1V^1, *corr.* B^3V^2

perpetuum defendissent, eandem quam nos sequimur doctrinam conprehensa ueritate tenuissent.

15 Sed hactenus de poetis. ad philosophos ueniamus, quorum grauior est auctoritas certiusque iudicium, quia non rebus com-
16 menticiis, sed inuestigandae ueritati studuisse creduntur. Thales Milesius, qui unus e septem sapientium numero fuit quique primus omnium quaesisse de causis naturalibus traditur, aquam esse dixit ex qua nata sint omnia, deum autem esse mentem quae ex aqua cuncta formauerit. ita materiam rerum posuit in umore,
17 principium causamque nascendi constituit in deo. Pythagoras ita definiuit quid esset deus: animus per uniuersas mundi partes omnemque naturam commeans atque diffusus, ex quo
18 omnia quae nascuntur animalia uitam capiunt. Anaxagoras deum esse dicit infinitam mentem quae per se ipsam moueatur: Antisthenes multos quidem esse populares deos, unum tamen
19 naturalem id est summae totius artificem. Cleanthes et Anaximenes aethera esse dicunt summum deum, cui opinioni poeta noster adsensit:

tum pater omnipotens fecundis imbribus aether
coniugis in gremium laetae descendit et omnis
magnus alit magno permixtus corpore fetus.

EPITOME 3—5] c. 4, 1. 5—17, 2 Thales—Zenon] c. 4, 3.
AUCTORES § 15—23] Minuc. Fel. c. 19, 3—10. § 16] Cic. de nat. deor. I 10, 25. §. 17] ibid. 11, 27. § 18 Anaxagoras] ibid. 11, 26. Antisthenes] ibid. 13, 32. § 19 Cleanthes] ibid. 14, 37. Anaximenes] ibid. 10, 26. 19 ss.] Georg. II 325 ss.
EXPILATORES § 17] Saluian. ibid. I 1, 2.

BRSM^pPV] 4 grauiorem S^1, grauior*est S^2 au'ctor'itas B^2 cert'i'us-que B^2 qui *M* cõm(t)aticiis (t *ex er.* d *m. 2*) *S* ueritatis *M* credentur *S* 6 e numero septem sapientium *R* ex *SM* quoque *R*, quia *M* 8 sunt *S* dm̃ *ex* dei *ut uid.*, B^3 qui *M* 9 'h'umorem B^3, humore (h *s. l.* R^2) *RS* 10 in deo] ideo B^1, idẽm (n supra) *(sic)* B^3 phytagoras *B* 11 diffinit *P* quis *B* animus** (em *? er.*) *B*, animus qui *SM* uniuersa(s) mõ(d)i B^2 12 parte(s) B^3 quo] quę S^1 13 anaxoras *R* 14 ipsa BRP^1 (~ *add.* P^2) *V* mou(e)atur P^2 15 anthistenes *BRSM* 16 id est *om. M* cleantes *BRM* anaximenes (i *in ras. ex* a *? m. 3*) *B* 17 dicunt (un *ex* i *? m. 2*) *B* 18 adsentit *B* 19 tunc *P* imbrius *M* 20 coniungis *B* laete *RS* omnes *BM* 21 magnos *B* alit (l *in ras. ex* b *? m. 3*) *B* permixtos B^1, *corr.* B^3, permixius R^1, commixtus *Verg.*

Chrysippus naturalem uim diuina ratione praeditam, interdum 20
diuinam necessitatem deum nuncupat, item Zenon naturalem
diuinamque legem. horum omnium sententia quamuis sit 21
incerta, eodem tamen spectat, ut prouidentiam unam esse consentiant. siue enim natura siue aether siue ratio siue mens siue fatalis necessitas siue diuina lex siue quid aliut dixeris, idem est quod a nobis dicitur deus. nec obstat appellationum diuersitas, cum ipsa significatione ad unum omnia reuoluantur.
Aristoteles quamuis secum ipse dissideat ac repugnantia sibi et 22
dicat et sentiat, in summum tamen unam mentem mundo
praeesse testatur. Plato, qui omnium sapientissimus iudicatur, 23
monarchian plane aperteque defendit nec aethera aut rationem aut naturam, sed ut est deum nominat: ab eo mundum hunc
perfectum atque mirabilem esse fabricatum. quem Cicero 24
secutus atque imitatus in plurimis frequenter deum confitetur ac s u p r e m u m uocat in iis libris quos de legibus scripsit; ab eoque regi mundum argumentatur, cum disputat de natura deorum, hoc modo: n i h i l e s t p r a e s t a n t i u s d e o. a b e o i g i t u r m u n d u m r e g i n e c e s s e e s t. n u l l i i g i t u r e s t n a t u r a e o b o e d i e n s a u t s u b i e c t u s d e u s. o m n e m e r g o r e g i t
i p s e n a t u r a m. quid autem sit deus, in Consolatione definit: 25
n e c u e r o d e u s i p s e, q u i i n t e l l e g i t u r a n o b i s, a l i o m o d o

EPITOME 9—11] c. 4, 2. 12—14] c. 4, 1. 14—21] c. 4, 3.

AUCTORES § 20 Chrysippus] Cic. ibid. I 15, 39. Zenon] ibid. 14, 36. § 22] ibid. 13, 33. § 23] cf. ibid. 12, 30. 16] I 7, 22. 18] II 30, 77. 21] frg. 13; cf. Tusc. I 27, 66.

EXPILATORES § 23] cf. Saluian. ibid. I 1, 3 (p. 3, 19 s.). 18—18, 3] Saluian. ibid. I 1, 4.

B (— 13) *RSM*ᵖ*PV]* 1 diuini *B* praedictam racione *S* 2 diuinam *om. M* necessitatẽ *(~ add. uel restit. m. 3) B* nunc cupat *R*, noncupat (o *ex* u) P^2, *sic saepius* zeno *RSP* natura'le'm B^3 3 omnium] omnium enim *M* sententiam *R* 4 eodem] eodem modo *M* expectat *BM* 6 quid aliut] äliud quicquid *M* aliut B^1, aliud *corr.* B^3, *sic saepe* dixerint *B* 8 ipse S^1 omnia] diuersitas *R* 9 dissidiat *M* et *(ante* dicat) *om. BR* 10 summo *B* 12 monarchian] *RPV Epit. 4, 1,* monarchiam *BSM* 13 *post* naturam *(fol. 4 extr.) duo folia interciderunt in B, sequitur* his ergo uersibus *c. 6, 15* 16 iis *edd.*, his *C* 18 praestantius V^2 19 necesse est regi *codd. Cic.* *ante* naturae *idem* naturae *ut uid. eras. P* 21 in deconsolatione *M* definiuit *R*

intellegi potest nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens
26 et mouens. Annaeus quoque Seneca, qui ex Romanis uel acerrimus Stoicus fuit, quam saepe summum deum merita laude prosequitur! nam cum de inmatura morte dissereret, non intellegis inquit auctoritatem ac maiestatem iudicis tui, rectoris orbis terrarum caelique et deorum omnium dei, a quo ista numina quae singula adoramus
27 et colimus suspensa sunt? item in Exhortationibus: hic cum prima fundamenta molis pulcherrimae iaceret et hoc ordiretur quo neque maius quicquam nouit natura nec melius, ut omnia sub ducibus suis irent, quamuis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros
28 regni sui deus genuit. et quam multa alia de deo nostris similia locutus est! quae nunc differo, quod aliis locis oportuniora sunt. nunc satis est demonstrare summo ingenio uiros attigisse ueritatem ac paene tenuisse, nisi eos retrorsus infucata prauis opinionibus consuetudo rapuisset, qua et deos esse alios opinabantur et ea quae in usum hominis deus fecit, tamquam sensu praedita essent, pro diis habenda et colenda credebant.

1 6. Nunc ad diuina testimonia transeamus. sed prius unum proferam, quod est simile diuino et ob nimiam uetustatem et

EPITOME 3 ss.] c. 4, 3.
AUCTORES 6] frg. 26. 9] frg. 16.
EXPILATORES 1 mens soluta] cf. Isidor. orig. VIII 6, 19.

RSM^p*PV]* 1 sola *M*^ac, *s. l. corr.* 2 segre'ga'ta *(alt.* e *ex* a *et* ga *m. 2) P* con'cretione mortali' *V*² congregatione *M* omnia *om. R* 3 uelut uel *R, om. M* 4 *acerrimus (s *er.*) *R* summe *M* 7 rectoris orbis] rectoribus *PV* rectorem *R*, rector *M* 8 dei *edd.*, deum *RSPV*, deus *M* is ta*tum (n *er.*) in *qua* (a *et* e *er.*) singula *R* 9 suspensa] idem suspensa *R* 11 quod *R* necque *R* quisquam *M* naturã (~ *er.*) *S* 13 intenderet (a *s. l.*) *V* 14 deos *M*, deus (o *s. l. m. post.*) *P*; *cf. c.* 7, 5, *tamen Seneca fort.* deos *scripserat; an* deus *ex c.* 7, 5 *inlatum? cf.* 9 hic nostri *SM* 15 quo *M* 17 te'nu'isse (e *part. ras. ex* u *et* nu *m.* 2) *P* retrorsum *S* fuscata *M*, infugata *P*¹ *(corr. P*²*) V* 18 et *om. M* 19 alios esse *P* usu *M* homini *M* 20 praedicta *V* esse *S*¹ 23 et *S*, 'est' *P*² simili *S*

quod is quem nominabo ex hominibus in deos relatus est.
apud Ciceronem C. Cotta pontifex disputans contra Stoicos de 2
religionibus et uarietate opinionum quae solent esse de diis,
ut more Academicorum omnia faceret incerta, quinque fuisse
Mercurios ait et enumeratis per ordinem quattuor quintum
fuisse eum a quo sit Argus occisus; ob eamque causam
in Aegyptum profugisse atque Aegyptiis leges ac
litteras tradidisse. hunc Aegyptii Thoyth appellant, 3
a quo apud eos primus anni sui mensis id est September nomen accepit. idem oppidum condidit, quod etiam
nunc graece uocatur Mercurii ciuitas, et Pheneatae colunt eum
religiose. qui tametsi homo fuit, antiquissimus tamen et instructissimus omni genere doctrinae adeo, ut ei multarum rerum
et artium scientia Trismegisto cognomen inponeret. hic scripsit 4
libros et quidem multos ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes, in quibus maiestatem summi ac singularis dei asserit
isdemque nominibus appellat quibus nos dominum et patrem.
ac ne quis nomen eius requireret, ἀνώνυμον esse dixit, eo
quod nominis proprietate non egeat, ob ipsam scilicet unitatem.
ipsius haec uerba sunt: ὁ δὲ θεὸς εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος οὐ
προσδέεται· ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος. deo igitur nomen 5

EPITOME 4—20, 1] c. 4, 4.

AUCTORES § 2 s.] de nat. deor. III 22, 56. 17 dominum et patrem] Ps.-Apulei. Asclep. c. 20 (p. 42, 16 Goldb.) et saepius; Poemand. c. 5, 2 (p. 42, 2 s. Parth.) 18—21] cf. Ps.-Apulei. ibid. c. 20 (p. 42, 27—43, 3 Goldb.) § 5] cf. Minuc. Fel. c. 18, 9 s.

EXPILATORES 6] cf. Isidor. orig. V 1, 2. 13 s.] ibid. VIII 11, 49.

RSM^pPV] 1 his *SPV* ex] ab *M* inter *M* relaxatus *S* 2 G. *PV* cocta *S* 3 et de uarietate *M* 4 faceret] sciret *P*¹, *ras. et s. l. corr. P*² 7 in *om. codd. Cic.* 8 Thoyth *R,* THOYTN *S,* ΘЄΟΥCЄN *M,* ΠΗΟΥΤΟΗ factorem *P,* ΠΗΟΥΤΗ *V;* theyn *codd. Cic.* 9 illos *P* 11 Pheneatae *edd. ex codd. Cic.,* faeniatae *RPV,* feniatae *S,* fenitae *M* 12 tamet⌈si⌉ *P*² antiquissimis *P*¹, *corr. P*² tamen et instructissimus *om. M* 14 scientiam *M* trimegistus (-mae- *M*) *RM* nomen *M* ∗is (h *er.*) *R* 15 et *om. V* 16 asseruit *SM* 17 i⌈i⌉sdemque *S*², hisdemque *PV* *supra* dom̃ *add.* dñ *R*² ac *M* 18 Anonymen *M,* ΑΝΩΝΥΜΟΝ sine nomine *P* 19 ab ipsa scilicet unitate *M* 20 δὲ *prius*] ΑЄ *M* 21 POCAЄЄTM *M,* ΠΡΟCΑЄЄΤΑΙ *P* ЄCΤΙΝ *SMP* ΓΑΡΥ *R*ᵃᶜ, Υ *del. R*¹?, ΙΑΡ *M* ΑΝΟΝΥΜΟC *M,* ΑΝΩΝΙΜΟC *P* *interpretatio lat. fere eadem in S et P*

⟨non⟩ est, quia solus est, nec opus est proprio uocabulo, nisi cum discrimen exigit multitudo, ut unam quamque personam sua nota et appellatione designes. deo autem, quia semper unus est, proprium nomen est deus.

6 Superest de responsis sacrisque carminibus testimonia quae sunt multo certiora proferre. nam fortasse ii contra quos agimus nec poetis putent esse credendum tamquam uana fingentibus nec philosophis, quod errare potuerint, quia et ipsi
7 homines fuerint. M. Varro, quo nemo umquam doctior ne apud Graecos quidem uixit, in libris rerum diuinarum quos ad C. Caesarem pontificem maximum scripsit, cum de quindecimuiris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuisse unius Sibyllae, sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes feminae uates Sibyllae sint a ueteribus nuncupatae uel ab unius Delphidis nomine uel a consiliis deorum enuntiandis. σιούς enim deos, non θεούς, et consilium non βουλήν, sed βούλλαν appellabant Aeolico genere sermonis. itaque Sibyllam dictam esse

EPITOME 5 s. (superest) 9—21, 5 (Libyssam)] c. 5, 1.
EXPILATORES § 7 ss.] Hieronym. adu. Iouin. lib. I, uol. II 306 D Vall.; Isidor. orig. VIII 8; cf. Augustin. de ciu. dei XVIII 23 (p. 285, 5; 288, 7 s.); Anonym. de Sibyllis, post Orac. Sibyll. ed. Friedl. p. IV s.

RSH (*a* 3) *M*ᵖ*PV]* 1 non *add. edd., cf. Minuc. Fel. p. 24, 19 s.* opus] ˌcorˌpus S^2 2 ut *om. M* 3 designet *M* deus *R* *a* deo autem *incipit H* 5 superest] superest ut (*s. l. m. 2*) *P* sacri⸢s⸣que H^2 6 multa *S*, multitudo *V* ii *R*, hi *SPV*, hii *H*, hii* (q *er.*) *M* quod P^1, *corr.* P^2 9 quo* (d *er.*) *V* ne* (c *exters.*) *R* 10 dixit *R* 11 C. *om. SHM*, G. *PV* 12 sibyllinos *R*, sibullinos S^{ac} (u *ras. in* i *corr.*), sibylinos *H*, sybillinos *MPV; omnino hac in uoce perpetua in omn. codd. permutatio litterarum* i *et* y, *interdum etiam* u, *frequens alterius* l *omissio* libros *om. M* 13 sed] et *HM* 14 femine* (s *er.*) *R*, *om. P* sibullae HM^{ac} (u *ras. in* i *corr.*) 16 CIOYC *RS*, sic *HM*, CYOYC *PV* NONΘEOYC *PV* theus *SH*, theos *M* 17 NONBOYΛIIN (*post* Λ *erasum* I *in P*) *PV* βουλήν] bulen *SHM* βούλλαν *Wachsmuthius, quippe quod* Sibulla *forma quoque commendet, quam Varronem scripsisse probabile sit;* boyaian *R*, BOYAIAN *PV*, buletin *S*, bulean *HM*; βόλλαν *Ahrensius de dial. Aeol. p. 59 n. 34*, βυλήν *edd.* eo**go (li *er.*) *R*, ae*olico (l *er.*) *M* 18 ita *R* di⸢c⸣tam H^2

quasi θεοβούλην. ceterum Sibyllas decem numero 8 fuisse, easque omnes enumerauit sub auctoribus qui de singulis scriptitauerint. primam fuisse de Persis, cuius mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit; secundam Libyssam, cuius meminerit Euripides in Lamiae prologo; tertiam 9 Delphida, de qua Chrysippus loquatur in eo libro quem de diuinatione conposuit; quartam Cimmeriam in Italia, quam Naeuius in libris belli Punici, Piso in annalibus nominet; quintam Erythraeam, quam Apollodorus Erythraeus adfirmet suam fuisse ciuem eamque Grais Ilium petentibus uaticinatam et perituram esse Troiam et Homerum mendacia scripturum; sextam Samiam, de qua scribat Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum repperisse se scriptum; septimam 10 Cumanam nomine Amaltheam, quae ab aliis Herophile uel Demophile nominetur, eamque nouem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum ac pro iis tre-

EPITOME 6—16 tertiam — Cumanam] c. 5, 1. 11 s.] c. 5, 2 Erythraea — perhibetur. 15—22, 7] c. 5, 2 ex his — tres esse libros.
AUCTORES 11—13] Orac. Sibyll. III 419—430.

RSHM^{p}PV] 1 ΘЄΟΒΟΥΛΗΝ *R^1, s. l.* i · consilium esse dei *R^2*, theobulen *SHPV*, theobolen *M*, *cf. Hieron.* quodsi Aeolico genere sermonis Sibylla θεοβούλη appellatur*; σιοβυλήν edd., cf. Seru. Aen. VI 12 (III 445)* Sibylla dicta est quasi σιοῦ βουλή*; an Lact.* θεοῦ βουλήν *scripsit?* 2 omnis *P* enumerauerint *HM* sub — scriptitauerint *in inf. mg. H^2* quide∗ (m *er.*) *P* 3 scribtitauerant (*alt.* a *ex* i) *R^2* 4 nichanor *PV* 5 machedonis *P^1* (h *del. P^2*) *V* libissam *S*, lybissam *PV* cuius — Delphida *om. M* 6 eururipides *V* prolago *S^1* 7 Delphida] delfida *Epit.*, delphidã *RS*, delphidam *HPV*, *om. M* loquatur (i *m. 2*) *R*, loquitur *HM* 10 nomin∗ (& *er.*, at *m. 2*) *R*, nominat *HM* erythream *PV; sic uel* i *pro* y *uel* h *om. saepe omnes codd.* 11 affirmet (at *s. l. er.*) *R*, adfirmat *SM* eãque *(~ m. 2) H* 12 graiis *R*, graecis *S^2* 13 troiam ësse *M* 14 scribat *P*, scribit *cett.* eracorthenes *S* 15 sammiorum *PV* se *om. HM* 16 amolatheam *HM*, amalthaeam *PV* erofile (-le *M*) *SHMPV* 17 denofile *(corr. m. 2) V;* Demo *conl. Pausan. X, 12, 8 Maassius, de Sibyllarum indicibus p. 33* 18 iis *R*, eis *S*, his *cett.*

centos philippeos postulasse regemque aspernatum
pretii magnitudinem derisisse mulieris insaniam; illam
in conspectu regis tris combussisse ac pro reliquis
idem pretium poposcisse; Tarquinium multo magis
11 insanire mulierem putauisse; quae denuo tribus aliis
exustis cum in eodem pretio perseueraret, motum esse
regem ac residuos trecentis aureis emisse; quorum
postea numerus sit auctus, Capitolio refecto, quod
ex omnibus ciuitatibus et Italicis et Graecis praecipueque
Erythraeis coacti adlatique sunt Romam
12 cuiuscumque Sibyllae nomine fuerunt; octauam
Hellespontiam in agro Troiano natam, uico Marmesso
circa oppidum Gergithium, quam scribat Heraclides
Ponticus Solonis et Cyri fuisse temporibus; nonam
Phrygiam, quae uaticinata sit Ancyrae; decimam Tiburtem
nomine Albuneam, quae Tiburi colatur ut
dea iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulacrum
eius inuentum esse dicitur tenens in manu
13 librum. harum omnium Sibyllarum carmina et feruntur et
habentur, praeterquam Cymaeae, cuius libri a Romanis occultantur
nec eos ab ullo nisi a quindecimuiris inspici fas habent.

EPITOME 11—16 octauam — Albuneam] c. 5, 1. 19—23, 4] c. 5, 2. 20 s.] c. 5, 3 praeter — licet.

RSHM^{p}PV] 2 magnitudine *HM,* magnitudinis *PV* mulieris] sibyllae *R* 3 tris *R*^{1}*PV*^{1}, tres *R*^{2}*SHMV*^{2} ac *om. HM* 5 putasse *HM* alii⌈s⌉ *P*^{2} 6 exustus *V*^{ac}, *ras. corr.* motus *H*^{1} esse regem ẹṣṣẹ *(exp. m. 2) R* 7 ac *om. R* 8 refecto] restituto *HM* 10 Erythraeis *edd.,* erythriis *RPV,* eritriis *S,* erytris *H,* eritreis *M* 11 fuerint *S* 12 marmerse *M;* Marmesso *corruptum ex* Marpesso *potius Lactantio uel eius auctori quam librariis tribuendum esse probat Maassius p. 24 adn. 62* 13 gergitium *SHM;* Gergithum *Maassius p. 33* scribạt (i s. l.) *(corr. m. 2) R,* scribit (i *ex* a) *H*^{2} eraclidus *S,* herachides *V* 14 solonicus *S* cyrii *PV* temporis *PV* 15 amcyrae *HM* tiburtam *M* 16 tibur⌈t⌉i *R*^{2} colạtur (i s. l.) *(corr. m. 2) R* 17 antenis *R,* arieni *(alt.* i *in ras. m. 2) H* (r *ex* n) *M* 18 eius *om. HM* 19 librum] librum cuius sortes senatus in capitolium (capitolio *R*) abstulerit *RS* 20 cymeae *HMPV* occultentur *R*^{1}, absconduntur *et s. l.* ł occultantur *M,* occuluntur *PV* 21 a nullo *R*

et sunt singularum singuli libri: quos, quia Sibyllae nomine inscribuntur, unius esse credunt, suntque confusi nec discerni ac suum cuique adsignari potest nisi Erythraeae, quae et nomen suum uerum carmini inseruit et Erythraeam se nominatuiri praelocuta est, cum esset orta Babylone. sed et nos confuse 14
Sibyllam dicemus, sicubi testimoniis earum fuerit abutendum. omnes igitur hae Sibyllae unum deum praedicant, maxime tamen Erythraea, quae celebrior inter ceteras ac nobilior habetur, siquidem Fenestella diligentissimus scriptor de quindecimuiris dicens ait restituto Capitolio rettulisse ad senatum C. Curionem consulem, ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllae conquisita Romam deportarent: itaque missos esse P. Gabinium M. Otacilium L. Valerium, qui descriptos a priuatis uersus circa mille Romam deportarunt. idem dixisse Varronem supra ostendimus. in his ergo uersibus quos Romam legati 15
adtulerunt de uno deo haec sunt testimonia:

εἷς θεός, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης ἀγένητος.

hunc esse solum summum deum, qui caelum fecerit luminibusque distinxerit:

EPITOME 7 s. omnes — praedicant] c. 5, 3. 17. 24, 1 ss. 6 s. 25, 3] c. 5, 3.

AUCTORES 3—5] Orac. Sibyll. III 808—813. 18] frg. I 7; cf. Theophil. ad Autolyc. 112 C.

B(*a* 16)*RSHM*^{p}*PV]* 1 quos] qui *HM edd.* sybillino *M* 2 scribuntur *HM* unius] ueluti unius *SHM* credunt *scripsi*, creduntur *C edd.* 3 et *om. HM* 4 nominatuiri *RPV*, nominatum iri *S*, nominaturi *H*, nominatam iri *M; cf. Archiu. lexicograph. et gramm. lat. II 352; III 457* 11 C *om. R*, G. *PV* ery transmitterentur *M* 13 oetablium *R*, octacilium (octa *in ras. H*) *SHMV* 14 uarlerium *PV* 16 *ab* his ergo *denuo incipit B fol. 5; cf. p. 17, 13* 18 εἷς] IC *B* θεὸς] ΘΙΟΡ *HM*, ΘЄΟ** (ΟC *ut uid. er.*) *V* ὃς] Ō *R*, ΟΡ *H*, ΡΟΡ *M*, Ο P^{ac} (ł ΟC *s. l.* P^{1}) *V* ΑΡΧΡΙ *R*, ΑΡΧΙΙ *P* ΥΠЄΡΜЄΓЄΘ$\overset{\text{H}}{\text{Є}}$C *(corr. m. 3) B*, ΠЄΡΜЄΡЄΘ̅C *S*, ΥΠЄΡΜЄΙΝΟЄC (*sed* Ν *pro* Π *M*) *HM*, ΜΙΙΓΙΙΤΙΙC *P*, *supra antecedens* ΑΡΧΗ *hoc* ł ΥΠΙΙΡ *add.* P^{1} ΑΓЄΝΝ$\overset{\text{H}}{\text{Є}}$ΤΟC *(corr. m. 3) B*, ΑΓЄΝΝΤΟC *S*, ΑΓЄΝΝЄΖΟC *H*, ΑΓΙΙΝЄΤΟC *P*, ΑΓЄΝЄΤΟC *V* *interpretatio lat. in B a m. post. add., aliam communem habent SP* 20 distrinxerit *S*

ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
οὐρανὸν ἠέλιόν τε καὶ ἀστέρας ἠδὲ σελήνην
καρποφόρον γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.

16 qui quoniam solus sit aedificator mundi et artifex rerum uel quibus constat uel quae in eo sunt, solum coli oportere testatur:

αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη.

AUCTORES 1 ss.] frg. II 3 ss.; cfr. Theophil. 113 B. 6 s.] frg. I 15 s.; cf. Theophil. 112 D.

BRSHM^p*PV]* 1 ἀλλὰ] ΛΛΛΑ *M* μόνος] MON *B* εἷς] IC *HM* PANΥΠΕΡΤΑΤΟC *B*[1], *pr.* P *in* Π *corr.* *B*[3], ΠΑΝΥΠΕΡΙΑΤΟC *R*, ΠΑΝΥΡΕΡΥΑΤΟC *(pro* Π *est* N *in M) HM*, ΠΑΝΥΠΗΡΤΑΤΟC *P* ΠΕΠΟΙCΗΚΕΝ *B*, ΠΕΟΠΟΙΜΚΗΝ *(pro* ΠΕΟ *est* ΠΟΕ *in M) HM*, ΠΗΠΟΙΕΚΕΝ *P*, ΠΕΠΟΙΝΗΚΕ͂ *V* 2 ΗΛΙΟΝ *BHV*, ΑΙΟΝ *M*, ΗΛΙΩΝ *P* τε] IE *R* CΤΕΡΑC *V* ΗΔΗ *B*, ΕΑC *HM* CΗΛΕΝΗΝ *B*, CΕΛΗΝ *H*, CΕΛΝΝ *M*, CΗΛΕΝΕΝ *P* 3 ΚΑΕΠΟΦΟΝΟΝ *HM* ΓΕΑΝ *BV*, ΗΑΝ *P* καὶ] PAI *HM* ΑΑΤΟC *R*, ΥΑΑΤΟC *HM*, ΙΔΑΤΟC *P* ΟΙΑΜΑΤΑ *R*, ΟΙΛΑΜΑΤΑ *HM*, ΟΙΔΕΜΑΤΑ (Η *pro* Ε *V) PV* ΤΙΟΝΤΟΥ *M* *in S graeca et latina commixta sic* sed deus unus ultra ΛΛΛΑ ΘC ΜΟΝΟC ΕΙC omnia sublimior qui ΠΑΝΥΠΈΡΤΑΤΟC ΟC ΠΕΠΟΙΗ fecit caelum ΚΕΝΟΥΡΑΝΟΝ ΝΕΑΙ oneai ΟΝΓΕΚ· et sidera sed ΑCΤΕΡΑCΗΛΕ et lunam fru C· ΕΛΗΝΗΝΚΑΡ· giferamque ΠΟΦΟΡΟΝΓΑΙΑΝ terram ΓΕΚΑΙ aquas ΥΔΑΤΟCCΟΙΔΜΑ fluentes ponti ΓΗΟΝΤΟΥ *in P interpretatio lat. fere eadem quae in S* *in V graeca s. l. latinis litteris repetita* 4 sit] sit ita *PV* 6 αὐτὸν] ΑΝΥΤΟ *M* μόνον ὄντα] ΜΟΝΟΝΤΑ *HM* σέβεσθ' ἡγήτορα] CΕΒΕCΕΝΓΕΤΟΓΡΑ *B*, CΕΒΕCΘΗΓΗΟΡΑ *R*, CΟΛΙΤΕΤΕ *(i. e.* colite *ex interpretatione lat.)* CÉΒΕCΘ; ΗΠΙΤΟΡΑ *S*, CΕΒΕCΟΝΤΗΟΡΑ *HM*, CΕΒΕ⌞C⌟ΘΕΓΗΤΟΡΑ *P* ΚΟCΜΟΙ *B*, ΚΩCΜΟΥ *P* 7 ΑΙΟΝΑ *B*[1], *corr.* *B*[3] καὶ ἐξ] ΚΑΙΞ *HM* ΑΙΟΝΟC *B*[1] *(corr.* *B*[3]*) P* ΕΥΤΥΧΘΗ *B*, ΕΤΎΘΗ *S*, ΕΥΧΟΝ *HM* *interpretatio lat. fere eadem in S et P. post hos uersus, quos Lact. cum uersu p. 23, 18 ex Theophilo ad Autolyc. II 36 sumpsisse apparet (cf. infra c. 23, 2), excidisse qui subsequitur apud Theophil. existimo hunc* αὐτογενής ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν διὰ παντός, *ita tamen ut pro* ἀγένητος *legatur* ἀποίητος. *nam cum Lact. c. 7, 13 postquam repetiit* αὐτοφυής *ex Apollinis oraculo c. 7, 1 u. 1 pergat* a Sibylla (*sc.* deus) αὐτογενής et ἀγένητος et ἀποίητος nominatur, *alterum tantum nomen in oraculo Sibyll. p. 23, 18 est, sed nec primum nec tertium apud eum inuenitur, ut ei cum uersu illo uideantur restituenda. Sibyllistam autem* ἀποίητος *scripsisse,* ἀγένητον *intulisse librarium fortasse e uersu 7 illius fragmenti, non solum propter languidam uocis* ἀγένητος *repetitionem probabile uidetur, sed maxime propterea, quia* ἀποίητος *oraculorum Sibyll.*

item alia Sibylla quaecumque est cum perferre se ad homines uocem dei diceret, sic ait:

μοῦνος γὰρ θεός εἰμι καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος.

Exequerer nunc testimonia ceterarum, nisi et haec sufficerent 17
et illa opportunioribus locis reseruarem. sed cum defendamus causam ueritatis aput eos qui aberrantes a ueritate falsis religionibus seruiunt, quod genus probationis aduersus eos magis adhibere debemus quam ut eos deorum suorum testimoniis reuincamus?

7. Apollo enim, quem praeter ceteros diuinum maximeque 1
fatidicum existimant, Colophone residens, quo Delphis credo migrauerat amoenitate Asiae ductus, quaerenti cuidam quis aut quid esset omnino deus, respondit uiginti et uno uersibus, quorum hoc principium est:

αὐτοφυὴς ἀδίδακτος ἀμήτωρ ἀστυφέλικτος,
οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενος, ἐν πυρὶ ναίων,
τοῦτο θεός, μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.

AUCTORES 3] VIII 377. 10—17] cf. Lobeckii Aglaoph. I 458.

quae quidem tradita sunt nullo loco inuenitur. Opsopoeus, not. in Sibyll. orac. p. 3, ἀποίητος *scribit pro* διὰ παντός, *Struuius opusc. I 54* et ἀποίητος *apud Lact. c. 7, 13 eicit.*

BRSHM^pPV] 1 cum *om. H* ferre *B* 3 ΜΟΥΝΟϹ *R*, ΜΟΝΟϹ *cett.* ΤΑΡ *V* ΘΑΕΟϹ *H*, ΘΑΕΟΟ *M* εἰμι—θεὸς *om. HM* ΗΙΜΙ *P* ΑΜΟϹ *S*, ΑΛΛΟϹ *M* *interpretatio lat. fere eadem in S et P* 8 quam *om. HM* testimoniis *B*[2] 9 reuincamus (a *in eras.* i *? m. 3) B* 10 quem (e *in eras.* a *? m. 2) B* maxime *HM*, maximumque *P*[1], *in ras. corr. P*[2] 11 fatidicum] deum *HM* colophonem *S* residens *scripsi*, respondens *C* 12 migrauerit *B* 13 quid *om. PV* 15 *graeca latinis litteris scripta et uarie discerpta in HM* ΑΥΤΟΦΥΕϹ *B*[1], *corr. B*[3], ΑΥΤΟΦΙΕϹ *P* ΑΔΙΔΚΤΟϹ *S*, ΑΔΙΔΑΚΤΟϹ *V*[2] ΑΜΗΤΟΡ *B*, ΑΜΗΤΙΩΡ *S*, ΑΜΕΤΟΡ *P* ΑϹΤΥΑΗΚΤΟϹ *B*[1], *corr. B*[3], ΑϹΙΡΕΤΟΥΦϹΑΚΤΟϹ *S*, astuphelictos *HM*, ΑϹΤΟΥΦΕΑΙΚΤΟϹ *P* 16 οὔνομα μηδὲ] huonomade (-do *M*) *HM* ΜΗΤΕ *BR*, ΜΕΔΕ *P* ΛΟΤΩ *B* ΧΟΡΟΥΜΕΝΟϹ *BP*, ΧΡΩΡΟΥΜΕΝΟϹ *S*, χωρούμενον *edd.*, *Struuius opusc. I 128* ἐν] ΕΗ *S*, em *HM* phyri *M*, ΠΥΡΩϹ (-ΟϹ *V*) *PV* ΝΕΟΝ *B*[1], Ο *in* Ω *corr. B*[3], ΝΑΩΝ *S*, naeon *HM*, ΑΙΟΝ (-ΩΝ *V*) *PV* 17 ΜΕΙΚΡΑ *S*, ΜΗΙΚΡΑ *P* ΔΗ *P* ΜΕΡΕΙϹ *S*, mytris (mi- *M*) *HM* ΑΝΤΕΛΟΙ *B*, ΑΝΤΕ·ΛΟΙ *S*, angelos *HM*, ΑΝΓΗΛΟΙ *P*, ΑΝ·ΤΕΛΟΙ *V* ΗΩϹ *B*[1], ημεις *corr. B*[3], hemis *HM*, ΗΜΙϹ *PV* *interpretatio lat. fere eadem in S et P*

2 num quis potest suspicari de Ioue esse dictum, qui et matrem
habuit et nomen? quid quod Mercurius ille Termaximus, cuius
supra feci mentionem, non modo ἀμήτορα ut Apollo, sed
ἀπάτορα quoque appellat deum, quod origo illi non sit ali-
3 unde? nec enim potest ab ullo esse generatus qui ipse uni-
uersa generauit.
Satis ut opinor et argumentis docui et testibus confirmaui
quod per se satis clarum est, unum esse regem mundi, unum
4 patrem, unum dominum. sed fortasse quaerat aliquis a nobis
idem illut quod aput Ciceronem quaerit Hortensius, si deus
unus est, quae esse beata solitudo queat. tamquam nos
quia unum dicimus, desertum ac solitarium esse dicamus. habet
5 enim ministros, quos uocamus nuntios. et est illut uerum
quod dixisse in Exhortationibus Senecam supra rettuli, genuisse
regni sui ministros deum. uerum hi neque dii sunt neque
deos se uocari aut coli uolunt, quippe qui nihil faciant praeter
iussum ac uoluntatem dei. nec tamen illi sunt qui uulgo co-
6 luntur, quorum et exiguus et certus est numerus. quodsi
cultores deorum eos ipsos colere se putant, quos summi dei
ministros appellamus, nihil est quod nobis faciant inuidiam,
7 qui unum deum dicamus, multos negemus. si eos multitudo
delectat, non duodecim dicimus aut trecentos sexaginta
quinque ut Orpheus, sed innumerabiles esse. arguimus errores
eorum in diuersum, qui tam paucos putant. sciant tamen quo
nomine appellari debeant, ne uiolent uerum deum, cuius nomen

3 supra] p. 19, 5. 14 supra] p. 18, 13.

AUCTORES 10] frg. 30. 21—23] Theophil. ad Autol. 117 C; cf. Lobeckii Aglaopham. I 364.

BRSHM[p]*PV]* 1 quid *MPV* potes *R* 3 fecimus *B* ametora *BS*, ΑΜЄΤΟΡΑ sine matre *P* ametor aut *HM* 4 apatora *B*, apator *HM*, *post graecum* sine patre *P* quo⌜q.⌝ *P*[2] 5 generauerit *SHM* 7 et *om. B* et testibus confirmaui *in mg. H*[2] 8 unum patrem *om. S* 9 deum *BP* sed] et *HM* ⌜a⌝ *P*[2] 11 solituq; | at *R*[1], solituq; (do *s. l.*) | queat *R*[2] queat] *uiaeat (qu *s. l.*) (q *er., s. l. m. 2*) *V* queat tamquam] ⌜queat⌝ *(s. l. m. 2)* quae ac tamquam *H* 12 qui *HM* ˌdesertum ac solitaˌrium *B* 14 exorationibus *H* re⌜t⌝tuli *B*[3], rectuli *V*[1] 15 hii *RHM* 17 ac] et *HM*, aut *V*[1], *in ras. corr. V*[2] 20 quod] in quod *SHM* 21 dicamus deum *P* dicamus] dicamus si *HM* 22 trecentis aut sexaginta *M* 24 sciant *om. HM*

exponunt, dum pluribus tribuunt. credant Apollini suo, qui 8
eodem illo responso ut Ioui principatum, sic etiam ceteris diis
abstulit nomen. tertius enim uersus ostendit ministros dei non
deos, uerum angelos appellari oportere. de se quidem ille 9
mentitus est, qui cum sit e numero daemonum, angelis se
dei adgregauit: denique in aliis responsis daemonem se esse
confessus est. nam cum interrogaretur quomodo sibi supplicari
uellet, ita respondit:

πάνσοφε παντοδίδακτε πολύστροφε κέκλυθι δαῖμον.

item rursus cum precem in Apollinem Sminthium rogatus expromeret, ab hoc uersu exorsus est:

ἁρμονίη κόσμοιο, φαεσφόρε, πάνσοφε δαῖμον.

quid ergo superest nisi ut sua confessione uerberibus dei ueri ac 10
poenae subiaceat sempiternae? nam et in alio responso ita dixit:

δαίμονες οἳ φοιτῶσι περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον
ἀκαμάτου δαμνῶνται ὑπαὶ μάστιγι θεοῖο.

BRSHM[p]*PV]* 1 apolloni *B*[1] *(in ras. corr. B*[2]*) MP*[1], *corr. P*[2] 4 oportere] oportere debere *BR* 6 denique] de quibusdam *HM* 7 supputari *S* 9 ΠΑΝΤΑΙΑΑΚΤЄ *R* ΠΟΛΙCΤΡΟΦЄ *(pro* Τ *est* Θ *in P) PV* κέκλυθι] ΚΑΠΙ *P*, ΚΑΥΘΙ *S* ΠΑΝCΟΦЄ·ΠΑΝΤΟΑΑΚΤΑΙ ΠΙΔΙCΤΡΟΦЄ·ΚЄΚΑΥΘΙ ΔΑΙΜΩΝ *S*, ΠΑΝCΟΦЄ ΙΤΑΝΤΑΑΑΑΚΤЄΦΟΛΥΓЄΦЄ *(pro* Λ *est* Α *in M)* ΚЄΚΑΥЄЄΙ (ΚΑЄΚ- *M*) ΑΧΙΩΝ (ΑΩΝ *M*) *HM interpretationes lat. diuersae in S et P* 10 sminthiuum *PV* exprimeret *B*[1] *(corr. B*[3]*) S* 12 ΚΟCΜΟΥ *P*, ΚΟCΜΟΙ *V* ΦΟЄCΦΟΡЄ *R*, ΦΑЄCΟΑЄΦΡΙΙ *P*, ΦΑЄCΦΑЄΟΡЄ *V* ΑΡΜΟΝΙЄ *(sed* Є *in* Η *corr. B*[3]*)* ΚΟCΜΟΙC ΦΑЄCΦΩΡΝ ΠΑΝCΟΦЄΔΑΙ*ΜΩΝ (Μ *er.*) *B*, ΑΡΜΟΝΙΝЄΟCΜΟΙΟΦΑЄCΦΟΡЄΠΑΝCΟΦΑЄΔΑΙΜΟΝ *S*, ΛЄΩΝЄΙΝΚΟCΩЄΙΝΦΑЄCΑΟΡЄ ΠΑΝCΟΦЄΑЄΩΝ *HM interpretationes lat. diuersae in S et P, in S manca* 14 subiaceant *BR*[1]*S* sempiternam *V* et *s. l. P, om. V* 15 ΔΑΙΜΟΝΑΙC *V* οἳ *om. S* ΧΘΩΝΑ *B*[1], *corr. B*[3], ΚΘΟΝΑ *S*, ΧΘΟΝΘΙ *V* περὶ *om. R* ΜЄΙΩΝЄCΟΙΦΙΓΩCΙΠЄΡЄΙ *(pro* Π *est* ΙΓ *in M)* ΠΟΝΤΟΝ *haec tantum in HM* ΔΑΙΜΟΝΑΙCΟΥΦΟΙΓΟCΙΠΗΡΙΚΤΟΝΑΚΑΙ ΠΗΡΙ ΠΟΝΤΟΝ *P* 16 ΑΚΑΜΑΤΟΥ (Υ *in eras.* Ι *m. 2) V;* ἀκάματοι *edd.; an* ἀκαμάτῳ *? cf. interpretation. lat. in S* intolerabilibus domantur sub flagellis dei δαμνῶνται *scripsi*, ΔΑΜΝΟΝΤΑΙ *BRSV*, ⸤ΔΑΜΝΟΝΘΑΙ⸥ *P; an* δάμνονται *retinendum? cf. Lobeck., Rhemat. p. 126;* δάμνανται *Struuius opusc. I 131* ΥΠΟ *BS*, ΥΙΙΙΙ *P* ΜЄΤΙΓЄΙ *B*[1], *pr.* Є *in* ας *corr. B*[3], ΜΑCΤΙΓΙC *P*, ΜΑCΤ⸤Ι⸥ΓΙ *V*[2] Θ⸢Є⸣ΟΙ *S* ΑΚΑΩΑΤΟΥΑΑΩΝΟΝΓΑΙΥΠΑ (ΓΑΙΠΑ *H*) ΩΑCCΙΓΙ *(pro* ΓΙ *est* Π *in M)* ΘЄΟΙ *HM interpretationes lat. similes in SP*

11 de utrisque generibus in secundo libro disseremus. nunc interim nobis satis est quod dum honorare se uult et in caelo conlocare, confessus est, id quod res habet, quomodo sint appel-
12 landi qui deo semper adsistunt. retrahant ergo se homines ab erroribus et abiectis religionibus prauis parentem suum dominumque cognoscant, cuius nec uirtus aestimari potest nec magnitudo perspici nec principium conprehendi. cum ad illum mentis humanae intentio et acumen et memoria peruenerit, quasi subductis et consumptis omnibus uiis subsistit haeret deficit nec est aliquid ulterius quo progredi possit.
13 uerum quia fieri non potest quin id quod sit aliquando esse coeperit, consequens est ut quoniam nihil ante illum fuit, ipse ante omnia ex se ipso sit procreatus, ideoque ab Apolline αὐτοφυής, a Sibylla αὐτογενής et ἀγένητος et ἀποίητος nominatur. quod Seneca homo acutus in Exhortationibus uidit. nos inquit aliunde pendemus. itaque ad aliquem respicimus, cui quod est optimum in nobis debeamus. alius nos edidit, alius instruxit: deus ipse se fecit.

1 in secundo libro] c. 14—16.

AUCTORES 13 ab Apolline] cf. p. 25, 15. 14 a Sibylla] cf. p. 23, 18 et ad p. 24, 7. 15] frg. 15.

BRSHM^{p}PV] 1 de utrisque — disseremus *om. BRSHM* nunc *om. PV* 2 satis (*om.* est) *m. 1*, sat·es (t s. l.) *corr. m. 1 uel 2 B*, sat est *P* quo'd' *P*[2] dũ honorare se uult *in ras. V*[2] honorari *codd. recent., edd.* et] atque *R* 3 collocari *codd. recent., edd.* habet (t *in eras.* at *? m. 2) V* et quomodo *B* 4 hi qui *S* retrahent *B*[1], *corr. B*[3] se ergo *M* se *s. l. P*[2?] 6 cognoscunt *P* aes|timari *ex* ex|timari *m. 1 uel 2 B* potes't' *H*[2] 9 quae si *PV* consumtis *R*, consummatis *PV* uiis] suis *HM* substitist *sic R*[1], *om. M* 10 aliut *B*, aliud *R* quod *R* 11 fit *M* 12 e's't *B*[2] quoniam] quõ (˜ *m. 2) P* illum] ipsum *B* 13 ante] autem *M* ideoque] deöque (*s. l.* us *er.*, i *corr. m. 2) R* αὐτοφυής a] ΑΥΤΟΦΥΘΗCΑ *B*, autosphoesa *HM* ΑΥΤΟΦΥΙЄC *P* *uerbis graecis 13 s. interpretationes lat. add. in SP* 14 a Sibylla *om. P*, abysilla *V* sibulla *H* ΑΥΤΟΓЄΝΝC *S*, autogeneses *HM*, ΑΥΤΟΓΗΝΗC *P* et *om. RHMP* ΑΓЄΝΝΗΤΟC *B*, ΑΓЄΙΝΙΤΟC *S* et *om. P* ΚΑΙΑΠΟΙΝΤΟC *S*, apotetheos *H*, apoęte theos *M*, ΚΑΙΑΠΟΙΗΤΟC *P*, ΑΠΟΟΗΤΟC *V* et ἀποίητος *del. Struuius, cf. ad p. 24, 7* 15 exhortationibus uidit *V*[2] 16 ab *V*[1], *in ras. corr. V*[2] 17 in] id *HM* debeamus] animam debeamus *B*, debemus *HM* 18 instruesit *B*[1], *corr. B*[2] se *om. SHM*

8. His igitur tot ac tantis testibus conprobatur unius dei 1
potestate ac prouidentia mundum gubernari, cuius uim maie-
statemque tantam esse dicit in Timaeo Plato, ut eam
neque mente concipere neque uerbis enarrare quisquam
possit ob nimiam et inaestimabilem potestatem. du- 2
bitet uero aliquis an quicquam difficile aut inpossibile sit deo,
qui tanta tamque mirifica opera prouidentia excogitauit, uirtute
constituit, ratione perfecit, nunc autem spiritu sustentet, pote-
state moderetur, inexcogitabilis ineffabilis et nulli alii satis
notus quam sibi? unde mihi de tanta maiestate saepius co- 3
gitanti qui deos colunt interdum uideri solent tam caeci, tam
incogitabiles, tam excordes, tam non multum a mutis anima-
libus differentes, qui credant eos qui geniti sint maris ac fe-
minae coitu aliquid maiestatis diuinaeque uirtutis habere po-
tuisse, cum Sibylla Erythraea dicat:

οὐ δύνατ' ἀνδρὸς
ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.

quod si est uerum, sicuti est, apparet Herculem Apollinem 4
Liberum Mercurium Iouemque ipsum cum ceteris homines

EPITOME 1—5] c. 6, 1. 10—15] c. 6, 2. 4.
AUCTORES 3] p. 28 C (cf. Minuc. Fel. c. 19, 14). 16 s.] frg. II 1 s.; cf. Theophil. ad Autol. 113 B.

BRSHM[p]*PV]* 1 ac tantis] tantisque *B* 2 mundum *om. S* 3 tim⌜e⌝o *H*[2] ea *HM* 4 mentem *PV* 6 quid(c)quam *(corr. m. 2) R, sic saepe* 7 tanta tamque] tanta tam *M,* tantamque *P*[ac] *(corr. P*[1?]*) V* 8 perficit *P*[1], *corr. P*[2] sp̃s (u) *(corr. m. 1?) P,* sp̃s *V* sustentet et *HM* 9 ineffabilis *om. HM* 10 maiestate] potestate *sic V* cogitaui *S* 11 tam *ante* incogitabiles] quam *V*[1], *in ras. corr. V*[2] 12 a *om. PV* mutis *om. M* 13 sunt *HM* 14 diuinae *HM* 15 dicit *B* 16 ΔΥΝΑΤЄ *B,* ΔΙΝΑΙ *P* ΑΝΟΡΟC *B*[1] *(corr. B*[3]*), om. R* 17 ΜЄΡΟΝ *B*[1], Ο *in* Ω *corr. B*[3], ΜЄΡΩΝ *P* ΜΗΤΡΑC (Ι) *(corr. m. 3) B, om. R,* ΜЄΤΡΑC *P* τε θεὸς *om. B,* ΟΘЄΟC *R* ΤЄΤΥ-ΠΩΜЄΝΙΟC *B*[1], Ι *del. B*[3], ΤЄΤΥΤΓΩΜЄΝΟC *R,* ΤЄΤΥΠΟΜЄΝΟC *P* ЄΙΝΑΓ *R,* ЄΙΝΑΥ *P* ΟΥΔΥΝΑΤΑΙΑΡÓCЄΑΝΡΩΝΜΗΗΡΑC ΤЄΓΥΠΩΜЄΝΟCΙΝΑΙΤЄ ΘЄÓC *S* udyna* *(litt. er. in H)* eandyna emeron methera stet heostypomenosine *HM, nisi quod litterae aliter in uerba coniunctae sunt in M interpretationem lat. in mg. add. B*[3], *eadem fere in S* 19 liber*um *B* ipsum quoque iouem *S,* ipsumque iouem *HM* ⌜ip⌝sum *(ip m. 1 uel 2) B*

5 fuisse, quoniam sunt ex duobus sexibus nati. quid est autem a deo tam remotum quam id opus, quod ipse ad propagandam subolem mortalibus tribuit et quod sine substantia corporali nullum potest esse? dii ergo si sunt inmortales et aeterni, quid opus est altero sexu — nimirum ut generent? ipsa progenie quid opus est, cum successione non egeant qui semper
6 sunt futuri? nam profecto in hominibus ceterisque animantibus diuersitas sexus et coitio et generatio nullam habet aliam rationem nisi ut omnia genera uiuentium, quoniam sunt condicione mortalitatis obitura, mutua possint successione seruari, deo autem, qui est sempiternus, neque alter sexus neque successio neces-
7 saria est. dicet aliquis 'ut habeat uel ministros uel in quos possit ipse dominari.' quid igitur sexu opus est feminino, cum deus, qui est omnipotens ut uocatur, sine usu et opera feminae possit
8 filios procreare? nam si quibusdam minutis animalibus id praestitit, ut sibi e foliis natos et suauibus herbis ore legant, cur existimet aliquis ipsum deum nisi ex permixtione sexus alterius non posse generare? illos igitur quos inperiti et insipientes tamquam deos et nuncupant et adorant, nemo est tam inconsideratus quin intellegat fuisse mortales. 'quomodo ergo' inquiet aliquis 'dii crediti sunt?' nimirum quia reges maximi ac potentissimi fuerunt, ob merita uirtutum suarum aut mu-

EPITOME 1—12] c. 6, 2 s. 18—31, 2] c. 6, 4.
AUCTORES 16] Verg. Georg. IV 200 s.

BRSHM^pPV] 1 ex *om. B* 2 id opus] corpus *HM* propagandum *P* 3 sobolem *SMPV, sic saepius codd. excepto B* 4 dii⌜s⌝ (s *m. rec.*) *S*, diis *P edd.*, Dii (*pr.* i *ex* c) *V* sunt] sunt dii *PV* et *om. PV* 5 quod *V*¹ altero sexu] sexu *(s. l. m. 1)* altero *(s. l. m. 3) B* nimirum — quid opus est *om. B*¹, *in mg. add. B*³ generent' *B (i. e. B*³*)* 7 omnibus *S* ceterisque∗∗ *B* animalibus *R* 8 rationem] generationem *S* 9 condicioni *R*¹; *an* condicionem *scribendum?* 10 seruare *M* 11 necesaria *P^{ac}V* 12 dicit *HM* habeant *S* 13 domari *M* 14 qui] si quis *HM* omnia potens *B* ut uocatur *om. B edd., sed cf. V 17, 2* sapiens — uocabatur ut] ⌜et⌝ *S*² faeminae *(pr.* a *add. m. 3) B*, femininae *M*, feminę∗∗ (ę *ex* i *m. 2*, na *? er.*) *P* 16 folis *H* e] e⌜t⌝ *R*² 20 qui non *HM*, qui⌜n⌝ *V*² intellegant *(alt.* n *in eras. codem* n *? B*³*)* *BH*, i⌞n⌟tellegat *V*² 21 crediti] creati *R* 22 ⌞ob⌟ *B*³ numerum *V*

nerum aut artium repertarum, cum cari fuissent iis quibus in-
peritauerant, in memoriam sunt consecrati. quod si quis du-
bitat, res eorum gestas et facta consideret, quae uniuersa tam
poetae quam historici ueteres prodiderunt.
9. Hercules, qui ob uirtutem clarissimus et quasi Africanus 1
inter deos habetur, nonne orbem terrae, quem peragrasse ac
purgasse narratur, stupris adulteriis libidinibus inquinauit?
nec mirum, cum esset adulterio genitus Alcimenae. quid tandem
potuit in eo esse diuini, qui suis ipse uitiis mancipatus et mares
et feminas contra omnes leges infamia flagitio dedecore adfecit?
sed ne illa quidem quae magna et mirabilia gessit talia iudi- 2
canda sunt, ut uirtutibus diuinis tribuenda uideantur. quid enim
tam magnificum, si leonem aprumque superauit, si aues deiecit
sagittis, si regium stabulum egessit, si uiraginem uicit cin-
gulumque detraxit, si equos feroces cum domino interemit?
opera sunt ista fortis uiri, hominis tamen. illa enim quae 3
uicit fragilia et mortalia fuerunt. nulla est enim quod ait
orator tanta uis, quae non ferro ac uiribus debilitari
frangique possit: animum uincere, iracundiam co- 4
hibere fortissimi est: quae ille nec fecit umquam nec potuit.
haec qui faciat, non ego eum cum summis uiris com-
paro, sed simillimum deo iudico. uellem adiecisset de
libidine luxuria cupiditate insolentia, ut uirtutem eius inpleret,

EPITOME 2—4] c. 7, 1. 5—10] c. 7, 2 s.
AUCTORES 17—22] Cic. p. Marcello 3, 8.

*BRSHM*ᵖ*PV]* 1 iis *edd.*, his *BRSH²PV*, hi *H¹M* imperauerant *R* 2 sunt *(exp. m. 2)* consecrati sunt *R* quod *om. R* res dubitet *P* 3 quae *om. R* uniuersi *B* tam] tamquam *M* quam] tam *HM* 4 histoici *H¹M* 5 herculis (is *ex* es *? m. 3) B* 7 et adulteriis *HM* 8 alterio *P¹*, *corr. P²* Alcimenae *Epit. 7, 3,* alcimene (ne *m. 2)* Ne *H*, alcime*** *M*, almenae *R*, alcmenae *BSPV* 10 omnis *V* flagitioso *M* 11 magna] et *(s. l. m. 2)* magna *S* et *om. P* talia] ut multis talia *HM* 12 uideantur *om. S* 13 disiecit *B* 14 uirginem *PV* cingulamque *B*ᵃᶜ, *s. l. corr.* 16 hominum *HM* 18 non *post* frangique *s. l. B* ac] et *codd. Cic.* 19 prohibere *HM*, cohibere (c *in eras.* pr *?) P* 21 non] non modo *PV* 22 iudico (o *in eras.* abo *?) P*, iudicabo *V* uelle *H¹* (~ *add. corr. H²*) *M* 23 luxoria *R*, luxoria *HPV*, *sic saepe codd. excepto B* uirtutes *HM*

5 quem deo similem iudicabat. non enim fortior putandus est
qui leonem quam qui uiolentam et in se ipso inclusam feram superat, iracundiam, aut qui rapacissimas uolucres deiecit quam qui cupiditates auidissimas cohercet, aut qui Amazonem bellatricem quam qui libidinem uincit pudoris ac famae debellatricem, aut qui fimum ⟨de⟩ stabulo quam qui uitia de corde suo egerit, quae magis sunt perniciosa quia domestica et propria
6 mala sunt, quam illa quae et uitari poterant et caueri. ex
quo fit ut ille solus uir fortis debeat iudicari, qui temperans et moderatus et iustus est. quodsi cogitet aliquis quae sint dei opera, iam haec omnia quae mirantur homines ineptissimi ridicula iudicabit. illa enim non diuinis uirtutibus, quas ignorant,
7 sed infirmitate suarum uirium metiuntur. nam illut quidem
nemo negauit, Herculem non Eurystheo tantum seruisse regi, quod aliquatenus honestum uideri potest, sed etiam inpudicae mulieri Omphalae, quae illum uestibus suis indutum sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem. detestabilis turpitudo!
8 sed tanti erat uoluptas. 'quid tu?' inquiet aliquis 'poetisne
credendum putas?' quidni putem? non enim Lucilius ista narrat aut Lucianus, qui diis et hominibus non pepercit, set ii po-
9 tissimum, qui deorum laudes canebant. quibus igitur credemus,

EPITOME 15—17] c. 7, 4.
EXPILATORES 1 ss.] cf. Ps.-Seneca de moribus 81; prouerb. 49 (Publil. Syr. ed. Woelfflin p. 96).

BRSHM^p(—19)*MPV]* 1 non *in* num *corr.* *R*^{2} 2 uiolentiam *RSMV*, u⌜i⌝olent*am (i *er.*) *P* et *om.* *B* semet *B* 3 deicit *RS* 4 cohercet *B*, coercet *RS*, coerceat *HM*, co*ercet (h *? er.*) *P*, co⌜h⌝ercet *V* ⌜a⌝ut *V*^{2} amazonam *HMV*^{ac} 5 uincit *post* bellatricem *R* uicit (t *in ras.* *H*^{2}) *HM* ⌜ac⌝ *B*^{3} 6 de *add. edd.* stabulum *HM* qui* (a *? er.*) *B* 8 poterint *S*, poterit *H*^{1} (poter͂*t *H*^{2}) *M* 10 est et iustus *P*, *in ras.* *V*^{2} ⌞quodsi cogitet⌟ *V*^{2} s⌞int⌟ *V*^{2} 12 iudicauit *B*^{1}, *corr.* *B*^{2} 13 sed *add.* *R*^{2} mentiuntur *B*^{ar}*H* 14 nemo *in mg.* *P*^{2} negabit *H* eurysthaeo *PV* 16 mulieri* *(s er.)* *B* omphalae (e *in eras.* m *?*) *P*, omfalam *V* 17 iubeat *S* faciebat *R* 19 quid *S*, quinni *HM* inputem *S* *in* quinni putem *desinit* *M*^{p} *pagina nondum expleta, in proximo folio 9 ab eodem* quinni putem *incipit* *M* lucius *B* narrauit *SHM* 20 luci⌜li⌝anus *P*^{2} aut Lucianus *eicit Volkmannus, epist. gratul. p. 5* ii *scr.*, hii *BRHM*, hi *SPV* po***⌞t⌟entissimum *B* 21 qu⌞i⌟ *H*, quo *M* eorum *H* laude⌜s⌝ deorum *P*

si fidem laudantibus non habemus? qui hos mentiri putat, pro-
ferat alios quibus credamus auctores, qui nos doceant qui sint
isti dii, quomodo, unde orti, quae sit uis eorum, qui numerus,
quae potestas, quid in iis admirabile, quid cultu dignum, quod
denique certius ueriusque mysterium. nullos dabit. credamus 10
igitur istis, qui non ut reprehenderent sunt locuti, sed ut prae-
dicarent. nauigauit ergo cum Argonautis expugnauitque Troiam
iratus Laomedonti ob negatam sibi pro filiae salute mercedem.
unde quo tempore fuerit apparet. idem furore atque insania
percitus uxorem suam cum liberis interemit. hunc homines 11
deum putant! sed Philocteta heres eius non putauit, qui facem
supposuit arsuro, qui artus eius ac neruos cremari ac diffluere
uidit, qui ossa eius et cineres in Oetaeo monte sepeliuit, pro
quo munere sagittas eius accepit.

10. Aesculapius et ipse non sine flagitio Apollinis natus 1
quid fecit aliud diuinis honoribus dignum nisi quod sanauit
Hippolytum? mortem sane habuit clariorem, quod a deo meruit
fulminari. hunc Tarquitius de inlustribus uiris disserens ait 2
incertis parentibus natum, expositum et a uenatoribus
inuentum, canino lacte nutritum, Chironi traditum
didicisse medicinam; fuisse autem Messenium, sed
Epidauri moratum. Tullius etiam Cynosuris ait sepul-

EPITOME 7—9] c. 7, 2. 9 s.] c. 7, 4. 10 s. hunc—putant] c. 7, 5 sic—credatur. 11—14] c. 7, 5. 15—34, 1] c. 8, 1 s.
AUCTORES 22] de nat. deor. III 22, 57.

BRSHMPV] 1 putant *HM* proferāt *(~ m. 2) H* 3 *post* quomodo *s. l.* ⁊ *R²?* ⌊uis⌋ *H²* 4 iis *edd.*, his *C* quid *ante* cultu] qua *V¹*, *in ras. corr. V²* cul⌊tu⌋ *V²* 7 argonatis *P¹ (corr. P²) V* 8 ob negatam filiam sibi ⌈⌉ *(s. l. m. 2)* pro filiae *R* 9 idem] ille *HM* furore* *(m er.) HM* 11 putant deum *P* filoctetha *B*, filotecta *R*, philoctæcta *(æ ex a m. 2) H (-tecta) M* heres ⌈e⌉ius *(e s. l. m. 2) P*, here suis *V* qua *B^{ac}*, faciem *MV* 12 ac *ante* neruos] et *P edd.* 13 et] ac *B* ⌊in etheo⌋ *H* oetheo *B*, octeo *RSM* sepe*liuit *(l er.) BH*, sepelliuit *R*, sepiliuit *P¹*, *corr. P²* 14 sagittis *S* 15 aescolapius *S, sic saepius* 16 aliud, d *ex* t *m. 2 R, sic saepius* 17 hyppolytum *RHM*, hyppolitum *(yp- S) SPV* ⌊a deo⌋ *P²* 18 tarquinius *(n ex t uel c m. 3) B* 19 ⌈natum⌉ *B³* 20 chy-roni *M* 21 autem *om. S* messennium *H*, mersennium *M* 22 mor-tuum *HM* cinosuris *BRS*, cynosyris *H*, cynosiris *M*

3 tum. quid Apollo pater eius? nonne ob amorem, quo fla-
grabat, turpissime gregem pauit alienum et muros Laomedonti
extruxit mercede conductus, quae illi negari potuit inpune?
ab eoque primo rex perfidus quidquid cum diis pepigisset
didicit abnegare. idem formonsum puerum et dum amat,
4 uiolauit et dum ludit, occidit. homicida Mars et per gra-
tiam caedis crimine ab Atheniensibus liberatus, ne uideretur
nimis ferus et inmanis, adulterium cum Venere commisit.
5 Kastor et Pollux dum alienas sponsas rapiunt, esse gemini
desierunt. nam dolore iniuriae concitatus Idas alterum gladio
transuerberauit: et eosdem poetae alternis uiuere, alternis mori
narrant, ut iam sint non deorum tantum, sed omnium morta-
6 lium miserrimi, quibus semel mori non licet. hos tamen
Homerus ambos simpliciter, non ut poetae solent, mortuos esse
testatur. nam cum faceret in muris adsidentem Priamo He-
lenam cunctos Graeciae principes recognoscere, solos autem
se fratres suos requirere, subiecit orationi eius huiusmodi
uersum:

haec ait, ast illos retinebat terra sepultos.

EPITOME 1 s. 5 s.] c. 8, 2. 6—8] c. 8, 3. 9 s. 13—15] c. 8, 3.
AUCTORES 1 ss.] cf. Minuc. Fel. c. 23, 5; Tertull. Apolog. c. 14 (p. 168). 19] Il. III 243.

BRSHMPV] 1 fraglabat *B*[1] *(in ras. corr. B*[3]*) HM*, fradabat (u, ur supra) *(corr. m. 2) R* 2 gregem] gregem ˌadmetiˌ *(in ras. m. 1?) B* 3 instruxit *HM* *post* extruxit *hoc* neptunus *BRSHM, om. P*[1]*V*, cum neptuno *in mg. add. P,*[2] *uix recte; cf. Minuc. Fel. l. c. (Cyprian. ad Donat. c. 2)* Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti uero muros Neptunus instituit nec mercedem operis infelix structor accipit; *Tertull. l. c.* hic *(sc.* poeta*)* Apollinem Admeto regi pascendis pecoribus addicit, ille Neptuni structorias operas Laomedonti locat quam *B* negari potuit] nega*it (u supra) *(*r *eras.*, u *m. 1?) B* negare *V* 4 pepegisset *HM* 5 dicit *M* formonsum *B*, formosum *RSP*, formo*sum *(*n *er.) HMV* 6 mars *in ras. ex 7—9 litt. B* 8 minis *HM* inmanus *V*[1], *ras. et s. l. corr. V*[2] 9 kastor *B*, castor *cett.* 10 dolore] labore *PV* iniuriae *om. HM* 12 tantum] nati *R* sed] sed et *SHM* 13 quiˈiˈs *B*[1], quibus *corr. B*[3] licuit *M* 14 mortuus *M*[1] 15 in *om. HM* adsidente *HM* 16 cunctos *(*nc *in ras. ex* mis *? m. 3) B* recognosceret *B* *(*t *add. M*[2]*) M* solus *B*[1], *corr. B*[2] 17 se *om. S* eiusmodi *S*, modi *HM* 18 uersu *HM* 19 haec] sic *HM*

fur ac nebulo Mercurius quid ad famam sui reliquit nisi me- 7
moriam fraudum suarum? caelo scilicet dignus, quia palaestram
docuit et lyram primus inuenit. Liberum patrem necesse est 8
in senatu deorum summae auctoritatis primaeque esse sen-
tentiae, quia praeter Iouem solus omnium triumphauit, exer-
citum duxit, Indos debellauit. sed inuictus ille imperator Indicus
maximus ab amore ac libidine turpissime uictus est. delatus 9
enim Cretam cum semiuiro comitatu nanctus est inpudicam
mulierem in litore ac fiducia uictoriae Indicae uir esse uoluit,
ne nimium mollis uideretur, atque illam patris proditricem,
fratris interemptricem, ab alio relictam et repudiatam in con-
iugium sibi uindicauit ac Liberam fecit et cum ea pariter
ascendit in caelum. quid horum omnium pater Iuppiter, qui 10
in sollemni precatione Optimus Maximus nominatur? nonne a
prima sua pueritia inpius ac paene parricida deprehenditur,
cum patrem regno expulit ac fugauit nec expectauit mortem
decrepiti senis cupiditate regnandi? et cum paternum solium
per uim, per arma cepisset, bello est a Titanibus lacessitus,
quod humano generi principium fuit malorum: quibus uictis
et pace in perpetuum conparata reliquam suam uitam in stupris
adulteriisque consumsit. omitto uirgines quas imminuit: id 11
enim tolerabile iudicari solet. Amphitryonem ac Tyndarum
praeterire non possum, quorum domos dedecore atque infamia

EPITOME 1—3] c. 8, 4. 3—13] c. 8, 5. 13—21] c. 10, 1. 21 s.] c. 10, 2 (uirginum). 22—36, 2] c. 10, 2.
AUCTORES 8] Verg. Aen. IV 215.

BRSHMPV] 1 qui⌈d⌉ *H*² memoria *M* 2 fraudu̸um *R* *licet *M* 4 senatum *B* sententia *M* 5 exercitus *B*¹, *corr. B*² 6 ⌈in⌉uictus *B*² 7 ob amorem *HM* ac** (de *? er.) B*, atque *SH*, adque *M* libidinem *HM* ⌊de⌋latus *H*² 8 comitatus *H^ar M* nactus *BRS*, na*ctus (n *er.) P* est *om. B* 9 litore (e *ex* i *m. 2)* adrianen *(m. 1,* ariadnen *m. 2)* ⌈h⌉ac (h *m. 2)* fiducia *B* fidutiae *M* 11 repudiatam (at *in ras. ex* c *? m. 3) B* coniugio *S* 12 uendicauit *P* ac] et *HM* eam *B* 13 escendit *R* in] ad *SHM* caelos *S* pater omnium *S* pater *om. HM* 15 prima *om. B* paene] prope *B* 19 humani (i *ex* o *M) HM* malorum fuit *R* 20 et] ac *R* pacem̤ *H*, pacē *M* conparata *in mg. V*² stupri*s (i *er.) BM* 21 adulteriis* (q; *er.) S* consumsit *B*, consumtis *R*¹, consumpsit *R*² *cum rell.* 22 amphitrionem *SMPV*, amphytrionem *H* pyndarum *H*, pindarum *M*, ⌈t⌉yndarum *V*² 23 domus *B* atque] et *B*

12 plenissimas reddidit. illut uero summae inpietatis ac sceleris, quod regium puerum rapuit ad stuprum. parum enim uidebatur, si in expugnanda feminarum pudicitia maculosus esset ac turpis, nisi etiam sexui suo faceret iniuriam: hoc est uerum
13 adulterium, quod fit contra naturam. haec qui facit, uiderimus an Maximus, certe Optimus non est: quod nomen a corruptoribus ab adulteris ab incestis abest, nisi forte nos erramus homines, qui talia facientes sceleratos uocamus ac perditos
14 omnibusque poenis dignissimos iudicamus. stultus autem Marcus Tullius, qui Gaio Verri adulteria obiecit: eadem enim Iuppiter quem colebat admisit; qui Publio Clodio sororis incestum: at illi Optimo Maximo eadem fuit et soror et coniunx.

1 11. Quis est igitur tam excors qui hunc regnare in caelo putet, qui ne in terra quidem debuit? non insulse quidam poeta triumphum Cupidinis scripsit, quo in libro non modo potentissimum deorum Cupidinem, sed etiam uictorem facit.
2 enumeratis enim amoribus singulorum, quibus in potestatem Cupidinis dicionemque uenissent, instruit pompam, in qua Iuppiter cum ceteris diis ante currum triumphantis ducitur catenatus. eleganter id quidem a poeta figuratum, sed tamen non
3 multum distat a uero. qui enim uirtutis est expers, qui cupiditate ac libidinibus malis uincitur, non Cupidini ut ille
4 finxit, sed morti subiectus est sempiternae. sed omittamus de moribus dicere, rem consideremus, ut intellegant homines

EPITOME 5 s.] c. 10, 4.

AUCTORES 9] Verr. I c. 24 ss. al. 11] de harusp. resp. 20, 42; p. Mil. 27, 73 al. 12] Verg. Aen. I 47. 14] frg. poet. Rom. coll. Baehrens p. 405.

BRSHM(—12)*PV*] 3 est *B*[1], *corr.* *B*[2], e͡e͡t *P*[2] uerũ *V*[2] 4 nisi *in mg. V* uerũ *V*[2] 6 a'n' *H*[2] certe optimus *om. S* *post* certe *s. l.* an *repet.* *M*[2] non est] sit *HM* 7 adulteriis *B*[ar]*V* incesti**s (bu *? er.) B* ni'si' *H*[2] 8 *ante* homines *s. l.* qui *m. 2, post* homines *eras.* qui *M* uocatos *M*[1] 9 dignos *B* 10 G. *RPV*, C. *SHM* 11 *post* incaestum *s. l.* intulit *R*[2] 12 ad *B*[1], *corr.* *B*[3], *sic saepe* coniux *HMV*, *sic saepe codd. excepto B* 13 *hinc scripturae codicis M nisi quibus perpaucis locis idoneum uisum erit non adferentur* 14 'non' *B*[3] 15 *post* poeta *s. l.* post *B*[3] scribsit *(*b *ex* p*)* *B*[3], *sic saepe* 17 numeratis *R* 'in' *H*[2] 18 instruxit *H* 19 dicitur *R* 20 o *S*[1] 21 destat *(*e *ex* i*)* *B*[2] 23 est *om. H* 24 amoribus *H*

in quibus miseri uersentur erroribus. regnare in caelo Iouem 5
uulgus existimat: id et doctis pariter et indoctis persuasum
est, quod et religio ipsa et precationes et hymni et delubra
et simulacra demonstrant. eundem tamen Saturno et Rhea 6
genitum confitentur. quomodo potest deus uideri aut, ut ait
poeta, hominum rerumque repertor, ante cuius ortum infinita hominum milia fuerunt? eorum scilicet, qui Saturno
regnante uixerunt et priores luce quam Iuppiter sunt potiti.
uideo alium deum regem fuisse primis temporibus, alium con- 7
sequentibus. potest ergo fieri ut alius postea sit futurus. si
enim prius regnum mutatum est, cur desperemus etiam posterius posse mutari? nisi forte Saturnus generare potuit fortiorem, Iuppiter non potest. atquin diuinum imperium aut 8
semper inmutabile est aut si est mutabile, quod fieri non
potest, semper utique mutabile est. potest ergo Iuppiter regnum
amittere, sicut pater eius amisit? ita plane. nam cum idem 9
neque uirginibus neque maritatis umquam pepercisset, abstinuit
se tamen una Thetide, quod responsum fuit maiorem patre
suo futurum quisquis ex illa natus esset. et primum in- 10
prudentia in eo non dei, cui nisi Themis futura dixisset, ipse
nesciret; si autem diuinus non sit, ne deus quidem sit, unde
ipsa diuinitas nominatur, ut ab homine humanitas; deinde 11
conscientia inbecillitatis, qui timuit utique maiorem. quod qui
facit, scit profecto non esse se maximum, quandoquidem potest

EPITOME 16—38, 1] c. 10, 3 s.
AUCTORES 1 s. regnare — existimat] cf. Horat. c. III 5, 1 s. 6] Verg. Aen. XII 829.

BRSHPV] 1 uersantur *V*¹ 4 Rhea genitum] ope natum *SH* 5 *post* aut *s. l.* credi *B*² ut* *B* 6 ortu⌐m⌐ *B*³ ortum inlicet *(om.* -finita— eorum sci-*)* qui saturno *R* hominum infinita *B* 10 sit postea *PV* 13 potest] potuit *H* 14 *post* inmutabile est *eadem uerba ut uid. eras. P* est aut] est sicuti est aut *B* aut si est mutabile *om. P* 18 sed *SV* una] ut *H* thetidae *R*, ⌐athedide⌐ *H*², thetida *V* marem *P*¹, *corr. P*²? patre* (m *er.), om.* suo *H* 19 et *om. BRSV, s. l. P* **prudentia *B*, inprudentia *(exp. m. 2?) P* 20 cui *om. H* nisi] nihil *PV* the⌐m⌐is *B*², the͂nis *S*, themnes *H* 21 aut *S* 22 ipsa *om. B* 24 profecto scit *SH* ⌐non⌐ *B*² se *om. P*

12 aliquid maius existere. idem per Stygiam paludem sanctissime iurat,

> una superstitio superis quae reddita diuis.

quae ista superstitio est aut a quo reddita? est ergo aliqua potestas maxima quae perierantes deos puniat? quae tanta formido est paludis infernae, si sunt inmortales? quid metuant
13 eam, quam uisuri non sunt nisi quos mori necesse est? quid igitur homines oculos suos in caelum tollant? quid per superos deierent, cum ipsi superi ad inferos reuoluantur ibique habeant quod uenerentur et adorent? illut uero quale est, esse
14 fata quibus dii omnes et ipse Iuppiter pareat? si Parcarum tanta uis est, ut plus possint quam caelestes uniuersi quamque ipse rector ac dominus, cur non illae potius regnare dicantur, quarum legibus et statutis parere omnes deos necessitas cogit? num cui dubium est quin is qui alicui rei obsequitur maximus
15 non sit? nam si sit, non accipiat fata, sed faciat. — nunc ad illud quod omiseram redeo. in una itaque sola fuit continentior, cum eam deperiret, non uirtute aliqua, sed metu
16 successoris. quae formido utique eius est qui sit et mortalis et inbecillus et nihili, quippe qui potuit et tunc cum nasceretur extingui, sicut frater eius ante genitus extinctus est, qui si uiuere potuisset, numquam minori concessisset im-

EPITOME 17—20] c. 10, 3 s.
AUCTORES 3] Verg. Aen. XII 817.

BRSHPV] 1 existere] existere | ideo *(in fine uersus add. m. 2)* nec optimus nec maximus *B* 3 u'a'na *H* semperstitio *P* qu'a'e B^3, qu*e (a *er.) H* *post* reddita *s. l.* ∸ *(i. e.* est*)* $R^{2?}$ 4 'i'sta $R^{2?}$ 5 perierantes *B*, peierantis $R^1SP^1V^{ac}$, -es $R^2P^2V^{pc}$ 6 qui *H*, q͔d͔ (q͔ *ex* q *m. 2) V* metuunt *HPV, probat Hartelius* 7 sint *B* est] sit *SH* 8 tollunt *SH* per *om. S* 9 deierant *SH* deuoluantur *SH* 11 facta S^1P^{ar} 13 ipsi B^1, *corr.* B^2 illa *R*, ille *S* dica'n'tur B^2 14 omnis R^1V^1 15 est] est cui est *S* 16 nam si sit] *om. R*, cum alius sit qui *SH* *ante* non *s. l.* cum R^2 facta $SP^{ar}V$ 17 quo**dıo miseram (mo *er.*, ı *m. al.) R* in] quod in *B* unaṃ *(exp. m. 2) V* 18 eaiṇ *R* deperiret] deperiret amaret *B* 19 utiquae *bis, pr. eras., in altero* a *eras. B*, utique *ex* itaque *V* 20 inbecillis *(tert.* i *ras. ex* u *R) RS* nihil *RH* nunc B^1 *(corr.* B^3*) H*, tum *R* 21 extingue'ret' B^2 22 ⌞numquam minori⌟ V^2

perium. ipse autem furto seruatus furtimque nutritus Ζεύς siue
Ζήν appellatus est, non ut isti putant a feruore caelestis ignis
uel quod uitae sit dator et animantibus inspiret animas, quae
uirtus solius dei est — quam enim possit inspirare animam
qui ipse accepit aliunde? —, sed quod primus ex liberis Sa-
turni maribus uixerit. potuerunt igitur homines alium deum 17
habere rectorem, si Saturnus non fuisset ab uxore delusus. at
enim poetae ista finxerunt. errat quisquis hoc putat. illi enim
de hominibus loquebantur, sed ut eos ornarent quorum me-
moriam laudibus celebrabant, deos esse dixerunt. itaque illa
potius ficta sunt quae tamquam de diis, non illa quae tam-
quam de hominibus sunt locuti: quod clarum fiet exemplo quod
inferemus. Danaen uiolaturus aureos nummos largiter in 18
sinum eius infudit, haec stupri merces fuit. at poetae, qui
quasi de deo loquebantur, ne auctoritatem creditae maiestatis
infringerent, finxerunt ipsum in aureo imbre delapsum eadem
figura qua imbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum
sagittarumque describunt. rapuisse dicitur in aquila Cata- 19
mitum: poeticus color est. sed aut per legionem rapuit cuius
insigne aquila est aut nauis in qua est inpositus tutelam habuit
in aquila figuratam, sicut taurum, cum rapuit et transvexit
Europam. eodem modo conuertisse in bouem traditur Io 20
Inachi filiam, quae ut iram Iunonis effugeret, ut erat iam

EPITOME 7—13] c. 11, 1. 13—18] c. 11, 2. 18—22] c. 11, 3. 22—40, 6] c. 11, 4.

AUCTORES 1—4] cf. Etymol. Magn. s. u. Ζεύς. 17] Enn. ann. 287; Verg. Aen. XII 284. 23 s.] Verg. Aen. VII 790.

EXPILATORES § 18] cf. Augustin. de ciu. dei XVIII 13 (p. 272, 31—273, 4); Isidor. orig. VIII 11, 35.

BRSHPV] 1 zeus siue zen *SH* 3 sit] est *B* inspirat *S* 4 inspirare possit *B* posset *SH* 5 ex *om. H* lib⌜e⌝ris V^2 7 rectorem] regem *H* detusus *R* 8 fi⌜n⌝xerunt V^2 12 de] quae de *B* sint *B* sit *ut uid.* B^1, fit *corr.* B^3 13 danaem *H*, danaan *P* 14 infundit *R* qui *om. S* 15 ne *in mg.* V^2 auctoritate *S* 16 frixerunt *V* in *om. BH* 18 aquila Catamitum] aliqua lacatamitum *V* ⌞aquila⌟ *P* 19 religionem *B* 20 a⌞qui⌟la H^2, aliqua *V* quam *RP* 21 aquilam *BH* taurus *H* 22 in bouem conuertisse *P* ·io· *in spatio 8 fere litterarum* B^2, yo *S*, ino *H*

saetis obsita, iam bos, tranasse dicitur mare in Aegyptum-
que uenisse atque ibi recepta pristina specie dea facta quae
21 nunc Isis uocatur. quo igitur argumento probari potest nec
Europam in tauro sedisse nec Io bouem factam? quod certus
dies habetur in fastis quo Isidis nauigium celebratur: quae
22 res docet non tranasse illam, sed nauigasse. igitur qui sa-
pere sibi uidentur, quia intellegunt uiuum terrenumque corpus
in caelo esse non posse, totam Ganymedeam fabulam pro falso
repudiant nec sentiunt in terra id esse factum, quia res ac
23 libido ipsa terrena est. non ergo res ipsas gestas finxerunt
poetae, quod si facerent, essent uanissimi, sed rebus gestis
addiderunt quendam colorem. non enim obtrectantes illa dice-
24 bant, sed ornare cupientes. hinc homines decipiuntur, maxime
quod dum haec omnia ficta esse a poetis arbitrantur, colunt
quod ignorant. nesciunt enim qui sit poeticae licentiae modus,
quousque progredi fingendo liceat, cum officium poetae in eo
sit, ut ea quae uere gesta sunt in alias species obliquis figura-
25 tionibus cum decore aliquo conuersa traducat. totum autem
quod referas fingere, id est ineptum esse et mendacem potius
26 quam poetam. sed finxerint ista quae fabulosa creduntur:
num etiam illa quae de diis feminis deorumque conubiis dicta
sunt? cur igitur sic figurantur, sic coluntur? nisi forte non
tantum poetae, sed pictores etiam fictoresque imaginum men-
27 tiuntur. si enim hic est Iuppiter qui a uobis dicitur deus,
si non is est qui ex Saturno et Ope natus est, non oportuit

EPITOME 10—41, 12] 12, 1. 3.
EXPILATORES 16—18] Isidor. orig. VIII 7, 10.

BRSHPV] 1 iam *om. H* trn̈asse *(s. l.* ns *exters., quod add. m. 2) B*, transnatasse *SH*, transnasse *P*, trasnasse *V* 4 Io *om.* B^1 *(post* factam *s. l.* B^2*) RH*, yo *S* 5 habeatur *SH* ysidis *S*, sidiis *V* 6 transnatasse *RSH* nauigisse B^1, *corr.* B^2 7 qui⌜a⌝ B^3 terrenum *R* uiuum *in* unum *corr.* H^2 8 esse] es *H* 9 ṇet *ex* nec S^2 10 gestas *om. P* 14 dum *om. R* 15 qui] quid *P* 17 alia specie *H* 18 traducant $HP^{ar}V$ 19 referunt *ras. et s. l. ex* referas B^3 20 pōētam *(in mg. add. m. 3)* sē̄d *(⁼ m. 3) B* finxerunt *(*finxer̃ *S)* SP^{ar} 21 de *om. H* femininis $P^{ar}V$ 23 sed] si et *ex* si ut ? S^2 etiam fictoresque *om.* B^1, etiamq. *s. l. add.* B^2 24 nobis *RPV* 25 qui ex—natus est *in mg.* V^2

nisi solius simulacrum in templis omnibus conlocari. quid 28
sibi mulierum effigies uolunt? quid sexus infirmus? in quem
si cecidit hic Iuppiter, cum uero ipsi lapides hominem fatebuntur. mentitos esse poetas aiunt et his tamen credunt: 29
immo uero non esse mentitos re ipsa probant. ita enim deorum simulacra confingunt, ut ex ipsa diuersitate sexus appareat uera esse quae dicunt poetae. nam quod aliud argumentum habet imago Catamiti et effigies aquilae, cum ante pedes Iouis ponuntur in templis et cum ipso pariter adorantur, nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria maneat in aeternum? nihil 30
igitur a poetis in totum fictum est, aliquid fortasse traductum et obliqua figuratione obscuratum, quo ueritas inuoluta tegeretur, sicut illut de sortitione regnorum. aiunt enim Ioui caelum optigisse, Neptuno mare, inferna Plutoni. cur non terra potius in sortem tertiam uenit? nisi quod in terra gesta res est.
ergo illud in uero est, quod regnum orbis ita partiti sortitique 31
sunt, ut orientis imperium Ioui cederet, Plutoni, cui cognomen Agesilao fuit, pars occidentis optingeret, eo quod plaga orientis, ex qua lux mortalibus datur, superior, occidentis autem inferior esse uideatur. sic ueritatem mendacio uelarunt, ut ueritas ipsa persuasioni publicae nihil derogaret. de Neptuni 32
sorte manifestum est: cuius regnum tale fuisse dicimus, quale Marci Antoni fuit infinitum illud imperium, cui totius orae maritimae potestatem senatus decreuerat, ut praedones persequeretur ac mare omne pacaret. sic Neptuno maritima omnia

EPITOME 13—42, 1] c. 12, 2.
AUCTORES 23 Marci—imperium] Cic. Verr. II 3, 8.

BRSHPV] 1 solus *S* 2 quid] quia *R* *post* sexus *s. l.* ÷ *(i. e.* est*)* *R*[2] 3 si[c] *P*[2?] hic *om.* *BP*[1], *s. l.* *P*[2?] 4 iis *R*[1], *fort. recte, corr.* *R*[2] 6 appareant *B* 8 catamiti et *P*, catamitis · in *V* 9 adoramus *S* 10 nihil, *in mg.* non *P* 11 in *om.* *RP* est fictum *P* 12 in uoluntate tegeretur *H* 13 sic *S* sortitione *(exp. m. 2)* *S*, sortione *H* 14 **terra *(ce ? er.)* *B* potius terra *P* 15 tertia *H* gesta *om.* *P*[1] *(in mg. add.* *P*[2?]*)* *V* 16 partitis ortique *S* 18 hagesilao *(-syl- S)* *RSHPV* 19 quo *B*[1], *corr.* *B*[2] *post* superior *s. l.* sit *B*[3] 21 persuasione *P* nihil *om.* *B* 22 manifactum *H* fuit *P* quale Marci] quale *P*, qualẽ *V* 23 Antoni *B*[1]*H*, antonii *B*[3]*SPV*, antonini *R* 25 placaret *H* omnia maritima *SH*

33 cum insulis obuenerunt. quomodo id probari potest? nimirum
ueteres historiae docent. antiquus auctor Euhemerus, qui fuit
ex ciuitate Messene, res gestas Iouis et ceterorum qui dii pu-
tantur collegit historiamque contexuit ex titulis et inscriptionibus
sacris quae in antiquissimis templis habebantur maximeque in
fano Iouis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab
ipso Ioue titulus indicabat, in qua columna sua gesta perscripsit,
34 ut monumentum posteris esset rerum suarum. hanc historiam
et interpretatus est Ennius et secutus. cuius haec uerba sunt:
ubi Iuppiter Neptuno imperium dat maris et insulis
omnibus et quae secundum mare loca essent omnibus
regnaret. uera sunt ergo quae locuntur poetae, sed optentu
35 aliquo specieque uelata. potest et mons Olympus figuram
poetis dedisse, ut Iouem dicerent caeli regnum esse sortitum,
quod Olympus ambiguum nomen est et montis et caeli. in
Olympo autem Iouem habitasse docet eadem historia, quae
dicit: ea tempestate Iuppiter in monte Olympo ma-
ximam partem uitae colebat et eo ad eum in ius uenie-
bant, si quae res in controuersia erant. item si quis
quid noui inuenerat quod ad uitam humanam utile
36 esset, eo ueniebant atque Ioui ostendebant. multa in

EPITOME 1—9] c. 13, 1—3. 12—16] c. 12, 2. 21—43, 5] c. 12, 3.
AUCTORES 8 hanc — secutus] Cic. de nat. deor. I 42, 119. 10] Euhem. frg. VIII. 17] frg. IX.

BRSHPV] 2 antiqus B^1, *corr.* B^3 3 messena *B*, messenẹ (ne *s. l. add.* $H^{1?}$) *HV* 4 historiaque *B* ex] et *P* inscribtionibus *BV*, *sic saepe* b *pro* p *in participio uerbi* scribere *et deriuatis B*, *raro cett.*; scriptionibus *H* 5 habe⌜b⌝antur P^2 6 triphyli* (i *er.*) *B*, triphilii (-li *H*) *SH*, trifylli* (i *er.*) *P*, *in mg.* phy $P^{2?}$ a⌜u⌝ream P^2 8 mo⌜nu⌝mentum B^2, mon$\overset{i}{u}$mentum (*corr.* R^2) *RH* poteris *V* ⌜hi⌝storiam V^2 9 hennius *H*, *sic saepe codd. excepto B* cui *S* uerba haec *SH* 10 ibi B^1 (*corr.* B^2) *S edd.* mare** (*ex* marisi *ut uid.*) B^2 et] hoc est ut *SH*, ut *edd.*; *an* et ut ? ut et *Thilo* in insulis *edd.* 11 omnibus et] et locis *SH* loca *om. H* 12 regnarent *SV*, regnare *Hartelius* loquuntur *RP* optentu] optent ut *H* 13 et *om.* P^1 (*s. l. add.* P^2) *V* 15 olyppus *S* exiguum *V* 18 et *om. S* ⌜eo⌝ B^3 in ius] unius B^{ar} (*pr.* u *ras. in* i *corr.*) *H* uenibant *B* 19 ⌜res⌝ B^3 ⌜quis⌝ B^3 20 inuenerant *B* 21 eo ueniebant] conueniebant *R* ostendebat *H*

hunc modum poetae transferunt, non ut in deos mentiantur,
quos colunt, sed ut figuris uersicoloribus uenustatem ac leporem
carminibus suis addant. qui autem non intellegunt quomodo
aut quare quidque figuretur, poetas uelut mendaces et sacri-
legos insecuntur. hoc errore decepti etiam philosophi, quod 37
ea quae de Ioue feruntur minime conuenire in deum uide-
bantur, duos Ioues fecerunt, unum naturalem alterum fabu-
losum. uiderunt ex parte quod erat uerum, eum scilicet de 38
quo poetae loquantur hominem fuisse, in illo autem naturali
Ioue uulgari consuetudine religionis inducti errauerunt, quod
in deum nomen hominis transtulerunt, qui ut supra diximus
quia solus est, non indiget nomine. Iouem autem illum esse
qui sit ex Ope Saturnoque natus, negari non potest. uana 39
igitur persuasio est eorum qui nomen Iouis summo deo tri-
buunt. solent enim quidam errores suos hac excusatione de-
fendere: qui conuicti de uno deo cum id negare non possunt,
ipsum se colere adfirmant, uerum hoc sibi placere ut Iuppiter
nominetur. quo quid absurdius? Iuppiter enim sine contubernio
coniugis filiaeque coli non solet. unde qui sit apparet, nec fas
est id nomen eo transferri ubi nec Minerua est ulla nec Iuno.
quid quod huius nominis proprietas non diuinam uim exprimit, 40
sed humanam? Iouem enim Iunonemque a iuuando esse
dictos Cicero interpretatur et Iuppiter quasi iuuans pater
dicitur: quod nomen in deum minime congruit, quia iuuare ho-
minis est opis aliquid conferentis in eum qui sit alienus, et exigui

11 supra] c. 6, 4 s.
AUCTORES 22 s.] de nat. deor. II 25, 64; 26, 66.

BRSHPV] 1 metiantur *V* 2 uariisque coloribus *SH*, uersi//////coloribus *(3—4 litt. er.) P* uetustatem *R* leporem] decorem *R* 4 quicque *B*[1], *corr.* *B*[3] figuretur] fingatur *BRSH* 5 insequuntur *PV* quod] qui *H* 6 uidebant *H* 7 fuerunt *B*[1], fie(n)runt *sic* *B*[2], fe**runt (ce *er.)* *P* naturale *S* *ante* alterum *add.* et *P*[2] 8 *post* quod *eras.* ċuṁ *uel* ėuṁ *B* uersus *S* 9 loquuntur *P* 11 nominis *B*[1], nomen** *B*[2] qui] quid *H* 12 ⸢est⸣ *P*[2] 18 qui quod *PV* 20 ulla est *B* 21 qui *R* 22 humana *S* a*iuuando *(d er.) BRH*, adiuuando *S* 23 qua⸢si⸣ *B*[3] 24 quia] qui *H* adiuuare *H* 25 ⸢et⸣ *B*[3] exiguo *S*

41 beneficii. nemo sic deum precatur, ut se adiuuet, sed ut seruet,
ut uitam salutemque tribuat: quod multo plus ac maius est quam
iuuare. et quoniam de patre loquimur, nullus pater dicitur filios
iuuare, cum eos generat aut educat. illud enim leuius est quam ut
42 eo uerbo magnitudo paterni beneficii exprimatur. quanto id
magis inconueniens est deo, qui uerus pater est, per quem
sumus et cuius toti sumus, a quo fingimur animamur inlumi-
namur, qui nobis uitam inpertit, salutem tribuit, uictum multi-
43 plicem sumministrat. non intellegit beneficia diuina qui se
tantummodo iuuari a deo putat. ergo non inperitus modo, sed
etiam inpius est qui nomine Iouis uirtutem summae potestatis
44 imminuit. quare si Iouem et ex rebus gestis et ex moribus
hominem fuisse in terraque regnasse deprehendimus, superest
45 ut mortem quoque eius inuestigemus. Ennius in Sacra His-
toria descriptis omnibus quae in uita sua gessit ad ultimum
sic ait: deinde Iuppiter postquam quinquies terras
circuiuit omnibusque amicis atque cognatis suis im-
peria diuisit reliquitque hominibus leges mores fru-
mentaque parauit multaque alia bona fecit, inmortali
gloria memoriaque adfectus sempiterna monumenta
46 sui reliquit. aetate pessum acta in Creta uitam
commutauit et ad deos abiit eumque Curetes filii sui
curauerunt decoraueruntque eum; et sepulchrum eius

EPITOME 12 s.] c. 13, 5. 14—45, 4] c. 13, 4.
AUCTORES 16] frg. XII.

BRSHPV] 1 depraecatur B^1 *(pr.* a *del.* B^3*)*, deprecatur *H* ad-iubet B^{ac}, *corr. m. 1 ?* ut *(ante* seruet*) s. l.* P^2 2 ut *om. S* 5 benificii *H*, ⸢bene⸣ficii P^2 6 est inconueniens *R* conueniens *H* 8 multiplicet *S* 9 sumministrat *B*, subm- *cett.* 10 a deo adiuuari *B*, a deo iuuari *SH* ⸢a⸣ V^2 11 nomen R^1 12 *pr.* et *om.* BSV^1 13 deprendimus *R* 14 quo*que *(*d *er.) H, sic saepe* Historia] historia loquitur *H* 16 po**stquam *(*te *er.) B* terram *B* 17 circũibit *S* omnibus *SH* atque] et *B* 18 diuidit R^1SH reliquit *H* et mores *LMuellerus* 19 et inmortali *LMuellerus apodosin ab* aetate *(21) inc.* 20 glori⸢os⸣aque *(*os *m. 2)* memoria *R* adiectus *V* monụmenta (i supra) *(corr. m. 2) R*, monimenta *P* 21 sui *LMuellerus*, suis *C* pessum⸢e⸣ B^2, fessụm (a supra) *(corr. m. 2) R* actam *R* 22 fili⸢i⸣ B^3 23 decorauerunt qui R^1, decorauerunt⸢q.⸣ *V* cum R^1, ⟨ut d⟩eum *Hartelius* sepulcrum *B*, sepulchrum *cett. (nisi quod* sepurchro *P); uariant fere semper codd. cf. pag. 45, 2. 11. 13*

est in Creta in oppido Gnosso et dicitur Vesta hanc urbem creauisse; inque sepulchro eius est inscriptum antiquis litteris Graecis ZAN KPONOY id est Latine Iuppiter Saturni. hoc certe non poetae tradunt, sed anti- 47
quarum rerum scriptores. quae adeo uera sunt, ut ea Sibyllinis uersibus confirmentur, qui sunt tales:

δαίμονας ἀψύχους, νεκύων εἴδωλα καμόντων,
ὧν Κρήτη καύχημα τάφους ἡ δύσμορος ἕξει.

Cicero de deorum natura cum tres Ioues a theologis enu- 48
merari diceret, ait tertium fuisse Cretensem Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur.
quomodo igitur potest alibi deus esse uiuus alibi mortuus, 49
alibi habere templum alibi sepulchrum? sciant ergo Romani Capitolium suum id est summum caput religionum publicarum nihil esse aliud quam inane monumentum.

Veniamus nunc ad eius patrem, qui ante regnauit et qui 50
fortasse plus habeat in se, quod ex coitu tantorum elementorum genitus esse dicatur. uideamus quid in eo fuerit deo dignum, in primis illud quod aureum saeculum narratur habuisse, quod iustitia sub eo fuerit in terra. teneo aliquid in 51
hoc, quod in eius filio non fuit. quid enim tam conueniens

EPITOME 16—46, 15] c. 14, 1 s. Saturnus—respuit.
AUCTORES 7 s.] VIII 47 s. 9] III 21, 53.

BRSHPV] 1 gnosso *R*, c'n'osso *B*², nosso *S*, gnoso *H*, cnosso *PV* 2 urbe *V* creauis'se' *H*, cre'a'uisse *P* in quo *R*, inquę *S*, in qua *H* sepulchrúm *H* 'in'scribtum *B*², in's'criptum *R*² 3 ZЄYCKIONOY *R* ZAN KPONOY—saturni, *sed om.* latine, *in ras.* *H*² latin*e *(à er.)* *B* 5 uersa *R* ea] a *S* 6 continentur *R*, confirmantur *S* qui sunt] quis *S* 7 ΔΑΙΜΩΝΑC *S* νεκύων *om.* *P*; νεκρῶν *codd. Sibyll.* ЄΤΔΩΛΛ *B*, ΙΔΩΛΑ *V* ΚΑΜΩΝΤΟΝ *B*, ΚΑΜΟΝΤΩΜ *R*, ΚΑΜÓΝΤΦΩΝ *S* daemonas. erichusido lacamonton *H* 8 ΚΡΗΤΝ *R*, ΚΡЄΤΗ *P* ΚΥΧΗΜΑ *B* τάφους ἡ] ΤΑΦΟΥCЄΗ *B*, ΦΥCΗ *P* ЄΞЄ *S* oncreta, thautemata fesidis moro sexi *H* *interpretat. lat. in mg. add. m. post.* *R*, *communem habent SP cf. Struuium opusc. I 55* 9 natura deorum *edd.* 10 terrentium *V*¹ 11 insula illa *B* 12 potest *om.* *B*¹, *post* deus *s. l. add.* *B*³ 13 sepulcrum *P* 14 religiŏnum *(˜ er.)* *B*, re'li'gionum *V*² 15 inane* (m *er.)* *B* 17 habebat *PV edd.* ex] in *S*¹ 19 illud *om.* *S* 21 quod] quo *H*

52 deo quam iustum regimen ac pium saeculum? sed cum
eadem ratione natum esse cogito, non possum putare deum
summum quo uideam esse aliquid antiquius, caelum scilicet
atque terram. at ego deum quaero ultra quem nihil sit omnino,
qui fons et origo sit rerum: hic sit necesse est qui caelum
53 ipsum condidit terramque fundauit. Saturnus autem si ex
his natus est ut putatur, quemadmodum potest deus esse
principalis qui aliis ortum suum debet aut quis praefuit mundo,
54 priusquam Saturnus gigneretur? sed hoc poeticum est ut
dicebam paulo ante figmentum. nec enim fieri poterat ut elementa
insensibilia tantoque interuallo separata in unum coirent
ac filium procrearent aut is qui natus esset non potissimum
genitoribus similis existeret, sed eam formam gereret quam
55 parentes sui non habebant. quaeramus ergo quid ueritatis
sub hac figura lateat. Minucius Felix in eo libro qui Octauius
inscribitur sic argumentatus est: Saturnum, cum fugatus
esset a filio in Italiamque uenisset, Caeli filium dictum,
quod soleamus eos quorum uirtutem miremur
aut eos qui repentino aduenerint, de caelo cecidisse
dicere, Terrae autem, quod ignotis parentibus natos
56 terrae filios nominemus. sunt haec quidem similia ueri,
non tamen uera, quia constat etiam tum cum regnaret ita esse
57 habitum. potuit sic argumentari, Saturnum, cum potentissimus
rex esset, ad retinendam parentum suorum memoriam nomina
eorum caelo terraeque indidisse, cum haec prius aliis uocabulis
appellarentur: qua ratione et montibus et fluminibus nomina
58 scimus inposita. neque enim cum dicunt poetae de progenie

AUCTORES § 55] c. 21, 5—7.

B(—18)RSHPV] 1 reginum *B* pius *V* seclum *S* 2 concito *V* 3 quod $B^{ar}RP^{ar}V$ 4 terra *S* ultra] ultro ultra *SH* q⌜uẽ⌝ $P^{2?}$ sit] est *(add. m. 2)* | ////// *P* 7 putetur V^1 esse deus *P* 8 debeat B^1, a *del.* B^2 a⌜u⌝t B^3 10 '''elementa *(a s. l. er.) B, sic saepius* 11 tanto⌜que⌝ B^3 separata (i superscr.) *(corr. m. 2) B* 12 his *RSH* 14 uerita⌜ti⌝s H^2 15 sub] *3 hastae eras. et* sub *s. l. P,* ut *V* Octauius] hoc fauius *R,* octauus *P* 16 est *s. l. P, om. V* 17 ⌜dictum⌝ B^3 18 *post* quod so|| *(fol. 12) 8 folia exciderunt in B, sequitur* tendam uirtutem esse *c. 18, 2. 3* 19 aut] ad *PV* 22 consistat *R* tunc *P* ita esse — saturnum *del. R* 23 potius si *R* saturnus *SH*

Atlantis aut Inachi fluminis, id potissimum dicunt, homines ex
rebus sensu carentibus potuisse generari, sed eos utique signi-
ficant qui nati sunt ex iis hominibus qui uel uiui uel mortui
nomina montibus aut fluminibus indiderunt. nam id apud 59
ueteres maximeque Graecos fuit usitatum. sic maria eorum
traxisse nomen accipimus qui deciderant in ea, ut Aegaeum
Icarium Hellespontum, et in Latio Auentinus uocabulum monti
dedit in quo sepultus est, Tiberinus uel Thybris amni quo
mersus est. non ergo mirandum si nomina eorum caelo 60
terraeque attributa essent, qui reges genuerant potentissimos.
apparet ergo non ex caelo esse natum, quod fieri non potest, 61
sed ex eo homine cui nomen Urano fuit. quod esse uerum
Trismegistus auctor est, qui cum diceret admodum paucos
extitisse in quibus esset perfecta doctrina, in his
Uranum Saturnum Mercurium nominauit cognatos suos.
haec ille quia ignorauit, alio traduxit historiam: qui quomodo 62
argumentari potuerit, ostendi. nunc dicam quomodo, ubi, a
quo sit hoc factum: non enim Saturnus hoc, sed Iuppiter fecit.
in Sacra Historia sic Ennius tradit: deinde Pan eum de- 63
ducit in montem, qui uocatur Caeli stela. postquam
eo ascendit, contemplatus est late terras ibique in eo
monte aram creat Caelo primusque in ea ara Iuppiter
sacrificauit. in eo loco suspexit in caelum quod nunc

EPITOME 11—15] c. 14, 3 s.

AUCTORES 13—15] cf. Poemand. c. 10, 5 (p. 69, 17—70, 3 Parth.). 19] frg. VII.

RSHPV] 1 athlantis *(h s. l. R) RHPV* 3 sint *R* iis *edd.*, his *C* 6 nomina *S* accepi inis *S*, accepimus *H* qui *om. H* deciderĩ *S* 7 micharĩum H^2 et hellespontum *H* 8 in quo] nouo R^1 tybris *SHP* 9 ergo] enim *SH* 10 genuerĩ *S* 11 natum esse *P* 12 uraño *ex* urañ V^2 ⌊fuit⌋ V^2 14 iis R^1 15 nominauit] enumerauit *Epit. 14, 3, ubi* numerauit *Dauisius* 16 traxit *H* qui] quia *H* 17 ostendit *S*, ostendi* *(t er.) H* dicamus *S* 18 hoc *om. R* 19 tradidit *H* Pan eum] pauenium *R* pane udeducit *H* 20 uocabitur (a s. l.) *(corr. m. 2) R* stela *Ciaconius*, stella *C* 21 escendit R^1 *(s. l. corr. R^2) V* terram sibique *SH* 22 *malim* creauit 23—48, 5] *Lactantius haec quin scripserit, non dubitandum; 'Ennius' quid scripserit, uarie constituunt Ciaconius et Vahlenus; mihi cum LMuellero nihil eiciendum uidetur nisi* idque Iuppiter — nominauit in *(ante* eo*) om. H*

nos nominamus, eique quod supra mundum erat, quod aether uocabatur, de sui aui nomine caelum nomen indidit idque Iuppiter quod aether uocatur placans primus caelum nominauit eamque hostiam quam ibi sacrifiauit, totam adoleuit. nec hic tantum sacrificasse Iup-
64 piter inuenitur. Caesar quoque in Arato refert Aglaosthenen dicere, Iouem cum ex insula Naxo aduersus Titanas proficisceretur et sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspicium aduolasse, quam uictor bono
65 omine acceptam tutelae suae subiugarit. Sacra uero Historia etiam ante consedisse illi aquilam in capite atque ei regnum portendisse testatur. cui ergo sacrificare Iuppiter potuit nisi Caelo auo, quem dicit Euhemerus in Oceania mortuum et in oppido Aulacia sepultum?
1 12. Quoniam reuelauimus mysteria poetarum ac Saturni parentes inuenimus, ad uirtutes eius et facta redeamus. iustus in
2 regno fuit. primum ex hoc ipso iam deus non est, quod fuit; deinde, quod ne iustus quidem fuit, sed impius non modo in filios, quos necauit, uerum etiam in patrem, cuius dicitur ab-
3 scidisse genitalia, quod forsitan uere acciderit. sed homines respectu elementi quod dicitur caelum totam fabulam explodunt tamquam ineptissime fictam, quam tamen Stoici ut solent ad rationem physicam conantur traducere. quorum sen-
4 tentiam Cicero de natura deorum disserens posuit. caelestem

AUCTORES 6] Schol. German. ad uerss. 318—320, p. 91, 19 Breysig. 10] frg. II. 24] II 24, 64.
EXPILATORES 19. 22 s.] cf. Isidor. orig. VIII 11, 32. 29.

RSHPV] 1 eique *scripsi*, idque *C* 2 uocatur *R*, *post* uocabatur *hoc* p̃cans *del. S* ⟨cui⟩ de *LMuellerus* caelo *PV* 3 uocabatur *P* ⌊precans⌋ *P* 4 primum *H*, ⌊primus⌋ *P* ///⌊e⌋amque *(3 hastae ante* e *er.) P*, terraque *V* 5 sacrauit *edd.* tota *H* his V^1, *in ras. corr.* V^2 6 aglaosthenem *R*, aglaosthennen *S*, aglasthenen *H*, aglaostheenen *P* 7 ex] et R^1, *s. l.* in R^2 tytanas *S*, tithanas *H* 10 homine $R^{ar}H^{ar}SV$, *omine* *P* subiugaret *R* 11 ⌈etiam⌉ P^2 aquila *H* 12 ei *om. H* 13 euo *S* 14 occeania *S*, oceani *H* aut lacia *R*, aulatia *S* 15 parentis P^1, *corr.* P^2 18 denique *V* 19 negauit H^1 abstulisse *H* 23 uolent *H* ratione *V* conatur *H* 24 caeleste *S*

inquit altissimam aetheriamque naturam id est igneam,
quae per sese omnia gigneret, uacare uoluerunt ea
parte corporis, quae coniunctione alterius egeret ad
procreandum. quae ratio in Vestam potuit conuenire, si mas
diceretur. idcirco enim uirginem putant Vestam, quia ignis 5
inuiolabile sit elementum nihilque nasci possit ex eo, quippe
qui omnia quae arripuerit absumat. Ouidius in Fastis: 6

nec tu aliud Vestam quam uiuam intellege flammam
　　nataque de flamma corpora nulla uides.
iure igitur uirgo est, quae semina nulla remittit
　　nec capit, et comites uirginitatis amat.

Vulcano quoque id potuit adscribi, ⟨qui⟩ quidem putatur ignis, 7
et tamen eum poetae non absciderunt. potuit et Soli, in quo
est natura et causa gignentium. nam sine Solis igneo calore
neque nasci quicquam neque augeri potest, ut nulli alii elemento minus opus sit genitalibus quam calori, cuius fotu concipiuntur nascuntur sustentantur omnia. postremo etiamsi 8
ita sit ut uolunt, qui magis abscisum esse Caelum putemus
quam omnino sine genitalibus natum? nam si per se gignit,
non indigebat utique genitalibus, cum Saturnum ipsum procrearet: si uero habuit et a filio abscisa sunt, ortus rerum et
natura omnis interisset. quid quod ipsi Saturno non diuinum 9
modo sensum, sed humanum quoque adimunt, cum adfirmant
eum esse Saturnum, qui cursum et conuersionem spatiorum ac temporum continet eumque Graece id ipsum

AUCTORES 7 ss.] VI 291 ss. 24] de nat. deor. II 25, 64.
EXPILATORES § 5 s.] ibid. § 67 s. § 9] cf. ibid. § 30 s.

RSHPV] 1 altissimi amaetheriamque P^{ar} *(tert.* i *er.)* *V* natura͂ P^2 igneamq:ue R^2 2 uocare *H*, cacare P^1, *corr.* P^2 3 quae *R* egeat *H* 4 posuit P^1, *corr.* P^2 masculus *P* 5 diceret *S* 9 corpore *H* nulla *om.* *S* 10 iura *H* 12 qui quidem *edd.*, quidem *C*, *nisi quod* equidem R^2 14 colore *H* 16 minus *Volkmannus, epist. gratul. p. 6;* magis *C* colori *PH* foetu *S* fotu concipiuntur V^2 17 sustentatur *H* 18 abscissum *R* putem *V* 20 indiget *S* genitalibus] genitalibus cum saturnalibus *R* 21 abscissa *R* 23 modum *H* quodque *H* saturnum *post* adimunt *R* 25 temporis *R* contineret *Cic.* eumque — habere] qui deus graece id ipsum nomen habet *Cic.*

nomen habere? Κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος id est spatium temporis, Saturnus autem est appellatus, quod saturetur annis. haec Ciceronis uerba sunt exponentis sententiam Stoicorum; quae quam uana sit, cuiuis intellegere promptissimum est. si enim Saturnus Caeli est filius, quomodo potuit aut tempus e Caelo gigni aut Caelum a tempore abscidi aut postea tempus imperio spoliari a filio Ioue? aut quomodo Iuppiter natus ex tempore est? aut quibus annis saturari possit aeternitas, cui nullus est finis?

1 13. Si ergo uanae sunt istae rationes philosophorum, quid superest nisi ut uere factum esse credamus, id est hominem ab homine abscisum? nisi forte aliquis existimat deum fuisse qui timuit coheredem, cum si quid diuinitatis habuisset, non patris genitalia debuerit amputare, sed propria, ne Iuppiter
2 nasceretur, qui eum regni possessione priuauit. idem sororem suam Rheam quam latine Opem dicimus cum haberet uxorem, responso uetitus esse dicitur mares liberos educare, quod futurum esset ut a filio pelleretur. quam rem metuens natos sibi filios non utique deuorabat ut ferunt fabulae, sed necabat, quamquam scriptum sit in Historia Sacra Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem solitos esitare: uerum primum Iouem leges hominibus moresque condentem edicto prohibuisse, ne liceret eo cibo uesci.
3 quod si uerum est, quae potest in eo fuisse iustitia? sed fictum sane putemus Saturnum filios deuorasse, modo cum aliqua ratione: num idcirco, quod ait uulgus comedisse filios suos eum qui extulerit sepulturaeque mandauerit? Ops autem

AUCTORES 20] frg. X.

RSHPV] 1 ⸢nomen⸣ V^2 Chronos *SH* quid *V* 2 chronos *SH*, ΚΡΟΝΟC *PV* 3 saturetur *C, nisi quod* saturetur∗ *P*, saturaretur *codd. Cic.* 5 cuius R^1P^1 *(corr.* R^2P^2*)* *HV* 7 absci∗di *(*n *er.)* *R* 9 *ad* possit *in mg.* potest P^2 11 hominem] homine *H* 15 priuabit $P^{ac}V$ idem] id est *R*, item dum *H* 17 dicatur *H* 18 apelleretur *P* 19 referunt *R* 21 humana carne *S* essitare *m. 1, s. l.* ł esse *m. post., in mg.* idẽ˙ comedere *m. tert. R*, esse essitare *S*, uescitare *H*, ∗esitare *(3 hastae er. P,* h *er. V)* *PV* 23 con////dentem *(2—3 litt. er.)* *H* proh⸢ib⸣uisse R^2 27 opis *H*, opẹ̄s *P*, opes *V*

cum Iouem peperisset, subtraxit infantem eumque nutriendum
furtim misit in Cretam. rursus inprudentiam reprehendam 4
necesse est. cur enim responsum ab alio potius accepit? cur in
caelo constitutus in terra non uidebat? cur eum Corybantes 5
cymbalis fefellerunt? postremo cur extitit uis aliqua maior
quae illius uinceret potestatem? nimirum senex a iuuene fa-
cile uictus est ac spoliatus imperio. fugit igitur expulsus et 6
in Italiam nauigio uenit, cum errasset diu, sicut Ouidius in
Fastorum libris refert:

causa ratis superest. Tuscum rate uenit ad amnem
ante pererrato falcifer orbe deus.

hunc errantem atque inopem Ianus excepit: cuius rei argu- 7
menta sunt nummi ueteres, in quibus est cum duplici fronte
Ianus et in altera parte nauis, sicut idem poeta subiecit:

at bona posteritas puppem formauit in aere
hospitis aduentum testificata dei.

omnes ergo non tantum poetae, sed historiarum quoque ac 8
rerum antiquarum scriptores hominem fuisse consentiunt, qui
res eius in Italia gestas memoriae prodiderunt, Graeci Dio-
dorus et Thallus, Latini Nepos et Cassius et Varro. nam 9
cum agresti quodam more in Italia uiueretur,

is genus indocile ac dispersum montibus altis
composuit legesque dedit Latiumque uocari
maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

AUCTORES 10 s.] I 233 s. 15 s.] I 239 s. 17—21] Minuc. Fel. c. 21, 4. 19 Diodorus] V 66. 22 ss.] Verg. Aen. VIII 321 ss.

RSHPV] 2 ru⌜r⌝sus *R*², rursum *PV* inprudentiam *om. P* reprae-hendenda est, *sed* est *del. S* 3 potius reponsum *(sic)* ab alio *P* 4 in terram *R*, quae gerebantur in terra *edd.* 5 cum *P* 6 iuuentute *V* 8 nauigi⌜o⌝ *P*, nauigi *V* 9 fatorum *H* 10 causa∗ (s *er.) P* sup ẹstus cum *S* ad amnem ante perer- *om. H*¹, *in mg. add. H*² amneum *R* 12 inope *H* cui *H* argumento *SH* 14 subuexit *S* 16 aduent⌊ũ⌋ *V*² 17 omnis *P*¹, *corr. P*² 18 hominem *om. S* 19 gesta *V* tradiderunt *H* 22 his *S*, ∗is (h *er.) H* 24 is *H* horis *H*

10 censetne aliquis deum esse qui pulsus est, qui fugit, qui latuit? nemo tam stultus est. qui enim fugit aut latet, et uim et 11 mortem timeat necesse est. Orpheus, qui a temporibus eius fuit recentior, aperte Saturnum in terra et apud homines regnasse commemorat:

πρώτιστος μὲν ἄναξεν ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν·
ἐκ δὲ Κρόνου γένετ' αὐτὸς ἄναξ μέγας εὐρυόπα Ζεύς.

12 item noster Maro:

aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.

et alio loco:

aurea quae perhibent illo sub rege fuere
saecula: sic placida populos in pace regebat.

13 neque superius dixit in caelo egisse uitam neque inferius superos in pace rexisse. unde apparet illum regem fuisse terrenum: quod alibi apertius declarat:

aurea condet
saecula qui rursus Latio regnata per arua
Saturno quondam.

14 Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnasse Saturnum, sed Uranum patrem. initio inquit primus in terris imperium summum Caelus habuit. is id regnum una

EPITOME 19—53, 1] c. 14, 4.

AUCTORES 6 s.] frg. 243 Abel; frg. XLVII Herm.; cf. Lobeckii Aglaopham. I 510. 9] Georg. II 538. 11 s.] Aen. VIII 324 s. 16 s.] Aen. VI 793 s. 20] frg. I.

RSHPV] 1 conseat *H* fugiit *H* 2 aut] ut *S* latet et *om. H* et] aut *H* 3 qui a *uel* quia *C* 4 aperte] ea parte *H* 6 *graeca om. R, in mg. interpretat. lat. add. m. rec.* ΠΡΟΤΟϹΤΙϹ *P*, ΠΡΟΤΙϹΤΟϹ *V* ΜΗΝ *P* ΑΝΑΞЄ͂Ν *V* ЄΠΙΚΤΟΝΙΟΝ *P*, ЄΠΙΧΘΟΝΙΟΝ *V* ΑΝΔΡΟΝ *P* Protiston menanar cenepis tonionchro nos andron *H* 7 ἐκ δὲ] ΚΑΙ *S* δὲ *om. P* ΚΡΟΝΟΙ *PV* ΓЄΝЄΤΑΤΟϹ *S*, ΓΗΝЄΤΑΙΤΟϹ *P* ΜΗΓΑϹ *P* ЄΥΡΟΠΑ *S*, ЄΥΡΙΟΠΑ *P* ΖЄΙϹ *V* ecdechro nugenete aut cesarax megas europazeus *H* *interpretationes lat. diuersae in S et P cf. Struuium opusc. I 131* 8 Maro noster *edd.* 11 aurea quae] aureaque ut *S* 14 rexisse] regebat *S ex 12, tum uerba* neque superius — rexisse *repetita* illum *om. S* 19 eumero *H*, euhemero *P*, euemero *V* 21 caelius *H* his *S* id] in *S*, in *H*[2]

cum fratribus suis sibi instituit atque parauit. non 15
magna dissensio, siquidem maximorum auctorum de filio ac
patre dubitatio est. sed tamen utrumque fieri potest, ut primus
Uranus eminere inter ceteros potentia coeperit et principatum
habere, non regnum, postea Saturnus maiores sibi opes com-
parauerit ac regium nomen adsciuerit.

14. Nunc, quoniam ab iis quae rettuli aliquantum Sacra 1
Historia dissentit, aperiamus ea quae ueris litteris continentur,
ne poetarum ineptias in accusandis religionibus sequi ac pro-
bare uideamur. haec Ennii uerba sunt: exim Saturnus 2
uxorem duxit Opem. Titan, qui maior natu erat, po-
stulat ut ipse regnaret. ibi Vesta mater eorum et so-
rores Ceres atque Ops suadent Saturno, uti de regno
ne concedat fratri. ibi Titan, qui facie deterior 3
esset quam Saturnus, idcirco et quod uidebat matrem
atque sorores suas operam dare uti Saturnus reg-
naret, concessit ei ut is regnaret. itaque pactus est
cum Saturno, uti si quid liberum uirile secus ei na-
tum esset, ne quid educaret. id eius rei causa fecit,
uti ad suos gnatos regnum rediret. tum Saturno 4
filius qui primus natus est, eum necauerunt. deinde
posterius nati sunt gemini, Iuppiter atque Iuno. tum
Iunonem Saturno in conspectum dedere atque Iouem
clam abscondunt dantque eum Vestae educandum ce-
lantes Saturnum. item Neptunum clam Saturno Ops 5

AUCTORES 10] frg. III.

RSHPV] 1 suis sibi *C Epit. 14, 4* 2 ac] aut *H* 4 uranus *P*, euranus *V* cepit *S* 6 regium] regium sibi *RS* 7 iis *R*[1], his *R*[2]*SHPV* r&tulimus *R* aliquantulum *R* 8 aperimus *H*, aperiam *P* ueris] sacris *P*[1], *corr. P*[2?] 10 enni *RV*, enim *SH*, enni'i' *P* uera *H* exim *PV*, exim'i'us *R*[2], exin *SH* 11 ducit *Baehrensius* Litan *S* postulauit *R* 12 ubi *P in ras., V* 'eorum' *P*[2] 13 opis *SH* 14 ne] non *RP* 17 uti *R* ∗is *(e er.) P* pactum *H*[1], *in ras. corr. H*[2] 18 ut *H* uiriles *P* sexum *R*[ar] *(x ras. in c corr.)*, sexus *SP*[pc] *(x ex c m. 1)* 19 quid *om. SH; malim* id 20 natos *SH*[1] tũnc saturni *P*, tu∗ saturno *(r ? er., o in ras. ex ũ) V* 21 filios *H*[1] negauerunt *H*[1], *in ras. corr. H*[2] 22 tũ∗∗ *(nc er.) P* 23 conspectu *H* 25 saturno *SH* item — Saturno *om. R* opis *H*

parit eumque clanculum abscondit. ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos Plutonem et Glaucam. Pluto Latine est Dis pater, alii Orcum uocant. ibi filiam Glaucam Saturno ostendunt, at filium Plutonem celant atque abscondunt. deinde Glauca parua
6 emoritur. haec, ut scripta sunt, Iouis fratrumque eius stirps atque cognatio: in hunc modum nobis ex sacra
7 scriptione traditum est. item paulo post haec infert: deinde Titan postquam resciuit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam se, seducit secum filios suos qui Titani uocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem conprehendit eosque muro circumegit et
8 custodiam iis apponit. haec historia quam uera sit, docet Sibylla Erythraea eadem fere dicens, nisi quod in paucis quae
9 ad rem non attinent discrepat. liberatur ergo Iuppiter summi sceleris crimine, quod patrem uinxisse compedibus perhibetur. id enim Titan patruus fecit, quod ille contra pactionem iusque
10 iurandum mares liberos sustulisset. reliqua historia sic contexitur: Iouem adultum, cum audisset patrem atque matrem custodiis circumsaeptos atque in uincula coniectos, uenisse cum magna Cretensium multitudine Titanumque ac filios eius pugna uicisse, parentes

EPITOME 6—8] c. 13, 3.
AUCTORES 8] frg. IV. 13 (cf. § 10)] Orac. Sibyll. III 110—153. 199—201. 19] frg. VI.
EXPILATORES 3 s.] cf. Isidor. orig. VIII 11, 42.

RSHPV] 2 opis *H* pl*utonem *(a er. P)* 3 pl*uto *(a er. P)* est latine *R* Dis pater *edd.*, diis pater P^1V, diesp$\overset{i}{a}$ter P^2, diespiter *RS*, dispiter *H* 4 at *C* plạutonem *P* 5 paruo P^{ac}, *corr.* $P^{1?}$ 6 uti *PV* 7 stirp*s *(i er.) R* ex *om. SH* 8 traditam *H* inferet *H* 9 titan *(i ras. ex* u *ut uid.) V* 10 ⌈esse⌉ *P* clam se] clam *H*, clam/// *(3 hastae eras.) P* 11 uocabantur *SH* 12 muros *RS* 13 iis R^1, his R^2SHPV istoria *P*, ⌈h⌉istoria *V* ueram *S* 14 quod in *om. R* 15 rem *om.* R^1, id *add.* R^2 16 sceleri *V* 17 patrus *H* ius⌈q.⌉ *P*, ius *V* 18 substulisset *S*, *sic saepius* 20 circumseptos *SHP* in *om. S, s. l. P* uincla *R* 21 cretensi//um *(2 hastae er.) P*, cretensilium *V* 22 pugna uicisse] pugna⌊n⌋do⌋ P^1, *in mg.* uicisse *add.* P^2, pugnauisse *V*

uinculis exemisse, patri regnum reddidisse atque ita
in Cretam remeasse. post haec deinde Saturno sortem 11
datam, ut caueret ne filius eum regno expelleret;
illum eleuandae sortis atque effugiendi periculi gratia insidiatum Ioui, ut eum necaret; Iouem cognitis
insidiis regnum sibi denuo uindicasse ac fugasse Saturnum. qui cum iactatus esset per omnes terras 12
persequentibus armatis, quos ad eum conprehendendum uel necandum Iuppiter miserat, uix in Italia locum in quo lateret inuenit.

15. Quibus ex rebus cum constet illos homines fuisse, non 1
est obscurum qua ratione dii coeperint nominari. si enim 2
nulli reges ante Saturnum uel Uranum fuerunt propter hominum raritatem, qui agrestem uitam sine ullo rectore uiuebant, non est dubium quin illis temporibus homines regem ipsum totamque gentem mactare summis laudibus ac nouis honoribus coeperint, ut etiam deos appellarent siue ob miraculum uirtutis — hoc uere putabant rudes adhuc et simplices — siue, ut fieri solet, in adulationem praesentis potentiae siue ob
beneficia quibus erant ad humanitatem conpositi. deinde 3
ipsi reges cum cari fuissent iis quorum uitam composuerant,
magnum sui desiderium mortui reliquerunt. itaque homines 4
eorum simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solacium, progressique longius per amorem memoriam defunctorum colere coeperunt, ut et gratiam referre bene meritis uiderentur et successores eorum adlicerent ad bene
imperandi cupiditatem. quod Cicero de natura deorum docet 5

EXPILATORES § 1. 3 s. 8 s.] cf. Isidor. orig. VIII 11, 1 s. 4 s.

RSHPV] 1 ita *om. SH* 3 cauerit *R* eu(m) *V*[2] pelleret *R* 4 elendae (a *suprascr.*) *(corr. m. 1?) R* fugiendi *SH* 7 iactamus *V*[1], *in ras. corr. V*[2] omnis *RV* 9 negandum *H*[1] 12 dii// *(2 hastae er.) P*, dico *V* 14 paruitatem *H* quia *S* 15 qui in *P*[ar] *(pr. i er.) V* 16 iactare *SH*, mactari *P*[1] *(corr. P*[2]*) V* ac nouis honoribus *om. H* 17 iam *R* 19 adulationis *S* 21 iis *R*[1], his *R*[2] *cum cett.* 22 mortuis *R* 23 fixerunt *V* c(o)l(e)re coeperunt memoriam defunctorum *P* 25 gratia ferre *H* 27 quo(d) *P*[2]

dicens: suscepit autem uita hominum consuetudoque
communis, ut beneficiis excellentis uiros in caelum
fama ac uoluntate tollerent. hinc Hercules, hinc Castor,
6 hinc Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber. et alio
loco: atque in plerisque ciuitatibus intellegi potest
acuendae uirtutis gratia aut quo libentius rei publicae
causa periculum adiret optimus quisque, uirorum
fortium memoriam honore deorum inmortalium con-
secratam. hac scilicet ratione Romani Caesares suos con-
7 secrauerunt et Mauri suos reges. sic paulatim religiones esse
coeperunt, dum illi primi qui eos nouerant eo ritu suos liberos ac
nepotes, deinde omnes posteros imbuerunt, et hi tandem summi
reges ob celebritatem nominis in prouinciis omnibus colebantur.
8 priuatim uero singuli populi gentis aut urbis suae conditores,
seu uiri fortitudine insignes erant seu feminae castitate mira-
biles, summa ueneratione coluerunt, ut Aegyptus Isidem, Mauri
Iubam, Macedones Cabirum, Poeni Uraniam, Latini Faunum,
9 Sabini Sancum, Romani Quirinum, eodem utique modo
Athenae Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Vul-
10 canum Lemnos, Liberum Naxos, Apollinem Delos. sic per
populos atque regiones uaria sacra suscepta sunt, dum homines
grati esse in suos principes cupiunt et quos alios honores uita
11 carentibus deferant, inuenire non possunt. praeterea pietas
eorum qui successerant plurimum contulit ad errorem: qui ut
diuina stirpe nati uiderentur, diuinos honores parentibus de-

AUCTORES 1] II 24, 62. 5] III 19, 50.

RSHPV] 1 suscipit *R* uitam *H* 2 excellentis R^1P^1V, excellentes R^2P^2SH 4 hinc Pollux] et pollux *codd. Cic.* alio] alico *V* 5 in *ex* im *P* 6 augendae *codd. Cic.* ueritatis P^1, uirtatis *sic* P^2 aut *om. codd. Cic.* quod *H* 7 adirent optimos quosque *H* 8 memoria *SH* consecretam *P* 9 ac R^1 *(corr.* R^2*?) V*, hę *(i. e.* haec*) S* consecrarunt *R* 12 omnis R^1V hii *H* tandem *Heumannus*, tamen *C* 13 ⸢omnibus⸣ P^2 15 mirabile *H* 16 aegypti *H*, Aegyptii *edd.* isdem *S* 17 Iubam] in *et spatium 2—3 litt. relict. R* gabirum *(g ex c)* R^2, gabinum *S*, scrabrium *H*, cabirum *(*b *ex* p*) P* uranum *(*um *ex* ium*) P* 18 sabinis aucum *S* sabi⸢ni⸣ P^2 făcum *H*, sanctum *PV* romanis *S* 19 athenie *H* 20 apollinem delos liberum naxos *S* delfos *PV* 22 quos *om. H* 24 successer̃ *S* 25 honores] errores *PV* a parentibus *H*

tulerunt deferrique iusserunt. an potest aliquis dubitare, quo- 12
modo religiones deorum sint institutae, cum apud Maronem
legat Aeneae uerba sociis imperantis:

nunc pateras libate Ioui precibusque uocate
Anchisen genitorem —?

cui non tantum immortalitatem, uerum etiam uentorum tribuit potestatem:

poscamus uentos, atque haec me sacra quotannis
urbe uelit posita templis sibi ferre dicatis.

idem scilicet de Ioue Liber et Pan et Mercurius et Apollo fe- 13
cerunt ac postea de his ipsis successores eorum. accesserunt
etiam poetae et compositis ad uoluptatem carminibus in caelum
eos sustulerunt, sicut faciunt qui apud reges etiam malos
panegyricis mendacibus adulantur. quod malum a Graecis 14
ortum est, quorum leuitas instructa dicendi facultate et copia
incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitauerit. itaque
admirati eos et susceperunt primi sacra illorum et uniuersis
gentibus tradiderunt. ob hanc uanitatem Sibylla sic eos increpat: 15

Ἑλλὰς δή, τί πέποιθας ἐπ᾽ ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσιν;
πρός τί τε δῶρα μάταια καταφθιμένοισι πορίζεις;

EPITOME 12—16] cf. c. 59, 8.

AUCTORES 4 s.] Aen. VII 133 s. 8 s.] Aen. V 59 s. 19 ss.] III 545. 547 ss.

EXPILATORES 11—13] Isidor. orig. VIII 11, 2 12—16] ibid. VI 8, 7, unde scholium ad C. Iulium Victorem, rhetor. lat. min. ed. Halm, ad p. 446, 6.

RSHPV] 1 an** *(te er.) S* post *S* 4 nunc upateras *P* 5 anchisem *PV* 6 uenturum (a *supra* u) *(corr. m. 2) R* 8 haec me] hieme *S* quodannis *HP*[1], *corr. P*[2] 9 ueli *H* templi *P*[1] *(corr. P*[2]*) V* 10 libero et pane *H* et *(ante* Mercurius*) om. SH* 11 iis *R*[1] 12 etiam *om. H* et *om. H* uoluntatem *H,* uoluptate *V* 13 sic *S* 15 instricta *R* 16 excitauerint *RH,* excitaue(rit) *P*[2] 17 sacra] sacra ferae *H* 18 ob hanc—increpat *om. V* 19 ΔΈ *S* ΠΕΠΟΙΦΑϹ *V* ΑΝΔΡϹΙΝ *P,* ΑΝΔΡΑϹΕΙΝ *V* ΗΓΕΜΟΝϹϹΙΝ *R,* ῊΓΕΜΟΝΈϹΙ *S,* ΗΓΕΜΟΝΕϹϹΙΜ *P,* ΗΓΕΜΟΝΕϹϹΙ *V* Themasdeti poput haseram drasinegemones in *H* *fortasse intercidit qui in Sibyll. subsequitur u. 546* θνητοῖς, οἷς οὐκ ἔστι φυγεῖν θανάτοιο τελευτήν 20 πρός] ΗΡϹ *P* τε] ΔΕ̈ *S* ΚΑΤΑΦΘΙΜΕΝΕΙϹΙ *R,* ΚΑΤΑΦΕΙΜΕΝΟΙϹΙ *S,* ΚΑΤΑΦΘΙΜΕΝΟΙϹ *P,* ΚΑΤΑΦΘΙΜΕΝΟΙϹΕΙ *V* ΠΟΡΙΖΕΙ *S* prytidedora mecet heaca taphtymoenoes porry zys *H*

θύεις εἰδώλοις; τίς σοι πλάνον ἐν φρεσὶ θῆκεν
ταῦτα τελεῖν προλιπόντα θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον;

16 M. Tullius, qui non tantum perfectus orator, sed etiam philosophus fuit, siquidem solus extitit Platonis imitator, in eo libro quo se ipse de morte filiae consolatus est, non dubitauit dicere
17 deos qui publice colerentur homines fuisse. quod ipsius testimonium eo debet grauissimum iudicari, quod et augurale habuit
18 sacerdotium et eosdem se colere uenerarique testatur. itaque intra paucos uersiculos duas res nobis dedit. nam dum imaginem filiae eodem se modo consecraturum esse profitetur quo illi a ueteribus sint consecrati, et illos mortuos esse docuit et
19 originem uanae superstitionis ostendit. cum uero inquit et mares et feminas complures ex hominibus in deorum numero esse uideamus et eorum in urbibus atque agris augustissima delubra ueneremur, adsentiamur eorum sapientiae quorum ingeniis et inuentis omnem uitam legibus et institutis excultam constitutam-
20 que habemus. quod si ullum umquam animal consecrandum fuit, illud profecto fuit. si Cadmi progenies aut Amphitryonis aut Tyndari in caelum tollenda fama fuit, huic idem honos certe dicandus

EPITOME 3 s. (philosophus) 6—8 (sacerdotium)] cf. c. 17, 4.
AUCTORES 12] Consolat. frg. 14.

RSHPV] 1 ΘΥΙϹ *SP*, θύεις *C cum codd. quibusd. Sibyll., alii* θύεις τ' ΙΔΩΛΟΙϹ *RP*, ΔΩΛΟΙϹ *V* τίς σοι] ΠΟϹΟΙ *R*, ΤΊΠΟϹΟΙ͂Ϲ (ϹC s. l.) *S* ΠΛΑΝΑΝ P^1, *s. l. corr.* P^2 ἐν] ЄϹΝ *V* θῆκεν] ΚЄ *S*, ΘΗΗΝΚЄ *P* thysidolo thuitis soeplanonenfresit hece *H* 2 ΤЄΛΙΝ *V* ΠΡΟΛΗΠΟΝΤΑ *V*, *retinui cum* πλάνον *coniungendum, cf. Addenda;* ΠΟΝΤΑ *R*, ΠΡΟΛЄΊΝΟΝΤΑ *S*, ΠΡΟΛЄΗΠΟΝΤΑ *P;* προλιποῦσα *uel* προλιποῦσι *codd. Sibyll.* ΘЄΟΙ *S* ΜЄΓΑΛΟΗΟ *R* ΠΡΟϹΩΠΩ *S* tautatelin prolimponta teumegalo eo prosopon *H* *interpretation. lat. in mg. add. m. post. R, communem habent SP* *cf. Struuium, opusc. I 56* 4 inmitator *P* 7 auguriae *R*, auguriale *P* 8 eos *H* 10 ⌜se⌝ P^2 profitetur *R*, profiteretur *cett.; an* cum — profiteretur*?* quod $P^{ar}V$ 13 compluris *(con- V)* R^1V, cumpluris P^1, -res R^2P^2 omnibus P^1, *corr.* P^2 15 assentiam̄ *(i. e. -mus) S*, adsen////tiamur *(4 hastae er.) P*, *adsentiā V^2 18 consecrandam *sic* V^2 19 illud — fuit *om. H* 20 Amphionis *Heusingerus, cf. Orell. IV 991 adn.* tyndaridis *SH* 21 tolledafama P^{ac} *(s. l. corr. P^1?) V* dicendus *RS*

est. quod quidem faciam teque omnium optimam doc-
tissimam adprobantibus diis inmortalibus ipsis in
eorum coetu locatam ad opinionem omnium morta-
lium consecrabo. fortasse dicat aliquis prae nimio luctu 21
delirasse Ciceronem. atquin illa omnis oratio et doctrina et
exemplis et ipso loquendi genere perfecta non aegri, sed con-
stantis animi ac iudicii fuit et haec ipsa sententia nullum
praefert indicium doloris. neque enim puto illum tam uarie, 22
tam copiose, tam ornate scribere potuisse, nisi luctum eius et
ratio ipsa et consolatio amicorum et longitudo temporis miti-
gasset. quid quod idem dicit in libris de re publica, idem de 23
gloria? nam de legibus, quo in opere Platonem secutus leges
uoluit ponere, quibus putaret usuram esse iustam et sapientem
ciuitatem, de religione ita sanxit: diuos et eos qui cae-
lestes semper habiti sunt colunto et ollos quos endo
caelo merita locauerunt, Herculem Liberum Aescu-
lapium Castorem Pollucem Quirinum. item in Tus- 24
culanis, cum diceret totum paene caelum humano genere
conpletum, si uero inquit scrutari uetera et ex illis ea
quae scriptores Graeciae prodiderunt eruere coner,
ipsi illi maiorum gentium di qui habentur hinc a
nobis profecti in caelum reperientur. quare quo- 25
niam demonstrantur sepulchra in Graecia, reminis-

AUCTORES 11] de rep. VI 13; de glor. frg. 14 12. 14] de legg. II 8, 19 17] Tusc. I 13, 29.

RSHPV] 1 factam *V* doctissimamque *PV* 3 cẹtũ S^{ac}, ~ *del. m. 1?* 4 p̃nimio *(~ add. et* ni *in ras. m. 2) V* 6 *ante* ipso *in 3 hastarum rasura litterae plane incertae* P^2 genere loquendi *SH* constanti⸢s⸣ R^2 8 indicium *(*n *ex* u *in utroque cod.) PV* 9 tam ornate *om. H* scribere potuisse] dicere uoluisse *H* luctum eius] luctuq; *S* luctus *H* 11 de *(ante* gloria*) add.* H^2 13 iustitiam *(*-ciã *S) SH* 15 sunt *om. codd. Cic.* et *om. R* ollos *V,* illos *cett.* quo⸢s⸣ H^2 endo *PV,* uendo (in above u) *(*in *s. l. minus cert.; an* iu *?* m *?) R,* in *SH* 16 locauerunt *C,* uocauerint *codd. Cic.* 19 illis] iis *codd. Cic.* 20 gratiae *P* tradiderunt *SH* exu⸢ere⸣ P^2 21 ipsi *bis P* malorum S^1 di *V,* dii *cett.* qui habentur *om. S* a *om. codd. Cic.* 22 reperiuntur *SH* quare *om. P,* quaere *codd. Cic.* quoniam] quorum *codd. Cic.* 23 demonstrentur *codd. Cic.* reminiscere *om. P*

cere, quoniam es initiatus, quae tradantur mysteriis:
26 tum denique quam hoc late pateat intelleges. testa-
tus est uidelicet Attici conscientiam, ex ipsis mysteriis intellegi
posse quod omnes illi homines fuerint qui coluntur, et cum de
Hercule Libero Aesculapio Castore Polluce incunctanter fate-
retur, de Apolline ac Ioue patribus eorum, item de Neptuno
Uulcano Marte Mercurio, quos maiorum gentium deos appella-
27 uit, timuit aperte confiteri. et idcirco ait late hoc patere, ut
idem de Ioue ceterisque antiquioribus diis intellegamus, quorum
memoriam si eadem ratione ueteres consecrauerunt, qua se ima-
ginem nomenque filiae consecraturum esse dicit, ignosci
maerentibus potest, credentibus non potest. quis enim tam
28 demens, qui consensu et placito innumerabilium stultorum ape-
riri caelum mortuis arbitretur aut aliquem quod ipse non habeat
dare alteri posse? apud Romanos deus Iulius, quia hoc scele-
29 rato homini placuit Antonio, deus Quirinus, quia hoc pastoribus
uisum est, cum alter gemini fratris extiterit, alter patriae parri-
cida. quodsi non consul fuisset Antonius, Gaius Caesar pro
30 suis in rem publicam meritis etiam defuncti hominis honore ca-
ruisset, et quidem consilio Pisonis soceri et Lucii Caesaris pro-
pinqui, qui uetabant funus ei fieri, et Dolabellae consulis, qui co-
lumnam in foro id est tumulum eius euertit ac forum expiauit.
nam Romulum desiderio suis fuisse declarat Ennius, apud quem
31 populus amissum regem dolens haec loquitur:

o Romule, Romule die,
qualem te patriae custodem di genuerunt!

AUCTORES 26 ss.] Ann. 115 ss.; cf. Cic. de rep. I 41, 64.

(G)RSHPV] 1 ⸢es⸣ H^{2} initatus *(ta in ras. V) PV* tradentur V^{1} 2 tunc *P* 4 *om*nes *(*h *et* i *er.) HP* 6 idem *H* 8 hunc *S* 10 memoria *H* 12 *post* quis *uel* demens *fort.* est *addendum* 13 placitum *H* 15 dari V^{1} 18 non *ante* consul *Schoellius*, quod nisi consul *R*, quodsi consul non *SH*, quodsi consul *PV* *a* [Gaius] caesar *incipit codicis G pag. 1 (40), cuius in uerss. 1—9. 23—31 nonnulla legebantur* [Gaius] *G, om. R*, C. *SHP*, G. *V* 19 homines *P* 20 [lucii] *G*, L. *uel.* l. *cett.* 21 qui *om. R*, idemque *H* uetebant *PV* ei *GSH*, eius *R*, *om. PV* 22 tumul*um (t *er.*) *R* 23 [namq.] *G* *post* suis *s. l.* dm̃ $R^{2?}$ 24 do^{c}lens *(*c *m. 2) V* 25 romulae *(prius)* H^{ar} (e *er.)* V *ante alterum* romule *s. l.* o $P^{1?}$ Romule *om. S*, romulae H^{ar} (e *er.)* die R^{1}, dee R^{2}, dic *S*, diem *H* 26 di *cod. Cic.*, dii *C*

tu produxisti nos intra luminis oras,
o pater, o genitor, o sanguen dis oriundum.

ob hoc desiderium facilius creditum est Iulio Proculo men- 32
tienti, qui subornatus a patribus est, ut nuntiaret plebi uidisse
se regem humano habitu augustiorem eumque mandasse ad
populum, ut sibi delubrum fieret, se deum esse et Quirinum
uocari. quo facto et ipsi populo persuasit Romulum ad deos 33
abisse et senatum suspicione caedis regiae liberauit.

16. Poteram iis quae rettuli esse contentus, sed supersunt 1
adhuc multa suscepto operi necessaria. nam quamuis ipso 2
religionum capite destructo uniuersas sustulerim, libet tamen
persequi cetera et redarguere plenius inueteratam persuasionem,
ut tandem homines suorum pudeat ac paeniteat errorum.
magnum hoc opus et homine dignum, 3

religionum animos nodis exsoluere pergo,

ut ait Lucretius, qui quidem hoc efficere non poterat, quia
nihil ueri adferebat. nostrum est hoc officium, qui et uerum
deum adserimus et falsos refutamus. illi ergo qui poetas 4
finxisse de diis fabulas opinantur ⟨et tamen⟩ deas feminas et
esse credunt et colunt, reuoluuntur inprudentes ad id quod

AUCTORES 3—7 Iulio — uocari] Cic. de rep. II 10, 20 et Liu., ut uid., I 8 (habitu augustiorem), cf. tamen Flor. I 1, 18. 15] I 932.

(G)RSHPV] 1. 2 *inuerso ordine cod. Cic.* 1 horas *S* 2 o genitor *cod. Cic.*, o patriae *(sed* o *eras. R) RSPV,* o genitor patriae *H* sanguen (inè) *(corr. m. 2) R,* sanguine *H,* sanguen (is) *(corr. m. 1 ?) P* diis *RHP* 3 facilibus *S* proculo, *exp. et s. l.* consuli *add. m. rec. P* 4 a patribus est *S,* a patribus *RPV,* est a patribus *H* 5 se *om. R* angustiorem *SP*[1], *corr. P*[2] 6 *post* fieret *s. l.* et *m. rec. P* 8 suspitione *SP* 9 poteram his esse contentus quae rettuli *S* iis *edd.,* his *C* 10 suscepto multa *S* quamquam *SH* 11 religionis *SH* uniuersas *scripsi,* uniuersa *C* sustulerimus *S* licet *S* 13 pudeat suorum *P* errorem *H*[ac] *P*[ac] 14 hominem *H* 15 animum *codd. Lucr.* 16 ut *om. H* *in* effic[ere] n⟨on pote⟩ *desinit codicis G pag. 1 (40), sequitur pag. 2 (39), in qua nonnulla legebantur* qui[a] *(corr. m. 2 uel alia poster.) P,* qui *GRSHV* 17 adferebant *H* 18 ergo] enim *SH* 19 et tamen *addidi conl. c. 11, 17 ss., maxime § 29* (mentitos — dicunt poetae); et *add. edd.* deas — coluntur *in mg. H*[2] 20 coluntur *H (i. e. H*[2]*),* culunt *P*[1], *corr. P*[2], olunt *V* *post* colunt *s. l.* et *m. post. P* inpudentes *R*

5 negauerant, coire illos ac parere. nec enim fieri potest quin
duo sexus generandi causa sint instituti. recepta uero sexuum
diuersitate non intellegunt consequens esse ut concipiant: quod
in deum cadere non potest. sed isti putant: nam et Iouis esse
6 filios dicunt et ceterorum deorum. nascuntur ergo et cotidie
quidem dii noui: nec enim uincuntur ab hominibus fecunditate.
igitur deorum innumerabilium plena sunt omnia, nullo scilicet
7 moriente. nam cum hominum uis incredibilis, numerus sit
inaestimabilis, quos tamen sicuti nascuntur mori necesse est,
quid deorum esse tandem putemus, qui tot saeculis nati sunt
8 inmortalesque manserunt? cur ergo tam pauci coluntur? nisi
forte arbitramur non generandi causa, sed tantummodo ca-
piendae uoluptatis duos esse sexus deorum et ea exercere
9 quae homunculos et facere et pati pudet. cum uero dicantur
aliqui ex aliquibus nati, consequens est ut semper nascantur,
siquidem aliquando sunt nati, uel si nasci desierunt, scire nos
10 conuenit cur aut quando desierint. non inlepide Seneca in
libris moralis philosophiae quid ergo est inquit quare apud
poetas salacissimus Iuppiter desierit liberos tollere?
utrum sexagenarius factus est et illi lex Papia fibu-
lam inposuit? an impetrauit ius trium liberorum? an
tandem illi uenit in mentem

ab alio expectes alteri quod feceris

11 et timet ne quis sibi faciat quod ipse Saturno? at
isti qui deos adserunt, uideant quomodo respondeant huic argu-

AUCTORES 18] frg. 119. 23] inc. inc. fab. frg. LXIX comic. Rom.[2] Ribbeck et Publil. Syr. sentent. 2.

(G)RSHPV] 1 illos[a] *(corr. m. 2) R* ac parere] apparere *H* quin] ut *H*, qui *P*[1] *(om. P*[2]*) V* 2 gignendi *SH* 3 ⟨intelle⟩gant *G* 4 isti] ut *(s. l. P*[2]*)* isti *PV* 8 numerus sit inaestimabilis *om. R* sit *om. H* 9 inextimabilis *H* 10 putamus *H* 11 tam] an *H* 13 deorum *om. H* et ea *deesse in G spatia et uestigia indicare uid.* 14 homunculo se *(om.* et*) H* 15 ut] et ut *R* nascuntur *V*[1] 16 qui quidem *H* *post* si *in mg.* aliquando *add. P*[2] 17 desierunt *H* lepidae *H*, inlepide[eg] *(eg minus certum, corr. m. post.) P* *in* seneca *desinit codicis G pag. 2 (39)* 18 moralibus *H* 19 libere *R* 20 sexaginarius *R*, sexagentrius *S* fabulam *P* 21 ius[ill] *(sic corr. m. post.) P* librorum *SP*[ac]

mento quod inferemus: si duo sunt sexus deorum, sequitur
concubitus, si coeunt, et domos habeant necesse est; nec enim
carent uirtute ac pudore, ut hoc promisce aut in propatulo
faciant, sicut muta facere uidemus animalia. si domos habent, 12
consequens est ut et urbes habeant, et quidem auctore Nasone,
qui ait:

> plebs habitat diuersa locis, a fronte potentes
> caelicolae clarique suos posuere penates.

si habent urbes, et agros igitur habebunt. iam quis non uideat 13
quae sequantur? arare illos et colere, quod uictus causa fit:
ergo mortales sunt. quod argumentum retrouersus idem ualet. 14
si enim agros non habent, ne urbes quidem, si urbes non
⟨habent⟩, ne domos quidem, si domibus carent, ergo et concubitu, si concubitus ab iis abest, et sexus igitur femininus.
in diis autem uidemus et feminas esse: ergo dii non sunt.
dissoluat hoc argumentum si quis potest. ita enim res rem 15
sequitur, ut haec ultima necesse sit confiteri. sed ne illud 16
quidem dissoluet aliquis: ex duobus sexibus alter fortior est,
alter infirmior; robustiores enim mares sunt, feminae inbecilliores. inbecillitas autem non cadit in deum, ergo nec feminae
sexus. huic additur superioris argumenti extrema illa con- 17
clusio, ut dii non sint, quoniam in diis et feminae sunt.

17. Ob has rationes Stoici aliouersus deos interpretantur, et 1
quia non peruident quid sit in uero, conantur eos cum rerum
naturalium ratione coniungere. quos Cicero secutus de diis ac

EPITOME 25—64, 10] c. 17, 4.
AUCTORES 7 s.] Metam. I 173 s.

RSHPV] 2 domus *PV* 3 promiscuę *S* 4 faciunt P^1, *corr.* P^2 uidemus facere *SH* uideamus $P^{ac}V$ 7 loca *R* a *plerique codd. Ouid.*, ac *RPV*, hac *SH* 8 pusoere P^1, *corr.* P^2 pe*nates *(n ? er.)* *P* 9 uidet *RH* 10 secuntur *R* sit *S* 12 enim *om. S* si urbes — domos quidem *om. R* 13 habent *add. edd.* si] si et *SH* 14 iis R^1, hiis R^2, his *cett.* femininis P^1, *corr.* $P^{2?}$ 15 in diis — feminas esse *om. S* dis *V* femininas *PV* 17 ^{ad}ultim^{v} *(sic corr. m. 2)* *R*, ultimam *H* 18 sexubus R^1 19 sunt *om. S* 20 femineus *edd.* 23 aduersu *sic H* 24 eos] deos *R* 25 ac] ac de *PV*

2 religionibus eorum hanc sententiam tulit: uidetisne igitur, ut a physicis rebus bene atque utiliter inuentis tracta ratio est ad commenticios ac fictos deos? quae res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos et superstitiones paene aniles. et formae enim nobis deorum et aetates et uestitus ornatusque noti sunt, genera praeterea, coniugia cognationes omniaque traducta ad similitudinem inbecillitatis humanae.
3 quid planius, quid uerius dici potest? Romanae philosophiae princeps et amplissimo sacerdotio praeditus commenticios ac fictos deos arguit, quorum cultus superstitiones paene aniles esse testatur, falsis opinionibus erroribusque turbulentis im-
4 plicatos esse homines queritur. nam totus liber tertius de natura deorum omnes funditus religiones euertit ac delet. quid ergo a nobis expectatur amplius? num eloquentia superare possumus Ciceronem? minime id quidem, sed fiducia illi defuit ignoranti ueritatem, quod ipse simpliciter in eodem opere confitetur. ait enim facilius posse se dicere quid non sit quam quid sit, hoc est falsa se intellegere,
5 uera nescire. clarum est igitur homines fuisse illos qui dii putantur et eorum memoriam post mortem consecratam. ideo et aetates diuersae sunt et certae imagines singulorum, quod in eo habitu et aetate simulacra eorum configurata sunt,
6 in qua quemque mors deprehendit. consideremus si placet

AUCTORES 1] de nat. deor. II 28, 70. 18] ibid. I 21, 60.

(G)RSHPV] 1 eorum *om. H* uidetis P^1 (ne *s. l. add.* P^2?) *V* 2 physicis] ficis *m. 1, s. l.* ⁊ a factis ⁊ a fictis *m. rec. P* tractata *R* 3 ratio est *RHPV,* racionẽ *S,* ratio sit *codd. Cic.* ac] et *codd. Cic.* 4 senuit *S* falsas *om.* P^1 *(add.* P^2*) V* 6 uestitos P^1, *corr.* P^2 7 praeterea *ex* praeter *P* cognationes *RSH cum codd. Cic.*, cognationes omnes *PV* 10 principes P^1 *(corr.* P^2*) V (supra alt.* i *eras.* e*)* 11 superstiones *R* 13 esse *om. P* 14 omnis R^1V 15 eloquentia] in eloquentia *R* *hinc fere incepit codicis G pag. 3 (125), in qua paucae litterae agnoscebantur* 16 mine P^1, *corr.* P^2 18 se posse *R* ⌜se⌝ P^2 dicere *in mg. add.* P^2? quod *(ante* non*) S* 19 quid *(ante* sit*) S,* qui⌜d⌝ P^2V^2 falsa] est sa R^1, *s. l. corr.* R^2 21 memoria *S* *aut ante* consecratam *aut post add.* esse *edd.* 22 et] etiam *edd.* aeta⌜te⌝s P^2 23 quod] qui[a] *(corr. m. 2) P* 24 qua quemque] quacumque, *in mg.* ⁊ qua quẽq. *V* conpraehendit (cõ- *S*) *SH*

aerumnas infelicium deorum. Isis filium perdidit, Ceres filiam,
expulsa et per orbem terrae iactata Latona uix insulam paruam
in qua pareret inuenit. Deum Mater et amauit formosum 7
adulescentem et eundem cum paelice deprehensum exsectis
uirilibus semiuirum reddidit et ideo nunc sacra eius a Gallis
sacerdotibus celebrantur. Iuno paelices acerrime persecuta est,
quia parere ipsa non potuit ex fratre. insulam Samum 8
scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi
Iuno adoleuerit ibique etiam Ioui nupserit. itaque
nobilissimum et antiquissimum templum eius est Sami et simu-
lacrum in habitu nubentis figuratum et sacra eius anniuersaria
nuptiarum ritu celebrantur. si ergo adoleuit, si fuit uirgo
primo, postea mulier, hominem fuisse qui non intellegit, pe-
cudem se fatetur. quid loquar obscenitatem Veneris omnium 9
libidinibus prostitutae non deorum tantum, sed et hominum?
haec enim ex famoso Martis stupro genuit Harmoniam, ex
Mercurio Hermaphroditum, qui est natus androgynus, ex Ioue
Cupidinem, ex Anchise Aenean, ex Bute Erycem; ex Adonio
quidem nullum potuit, quod etiamtum puer ab apro ictus
occisus est. quae prima, ut in Historia Sacra continetur, 10
artem meretriciam instituit auctorque mulieribus in Cypro fuit,

EPITOME 3—6] c. 8, 6. 14 s.] c. 9, 1 Venus — exposita 16 s.] c. 8, 4. 20—66, 3] c. 9, 1.

AUCTORES 20] frg. XIII.

(G)RSHPV] 1 aerumnas *(*er- *H)* si placet *SH* ceras *H* 2 expulsam *S* iactatam *SH* 3 dium *S* formonsum *H* 4 et *om. H* pelice *SHPV* exectis *PV* 5 semiui$^{\text{v}}$rum *S* 6 pelices *SPV* 7 ipsam *S* patre *H* insul*am *(*s *er.) V* somum *S*¹ 9 ita'q.' *P*² 10 est eius *H* 13 *a* Mulier hominem *incipit codicis G pag. 4 (126) paene tota lecta* 14 quod *V*¹ 16 armoniam *GS* ex] et *P*¹, *corr. P*² 17 hermaforoditum *H* androginus *GP*, androgenus *S* 18 cu˻pidinem˼ *V*² ex anchise — erycem *in inf. mg. V*² ex] et *P*¹, *corr. P*² anchisae *G*, ˹an˺chise *R*², anchisa̋ *(*˜ *er.) S* aenean *GSH*, aeneam *RPV (i. e. V*²*)* buten *GS* ergicen *R*, ericẽ *S*, erycen *P* adonio *GRSHV*, adone *(*e *in 2 hastis eras. m. 2) P; an* Adoneo *scribendum ?* 19 quod] qui *V* tum *om. G*, tunc *P* ab apro ictus] apro obiectus *G*, ab apro genitus *S* ictu *H* 20 in *om. SH* 21 c[i]pro *G*

uti uulg⟨at⟩o corpore quaestum facerent: quod idcirco imperauit, ne sola praeter alias mulieres inpudica et uirorum adpetens
11 uideretur. etiamne haec habet aliquid numinis, cuius plura numerantur adulteria quam partus? sed ne illae quidem uirgines inlibatam castitatem seruare potuerunt. unde enim putemus Erichthonium esse natum? an ex terra, ut poetae uideri
12 uolunt? at res ipsa clamat. nam cum Vulcanus diis arma fecisset eique Iuppiter optionem dedisset praemii quod uellet postulandi iurassetque ut solebat per infernam paludem se nihil negaturum, tum faber claudus Mineruae nuptias postulauit.
13 hic Iuppiter Optimus Maximus tanta religione constrictus abnuere non potuit, Mineruam tamen monuit repugnare pudicitiamque defendere. tum in illa conluctatione Vulcanum in terram effudisse aiunt, unde sit Erichthonius natus, idque illi nomen inpositum ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονός id est ex certamine
14 atque humo. cur igitur uirgo eum puerum cum dracone conclusum et obsignatum tribus uirginibus Cecropidis commendauit? euidens ut opinor incestum, quod nullo modo possit
15 colorari. altera cum paene amatorem suum perdidisset, qui erat turbatis distractus equis, praestantissimum medicum Asclepium curando iuueni aduocauit eumque sanatum

EPITOME 4—14] c. 9, 2. 19—67, 11] c. 9, 3.
AUCTORES 20. 67, 1 ss.] Verg. Aen. VII 767. 774 ss.
EXPILATORES § 13] Augustin. de ciu. dei XVIII 12 (pag. 271, 11—16).

(G)RSHPV] 1 uulgato *Crenius, animaduers. IX pag. 63 (ed. Amstelod. 1701);* uulgo *C* 3 nominis $P^{ac}V$ 4 ille SHP^2, illi P^1, ill⟨ae⟩ V^2 uirginis *H* 5 potuit *H* 6 ericthonium *(*eric *minus cert. G) GPV,* erichtonium *S,* eryctonium *H* uidere *R* 7 aut S^1, *in ras. corr.* S^2 *an* reclamat*?* 8 dedisse *H* quid *H* 9 internam *V* 10 tunc *P* 11 optimus *in mg.* P^2 12 admonuit *H* 13 tunc *P* in *om. H* *in* illa [co]nlucta *desinit codicis G pag. 4 (126)* uulcanus *S* 14 terra *H* profudisse *C (nisi quod* - fundisse *PV),* semen *add. edd., sed cf. Epit. 9, 2* effudit; *ex hoc et Augustini loco (pag. 271, 12 s.)* in amborum contentione Vulcanum commotum effudisse aiunt semen in terram *supra quoque* effudisse *scripsi* hericthionus P^{ac} *(*hericthonius *corr.),* hericthionus *V* 15 inpositum est id est, *om. graeca H* τῆς] TЄC *S* XΘONOC *(*X *ex* K*) P* ex ercitamine *P* 17 cecropidis *(corr. m. 2) R* 20 turbatus R^{ac} distinctus *S*

secretis alma recondit
sedibus et nymphae Egeriae nemorique relegat,
solus ubi in siluis Italis ignobilis aeuum
exigeret uersoque ubi nomine Virbius esset.

quid sibi uult haec tam diligens, tam sollicita curatio? quid 16
secretae sedes? quid relegatio uel tam longe uel ad mulierem uel in solitudinem? quid deinde nominis commutatio? postremo quid equorum tam pertinax abominatio? quid significant haec omnia nisi conscientiam stupri et amorem minime uirginalem?
erat plane cur tantum laborem pro tam fideli iuuene suscipe- 17
ret, qui amanti nouercae obsequium pernegarat.

18. Hoc loco refellendi sunt etiam ii qui deos ex hominibus 1
esse factos non tantum fatentur, sed ut eos laudent, etiam gloriantur, aut uirtutis gratia ut Herculem aut munerum ut Cererem ac Liberum aut artium repertarum ut Aesculapium
ac Mineruam. haec uero quam inepta sint quamque non 2
digna propter quae homines inexpiabili se scelere contaminent hostesque uero deo fiant, quo contempto mortuorum sacra susci-
piunt, ex singulis rebus ostendam. uirtutem esse dicunt quae 3
hominem tollat in caelum, non illam de qua philosophi disserunt, quae posita est in bonis animi, sed hanc corporalem quae dicitur fortitudo: quae quoniam praecipua in Hercule fuit,
inmortalitatem meruisse creditur. quis tam stulte ineptus 4
est, ut corporis uires diuinum uel etiam humanum bonum iudicet, cum sint et maiores pecudibus adtributae et uno morbo saepe frangantur uel senectute ipsa minuantur et cor-

EPITOME 12—19] cf. c. 14, 5.

B (*a* 19) *RSHPV]* 2 nymphiae *PV* 3 in] et $R^{ac}PV$ 4 urbius *S*, uiruius *H* 5 hoc $P^{ac}V$ tam (*ante* sollicita) *s. l.* P^2 7 in] ad *SH* quod R^1 8 abnegatio *H*, abhominatio P^{ac} (h *expunct.*) *V* haec *om. S* 9 conscientia *S* 11 amanti] a mandati⸢s⸣ (s *m. 2*) *R* 12 ⸤loco⸥ V^2 ii R^1, hii R^2HV, hi *SP* 17 se *om. SH* 18 deo uero *PV* suspiciunt V^1, *in ras. corr.* V^2 19 *a* tendam uirtutem *denuo incipit B (fol. 13), cf. pag. 46, 18* 20 dixerunt *S* 21 animis *PV* 22 hercule* (m *er.*) *P* 23 immortalitatẽ (~ *m. 2*) *S* 24 est *om. H* 25 uno] uiro *S* 26 franguntur B^1, *in ras. corr.* B^2 ipsa senectute *HPV* corruant (n *m. 3*) *B*

5 ruant? itaque idem ille cum deformari ulceribus toros suos
cerneret, nec sanari se uoluit nec senem fieri, ne quando se
6 ipso minor aut deformior uideretur. hunc a rogo quo uiuum
se ipse combusserat escendisse in caelum putauerunt eaque
ipsa quae stultissime sunt admirati simulacris et imaginibus
expressa et consecrata posuerunt, ut in perpetuum uanitatis
illorum monumenta perstarent qui ob necem bestiarum deos
7 fieri credidissent. sed haec fortasse Graecorum culpa sit, qui
8 res leuissimas pro maximis semper habuerunt. quid nostri?
num sapientiores? qui athleticam quidem uirtutem contemnunt,
quia nihil obest, sed regiam, quia late solet nocere, sic admi-
rantur, ut fortes ac bellicosos duces in deorum coetu locari
arbitrentur; nec esse ullam aliam ad inmortalitatem uiam
quam exercitus ducere, aliena uastare, delere urbes, oppida
excindere, liberos populos aut trucidare aut subicere seruituti.
9 uidelicet quo plures homines adflixerint spoliarint occiderint,
eo se nobiliores et clariores putant et inanis gloriae specie
10 capti sceleribus suis nomen uirtutis inponunt. iam mallem
ut a ferarum caedibus deos sibi fingerent quam inmortalitatem
tam cruentam probarent. si quis unum hominem iugulauerit,
pro contaminato ac nefario habetur nec ad terrenum hoc do-
micilium deorum admitti eum fas putant. ille autem qui in-
finita hominum milia trucidarit, cruore campos inundauerit,
flumina infecerit, non modo in templum, sed etiam in caelum
11 admittitur. aput Ennium sic loquitur Africanus:

EPITOME 5 s.] cf. 14, 5.

BRSHPV] 1 idem *om. S* deformare *R* thoros *PV* 2 sanari| sanum *B* semen BV^1 3 a] e *P*, ae *V* 4 $\overset{a}{*}$scendisse *(e er., a m. 3) B*, $\overset{a}{\text{e}}$scendisse *R*, ascendisse *SH*, $\text{a}\overset{s}{\text{c}}$cendisse *P*, escendisse *V* 5 stultissima *P* 6 expersa *H* 7 $\text{mon}\overset{i}{\text{u}}\text{menta}$ *(corr. m. 2) R* p//starent *(3 hastae er.) P* 9 pro'ma'ximis B^2 10 atleticam B^1, *$\overset{a}{\text{z}}$leticam B^2, athleticã *(~ m. 2) S*, hatleticam *H*, ˌathleticamˌ *P*, athlicam *V* 11 regem *S* 14 ercitus *H* urbes delere *edd.* 15 ex's'indere *sic* S^2 subicere *m. 1*, c *in* g *corr. m. 2*, c *ras. ex* g *restit. m. 3 B*, subiecere *PV* 16 quo* *(d er.) R* pluris RP^1 *(corr.* P^2*) V* spoliauerint *edd.* 17 eo se] eos se^{et} *(et m. 3) B* 18 captis $P^{corr}V$ 22 putat *S* 23 milia hominum *H* trucidauerit *edd.* inundarit *SH*

si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est,
mi soli caeli maxima porta patet,

scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac per-
didit. o in quantis tenebris, Africane, uersatus es uel potius 12
o poeta, qui per caedes et sanguinem patere hominibus ascen-
sum in caelum putaueris! cui uanitati etiam Cicero adsensit. 13
est uero inquit Africane: nam et Herculi eadem ista
porta patuit; tamquam ipse plane, cum id fieret, ianitor
fuerit in caelo. equidem statuere non possum dolendumne 14
potius an ridendum putem, cum uideam graues et doctos et
ut sibi uidentur sapientes uiros in tam miserandis errorum
fluctibus uolutari. si haec est uirtus quae nos inmortales 15
facit, mori equidem malim quam exitio esse quam plurimis.
si aliter inmortalitas parari non potest nisi per sanguinem, 16
quid fiet, si omnes in concordiam consenserint? quod certe
fieri poterit, si pernicioso et impio furore proiecto innocentes
esse ac iusti uelint. num igitur nemo erit caelo dignus? 17
num peribit uirtus, quia hominibus in homines saeuire non
dabitur? sed isti qui euersiones urbium populorumque summam
gloriam conputant, otium publicum non ferent, rapient sae-
uient et iniuriis insolenter inlatis humanae societatis foedus

AUCTORES 1 s.] Epigr. III 9 s.; ex Cic. de rep. 7] de rep. incert. frg. 9.

BRSHPV] 1 fas endo *H*, faciendo *BRS*, fas est do $P^{ac}V$, est (n *s. l.*) *corr.* P^1 plagas (‾ *m. 2)* caelestium nefasciquam (‾nefasqiquam, u *s. l.*, *m. 2)* ⌐e⌐st (e *in er.* a ? *m. 2)* *B* caelestium *BSP*, caelestũ* *V* a⌐d⌐scendere V^2 2 mihi *H*, mi⌐hi⌐ (hi *m. poster.)* *P* patet *in mg.* S^2 3 quia] quam B^1, *corr.* B^2 per⌐di⌐dit B^3 4 ⌐in⌐ B^3 ⟨tu⟩ potius *Schoellius* 5 o *eras.* *P* 6 putaberis *H* Cicero *om.* *S* 7 uero (ṽ *s. l.*) *(corr. m. 2)* *R* et *om.* *H* 8 potuit *H* genitor *H* 9 et quidem *SH* 10 uideas *H* doctores *S* 11 uiderentur *R* sapientis P^1 *(corr.* P^2*)* *V* mi⌐se⌐randis B^3, miseramdis *R*, miserans *S* errorem *V* 12 uoluntari $R^{ar}V^1$ si haec — quam plurimis *in mg.* V^2 13 more *S* quidem *SPV* malim P^1, ma⌐ue⌐lim P^2, magislim *B*, uelim *R*, mauelis *S*, mauelim *HV (i. e.* V^2*)* 15 concesserint *SH* 16 poterit *P*, potẽt *sic* *V*, potest *BRSH* 17 uoluerunt *H* 18 uirtus] iustus *S* quia] quoniam *SH* seruire B^1, *s. l. et ras. corr.* B^3 20 odium *B*

inrumpent, ut habere hostem possint, quem ⟨non⟩ sceleratius
deleant quam lacessierint.
18 Nunc ad reliqua pergamus. nomen deorum Cereri ac Libero
traditio munerum fecit. possum diuinis docere litteris uinum
atque fruges ante progeniem Caeli atque Saturni fuisse in
19 usu hominum, sed ab his sane inuenta esse fingamus. num
potest plus aut maius uideri collegisse fruges iisque fractis
panem facere docuisse aut uuas de uitibus lectas expres-
sisse uinumque fecisse quam fruges ipsas aut uites generasse
20 ac protulisse de terra? reliquerit haec sane deus humanis
ingeniis eruenda, tamen fieri non potest quin ipsius sint omnia,
qui et sapientiam tribuit homini ut inueniret et illa ipsa quae
21 possent inueniri. artes quoque inuentoribus suis inmortalita-
tem peperisse dicuntur, ut Aesculapio medicina, Volcano fabrica.
colamus igitur et illos qui fullonicam sutrinamue docuerunt.
cur autem figulinae repertori honos non habetur? an quia
22 isti diuites uasa Samia contemnunt? sunt et aliae artes
quarum repertores humanae uitae plurimum profuerunt: cur
23 non et illis adtributa sunt templa? sed nimirum Minerua
est quae omnes repperit, ideoque illi opifices supplicant. ergo
24 ab his sordibus Minerua ascendit in caelum. est uero cur
quisquam derelinquat eum qui terram cum animantibus, cae-

EPITOME 3—71, 6] cf. c. 14, 5.

B(G)RSHPV] 1 quam V^1 non *add. Thilo* sceleratus *P*, scelerat(i)us *sic* V^2 2 lacessierint P^{pr} *(alt.* i *ras. ex* u*) edd.*, lacesserint *S*, lacessierunt *BRV*, lacesserunt *H* 3 peragamus *P* celeri P^1 *(corr.* P^2*)V* 4 possumus *S* litteris docere *B* 5 Caeli] caereri∗∗∗ *H* 6 usum *BS* ʳhʾiis R^2 nam *S*, non *HP* 7 potes *H* iisque] isque *R*, hisque *cett.* fractis] fructibus B^1, *corr.* B^3 8 expresʳsisʾse B^2 9 aut] atque *R* 10 *a* [Terr]a rel[iqueri]t *incipit codicis G pag. 5 (151) paene tota lecta* reliquit *B*, reli∗queri∗t *(duo* n *er.) P*, reli∗qua erit *(n er.) V* hominum *H* 11 erudienda *BH*, [erudien]da *G* 12 et *(ante* illa*) om. H* 13 possint *BG* inuenire V^1; *post* inueniri *in mg.* primus inuenit *add.* $P^{1?}$ artis R^1 14 reperisse *RH* scolapio *H* volcano *B*, uulcano *cett.*, u *minus cert. in G* 15 ful(l)onicam *(l in ras. ex* c *? m. 2) V* sutrinam∗ue *q er.) B*, strinamque *G* 16 repertorum *S* 17 uasa Samia] uasaṃ nimiaṃ *R* 18 re[p]pertores *G* 19 ʳetʾ R^2 nimirum *om. S* 20 omnis R^1 21 ʳhʾis R^2 escendit R^1V uero] ergo *H* 22 relinquat *R* celum — luminibus *in mg.* S^2

lum cum astris et luminibus exorsus est, ut eam ueneretur quae telam docuit ordiri. quid ille qui uulnera in corporibus sanare docuit? num potest esse praestantior quam qui corpora ipsa formauit, sentiendi ac uiuendi rationem dedit, herbas denique ipsas et cetera quibus medendi ars constat excogitauit ac protulit?

19. At enim dicet aliquis et huic summo qui fecit omnia 1
et illis qui partim profuerunt suam uenerationem esse tribuendam. primum nec factum est umquam ut qui hos coluit, 2
etiam deum coluerit, neque fieri potest, quoniam si honos idem tribuitur aliis, ipse omnino non colitur, cuius religio est illum esse unum ac solum deum credere. clamat summus 3
poeta eos omnes qui inuentas uitam excoluere per artes aput inferos esse ipsumque illum repertorem medicinae talis et artis ad Stygias undas fulmine detrusum, ut intellegamus quantum ualeat pater omnipotens, qui etiam deos fulminibus exstinguat. sed homines ingeniosi hanc secum 4
habebant fortasse rationem: quia deus fulminari non potest, apparet non esse factum. immo uero quia factum est, apparet hominem fuisse, non deum. mendacium poetarum non in 5
facto est, sed in nomine: metuebant enim malum, si contra publicam persuasionem faterentur quod erat uerum. quodsi 6
hoc constat inter ipsos, ex hominibus deos factos, cur ergo non credunt poetis, si quando illorum fugas et uulnera et

AUCTORES 13. 14] Verg. Aen. VI 663; VII 772 s. 24 s.] cf. Cic. de nat. deor. I 16, 42.

B(G)RSHPV] 1 cum *om. B* liminibus *V*¹ uenerænturr *P* 2 quid] quia *B*¹ (qu*a^m *B*³) *G* in] uel *S* corpore *B* 3 ˹sa˺nare *B* pres˻e˼ntior *P* *** qui (qui ? *er.*) *B* 4 uiuendi (*s. l. corr. R*²) *RS*, uidendi *BGR*¹*HVP* (^ui dendi *ex* uendi *P*¹?) *edd., sed cf. II 11, 6* accepta uiuendi sentiendique ratione 5 ipsa ceteraque *H* atque *PV* 8 esse *om. V* 9 quis *P* 10 *in* fieri potest *desinit codicis G pag. 5 (151), sequitur pag. 6 (152), cuius in uerss. 1—21 pleruque legebantur* 11 idem] inde *H ante* aliis *s. l.* ab *add. B*³ 13 omnis *P*¹ (*corr. P*²) *V* [in]⟨uent⟩[am] *G*, inuentes *H* 14 inferas *V*¹, *in ras. corr. V*² 15 talis et *om. BG* *rtis (^a *s. l.*) (e ? *er.*) *B* stugias *H* flumine *P* 16 ualet *S* 18 habeant *RS*, habent *H* qua *H* 19 uero] uero etiam *BG* 20 *post* mendacium *add.* enim *edd.* 21 est *post* nomine *SH* 23 hc̃ (*i. e.* haec) *S* e˹r˺go *B*²

7 mortes et bella et adulteria describunt? quibus de rebus in-
tellegi datur non potuisse ullo pacto fieri deos, quia ne homi-
nes quidem probi fuerunt eaque in uita sua gesserunt quae
mortem pariunt sempiternam.

1 20. Venio nunc ad proprias Romanorum religiones, quoniam
de communibus dixi. Romuli nutrix Lupa honoribus est ad-
fecta diuinis, et ferrem, si animal ipsum, cuius figuram gerit.
2 sed auctor est Liuius Larentinae esse simulacrum et quidem
non corporis, sed mentis ac morum. fuit enim Faustuli uxor
et propter uulgati corporis uilitatem lupa inter pastores id est
3 meretrix nuncupata est; unde etiam lupanar dicitur. exem-
plum scilicet Atheniensium in ea figuranda Romani secuti
sunt, apud quos meretrix quaedam nomine Leaena cum tyran-
num occidisset, quia nefas erat simulacrum constitui meretricis
in templo, animalis effigiem posuerunt cuius nomen gerebat.
4 itaque ut illi monumentum ex nomine, sic isti ex professione
fecerunt. huius nomini etiam dies festus dicatus est et Laren-
5 tinalia constituta. nec hanc solam Romani meretricem colunt,
sed Faulam quoque, quam Herculis scortum fuisse Ver-
rius scribit. iam quanta ista inmortalitas putanda est, quam
6 etiam meretrices adsecuntur? Flora cum magnas opes ex

EPITOME 5—11; 17—73, 3] c. 15, 1—3.
AUCTORES 8] I 4.
EXPILATORES 9—11] Augustin. de ciu. dei XVIII 21 (pag. 283, 19—23); cf. Isidor. orig. XVIII 42, 2.

B(G)RSHPV] 1 ac bella *H* *in* de re⟨b.⟩ *desinit codicis G pag. 6 (152)* 2 qui *SH* nec *B* 4 pariant *B* 5 ueniamus *H* 7 ipsum] ipsum fuisset *edd.* figura *S* 8 libius *SHP* larentinae *(-ne S) BRS*, la*rentine *(u er.) H*, tarentinae *PV* 12 figurando *S* 13 l'e'aena B^2 cum tyrannum] contyrannum *H* 14 qu'i'a V^2 constituit *S* 15 cui *S* 17 nomine *H* et *om. S* larentinalia *C, nisi quod* la*rentinalia *(u er.) H; cf.* larentinali *cod. Taur. Epit. 15, 2* 18 constitut* (a s. l.) *(i er.)* *et* sunt *s. l. add. m. 2 H* meretricem romani *SH* 19 faulam B^1 *(fau*'stu'lam B^2*) RPV, om. S,* et faulam *H;* Fauulam *i. e.* Fabulam *Reifferscheidius, anal. Horat. (1870) pag. 4,* Faunam *dubitanter Baehrensius, annal. philol. 1885 pag. 781 adn., sed* faula *Epitome quoque habet c. 15,3* quae *H* s'c'ortum R^2 uerius $B^{ac}S$ 20 est *ante* ista, *om. post* putanda *P* 21 adsequntur *B,* adsequuntur *PV* *post* adsecuntur *s. l.* ut S^2

arte meretricia quaesiuisset, populum scripsit heredem certam-
que pecuniam reliquit, cuius ex annuo faenore suus natalis
dies celebraretur editione ludorum, quos appellant Floralia.
quod quia senatui flagitiosum uidebatur, ab ipso nomine argu- 7
mentum sumi placuit, ut pudendae rei quaedam dignitas ad-
deretur. deam finxerunt esse quae floribus praesit eamque
oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitibus bene pro-
spereque florescerent. eum colorem secutus in Fastis poeta 8
non ignobilem nympham fuisse narrauit quae sit Chloris uoci-
tata eamque Zephyro nuptam quasi dotis loco id accepisse
muneris a marito, ut haberet florum omnium potestatem. ho- 9
neste quidem ista dicuntur, sed inhoneste turpiterque creduntur
nec debent, cum ueritas quaeritur, huiusmodi nos uelamenta
decipere. celebrantur ergo illi ludi conuenienter memoriae 10
meretricis cum omni lasciuia. nam praeter uerborum licentiam,
quibus obscenitas omnis effunditur, exuuntur etiam uestibus
populo flagitante meretrices, quae tunc mimarum funguntur
officio et in conspectu populi usque ad satietatem inpudicorum
luminum cum pudendis motibus detinentur. Cloacinae simu- 11
lacrum in Cloaca Maxima repertum Tatius consecrauit et quia
cuius esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen inposuit. Pa-
uorem Palloremque Tullus Hostilius figurauit et coluit. quid 12
de hoc dicam nisi dignum fuisse qui semper deos suos, sicut
optari solet, praesentes haberet? ab hoc illut Marci Marcelli
de consecratione Honoris atque Virtutis honestate nominum
differt, re congruit. eadem uanitate Mentem quoque inter 13

EPITOME 19—21] c. 15, 4. 21 s. 24—74, 2] c. 15, 6.
AUCTORES 8] Ovid. Fast. V 195 ss.

BRSHPV] 1 scrib⟨s⟩it *H*² certa qui *S* 2 reli*quit *(ṅ er.) B* fenore *BSH* sui *B* 3 ludorium *S* quas *H* appellauit *S* 4 senatus *P* 5 summi *R* 6 fi⟨n⟩xerunt *V*² 7 aut] ac *R, cfr. p. 70, 9* 9 cloris *B,* loris *H* 10 nubtam *(*b *ex* p*) B*³, numtam *P* q̃si *(i. e.* quae si*) V* accepisset *R* 13 uelamine *H* 14 conuenientes *H* 17 flagitante populo *BR* 19 moṙtibus *(*r *exp. et* t *ex* s *? m. 2) B* 20 reppertum *B* 21 esse *R*¹ 22 pallorem *H* tullius *RP* 23 ho⟨c⟩ *S*² 24 praesentes] *** *(*ṡėd *er.)* secum *B* 25 uirtutes *P*¹ *(corr. P*²*) V* honestatem *R,* honeste *H* 26 differt re] differre *BR*² *(ex* differt re*),* differt et *S,* differe *H*

deos senatus conlocauit, quam profecto si habuisset, eiusmodi
14 sacra numquam suscepisset. magnum Cicero audaxque
consilium suscepisse Graeciam dicit, quod Cupidinum et
Amorum simulacra in gymnasiis consecrasset: adulatus
15 est uidelicet Attico et inrisit hominem familiarem. non enim
magnum illut aut omnino consilium dicendum fuit, sed in-
pudicorum hominum perdita et deplorata nequitia, qui liberos
suos, quos erudire ad honestatem deberent, prostituerunt libi-
dini iuuentutis: a quibus flagitiorum deos et in illis potissimum
locis, ubi nuda corpora corruptorum luminibus patent, et in
illa coli aetate uoluerunt, quae simplex et inprouida prius in-
16 retiri et in laqueos potest cadere quam cauere. quid mirum
si ab hac gente uniuersa flagitia manarunt, aput quam uitia
ipsa religiosa sunt eaque non modo non uitantur, uerum etiam
coluntur? et ideo huic sententiae, tamquam Graecos pruden-
tia uinceret, adiecit: uirtutes enim oportere, non uitia
17 consecrari. quod si recipis, o Marce Tulli, non uides fore
ut inrumpant uitia cum uirtutibus, quia mala bonis adhaerent
et in animis hominum potentiora sunt? quae si uetas consec-
rari, respondebit tibi eadem illa Graecia se alios deos colere
ut prosint, alios uero ne noceant. haec enim semper excusatio
est eorum qui mala sua pro diis habent, ut Romani robiginem
18 ac febrem. si ergo uitia consecranda non sunt, in quo tibi

EPITOME 22 robiginem ac febrem] c. 16, 2.

AUCTORES 2. 16] de legg. frg. 2; II 11, 28; cf. Vahlenum ad hunc loc.

B(G)RSHPV] 1 profectós · *(puncta add. m. 2)* ibi *(om.* si*)* *V* 2 ⌞magnũ cicero audaxq.⌟ *V*[2] ciceroñė *(exp. m. 3)* *B* 4 cymnasiis *PV*[1] consecrassent *H* 5 *a* Cet attico *incipit codicis G pag. 7 (50), in qua pleraque legebantur* derisit *SH* 6 illud magnum *R* illum *G* 7 qui] qua *H* 8 honestate *(te minus cert., an* m *?)* *G,* honesta *PV* 9 flagitio eorum *V* 11 quem *S* inritiri *H* 12 cauere] uide**ri *(rė ? er.)* *B* 13 diuersa *B* 14 eaquae *B* uetantur *H* 16 adiectus *S*[1], *in ras. corr. S*[2] uirtu'te's *B*[2] 18 ⌞ut inrũpant⌟ *P*[2] 19 uet***as *(ust exters.)* *B* consecrari* *(i er.)* *B* 20 ibi *H* 21 uero *om. PV* ne *s. l.* *P*[1?] *V*[2] excusatio semper *SH* est excusatio *B, idem G, sed minus cert.* 22 eorum est *S* mala sua] mala* *(s er.)* *S* rubiginem *SV,* robigine *H* 23 consacranda *H,* consecrata *V*[ac]

adsentior, ne uirtutes quidem. non enim per se sapiunt aut
sentiunt neque intra parietes aut aediculas luto factas, sed
intra pectus collocandae sunt et interius conprehendendae, ne
sint falsae, si extra hominem fuerint collocatae. itaque prae- 19
claram illam legem tuam derideo quam ponis his uerbis: ast
olla, propter quae datur homini ascensus in caelum,
Mentem Virtutem Pietatem Fidem: earumque laudum
delubra sunto. atquin haec separari ab homine non possunt.
si enim colenda sunt, in homine ipso sint necesse est. si 20
autem sint extra hominem, quid opus est ea colere quibus
careas? uirtus enim colenda est, non imago uirtutis, et colenda est non sacrificio aliquo aut ture aut precatione sollemni,
sed uoluntate sola atque proposito. nam quid est aliut colere 21
uirtutem nisi eam conprehendere animo ac tenere? quod unus
quisque simulac coepit uelle, consequitur. hic solus uirtutis
est cultus: nam religio ac ueneratio nulla alia nisi unius dei
tenenda est. quid igitur opus est, o uir sapientissime, super- 22
uacuis extructionibus loca occupare quae possint humanis usibus cedere? quid sacerdotes constituere uana et insensibilia
culturos? quid immolare uictimas? quid tantos sumptus uel
fingendis uel colendis imaginibus inpendere? firmius et in- 23
corruptius templum est pectus humanum: hoc potius ornetur,
hoc ueris illis numinibus inpleatur. has ergo falsas conse- 24
crationes sequitur quod necesse est. qui enim sic uirtutes

EPITOME 1—4] c. 16, 1. 8 s.] c. 16, 2 quamuis — substantia. 23 falsas consecrationes] c. 16, 2 quae — execranda 24 ss. 76, 3 fides, 4 pietas, 6 pax, concordia, 8 pudicitia] cf. c. 16, 1.

AUCTORES 5] de legg. II 8, 19; cf. Lact. I 15, 23.

B(G)RSHPV] 1 adsentio *(ad euan. in G) BG* ⌊ne⌋ *P*[2] ⌜aut sentiunt⌝ *B*[3] 2 aedificulas *B[ar]G* factos *H* 3 *in* [ne sint falsae] ⟨si extra⟩ *desinit codicis G pag. 7 (50), sequitur pag. 8 (49), in qua nihil agnoscebatur* 5 his] in his *B* 6 illa *BR* ⌜propter⌝ *P* qu⌜a⌝e *B*[2] in] ad *SH* 7 earumdem *H* 8 sunt* *(o er.) BP,* sunt *SH,* sunt O *V* 9 sin *(ante autem) S* 10 sunt *S edd.* 12 t⌜h⌝ure *R*[2] 15 simulaccoepit *B*[1], simul-ut-occoepit *B*[2], simul*ut *(a er.)* cepit *R,* simul accepit *SPV,* simulat coepit *H* 17 est *om. R* 19 cadere *H* 20 cultoros *B*[1], *corr. B*[2], cultores *V*[1] sumptos *(sed o ex u B*[3]*) BP*[1], *corr. P*[2] 22 pectus] corpus *H* 23 numinibus *B,* nominibus *cett.*

colunt id est qui umbras et imagines uirtutum consectantur,
25 ea ipsa quae uera sunt tenere non possunt. itaque nulla in
quoquam uirtus est, uitiis ubique dominantibus, nulla fides,
omnia pro se quoque rapiente, nulla pietas, nec consanguineis
nec parentibus parcente auaritia et cupiditate in uenena et in
ferrum ruente, nulla pax, nulla concordia, publice bellis sae-
uientibus, priuatim uero inimicitiis usque ad sanguinem furen-
tibus, nulla pudicitia, libidinibus effrenatis omnem sexum et
26 omnes corporis partes contaminantibus. nec tamen desinunt
ea colere quae fugiunt et oderunt. colunt enim ture ac sum-
mis digitis quae sensibus intimis horrere debuerunt: qui error
omnis ex illius principalis ac summi boni ignoratione descen-
27 dit. urbe a Gallis occupata obsessi in Capitolio Romani cum
ex mulierum capillis tormenta fecissent, aedem Veneri Caluae
28 consecrarunt. non igitur intellegunt, quam uanae sint reli-
29 giones uel ex eo ipso, quod eas his ineptiis cauillantur. a
Lacedaemoniis fortasse didicerant deos sibi ex euentis fingere.
qui cum Messenios obsiderent et illi furtim deceptis obsesso-
ribus egressi ad diripiendam Lacedaemonem cucurrissent, a
30 Spartanis mulieribus fusi fugatique sunt. cognitis autem dolis
hostium Lacedaemonii sequebantur. his armatae mulieres ob-
uiam longius exierunt. quae cum uiros suos cernerent parare
se ad pugnam, quod putarent Messenios esse, corpora sua
31 nudauerunt. at illi uxoribus cognitis et aspectu in libidi-
nem concitati, sicuti erant armati permixti sunt, utique pro-

EPITOME 13—15] c. 15, 5.

BRSHPV] 1 quia *V* uirtutuum R^{ac}, uirtutem *H* consecrantur (*exp. m. 2*) *R* 2 nullo *B* 4 quemque *H*, uno quoque *edd.* rapiente *om. S* 5 parcent *B*, non parcente *H* 6 saeuenientibus *V* 7 inimicitriis V^2 9 *post* desinunt *eras.* ut *B* 11 dic*tis (*i er.*) *R* horrere *cod. Gothan. et alii recent.*, colere *C* 13 a *om. S* 14 capillis] calis *S* 15 consacrarunt *B*, consecrauerunt *RH* sunt *S* 16 ineptis *H* cauellantur P^1, *corr.* P^2 17 didicerunt *B* 18 messennios *H* 19 lacedemonem *B*, *pariter 21* 20 spartanibus *S* fugatiue *R* 21 iis *H* 23 quo* (đ *m. 2*) *V* messenios *B* 24 cognotis *P*, cognatis (*sic corr. m. 2*) *V* et] ex *H* libidine *B* 25 concitati (n *in ras. et* ci *m. 2*) *P*, cogitati *V* armati, *sed* i *in rasura 2 hastarum m. 2 P*, armatae *cett.* commixti *H* promiscue *S*

misce — nec enim uacabat discernere — sicut iuuenes ab 32
isdem antea missi cum uirginibus, ex quibus sunt Partheniae
nati. propter huius facti memoriam aedem Veneri Armatae
simulacrumque posuerunt: quod tametsi ex causa turpi uenit,
tamen honestius uidetur armatam Venerem consecrasse quam
caluam. eodem tempore Ioui quoque Pistori ara posita est, 33
quod eos in quiete monuisset, ut ex omni frumento quod
habebant panem facerent et in hostium castra iactarent: eo-
que facto soluta esset obsidio desperantibus Gallis inopia subigi
posse Romanos. quae ista religionum derisio est? si earum 34
defensor essem, quid tam grauiter queri possem quam deorum
numen in tantum uenisse contemptum, ut turpissimis nomini-
bus ludibrio habeatur? quis non rideat Fornacem deam uel 35
potius doctos uiros celebrandis Fornacalibus operari? quis
cum audiat deam Mutam, tenere risum queat? hanc esse
dicunt ex qua sint Lares nati et ipsam Laram nominant uel
Larundam. quid praestare colenti potest quae loqui non po-
test? colitur et Caca, quae Herculi fecit indicium de furto 36
boum, diuinitatem consecuta quia prodidit fratrem, et Cunina,
quae infantes tuetur in cunis ac fascinum submouet, et Ster-
cutus, qui stercorandi agri rationem primus induxit, et Tuti-

EPITOME 6—10] c. 15, 5. 10—13 (ludibrio)] c. 16, 3. 13—21] c. 16, 2.

AUCTORES 13 s. Fornacem] cf. Ovid. Fast. II 525—532. 15 s. Mutam — Laram] cf. ibid. 583—616.

EXPILATORES 20 s. Stercutus] cf. Isidor. orig. XVII 1, 3.

BRSHPV] 1 uacabant *R* discere (n re *s. l. m. 1 uel 3) B* sic *S,* sicuti *H* sicut — nati *damnat Heumannus* 2 hisdem (h *add. B*²) *BSH* missi] missi admixti *H* parthemię *S,* partheni⌊i⌋ (i *in ras. ex* ae *m. 2) P* 3 aedem] hae aedem *S* 4 euenit *H* 9 esse *B* obsidio⌈ne⌉ (ne *m. 1?) B* subici *R* 10 derisio] diũ si *S* si] et si *S* 12 nomen *BRV, ex* nomina *P*² turpissimi *S* 13 haberetur *H* 14 doctis *R*¹, ⌊doctos⌋ *P*² fornecalibus *S,* fornacibus *H,* furnacalibus *PV* 16 ex] et *B*¹, *ras. et s. l. corr. B*² ipsum *H* Laram] larem *RH* 17 larunda *S* quae] qui *SH* 18 caeca *BH, ex* caca *P*² herculi∗ (s *er.) P* facit *H,* fecit/// *(3 hastae er.) P* indicio *P*¹ *(corr. P*²*) V* 19 in diuinitatem consecrata *H* cuma *B* 20 fuscinum *P* stercutus *RSP*² *Epit. 16, 2,* stercus *B,* sterculus *HP*¹*V* 21 tutinus *C; an* Tutunus *? cf. Tertull. ad nat. II 11 (pag. 378); Arnob. IV 7*

nus, in cuius sinu pudendo nubentes praesident, ut illarum
pudicitiam prior deus delibasse uideatur, et mille alia portenta,
ut iam uaniores qui haec colenda susceperint quam Aegyptios
esse dicamus, qui monstruosa et ridicula quaedam simulacra
37 uenerantur. et haec tamen habent aliquam imaginem. quid
qui lapidem colunt informem ac rudem cui nomen est Termi-
nus? hic est quem pro Ioue Saturnus dicitur deuorasse nec
38 inmerito illi honos tribuitur. nam cum Tarquinius Capito-
lium facere uellet atque in eo loco multorum deorum sacella
essent, consuluit eos per auguria utrum Ioui cederent, et ce-
dentibus ceteris solus Terminus mansit. unde illum poeta
39 Capitoli inmobile saxum uocat. iam ex hoc ipso quam
magnus Iuppiter inuenitur, cui non cessit lapis, ea fortasse
40 fiducia, quod illum de paternis faucibus liberauerat. facto
itaque Capitolio supra ipsum Terminum foramen est in tecto
relictum, ut quia non cesserat, libero caelo frueretur: quo ne
41 ipsi quidem fruebantur qui lapidem frui putauerunt. et huic
ergo publice supplicatur quasi custodi finium deo, qui non tan-
42 tum lapis, sed etiam stipes interdum est. quid de iis dicas
qui colunt talia nisi ipsos potissimum lapides ac stipites esse?
1 21. Diximus de diis ipsis qui coluntur: nunc de sacris ac
mysteriis eorum pauca dicenda sunt. aput Cyprios humanam
hostiam Ioui Teucrus immolauit idque sacrificium posteris tra-
2 didit; quod est nuper Hadriano imperante sublatum. erat
lex aput Tauros inhumanam et feram gentem, ut Dianae

EPITOME 2 (portenta)] c. 16, 3. 5—16] c. 16, 3. 21—24] c. 18, 1. 24 ss.] c. 18, 2.

AUCTORES 12] Verg. Aen. IX 446.

BRSHPV] 1 *supra* pudendo *add.* ꝉ pendendo *m. post.* *P* 2 pudicicia *S* deliuasse B^1, *corr.* B^3, deli asse *R* uide(a)tur B^2 4 ///dicamus *(3 hastae er.)* *P*, dedicamus *V* monstru(o)sa *B*, monstrosa *RPV* 5 qui+ (d) *(corr. m. 2)* *B* 10 esse(nt) B^2 caederent $B^{ar}V$, caderent *H* 12 capitolii *BS* 13 eo *P* 15 capitolio *(c ras. ex it)* *B* 16 cessarant *S* 18 custodi** *(am er.)* *B* 19 stipes] tribus *H* iis *edd.*, his *C* 20 alia *S* ipso *H* stirpes *H* 21 istis *P* sacrificiis *H* ac] ac de *P* 22 cyrios *R*, cyprios autem *PV* 23 teucrius *B*, teuchrus *PV* 24 est *om.* *H* imperatore *H* 25 rex *P* taur(i)os B^2, tauros, *exp. et* racoes *s. l. add* *m. 2* *R*, tauras *PV* ut] et *S*, uti *PV*

hospites immolarentur, et id sacrificium multis temporibus
celebratum est. Galli Esum atque Teutaten humano cruore 3
placabant. ne Latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt,
siquidem Latiaris Iuppiter etiamnunc sanguine colitur humano.
quid ab his boni precantur qui sic sacrificant? aut quid tales 4
dii praestare hominibus possunt, quorum poenis propitiantur?
sed de barbaris non est adeo mirandum, quorum religio cum
moribus congruit: nostri uero qui semper mansuetudinis et
humanitatis sibi gloriam uindicauerunt, nonne sacrilegis his
sacris immaniores reperiuntur? ii enim potius scelerati sunt 5
habendi, qui cum sint liberalium disciplinarum studiis expoliti,
ab humanitate desciscunt, quam qui rudes et inperiti ad mala
facinora bonorum ignoratione labuntur. apparet tamen anti- 6
cum esse hunc immolandorum hominum ritum, siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificii cultus est, non quidem
ut homo ad aram immolaretur, sed ut in Tiberim de ponte
Muluio mitteretur. quod ex responso quodam factita- 7
tum Varro auctor est: cuius responsi ultimus uersus est talis:

καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

[id est hominem] quod quia uidetur ambiguum, et fax illi et
homo iaci solet. uerum id genus sacrificii ab Hercule, cum 8

EPITOME 3 s. 14—18] c. 18, 2.

BRSHPV] 1 immolarentur R^2 2 e's't B^2 aesum *B* teutaten *RS*, teuthaten *B*, utaten *H*, teutantem *P*, teutanten *V* 5 ab his] a diis *RS*, talibus a diis *H* boni* (s *er.*) *B* quid] qui *SH* 6 hominibus *om. S* 9 humanitas *P* gloria *S* uindicarunt *RSHP* sacrilegiis *S*, sacri//-legiis *(2 hastae er.,* i *s. l. m. 2) P*, sacris legis *V* 10 ii R^1, hii BR^2V, hi *SHP* scelerandi *P* 11 expoli*ti *(a er.) BRH* 12 desciunt V^1 ĩ|periti *B* 13 tamen] tñ V^2 antiqum *(q ex c)* B^3, antiquum *RSPV* 15 genere R^2 16 iram *(i in ras. ex al. litt. m. 2) S* uti *PV* pon**te *(en er.) B* 17 moluio *(pr.* o *ex* u R^2*) RS*, molbio *PV;* Aemilio *Iordanus, Topogr. d. Stadt Rom II 199. 283; an* Sublicio *? cf. p. 80, 10; nisi rectius* Muluio *delendum, cf. Epit.* quidam *H* 19 Ἅιδῃ] ΙΔЄ *B*, ΑΙΔΙΙ *RPV;* Ἅιδῃ *Macrob. Sat. I 7, 28*, Κρονίδῃ *Dionys. Halic. I 19 (ex quo Stephan. Byz. s. u.* Ἀβοριγῖνες*)* TO *B* πατρὶ] ΤΙΑΤΡΙΤ *R* ΠЄΜΠЄΤΑΙ *P*, ΠЄ-ΜΙΤЄΤΑΙ *V* ΚΑΙΚЄΦΑΛΑCЄΔЄCЄ ΤΟΠΑΤΡΙΡЄΝΡЄΤЄ ΦΟΤΑ *S*, eccefalasetleceto patri penpe tefota *H* *interpret. lat. in mg. a m. 2 ? P, alia in S cf. Struuium, opusc. I 132* 20 id est hominem *om. edd.* illi et] illa sed *H* 21 solebat *S*, sosolebat *H*

ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente ut pro ueris hominibus imagines iacerentur e scirpo, ut Ouidius in Fastis docet:

donec in haec uenit Tirynthius arua, quotannis
tristia Leucadio sacra peracta modo.
illum stramineos in aquam misisse Quirites,
Herculis exemplo corpora falsa iaci.

9 haec sacra Vestales uirgines faciunt, ut ait idem:

tum quoque priscorum uirgo simulacra uirorum
mittere roboreo scirpea ponte solet.

nam de infantibus qui eidem Saturno immolabantur propter
10 odium Iouis quid dicam non inuenio. tam barbaros, tam immanes fuisse homines, ut parricidium suum id est taetrum atque exsecrabile humano generi facinus sacrificium uocarent, cum teneras atque innocentes animas, quae maxime est aetas parentibus dulcior, sine ullo respectu pietatis extinguerent immanitatemque omnium bestiarum, quae tamen fetus suos
11 amant, feritate superarent! o dementiam insanabilem! quid illis isti dii facere amplius possent, si essent iratissimi, quam faciunt propitii, cum suos cultores parricidiis inquinant, orbi-
12 tatibus mactant, humanis sensibus spoliant? quid potest esse his hominibus sancti? aut quid in profanis locis faciant qui inter aras deorum summa scelera committunt?

EPITOME 11] c. 18, 3.
AUCTORES 4 ss.] V 629 ss. 9 s.] V 621 s.

BRSHPV] 1 redire‹t› P^2 2 ex cirpo B^1 *(*s *s. l. add.* B^2*) S,* idcirco *H* 4 tyrintius *BS,* tiryntius *H,* tiri‹n›tius P^2 quodannis *BHV,* quod anni *P* 5 tristitia *B* leucadia *H* 6 aqua *SH* quiritis *S* 7 iaci *codd. Ouidii,* iace *BSPV,* iacent *R,* iacebant *H* 8 uirgines uestales *B* 9 tu *SH,* tunc *P* 10 ‹r›oboreos crirpea *V* ‹s›cirpea B^2, scirpa *R* solent *R,* soles *SH* 11 immolabuntur *P* 14 genere *S* 15 maxim$\overset{\text{a}}{\text{e}}$ *(*e *in. ras. ex* ae ? *m. 2,* a *s. l. m. 3) B* 17 qua *P* tamen] et non *P* f*etus *(*à *er.) B* 18 dementia *S* insanabile *SV* 19 diis *P* possunt R^1 si essent *om. B* 20 orbitate *B* 22 esse *om. S* $\overset{\text{h}}{\text{i}}$is *(*h *m. 2) R* homini *H* sanctum *H* pf*anis *in ras. ex* ppianis *ut uid.* P^2 23 inter aras] interas *H*

Pescennius Festus in libris historiarum per saturam refert 13
Karthaginienses Saturno humanas hostias solitos im-
molare et cum uicti essent ab Agathocle rege Sicu-
lorum, iratum sibi deum putauisse; itaque ut diligen-
tius piaculum soluerent, ducentos nobilium filios im-
molasse.

tantum religio potuit suadere malorum. 14
quae peperit saepe scelerosa atque inpia facta.

cui ergo dementissimi homines illo sacrificio consulebant, cum 15
tantam partem ciuitatis occiderent, quantam fortasse ne Aga-
thocles quidem uictor occiderat? ab isto genere sacrorum 16
non minoris insaniae iudicanda sunt publica illa sacra, quorum
alia sunt Matris, in quibus homines suis ipsi uirilibus litant
— amputato enim sexu nec uiros se nec feminas faciunt —
alia Virtutis, quam eandem Bellonam uocant, in quibus ipsi
sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant. sectis 17
namque umeris et utraque manu destrictos gladios exerentes
currunt ecferuntur insaniunt. optime igitur Quintilianus in
Fanatico istud inquit si deus cogit, iratus est. etiamne 18
haec sacra sunt? non satius est pecudum modo uiuere quam
deos tam inpios, tam profanos, tam sanguinarios colere? sed 19
unde isti errores et haec tanta flagitia manauerint, suo loco
disseremus. interim uideamus et cetera, quae carent scelere, ne
studio insectandi uideamur eligere peiora. Isidis Aegyptiae 20

22 suo loco] II 16. *EPITOME* 2—6] c. 18, 3. 11—18] c. 18, 4. 23—82, 15] c. 18, 5 s.

AUCTORES 1 Pesc. Fest.] Historic. Rom. frg. ed. Peter pag. 375. 7. 8] Lucr. I 101. 83. 18] cf. Quintiliani declamat. ed. Ritter pag. I adn.

BRSHPV] 1 satyram *R*, sathyram *PV* 2 karthaginienses *B*, car- *cett.* solitas *P* 5 piacula *B* 8 quae peperit saepe] religio peperit *Lucr.* 10 cecitatis *S* acciderant *S* nec *B* negathocles *S* 11 quidem *om. B* occiderit *SH* 13 Matris] Matris Magnae *Epit. 18, 4,* Matris deum *edd., sed cf. Epit. 8, 6* Mater ipsis *BSP (sed alt.* s *s. l.* P^2*)* uirilibus B^2 14 femina *H* 17 districtos R^1 gladio se exerentes *H* efferentes *S* 18 ecferuntur *B,* haec feruntur *S,* haec feceruntur *H,* efferuntur *RPV* 19 si] quod si *H* deos *S* colit *B* iratus] *malim* sceleratus *uel* insanus 20 non] n̄e *(i. e.* nonne*) P,* ne *V;* nonne *edd.* 22 manauer̃ *S* 23 interim *om. H* 24 aegyptia *P*

sacra sunt, quatenus filium paruulum uel perdiderit uel inuenerit. nam primo sacerdotes eius deglabrato corpore pectora sua tundunt lamentantur, sicut ipsa cum perdidit fecerat; deinde puer producitur quasi inuentus et in laetitiam luctus ille mutatur. ideo Lucanus:

numquamque satis quaesitus Osiris.

21 semper enim perdunt, semper inueniunt. refertur ergo in
sacris imago rei quae uere gesta est, quae profecto si quid
sapimus declarat mortalem mulierem fuisse ac paene orbam,
nisi unicum repperisset. quod illum ipsum poetam minime
fugit, apud quem Pompeius adulescens morte patris audita
haec loquitur:

euoluam busto iam numen gentibus Isim
et tectum lino spargam per uulgus Osirim.

22 hic est Osiris, quem Serapim [uel Serapidem] uulgus appel-
lat. solent enim mortuis consecratis nomina immutari, credo
23 ne quis eos putet homines fuisse. nam et Romulus post
mortem Quirinus factus est et Leda Nemesis et Circe Marica
et Ino postquam se praecipitauit, Leucothea materque Matuta
24 et Melicertes filius eius Palaemon atque Portunus. sacra
uero Cereris Eleusinae non sunt his dissimilia. nam sicut

EPITOME 20–83, 4] c. 18, 7.
AUCTORES 6] Ouid. Metam. IX 693; cf. Lucan. VIII 831 ss. 13 s.] Lucan. IX 158 s.

BRSHPV] 1 quatinus *S, sic saepe codd. excepto B* paruulum filium *S* paruolum *H* uel *(ante* perdiderit*) om. B* 2 declabrato *R* pectora] corpora *B*[1], *in ras. corr. B*[2] 3 sua] sua nuda *H* sic *S* ferat *S* 6 num⸢quam⸣quae *B*[2], nusquamque *H* 7 inueniuntur *S* ergo] enim *B* 8 uera *S* 9 mulierem *om. S* p⸤a⸥ene *B*[3] 10 nisi unicum *post* reperisset quod *R*[1], *del. R*[2], *post* orbam *s. l.* nisi unicum illum *add. R*[2] unic⸤ũ⸥ *P*, unicam *V* poeta *S* 13 issĩ *P*, issim *V* 14 et tectum] eiectum *B*, et rectum *SH* ligno *PV* uulgum *S* osiris *S* 15 serapem *BPV*, sarapem *H* sarapidem *B*[1], *corr. B*[2] uel Serapidem *eiecit Volkmannus, epist. gratul. pag.* 5 appellant *B* 17 putent *B* 18 ⸢ne⸣mesis *V*[2] cice *P* mari**ca *(gà er.) B* 19 inopus⸢t⸣quam *sic P* praecipitauit in mare *H* leuchotea *BV* mat̃/// *(3 hastae er.)* mutata *P* 20 melicertus *V*[1], *ras. et s. l. corr. V*[2] 21 eleusiniae *B*, eleusinam *V* iis *H*

ibi Osiris puer planctu matris inquiritur, ita hic ad incestum
patrui matrimonium rapta Proserpina: quam quia facibus ex
Aetnae uertice accensis quaesisse in Sicilia Ceres dicitur, idcirco
sacra eius ardentium taedarum iactatione celebrantur. apud 25
Lampsacum Priapo litabilis uictima est asellus, cuius sacrificii
ratio in Fastis haec redditur. cum dii omnes ad festum Matris
Magnae conuenissent epulisque satiati noctem lusibus ducerent, quieuisse humi Vestam somnumque cepisse; ibi Priapum
somno eius ac pudicitiae insidiatum, sed illam intempestiuo
clamore aselli quo Silenus uehebatur excitatam, libidinem
uero insidiatoris esse deceptam; hac de causa Lampsacenos 26
asellum Priapo quasi in ultionem mactare consuesse, aput
Romanos uero eundem Vestalibus sacris in honorem pudicitiae
conseruatae panibus coronari. quid turpius, quid flagitiosius, 27
quam si Vesta beneficio asini uirgo est? at poeta fabulam
finxit. num ergo illut est uerius quod referunt ii qui Phaenomena 28
conscripserunt, cum de duabus Cancri stellis locuntur
quas Graeci ὄνους uocant, asellos fuisse qui Liberum patrem
transuexerint, cum amnem transire non posset, quorum alteri
hoc praemium dederit, ut humana uoce loqueretur? itaque inter
eum Priapumque ortum esse certamen de obsceni magnitudine: Priapum uictum et iratum interemisse uictorem. hoc 29
uero multo magis ineptum est, sed poetis licet quidquid uelint.

EPITOME 4—22] c. 18, 8.

AUCTORES 2 s.] cf. Cic. Verr. IV 48, 106. 6 ss.] Ouid. Fast. VI 309—348. 16 ss.] cf. schol. Arat. Germanici pag. 70, 12 ss.; 129, 3 ss. Breysig; Hygin. Astron. II 23.

BRSHPV] 1 isoris *H* 2 in matrimonium *R* 3 ethnéae *(exp. m. 1 uel 2) B,* aet⌈h⌉nae *R*², ethnae *S,* aethne *H* ascensis *P* 5 lamsacum *BR,* lansa⌊cũ⌋ *(in ras. m. 1 ?) S,* lamsacum. Apud lamsacum *H,* lapsacum *PV* litalis *B* asellis *P*¹, *corr. P*² 6 ad festum] adfectu *H* 8 somn*um (i *er.,* que *om.) R* coepisse *PV* 10 asello *V*¹ 11 hęc *S* lamsacenos *BRHP,* lãsacenos *S,* la⌈p⌉sacenos *V*² 12 ultione *S* consue⌊uit⌋ *V*² 14 consecrate *H* pani*bu⌈s⌉ (s *er.,* s *s. l. m. 2) B* 16 refer̃t//// *(4 hastae er.) P* ii *R*¹, hii *BR*²*H,* hi *SPV* faenomena *ex* senomina *ut uid. B*², fetomenas *H* 17 concri *R* loquuntur *SP* 18 onus *B,* onos *H,* ONOIC *P*¹, *in mg.* asinos *m. al.* 19 possit *R,* possent *S* 20 hoc] ob *B* dederint *S* 21 opsceni *P*¹ *(corr. P*²*) V* 22 iratum] iterum *B* uectorem *P*¹, *corr. P*²

non excutio tam deforme mysterium nec Priapum denudo, ne
quid appareat risu dignum. finxerint haec sane poetae, sed
necesse est maioris alicuius turpitudinis tegendae gratia ficta
30 sint. quae sit ergo quaeramus. at ea profecto manifesta est.
nam sicut Lunae taurus mactatur, quia similia habet cornua, et

placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
ne detur celeri uictima tarda deo,

ita in hoc quia magnitudo membri uirilis enormis est, non
potuit ei monstro aptior uictima reperiri quam quae posset
31 ipsum cui mactatur imitari. aput Lindum, quod est oppi-
dum Rhodi, Herculis sacra sunt, quorum a ceteris longe di-
uersus est ritus, siquidem non εὐφημίᾳ ut Graeci appellant, sed
maledictis et execratione celebrantur, eaque pro uiolatis habent,
si quando inter sollemnes ritus uel inprudenti alicui exciderit
32 bonum uerbum. cuius rei haec ratio redditur, si tamen ulla
33 esse ratio in rebus uanissimis potest. Hercules eo cum de-
latus esset famemque pateretur, aratorem quendam conspexit
operantem ab eoque petere coepit, ut sibi unum bouem uen-
deret. enimuero ille negauit fieri posse, quod spes sua omnis
34 colendae terrae duobus illis iuuencis niteretur. Hercules solita
uiolentia usus, quia unum accipere non potuit, utrumque sus-
tulit. at ille infelix cum boues suos mactari uideret, iniuriam
suam maledictis ultus est, quod homini eleganti et urbano
35 gratissimum fuit. nam dum comitibus suis epulas apparat

EPITOME 10—85, 8] c. 18, 9.
AUCTORES 6 s.] Ouid. Fast. I 395 s.

BRSHPV] 1 nec] ne(c) *S*, ne *H* 2 quit *B*, *sic raro* finxerunt (-r̃ *S*) *BSP* 3 fincta $B^{ar}H$, facta *S* 4 sint *H* ea] dea *B*, ate R^1, *eras. et* res *corr.* R^2 est] est res *H* 5 sic *S* qui(a) H^2 simili(t̃) P^2 habent *B* 6 placat equo] placitaequodis *B*, placat (equo) H^2, placata equo P^1 (placatã ẹquo P^2) *V* rad(iis) H^2 hyperiona* (*e er.*) cintũ *P*, hyperion accintum *V* cinc(tum) H^2 8 hunc *S* qui(a) V^2 inormis *B* 9 possit *SH* 10 (ipsũ) P^2 11 longi *S* 12 eyfemia *B*, eufemia *RPV*, eufenia *SH* aut *V* 15 si] nisi *V* nulla $P^{ar}V$ 16 ratio *om.* *PV*, 18 patere P^1, *corr.* P^2 coepi *P* 19 enimuero *om.* *B* quod *om.* *R* 20 niteretur] maxime niteretur *H* hercule *S* 21 non potuit accipere *SH* utrosque *H* 23 maledicti(s) H^2V^2 uultus *V* 24 cum *H* suis *om.* *B* appareat *V*

dumque alienos boues deuorat, illum sibi amarissime conuiciantem cum risu et cachinnis audiebat. sed postquam Her- 36
culi diuinos honores ob admirationem uirtutis deferri placuit, a ciuibus ara ei posita est, quam de facto βούζυγον nominauit, ad quam duo iuncti boues immolarentur sicut illi quos abstulerat aratori, eumque ipsum sibi constituit sacerdotem ac praecepit, ut isdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis uteretur, quod negaret se umquam epulatum esse iucundius. haec iam non sacra sunt, sed sacrilegia, in quibus id sanctum 37
ducitur, quod in aliis si fiat, etiam seuerissime uindicatur. ipsius autem Cretici Iouis sacra quid aliut quam quomodo sit 38
aut subtractus patri aut nutritus ostendunt? capella est Amaltheae nymphae, quae uberibus suis aluit infantem: de qua Germanicus Caesar in Arateo carmine sic ait:

illa putatur
nutrix esse Iouis, si uere Iuppiter infans
ubera Cretaeae mulsit fidissima caprae,
sidere quae claro gratum testatur alumnum.

huius capellae corio usum esse pro scuto Iouem contra 39
Titanas dimicantem Musaeus auctor est, unde a poetis αἰγίοχος nominatur. ita quidquid est gestum in abscondendo

EPITOME 11—13] c. 18, 10.
AUCTORES 15 ss.] u. 165 ss.

BRSHPV] 1 amarissimi *V* 2 ca*chinnis *(c er.) B*, caccinnis *H*, cacinnis *PV* 3 ob miratione *S* uirtutum *B* a ciuibus placuit *B* 4 BOYZYΓON *R*, BIZYGON *B*, BOYZOYΓON *S*, bozogon *(g ex c m. 2) H*, BOYZIΓON *P*, *in mg.* bouis iugum *m. al.*, BOYZIΓON *V* 5 iuncti duo *S* sic *S* abstulerat *(a in ras. ex un ? m. 2) B* 6 sacerdote *S* at *S* praecipit *R*[1] 7 hisdem *(h s. l. B*[2]*) BSPV* 8 negare *P* seu quam *S* iocundius *(o ex u R*[2]*) RP, sic saepe codd. excepto B*, iucundum *S*, tum iucundum *H* 10 dr̃ *P*[1], *in mg.* ducitur *m. post.*, dicitur *V* *malim* uindicetur 11 eretici *S* Cretici — aliud *in mg. V*[2] 12 amathae (l e) *(corr. m. 2) B*, amalthaeae *RP*[ac], amalathe *H* 13 numphae *H* quae uberibus — sic ait *om. B* quae] quod *P*[1], *corr. P*[2] de qua] unde *H* 15 illa] una *codd. German.* 16 uero *SH* 17 crete aere *H*, cre*tae‿ae *(a er., ‿ m. 2) V* foedissima capra *H* 18 sidereque *B* quae *om. H* grato *R*[ac], *s. l. corr.* 19 corio usum] curiosum *H* 20 museus *BRSH* 21 αἰγίοχος *om. B*, aegiochus *RSV*, egiocus *H*, aegiosus *P* in] tum in *H*

40 puero, id ipsum per imaginem geritur in sacris. sed et matris
eius mysterium idem continet; quod Ouidius exponit in Fastis:

> ardua iam dudum resonat tinnitibus Ide,
> tutus ut infanti uagiat ore puer.
> pars clipeos sudibus, galeas pars tundit inanes,
> hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
> res latuit priscique manent imitamina facti,
> aera deae comites raucaque terga mouent.
> cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant,
> tibia dat Phrygios ut dedit ante modos.

41 hanc totam opinionem quasi a poetis fictam Sallustius respuit
uoluitque ingeniose interpretari, cur altores Iouis dicantur
fuisse Curetes, et sic ait, quia principes diuini intelle-
gendi fuerunt, uetustatem ut cetera in maius compo-
42 nentem altores Iouis celebrauisse. quantum errauerit
homo eruditus, iam res ipsa declarat. si enim princeps est
Iuppiter et deorum et religionum, si ante illum nulli dii uulgo
colebantur, quia nondum nati fuerant qui coluntur, apparet
Curetas ex diuerso principes fuisse diuini non intellegendi, per
quos error omnis inductus est et dei ueri memoria sublata.
43 ex ipsis itaque mysteriis et caerimoniis intellegere debuerunt
44 hominibus se mortuis supplicare. non igitur exigo, ut aliquis

EPITOME 1—10] c. 18, 11.
AUCTORES 3 s.] IV 207. 11] Histor. III 60 Dietsch.

BRSHPV] 3—10] *cf. Kruegerum, de Ouidi Fastis recensendis pag. 14.* 3 iandudum B^1, *corr.* B^2 innitibus *P* idae B^1 (e *del. et exp.* B^2) *SH*, idem *RPV* 4 Tutus (i s. l.), *in mg.* üt, *V* uagiat (i *ras. ex* e) *H* 5 clypeos *R* 6 coribantes *SH* 6—7 opus res] pur. es. (e *s. l. m. 2*) *B* opus *om. H* 7 priscique] prisca *B* 8 aera deae] tradidere *B* raucaqu'a'e *B* terga] turba *H* 9 cymbalia (*exp. m. 2*) *V* 10 da't' H^2 frygios (fri- *S*) *BSH*, frygiam P^1 (am *expunx. et* os *s. l. add. m. recentiss.*) *V* ut] ui *R* 11 ha(n)c H^2 factam P^1 (*corr.* P^2) *V* salustius *S* 12 uo(l)ui(t)que H^2 cur altores] curatores *H* aliores *R* 13 intelle'gen'di R^2 14 uetustate *H* ut *in mg. P* componentes *B*, conponantem V^1 15 altiores *V* celebrauis ea quam tum *H* 16 tam *R* princeps P^2, principes *sic V* 18 colebantur] celebrantur *S* qui *V* nundum *H* 20 erros *P* sublata] sublata est *H* 21 cerimoniis *BSHP*

poetarum fictionibus credat: qui hos mentiri putat, pontificum ipsorum scripta consideret et quidquid est litterarum ad sacra pertinentium reuoluat: plura fortasse quam nos adferimus inueniet, ex quibus intellegat inania inepta commenticia esse
omnia quae pro sanctis habentur. si quis autem percepta 45
sapientia deposuerit errorem, profecto ridebit ineptias hominum paene dementium, illos dico qui uel inhonesto saltatu tripudiant uel qui nudi uncti coronati aut personati aut luto obliti
currunt. quid de scutis uetustate iam putribus dicam? quae 46
cum portant, deos ipsos se gestare umeris arbitrantur. nam 47
Furius Bibaculus inter praecipua pietatis exempla numeratur: qui cum praetor esset, tamen lictoribus praeeuntibus ancile portauit, cum haberet magistratus beneficio muneris eius uaca-
tionem. non ergo ille Furius, sed plane furiosus fuit, qui 48
praeturam hoc ministerio se putauit ornare. merito igitur, cum haec a uiris non inperitis ac rudibus fiant, Lucretius exclamat:

o stultas hominum mentes, o pectora caeca!
qualibus in tenebris uitae quantisque periclis
degitur hoc aeui quodcumque est!

quis haec ludibria non rideat qui habeat aliquid sanitatis, cum 49
uideat homines uelut mente captos ea serio facere, quae si quis faciat in lusum nimis lasciuus et ineptus esse uideatur?

AUCTORES 10—14] Valer. Max. I 1, 9. 17 ss.] II 14 ss.

BRSHPV] 1 finctionibus *RH* 3 ⌈quā⌉ $P^{1?}$ inferimus *H* 4 commentitia *B* 5 sacris *SH* 6 ineptias] dementias *H* 7 inhonestu B^1, *corr.* B^3 saltotu R^1, saltu *S* trepudiant (e *ex* i) H^2 8 nudi* *(&? er.)* *V* obliniti *H* 9 qui *H* eacutis B^1, ⌈d⌉escutis B^3 10 gestare se *BSH* *post* umeris *s. l.* suis P^2 11 uiuaculus *BH* 13 ac beneficio *H* uocationem *S* 15 praeturam] praeturam homini⌈s⌉ (s *m. 2)* *R*, praetura *S* ornate R^1 16 clamat *H* 17 o stultas] o miserae *B*, o miseras *R*, o miseras o stultas *H* 18 uita* (e *er.)* *R* quantisqu*e (a *er.)* *B* 19 ⌈est⌉ P^2 20 aliquis *S* 21 ueluti *R* mente* (s *er.)* *P* ⌈captos⌉ P^2 ser⌈i⌉o *B* si quis] sic̣ụṭ *R* 22 lusu *PV* nimis lasciuus] minislascibus *(sed* b *dubium)* B^1, min*s**sanus (u *s. l.*) B^2 mimus *cum Petro Fabro Schegkius in Gruteri Lampad. IV 913* lasciuius SV^{ar} esse] e se *H*

1 22. Harum uanitatum aput Romanos auctor et constitutor
Sabinus ille rex fuit, qui maxime animos hominum rudes at-
que inperitos nouis superstitionibus implicauit: quod ut faceret
aliqua cum auctoritate, simulauit cum dea Egeria nocturnos
2 se habere congressus. erat spelunca quaedam peropaca in
nemore Aricino, unde riuus perenni fonte manabat. huc se
remotis arbitris inferre consueuerat, ut mentiri posset monitu
deae coniugis ea sacra populo se tradere, quae acceptissima
3 diis essent. uidelicet astutiam Minois uoluit imitari, qui se
in antrum Iouis recondebat et ibi diu moratus leges tamquam
sibi a Ioue traditas adferebat, ut homines ad parendum non
4 modo imperio, sed etiam religione constringeret. nec difficile
sane fuit persuadere pastoribus. itaque pontifices flamines
Salios augures creauit, deos per familias discripsit: sic noui
populi feroces animos mitigauit et ad studia pacis a rebus
5 bellicis auocauit. sed cum alios falleret, se ipsum tamen
non fefellit. nam post annos plurimos Cornelio et Baebio con-
sulibus in agro scribae Petili sub Ianiculo arcae duae lapideae
sunt repertae a fossoribus, quarum in altera corpus Numae
fuit, in altera septem Latini libri de iure pontificio, item Graeci
totidem de disciplina sapientiae scripti, quibus religiones non
eas modo quas ipse instituerat, sed omnes praeterea dissoluit.

EPITOME 1—3. 12—16] c. 17, 2.

AUCTORES § 1—4] cf. Flor. I 2, 1—4; 8, 3 (ferox — mitigaretur, cf. Lact. § 4); an Lact. et Flor. communi fonte (fort. Senecae patris historiis) usi sunt? § 5 s.] Valer. Max. I 1, 12 (Liu. 40, 29).

BRSHPV] 2 *supra* sabinus ille *add.* numa *R*[2] maximos *S* animos *om. S* hominum] rerum *B* 4 dea] de *H* ⌜e⌝geria *P*, geria *V* 6 arocino *H*, ericino *PV* perhenni (h *add. R*[2]) *RS* manaebat *H* 7 remotissimus *H* arbitriis *B* 9 astutia *H* min⌜o⌝is *B*[3], mynois (y *ex* i) *P*[2], mino his *V* 11 ⌜a⌝ *R*[2] traditas a ioue *SH* ad parendum] apparendum *BP*[1] *(corr. m. post.) V* 14 alios *R* deos] et eos *Dukerus ad Flor. I 2, 2, sed cf. Epit. 17, 2.* per familia *H* discripsit *scripsi*, descripsit *C* signoui (g *ex* c) *B*[2] 15 feros *P*[1], *corr. m. post.* 17 nam] non *R* bebio *B*, boebio *SP* 18 petilii *RPV*, petulii *S* artẹ *V* lipideae *H* 19 sunt** r*epertae *P* a *om. R* forsoribus *P*[1] *(corr. P*[2]*) V* 20 de iu*re *P*, dei uere *V* iuri *B*[1], *corr. B*[3] 21 disciplinaė *(exp. m. 3) B* sapientia⌞e⌟ *B*[3] 22 quasi *P*[ar] *V* omnis *R*[1]*P*[1] *(corr. R*[2]*P*[2]*) V*

qua re ad senatum delata decretum est, ut hi libri abolerentur. 6
ita eos Quintus Petilius praetor urbanus in contione populi
concremauit. insipienter id quidem: quid enim profuit libros 7
esse combustos, cum hoc ipsum, quod sunt ideo combusti, quia
religionibus derogabant, memoriae sit traditum? nemo ergo 8
tunc in senatu non stultissimus: potuerunt enim et libri aboleri et tamen res in memoriam non exire. ita dum uolunt etiam posteris adprobare quanta pietate defenderint religiones, auctoritatem religionum ipsarum testando minuerunt. sed ut 9
Pompilius aput Romanos institutor ineptarum religionum fuit, sic ante Pompilium Faunus in Latio, qui et Saturno auo nefaria sacra constituit et Picum patrem inter deos honorauit et sororem suam Fentam Faunam eandemque coniugem consecrauit; quam Gauius Bassus tradit Fatuam nominatam, quod mulieribus fata canere consuesset ut Faunus
uiris. eandem Varro scribit tantae pudicitiae fuisse, 10
ut nemo illam quoad uixerit praeter suum uirum mas
uiderit nec nomen eius audierit. idcirco illi mulieres 11
in operto sacrificant et Bonam Deam nominant. et Sextus Clodius in eo libro quem Graece scripsit, refert Fauni hanc uxorem fuisse; quae quia contra morem decusque regium clam uini ollam ebiberat et ebria facta erat, uirgis myrteis a uiro ad mortem usque caesam; postea uero cum eum facti sui paeniteret ac desiderium

EPITOME 9—14. 19 (Bonam Deam)] c. 17, 1.
AUCTORES 13. 19 ss.] cf. Arnob. V 18 (pag. 190, 1—6).

BRSHPV] 1 n (*i. e.* ii) R^1, $\overset{o}{\text{n}}$ (*i. e.* duo *ut uid., non* uero) R^2, hii *HV* adolerentur *P* 2 ita eos quintus *RPV*, itaque (que *fort. ex* q B^1) eos (*om.* Quintus) *BSH* 3 concre⌜m⌝auit R^2 4 fuisse *SH* ipsum quod] ipsumque *S* sunt *om. S* 5 de religionibus *S* sit *om. R* 6 in senatu tunc *SH* posuerunt *H* adoleri *H* 7 memoria *S* 8 posteris *om. P* 11 Faunus — Saturno] faunus qui est in latio saturno *B* 13 fentam R^1 ($\overset{i}{\text{fentam}}$ R^2) *P*, fenteiam *B*, fenam *SH*, sentam *V;* fentan *cod. Taur. Epit. 17, 1; cf.* Fenta *Arnob. I 36 (cf. V 18)* fa⌜u⌝nam *B* 14 gauius *R*, gabius *BSPV*, gabinius *H* tradidit *BH* 15 fa⌜u⌝nus *B* 17 quo⌜a⌝d *P*, quod ad *V* ⌜mas⌝ B^3, masculus *H* 19 et (*ante* Sextus) *om. H* 20 sextũ *S*, C. P^1 (*in* G *corr.* $P^{2?}$) *V* 22 reg⌊i⌋um V^2 23 murteis $RP^{ac}V$, misteriis *S* ad *om.* B^1 (*add.* B^3) *S* 24 eum *om. H* ac] et *BS*

eius ferre non posset, diuinum illi honorem detulisse; idcirco in sacris eius obuolutam uini amphoram poni.
12 reliquit ergo posteris Faunus quoque non parum erroris, quem
13 tamen prudentes quique perspiciunt. nam Lucilius eorum stultitiam, qui simulacra deos putant esse, deridet his uersibus:

terriculas Lamias, Fauni quas Pompiliique
instituere Numae, tremit has, hic omnia ponit.
ut pueri infantes credunt signa omnia aena
uiuere et esse homines, sic isti omnia ficta
uera putant, credunt signis cor inesse in aenis.
pergula pictorum, ueri nihil, omnia ficta!

14 poeta quidem stultos homines infantibus conparauit, at ego multo inprudentiores esse dico. illi enim simulacra homines putant esse, hi deos; illos aetas facit putare quod non est, hos stultitia; illi utique breui desinent falli, horum uanitas et durat
15 semper et crescit. sacra Liberi patris primus Orpheus induxit in Graecia primusque celebrauit in monte Boeotiae Thebis ubi Liber natus est proximo; qui cum frequenter citharae
16 cantu personaret, Cithaeron appellatus est. ea sacra etiamnunc Orphica nominantur, in quibus ipse postea dilaceratus et

EPITOME 4—11] c. 17, 3.
AUCTORES 6 ss.] lib. XV frg. II.
EXPILATORES § 14] cf. Isidor. orig. XI 2, 27.

BRSHPV] 1 poss⌊et⌋ P^2 2 obuolutam] obuolutam *(*obolutam *H)* uoluit *SH* ui⌈ne⌉ *sic* V^2 amporam R^1H 5 putent *B* 6 &erricolas *S*, terricolas *HPV* pompiliquȩ *RH* 7 Numae] nomen *B*, *om.* V^1, *in mg.* nume V^2 tremit has] tremitas (e, t *suprascr.*) *(corr. m. 2) B*, tremitias *SH* hic omnia *C Epit. 17, 3;* haec omina *LMuellerus;* tremit, has insomnia *Baehrensius* 8 aena *PV Epit.*, aenea *B*, athenae *R*, ahena *S*, athena *H* 9 isti omnia *C Epit.;* isti somnia *Lachmannus,* istic omnia *LMuellerus* 10 putant** *(*ur *? er.) S* anis *B*, ahenis *S;* haenis *cod. Taur. Epit.* 11 pergulã *R*, pergila *H;* percula *cod. Taur. Epit.* pergula fictorum ueri nihil, *Marxius, stud. Lucil. pag. 16* 14 hii *BRH* 15 desinunt *PV edd.* 16 ⌊et⌋ *(ante* crescit*)* $P^{2?}$ primus *om. B* 17 graeciam *SHP (sed* -ã *ex* -a P^2*) edd., sed cf. Epit. 17, 1* in Latio — induxit boetiae a&hebis *H* 18 citherae *H*, cytharȩ *V* 19 chiteron *B*, citharon *R*, citheron *SH*, **ci⌈t⌉haeron *P*, cytheron *V* ea] id|** (n, c *suprascr.*) *(corr. m. 2) B* 20 nominatur *H*

carptus est; et fuit per eadem fere tempora quibus Faunus. 17
sed quis aetate praecesserit dubitari potest, siquidem per eos-
dem annos Latinus Priamusque regnarunt, item patres eorum
Faunus et Laomedon, quo regnante Orpheus cum Argonautis
ad Iliensium litus accessit. procedamus igitur ulterius et 18
quaeramus, quis omnino colendorum deorum primus auctor
extiterit. Didymus in libris ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς ait Melissea 19
Cretensium regem primum diis sacrificasse ac ritus
nouos sacrorumque pompas introduxisse; huius duas
fuisse filias, Amaltheam et Melissam, quae Iouem
puerum caprino lacte ac melle nutrierint — unde poe- 20
tica illa fabula originem sumpsit apes aduolasse atque os pueri
melle complesse —; Melissam uero a patre primam sacer-
dotem Matri Magnae constitutam, unde adhuc eius-
dem Matris antistites Melissae nuncupentur. Historia 21
uero Sacra testatur ipsum Iouem postquam rerum potitus
sit, in tantam uenisse insolentiam, ut ipse sibi fana
in multis locis constituerit. nam cum terras circumiret, 22
ut in quamque regionem uenerat, reges principesue populorum
hospitio sibi et amicitia copulabat et cum a quoque digrederetur,
iubebat sibi fanum creari hospitis sui nomine, quasi ut posset
amicitiae ac foederis memoria conseruari. sic constituta sunt 23

EPITOME 5—7] c. 19, 1. 7—11] c. 19, 2 s. (— sacrificasse). 13—22] c. 19, 3 (et — Matri) 4. 22—92, 8] c. 19, 4 sic — seminauit.
AUCTORES 7] pag. 220 Schmidt. 15] frg. XI.

BRSHPV] 1 cartus *H*, carpitus *P*^ar *V* 2 praecessit *H* 3 ⌜item⌝ *R*² 4 Faunus] picus *SH* laomedom *R*, lameodon *S* cum *om.* *H* 5 ilie-niensium *R*, iliemsium *H* accesserit *B* 7 ЄΞЄΓЄCЄΩC *B* ΠΙΝΔΑ-ΡΙCЄC *B*, ΠΙΝΔΑΡΙΚЄC *P* ezegeos eospina ariste *H* *in mg.* narrationis pindaricae *P*² melisea *S* 9 cuius *B* 11 nutrierunt *BHP*, nutrieṭuȓt *V* 12 atuolasse *B* 13 suplesse *sic* *H* 15 antistes *B* mellissae *P* nuncu-pantur *SH* 16 rerum] regnum *BH* potus *P* 17 tantum *V* famam *H* 18 constitueret *edd.* circuiret *H* 19 ut *om.* *P* quacumque *P* reg*es (i *er.)* *P*, regẽ* (s *er.)* *V* principesque *SH* 20 copulauit *BP*^ac 21 iu-beat *SP*^ac *supra* quasi *add.* q̃si *m. post.* *P* quasi ut] quasi ita *edd.*, *sed cf. Epit. 19, 4* cuius rei ut posset memoria seruari possit *B* 22 ac] et *B* si *SHV*

templa Ioui Ataburio, Ioui Labryandio: Ataburus enim et La-
bryandus hospites eius atque adiutores in bello fuerunt; item
Ioui Laprio, Ioui Molioni, Ioui Casio et quae sunt in eundem
modum. quod ille astutissime excogitauit, ut et sibi honorem
diuinum et hospitibus suis perpetuum nomen adquireret cum
24 religione coniunctum. gaudebant ergo illi et huic imperio
eius libenter obsequebantur et nominis sui gratia ritus annuos
25 et festa celebrabant. simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas,
cum conditae urbi Acestae hospitis nomen inposuit, ut eam
postmodum laetus ac libens Acestes diligeret augeret ornaret.
26 hoc modo religionem cultus sui per orbem terrae Iuppiter se-
27 minauit et exemplum ceteris ad imitandum dedit. siue igitur
a Melisseo, sicut Didymus tradidit, colendorum deorum ritus
effluxit siue ab ipso Ioue, ut Euhemerus, de tempore tamen
28 constat quando dii coli coeperint. Melisseus quidem multum
antecessit aetate, quippe qui educauerit Iouem pro nepote. et
idcirco fieri potest ut uel ante uel adhuc puero Ioue deos colere
instituerit id est alumni sui matrem ⟨Opem⟩ et auiam Tellurem,
quae fuit Urani coniunx, patremque Saturnum et ipse hoc
exemplo atque instituto Iouem ad tantam superbiam prouexe-
rit, ut postea sibi diuinos honores auderet assumere.

1 23. Nunc, quoniam uanarum superstitionum originem de-
prehendimus, superest ut etiam tempora colligamus, per quae

EPITOME 23—93, 6] c. 19, 5

BRSHPV] 1 templi *S* atauirio *H* labryandio *R,* labyandro *B,* labriandrio *SH,* labriando *PV*; labrandeo *uel* Labrandio *edd. Lact. et Ennii* ataburus *P,* ataburius *B,* atabrus *R,* ataburiis (v *s. l.*) *(corr. m. 1?) S,* atauirus *H,* atabyrus *V* labryandus *R,* labyandrus *B,* labriandrius *S,* labrianderius *H,* labriandus *PV* 2 hospite *H* 3 labrio *BP*^{ac} *(part. ras. corr. P*^{1}*),* lābrio *H;* Lapersio *Schmidtius* milioni *B,* mollioni *H* cassio *(pr.* s *s. l. P*^{2}*) BP* eundem] eius idem *H* 4 et ut *V* 5 in perpetuum *B* numen *H* 6 huic] adhuc *H* 7 libentes *BRS* 8 quidam *S* silicia *P, ad* sicilia *in mg.* l' silicia *V*^{2} 9 urbe *V*^{1} eum *H* 10 augere *V* 11 cultis *P* 13 mellisseo *RP* ut *SH* 14 ipso] ipso quoque *PV edd.* euheremus *B,* heuhemerus *PV* de] non de *H* 15 constat] non constat *R* coeperunt *B* 16 quidpe *H* ᵉdu*cauerit *(m er.) B* pronepotem *H* 17 ut *om. S* ioui *H* 18 alumini *(exp. m. 1?) P* Opem *addidi, cf. c. 11, 38; 13, 2 s.; 14, 2—4* 19 uram *H* 22 num *B* quoniam *in mg. V* adpraehendimus *PV*

fuerint illi quorum memoria colitur. Theophilus in libro de 2
temporibus ad Autolycum scripto ait in historia sua Thallum dicere quod Belus, quem Babylonii et Assyrii colunt, antiquior Troiano bello fuisse inueniatur annis trecentis uiginti duobus, Belum autem Saturni aequalem fuisse et utrumque uno tempore adoleuisse. quod adeo uerum est, ut ratione ipsa colligi possit. nam et 3
Agamemnon, qui gessit Troicum bellum, Iouis abnepos fuit et Achilles Aiaxque pronepotes, et Ulixes eodem gradu proximus, Priamus quidem longa serie . . . . sed auctores quidam tradunt Dardanum et Iasium Corythi filios fuisse, non Iouis: nec enim si ita fuisset, ad usus inpudicos Ganymeden pronepotem suum habere potuisset. itaque parentibus illorum 4
quos supra nominaui si congruentes annos diuidas, numerus consentiet. ab excidio autem Troianae urbis colliguntur anni mille quadringenti septuaginta. ex hac temporum ratione 5

EPITOME 15—94, 4] c. 19, 5 s.

AUCTORES § 2] pag. 139 A. 10 ss.] cf. Seru. Aeneid. III 167.

EXPILATORES § 2] cf. interpolationem codicis Fuldensis in Tertull. Apolog. c. 19 (pag. 188).

BRSHPV] 1 fuerunt *B*, fueri⌈n⌉t *P*² 2 autolicum *BSH* adscribto *B* ait in] aut^in *in ras. V*² storia *S* 3 babyloni *H*, **babyloni⌈i⌉ *P*² 3 assyri *H* 4 antiquio *H* bello troiano *B* traiano *V* belo *H* inuenitur *R* 5 et duobus *H* be*lum *(1 er.) H*, bellum *(exp. m. 2) P* 7 quodam dõ· ·, *in mg.* · ·deo *R* 8 agam̃ñ *S*, agamennon *H* troianum *S* achillis *(alt.* i *ex* e*) B*³ 9 iaxque *H* ulixis *(alt.* i *ex* e*) B*³, ulyxes *R* proximus] proximus fuit *B; aut errore ductus aut aliam memoriam secutus Lact. seriem statuit breuiorem, siquidem Ulixes Iouis abnepos fuisse perhibetur* 10 *post* serie *intercidisse existimo fere talia* nam pater eius Laomedon abnepos fuit Dardani, qui erat filius Iouis 11 iasium *(alt.* i *ex al. litt. m. 3) B* corinthi *B*, corithi *R*, corti *S*, coryti *H*, corysthy *P*¹ *(*s *expunx. P*²*) V* fuisse filios *H* 12 ganimeden *PV*, ganymedem *BRH*, ganymedẽ *S; cf. II 16, 17* 13 pronepotem] *cum constanti memoria Dardanus non pater certe Ganymedis fuisse tradatur, sed auus uel etiam longinquioribus gradibus remotus, aut illi* auctores quidam *quos sequitur Lact., cum Dardano tribuant patrem Corythum, ipsum scilicet filium Iouis, Ganymeden filium Dardani atque ita pronepotem Iouis faciunt aut* abnepotem *scribendum est* 13. 14 *post* itaque *est* si, *om. post* nominaui *H* 14 memoraui *H* congruenter *edd.* 15 anni *post numerum H* 16 ex] et *B*

manifestum est ante annos non amplius quam mille octingentos natum esse Saturnum, qui sator omnium deorum fuit. non ergo isti glorientur sacrorum uetustate, quorum et origo et ratio et tempora deprehensa sunt.

6 Restant adhuc aliqua quae ad coarguendas religiones falsas plurimum ualeant, sed iam finem libro facere decreui, ne
7 modum excedat. ea enim plenius sunt exequenda, ut omnibus refutatis quae ueritati uidentur obstare homines qui bonorum ignorantia uagantur incerti ad religionem ueram possimus
8 inbuere. primus autem sapientiae gradus est falsa intellegere, secundus uera cognoscere. ergo aput quem prima haec
9 institutio nostra profecerit, qua falsa deteximus, excitabitur ad ueri cognitionem, qua nulla est homini iucundior uoluptas, et erit iam caelestis disciplinae sapientia dignus, qui ad cognoscenda cetera libens ac paratus accesserit.

BRSHPV] 1 annos *om. S* **octingentos (et *er.*, oc *in ras. m. 2) V* 5 cohercendas *H*, arguendas *PV* 6 libri P^1, *corr.* P^2 ˌne moˌdum V^2 7 excedat] excedat oratio *H* planius *R* *om*nibus (h *et* i *er.) P* 8 bon'or'um (or *m. al.) P* 12 qu*a (i *er.) P* 13 uoluntas SHP^1 (*corr.* P^2) *V* A☧Ω L · CAELI FIRMIANI LACTANTI DE FALSA RELIGIONE LIBER PRIMVS EXPLICIT INCIPIT LIBER SECVNDVS DE ORIGINE ERRORIS LEGENTI VITA IN · XPO · IHV DNO · N · *B;* L · CAELII FIRMIANI INSTITVTIONVM DIVINARVM LIBER PRIMVS EXPLIC- FELIC- INC- SECVNDVS DE ORIGINE ERRORIS *haec omnia in ras. m. 1? R;* FIRmiani lactantii de falsa religione deorum. Liber primus explicit. Incipit liber secundus. de origine mortis *S;* FIRMIANI LACTANTI DE FALSA RELIGIONE DEORVM LIB PRIM EXPLICIT INCPT DE EADEM RELIGIONE FALSA LIB · II · *H; subscriptione caret M;* CECILII FIRMIANI DE FALSA RELIGIONE LIBER PRIMVS EXPLICIT · INCIPIT LIBER SECVNDVS LACTANTII CAECILII FIRMIANI · DE ORIGINE ERRORIS AD CONSTANTINV IMPERATOR · *P;* EXPLICIT LIBER DE FALSA RELIGIONE INCIPIT DE ORIGINE ERRORIS *V*

LIBER II

DE ORIGINE ERRORIS.

1. Quamquam primo libro religiones deorum falsas esse mon- 1
strauerim, quod ii quorum uarios dissimilesque cultus per
uniuersam terram consensus hominum stulta persuasione susce-
pit, mortales fuerint functique uita diuinae necessitati morte
concesserint, tamen ne qua dubitatio relinquatur, hic secun-
dus liber fontem ipsum patefaciet errorum causasque omnes
explicabit, quibus decepti homines et primitus deos esse credi-
derint et postmodum persuasione inueterata in susceptis prauis-
sime religionibus perseuerauerint. gestio enim conuictis in- 2
anibus et hominum inpia uanitate detecta singularis dei adserere
maiestatem, suscipiens utilius et maius officium reuocandi ho-
mines a prauis itineribus et in gratiam secum ipsos reducendi,
ne se, ut quidam philosophi faciunt, tanto opere despiciant
neue se infirmos et superuacuos et nihili et frustra omnino
natos putent, quae opinio plerosque ad uitia compellit. nam 3
dum existimant nulli deo esse nos curae aut post mortem nihil
futuros, totos se libidinibus addicunt et dum licere sibi putant,
hauriendis uoluptatibus sitienter incumbunt, per quas inpru-
dentes in laqueos mortis incurrant. ignorant enim quae sit 4

B(G)RSHPV] ab initio libri incepit codicis G pag. 9 (55) in qua nihil legi poterat 5 **primo *B* esse *om. B* 6 hii (h *s. l. B*²) *BS,* hi *HPV* u*rios (a *er.) sic B* 8 uitam *BH* 9 ne qua tamen *SH* His *V* 10 patefecit *H* omnis *R*¹*V* 11 decep't'i *S*² crediderunt (-r̃ *S) SH* 12 prauissimis *SH* 13 perseuerarint *RPV,* perseuerauerunt (-r̃ *S) SH* *post* gestio enim *hoc* constantine imperator (im̃p *R) RS; cf. Prolegomena.* conuictis diis inanibus *Heumannus,* inanibus *defendit Buenemanus conl. Epit. 20, 9* spretis inanibus; *adde infra 5, 1* omissis insensibilibus et uanis 15 suspicieus *V* 17 tantopere *RSHV* dispiciant *R* 18 et nihili *P, om. B,* et nihil (nichil *S) RSHV* 20 cum *B* aut] ut *P* 21 totis *H* addicunt (i *ras. ex* u) *H* 22 *sicienter (ꝑ *er.) P* inpru-denter *B* 23 incurrunt *SH* sinṭ *(exp. m. 2) P*

hominis ratio: quam si tenere uellent, in primis dominum
suum agnoscerent, uirtutem iustitiamque sequerentur, terrenis
figmentis animas suas non substernerent, mortiferas libidinum
suauitates non adpeterent, denique se ipsos magni aestimarent
atque intellegerent plus esse in homine quam uidetur: cuius
uim condicionemque non aliter posse retineri, nisi cultum ueri
5 parentis sui deposita prauitate susceperint. equidem sicut
oportet de summa rerum saepenumero cogitans admirari soleo,
maiestatem dei singularis quae continet regitque omnia in
tantam uenisse obliuionem, ut quae sola debeat coli, sola po-
tissimum neclegatur, homines autem ipsos ad tantam cae-
citatem esse deductos, ut uero ac uiuo deo mortuos prae-
ferant, terrenos autem sepultosque in terra ei qui fundator
6 ipsius terrae fuit. et tamen huic inpietati hominum posset
uenia concedi, si omnino ab ignorantia diuini nominis ueniret
hic error. cum uero ipsos deorum cultores saepe uideamus
deum summum et confiteri et praedicare, quam sibi ueniam
sperare possint inpietatis suae qui non adgnoscunt cultum eius,
7 quem prorsus ignorari ab homine fas non est? nam et cum
iurant et cum optant et cum gratias agunt, non Iouem aut
deos multos, sed deum nominant: adeo ueritas ipsa cogente
8 natura etiam ab inuitis pectoribus erumpit. quod quidem
non faciunt in prosperis rebus. nam tum maxime deus ex
memoria hominum elabitur, cum beneficiis eius fruentes hono-

EPITOME 2 s.] c. 20, 2 postquam — subiugauerunt. 6 ueri parentis sui] c. 20, 10 12 uero — deo] c. 20, 10.

B(G)RSHPV] 1 dñm *ex* dēm *uel* dōm B^2 2 terr⸢en⸣is B^2 3 *ab* Animas *incipit codicis G pag. 10 (56) paene tota lecta* 4 existimarent (is *s. l. add.* B^2) *BG* 6 non *om. S* possent (n *s. l. add.* B^2) *BG,* posse (e *in ras. m. 1 ?*) *S* retinere *BG* cultu *G* 7 sic *S* 8 oportet *expunx. m. rec. S* 10 ut *add.* P^2 sola (a *in ras. ex* e *? m. 2*) *V* debet *B* 11 neglegatur B^2 (g *ex* c) SHP^{ac} (*ras. corr.*) *V* hominis *S* caecita⸢te⸣m B^2 13 aut *S* ei] ei praeponant *B,* ⟨eipr⟩aep[on]ant *G,* et *H* terra P^1, *corr.* P^2 14 fuit] sit *H* impietate P^1, *corr.* P^2 15 numinis *coni. Schoellius* 17 qu⸢a⸣m B^3, en quam *H* 18 possunt *HP* 19 et (*post* nam) *om. G* 20 optant] et optant *H* 21 ipsa ueritas V^{ac} 22 inuiti⸢i⸣s H^2 peccatoribus V^1 23 *in* faciunt in *desinit cod. G pag. 10 (56), sequitur pag. 11 (18) paene tota lecta* tuum *G,* cum V^1 24 hominis *H* ela*bitur (m *er.*) *R*

rem dare diuinae indulgentiae debent. at uero si qua neces- 9
sitas grauis presserit, tunc deum recordantur: si belli terror
infremuit, si morborum pestifera uis incubuit, si alimenta fru-
gibus longa siccitas denegauit, si saeua tempestas, si grando
ingruit, ad deum confugitur, a deo petitur auxilium, deus ut
subueniat oratur. si quis in mari uento saeuiente iactatur, 10
hunc inuocat, si quis aliqua ui adflictatur, hunc potius in-
plorat, si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus
uictum precibus exposcit, deum solum obtestatur, per eius
diuinum atque unicum nomen hominum sibi misericordiam
quaerit. numquam igitur dei meminerunt, nisi dum in 11
malis sunt: postquam metus deseruit et pericula recesserunt,
tum uero alacres ad deorum templa concurrunt, his libant,
his sacrificant, hos coronant, deo autem quem in ipsa ne- 12
cessitate implorauerant, ne uerbo quidem gratias agunt. adeo
ex rerum prosperitate luxuria, ex luxuria uero ut uitia omnia
sic inpietas aduersus deum nascitur. quanam istut ex causa 13
fieri putemus nisi esse aliquam peruersam potestatem, quae
ueritati sit semper inimica, quae humanis erroribus gaudeat,
cui unum ac perpetuum sit opus offundere tenebras et hominum
caecare mentes, ne lucem uideant, ne denique in caelum aspi-
ciant ac naturam corporis sui seruent? nam cum ceterae 14

EPITOME 21—98, 8] c. 20, 4.

AUCTORES § 14—19] cf. Cic. de legg. I 9, 26; de nat. deor. II 56, 140; Sall. Cat. 1, 1; Minuc. Fel. c. 17, 2; Cyprian. ad Demetr. c. 16; frequentissima ea sententia ap. Lact.

B(G)RSHPV] 2 pressit *codd. recent. et edd., sed ad* presserit — infremuit *eqs. cf. c. 5, 13* libuit — duxerit; *c. 3, 3* mereatur — utitur tum *H* 3 pestifera uis] pestiferauit *R*[1], *corr. m. rec.* 5 ingruit *SP*, ingrauat *B*[ar] *(pr. a er.) V*, ingr[a]uat *G*, in^r^uat *(corr. m. 2) R*, ingruat *H; cf. Plin. n. h. XVIIII § 166 c. adn. Detlefseni* deus — oratur *in mg. V*[2] 6 saeueniente *B*, sa|uenientem *P*[1], **| saeueniente *P*[2] 7 inuocant *R* uii *(sic) ex* ui *H*[2] 8 mẽdicandi *(~ m. rec.) S* necessitas *P*[1], *corr. P*[2] deduc*tus *H* 12 decesserunt *G* 13 tunc *SH* 16 luxuriaue‘ro’ *V*[2] *post* uero *s. l.* ut *ut uid. eras. B* ut *om. BGH* 17 quantam *G*, qua⸤n⸥am (n *in ras. ex 3 litt.) H* 19 ueritatis *SH*[ar] 20 *in* cui unũ *desinit codicis G pag. 11 (18), sequitur pag. 12 (17), in qua perpaucae litterae agnoscebantur* perpetu‘u’m *B*[2] effundere *S* 22 *post* seruent *haec* cuius originem suo loco narrabimus nunc fallacias arguamus *in B, fuerunt in G, cf. Der St. Galler Palimpsest p. 255* cum *om. P* cetera *P*[1], *corr. P*[2]

animantes pronis corporibus in humum spectent, quia rationem ac sapientiam non acceperunt, nobis autem status rectus, sublimis uultus ab artifice deo datus sit, apparet istas religiones deorum non esse rationis humanae, quia curuant caeleste ani-
15 mal ad ueneranda terrena. parens enim noster ille unus et solus cum fingeret hominem id est animal intellegens et rationis capax, eum uero ex humo subleuatum ad contemplationem sui artificis erexit. quod optime ingeniosus poeta signauit:

pronaque cum spectent animalia cetera terram,
os homini sublime dedit caelumque uidere
iussit et erectos ad sidera tollere uultus.

16 hinc utique ἄνθρωπον Graeci appellauerunt, quod sursum spectet. ipsi ergo sibi renuntiant seque hominum nomine abdicant qui non sursum aspiciunt, sed deorsum: nisi forte id ipsum quod
17 recti sumus sine causa homini adtributum putant. spectare nos caelum deus uoluit utique non frustra. nam et aues et ex mutis paene omnia caelum uident, sed nobis proprie datum est caelum rigidis ac stantibus intueri, ut religionem ibi quaeramus, ut deum, cuius illa sedes est, quoniam oculis non possumus, animo contemplemur: quod profecto non facit qui aes
18 aut lapidem, quae sunt terrena, ueneratur. est autem prauissimum, cum ratio corporis recta sit, quod est temporale, ipsum

EPITOME 12—99, 7] c. 20, 9—11.
AUCTORES 9 ss.] Ouid. Metam. I 84 ss.
EXPILATORES § 15—17] Isidor. orig. XI 1, 5 s.

B(G)RSHPV] 1 expectent *B*, spectant *H*, spectent (a *supra*) *P* qui *H*, qu⌈i⌉a P^2 2 autem] autem cum *RSH* rectus sublimis uultus *om.* *P* 3 ⌈dõ⌉ B^3 aperit B^1, *corr.* B^3 4 rationes P^1, *corr.* P^2 caelestem *H* 5 ille noster *SH* 7 uero] u (o *supra*) *er.* *S* 8 artifices *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^2 erexerit *R* optima V^1 significauit *cod. Gothan.* 9 pronaquae *(exp. m. 2)* *P* expectent B^1, *corr.* B^3 10 *os (h *er.)* *P* hominis $B^{ar}P$ deditque caelum *V* uideri *H* 11 et erectos] erectosque *B* 12 ANTPOΠON (Λ *et* Π *in ras.* $P^{1?}$) *BP*, *supra* ΑΝΘΡΩΠΟΝ *add.* antropon R^2, ΑΝΘΡΟΠΟΝ *S*, ANTropon *H* greci* (a *er.)* *S*, grece *H* susum *P*, *idem 14* 15 puta⌈n⌉t B^2 17 multis *H* omnes *ex* omnia S^2 19 sedis (i *ex* e) B^3 possimus P^{ac} *hinc fere incepit codicis G pag. 13 (8), in qua nihil legi poterat* 20 contemplatur *S* quia *H* *es (a *er.)* *S* 21 terrae *R*, terra *V* prauissimus *R*

uero animum, qui sit aeternus, humilem fieri, cum figura et
status nihil aliut significet nisi mentem hominis eo spectare
oportere quo uultum, et animum tam rectum esse debere quam
corpus, ut id cui dominari debet imitetur. uerum homines 19
et nominis sui et rationis obliti oculos suos ab alto deiciunt
soloque defigunt ac timent opera digitorum suorum, quasi uero
quicquam esse possit artifice suo maius.

2. Quae igitur amentia est aut ea fingere quae ipsi post- 1
modum timeant aut timere quae finxerint? 'non ipsa' inquiunt
'timemus, sed eos ad quorum imaginem ficta et quorum nomi-
nibus consecrata sunt.' nempe ideo timetis, quod eos in caelo
esse arbitramini: neque enim, si dii sunt, aliter fieri potest.
cur igitur oculos non in caelum tollitis et aduocatis eorum 2
nominibus in aperto sacrificia celebratis? cur ad parietes et
ligna et lapides potissimum quam illo spectetis, ubi eos esse
credatis? quid sibi templa, quid arae uolunt, quid denique ipsa
simulacra, quae aut mortuorum aut absentium monumenta
sunt? nam omnino fingendarum similitudinum ratio idcirco 3
ab hominibus inuenta est, ut posset eorum memoria retineri
qui uel morte subtracti uel absentia fuerant separati. deos 4
igitur in quorum numero reponemus? si in mortuorum, quis
tam stultus ut colat? si in absentium, colendi ergo non sunt,
si nec uident quae facimus nec audiunt quae precamur. si 5
autem dii absentes esse non possunt, qui quoniam diuini sunt,
in quacumque parte mundi fuerint, uident et audiunt uni-
uersa, superuacua sunt ergo simulacra illis ubique praesentibus,

EPITOME c. 2 passim] c. 20, 2. 4 s. 9—11. 15.

B(G)RSHPV] 1 quae V^1, *er. et s. l. corr.* V^2 2 significent *SH* mente *S* hominum *ut uid.* V^1, *in ras. corr.* V^2 'eo' P^2 3 quo* (d *er.) V* uultu *H* et *om. P* 4 debet] det R^1 5 et nominis *om. P* rationes SP^1, *corr.* P^2 7 maius *in mg.* V^2 8 igitur amentia V^2 9 finxerint (x *in ras. ex* cs *?)* B^2, finxerunt *R*, fincxerint *H* 10 imagine *S* facta *BP* 12 arbitremini *H* 13 et] sed *B* nominibus eorum *S* in *(exp. m. 2)* eorum *P* 15 potius *Heumannus* quã (ã *in ras. ex* e *? m. 2) V* illos| petitis B^1, illo* | spe'c'tetis B^3 16 creditis *H* quid sibi — uolunt *om. S* 17 monimenta (i *ex* u) R^2 18 *ab* [Omnin]⟨o⟩ *incipit codicis G pag. 14 (7) paene tota lecta* fingendorum *B* 19 possit *BG* 20 uel qui *R* *alt.* uel *om. P* 22 in *om. H* 23 audient *H* 24 di *G*

6 cum satis sit audientium nomina precibus aduocare. at enim
praesentes non nisi ad imagines suas adsunt. ita plane: quem-
admodum uulgus existimat mortuorum animas circa tumulos
7 et corporum suorum reliquias oberrare. set tamen postquam
deus ille praesto esse coepit, iam simulacro eius opus non est.
quaero enim, si quis imaginem hominis peregre constituti con-
templetur saepius, ut ex ea solacium capiat absentis, num idem
sanus esse uideatur, si eo reuerso atque praesente in contem-
planda imagine perseueret eaque potius quam ipsius hominis
8 aspectu frui uelit? minime profecto. et tamen hominis imago
necessaria tum uidetur, cum procul abest, superuacua futura,
cum praesto est, dei autem, cuius numen ac spiritus ubique dif-
fusus abesse numquam potest, semper utique superuacua est.
9 sed uerentur ne omnis illorum religio inanis sit et uana, si nihil
in praesenti uideant quod adorent, et ideo simulacra consti-
tuunt, quae quia mortuorum sunt imagines, similia sunt mortuis:
10 omni enim sensu carent. dei autem in aeternum uiuentis
uiuum et sensibile debet esse simulacrum. quod si a similitu-
dine id nomen accepit, qui possunt ista simulacra deo similia
iudicari quae nec sentiunt nec mouentur? itaque simulacrum
dei non illut est quod, digitis hominis ex lapide aut aere aliaue
materia fabricatur, sed ipse homo, quoniam et sentit et moue-
11 tur et multas magnasque actiones habet. nec intellegunt ho-
mines ineptissimi quod, si sentire simulacra et moueri possent,
ultro adoratura hominem fuissent a quo sunt expolita: quae

B(G)RSHPV] 1 audientibus *BG* 2 uisi *S* quemadmodum *om. S* 6 contemplatur *R* 7 saepe *SH* ut *edd.*, et *C* absentis (s *in ras. ex* a ?) *P* 8 contemplandam imaginem *BG* 9 eaqua[e] *G*, eaqu*e (a *er.*) *P* 10 ue*lit (l *er.*) *B*, uellit *G* 11 at (ad *H*) superuacua *SH* *in* futura cum pre[s] *desinit codicis G pag. 14 (7), sequitur pag. 15 (65) paene tota lecta incipiens a* [Presto] *(sic)* 12 autem] est *S* nomen *SHP* ac] a *V* 13 nusquam *S* superuacua] imago superuacua *H* 14 om*nis (i *er.*) *P*, omnes *H* uana] uacua *V* 15 in *om. P* 17 omnes *H* uiuens *H*, uiuentes *P*[1], *corr. P*[2] 18 ad similitudine *S* 19 qui] quomodo *GH* 21 est illud *P* aere] ex aere *H* 22 fabrica*tur (n *er.*) *R* *ante* et mouetur *hoc* et mouet *R*[1], *del. R*[2] 23 rationes *BG* habeat *G*, habent *H* nec] hęc *S* 24 quod si] *non recte explicat locum Wichertus, lat. Stillehre pag. 404* sentire simulacra] simulacra deorum sentirent *BG* 25 adoratur[a] *B*[2] hominum *B*[1], *corr. B*[2] expoli*ta (a ? *er.*) *P*



essent aut incultus et horridus lapis aut materia informis ac
rudis, nisi fuissent ab homine formata. homo igitur illorum 12
quasi parens putandus est, per cuius manus nata sunt, per
quem figuram speciem pulchritudinem habere coeperunt, et 13
ideo melior qui fecit quam illa quae facta sunt. et tamen
factorem ipsum nemo suspicit aut ueretur: quae fecit timent,
tamquam possit plus esse in opere quam in opifice. recte 14
igitur Seneca in libris moralibus simulacra inquit deorum
uenerantur, illis supplicant genu posito, illa adorant,
illis per totum adsident diem aut adstant, illis stipem
iaciunt, uictimas caedunt: et cum haec tanto opere su-
spiciant, fabros qui illa fecere contemnunt. quid inter 15
se tam contrarium quam statuarium despicere, statuam ado-
rare et eum ne in conuictum quidem admittere qui tibi deos
faciat? quam ergo uim, quam potestatem habere possunt,
cum ipse qui fecit illa non habeat? sed ne haec quidem
dare iis potuit quae habebat, uidere audire loqui moueri.
quisquamne igitur tam ineptus est, ut putet aliquid esse 16
in simulacro dei, in quo ne hominis quidem quicquam est
praeter umbram? sed haec nemo considerat: infecti sunt
enim persuasione ⟨uana⟩ ac mentes eorum penitus sucum stul-
titiae perbiberunt. adorant ergo insensibilia qui sentiunt, 17

EPITOME 22—102, 2] c. 20, 15.
AUCTORES 8] frg. 120.

B(G)RSHPV] 1 aformis *R*[1] ac rudis] incrudis *R* 3 putandus] habendus *R*, putendus *V*[1] manu *B*[1]*G*, manũ *B*[3] 6 factorum *H* n⌊emo⌋ *V*[2] suscipiat *V* ueneratur *BG* fecit] fecit autem *B*, facit autem *G*, facit *H* *in* facit autem *desinit codicis G pag. 15 (65), sequitur pag. 16 (66), in qua nihil legi poterat* timet *RHP* 7 possi*t (n *er.*) *B* in (*ante* opifice) *om. B* 8 igitur] enim *H* 9 posito (a *minus cert., add. m. 2*) *B* 10 aut *om. V* ⌈ad⌉stant *B*[3] 11 et cum — contemnunt *in mg. H* tantopere *BSPV* suscipiant *RP*, sus⌊pici⌋ant *V*[2] 13 ⌈quam statuarium⌉ *P*[2] dispicere *B* statutus *S*[1], statuta *S*[2] 17 iis *R*[1], his *BR*[2]*V*, is *SH*, diis *P* 18 tam** (en *er.*) *B* 19 sumulacro *P* nec *P* homines *B*[1], *corr. B*[2] quicquam quidem *P* 21 uana *addidi (cf. I 11, 39), uel simile* (inepta *V 1, 8; cf. II 1, 1) excidit* sucum *codd. recent., cum Antonio Augustino (ap. Thomasium) edd.*, fucum *C, nisi quod* focum (*corr. m. 2*) *P* 22 peruiderunt *B*

inrationabilia qui sapiunt, exanima qui uiuunt, terrena qui ori-
18 untur a caelo. iuuat igitur uelut in aliqua sublimi specula
constitutum, unde uniuersi exaudire possint, Persianum illud
proclamare:

o curuae in terris animae et caelestium inanes!

caelum potius intuemini, ad cuius spectaculum uos excitauit
19 ille artifex uester deus. ille uobis sublimem uultum dedit,
uos in terram curuamini, uos altas mentes et ad parentem
suum cum corporibus suis erectas ad inferiora deprimitis tam-
20 quam uos paeniteat non quadrupedes esse natos. fas non
est caeleste animal cum terrenis in terramque uergentibus
coaequari. quid uos beneficiis caelestibus orbatis pronique in
humum uestra sponte procumbitis? humi enim miseri uolu-
tamini, cum deorsum quaeritis quod in sublimi quaerere de-
21 buistis. nam ista mortalium digitorum ludicra et fragilia
figmenta ex quolibet materiae genere formata quid aliut sunt
22 nisi terra ex qua nata sunt? quid ergo rebus inferioribus
subiacetis? quid capitibus uestris terram superponitis? cum
enim uos terrae submittitis humilioresque facitis, ipsi uos ultro
ad inferos mergitis ad mortemque damnatis, quia nihil est in-
23 ferius et humilius terra nisi mors et inferi. quae si effugere

AUCTORES 5] II 61. § 19 ss.] cf. Cyprian. ad Demetr. c. 16.

BRSHPV] 1 *ante* inrationabilia *er.* inrationabili *P* inrationalia *R*, in*rationalia *(o er.) V* exanimata *(ta s. l. R²) BR*, exa⌊nim⌋a *V²* 2 a] e *H* caelo] dō *P* iubat *H* ueluti *P* sublimis *S* spectacula *(exp. m. 3) B* 3 uniuersi] uel uniuersi *SH* possunt *H* illū *S* 5 o curas hominum o *(o om. S)* quantum est in rebus inane *(Pers. 1, 1) SP, sequitur in S uersus qui supra est 2, 61, omissus in P* terris *B cum codd. Persii,* terras *cett.* 6 potius *om. P* a⌈d⌉ *B²* exspectaculum *V* uox *V¹* 7 *post* uobis *er.* ille *P* sublimes *B*, sublim̃ *S*, sublimen *V¹* sublimẽ *(~ m. 2)* dedit uos | uultum *(uos in ras. m. 2, uultum add. m. 2) P* uultus *B* 8 cur-uamin⌈i⌉ *R²* alta *S* 9 suis *V, om. cett. et edd., sed cf. Epit. 65, 3* cor-poris sui depraemitis *P* 10 paeniteat *(pen- S)* uos quadrupedes non *SH* quadripedes V^{ac} 14 quos *ut uid. B¹, in ras. corr. B²?* 15 digitorum *om. P* ludricra *P* 16 ex] et *P* ⌊aliud sunt⌋ *V²* 17 ⌈ex⌉ *P²* 18 subici-tis *R* 19 enim] ergo *V* terra *P¹, corr. P²* humilioresque facitis *om. P* 20 *alt.* ad *om. P* mortemque *(exp. m. 2) P* 21 ⌈et⌉ *P²* humili⌈u⌉s *S²*

uelletis, subiectam pedibus uestris terram contemneretis corpo-
ris statu saluo, quod idcirco rectum accepistis, quo oculos atque
mentem cum eo qui fecit conferre possetis. contemnere autem 24
et calcare terram nihil aliut est quam simulacra non adorare,
quia de terra ficta sunt, item diuitias non concupiscere, uolup-
tates corporis spernere, quia opes et corpus ipsum cuius hos-
pitio utimur terra est. uiuum colite, ut uiuatis: moriatur
enim necesse est qui se suamque animam mortuis adiudicauit.
3. Sed quid prodest ad uulgus et ad homines inperitos hoc 1
modo contionari, cum uideamus etiam doctos ac prudentes uiros,
cum religionum intellegant uanitatem, nihilo minus tamen in
iis ipsis quae damnant colendis nescio qua prauitate perstare?
intellegebat Cicero falsa esse quae homines adorarent. nam 2
cum multa dixisset quae ad euersionem religionum ualerent,
ait tamen non esse illa uulgo disputanda, ne susceptas
publice religiones disputatio talis extinguat. quid eo 3
facias, qui cum errare se sentiat, ultro ipse in lapides inpingat,
ut populus omnis offendat, ipsi sibi oculos eruat, ut omnes
caeci sint? qui nec de aliis bene mereatur quos patitur er-
rare nec de se ipso qui alienis accedit erroribus nec utitur
tandem sapientiae suae bono, ut factis impleat quod mente
percepit, sed prudens et sciens pedem laqueo inserit, ut simul
cum ceteris quos liberare ut prudentior debuit et ipse capiatur.

AUCTORES 15] de nat. deor. frg. 1.

BRSHPV] 1 uellitis *HV*^{1} contemneritis *S*^{1} 2 statum *H* quo *V*, ut *cett.*, *cf. VII 14, 6* 3 possitis *BP* 4 caluare *S* 5 quia] quae *H* facta *H* uoluptatem *H*, uoluptatis *P*^{1}, *corr.* *P*^{2}, uoluntates *V* 6 ˈipsumˈ *P*^{2} 8 adiudicabit *B*, adiudicauerit *R* 9 prodeest *B* 11 nihil∗ominus *(h er.) P*, nihil homin’ *(n’ add. m. 2) V* tamen *om. B* 12 iis *R*^{1}, *om. B*, his *R*^{2}*SHPV* prauitare *ut uid.* *B*^{1}, *in ras. corr.* *B*^{2} prestare *V* 13 intellegant *V* false *R*^{1}, falsa∗ *(s er.) H* 14 dixissent *(exp. m. 2) P* a diuersionem *P*^{1} *(corr.* *P*^{2}*) V* uersionem *S*, ˈeˈuersionem *H* 15 suscepta *S* 16 public∗e *(a er.) B* ei *in ras. ex* eo *B*^{3}, de *(s. l. m. 2)* eo *R edd.* 17 factas *P* se *(ante* sentiat*) s. l.* *B*^{3} ipse] se ipse *codd. recent. et edd.* 19 mercatur *R*^{1} 20 ne *S* alienis] de alienis *H* àccedit *(exp. m. 3) B*, accendit *H* 21 sapientia *P*^{1}, *corr.* *P*^{2} 22 prudentes *P*^{1}, *corr. m. 1 et 2* 23 prudentior∗ *H* et *om. P*

4 quin potius si quid tibi, Cicero, uirtutis est, experire populum facere sapientem. digna res est ubi omnes eloquentiae tuae uires exseras. non enim uerendum est ne te in tam bona causa deficiat oratio, qui saepe etiam malas copiose ac fortiter
5 defendisti. sed nimirum Socratis carcerem times ideoque patrocinium ueritatis suscipere non audes. at mortem ut sapiens contemnere debuisti, et erat multo pulchrius ut ob benedicta potius quam ob maledicta morerere, nec plus tibi laudis Philippicae adferre potuerunt quam discussus error generis humani et mentes hominum ad sanitatem tua disputa-
6 tione reuocatae. sed concedamus timiditati, quae in sapiente esse non debet: quid ergo ipse in eodem uersaris errore? uideo te terrena et manu facta uenerari: uana esse intellegis et tamen eadem facis quae faciunt ii quos ipse stultissimos con-
7 fiteris. quid igitur profuit uidisse te ueritatem, quam nec defensurus esses nec secuturus? sed libenter errant etiam ii qui errare se sentiunt: quanto magis uulgus indoctum, quod pompis inanibus gaudet animisque puerilibus spectat omnia, oblectatur friuolis et specie simulacrorum capitur nec ponderare secum unam quamque rem potest, ut intellegat nihil colendum esse quod oculis mortalibus cernitur, quia mortale sit
8 necesse est! nec mirandum est si deum non uideat, cum ipsi ne hominem quidem uideant quem uidere se credunt. hoc enim quod oculis subiectum est non homo, sed hominis receptaculum est: cuius qualitas et figura non ex liniamentis uasculi
9 quo continetur, sed ex factis ac moribus peruidetur. qui

BRSHPV] 1 qui⌊n⌋ V^2 si *om.* *V* 2 re∗ *(s er.)* *R* ubi] ut *S* 3 ue∗∗rendum *(ne ? er.)* *P* *supra* te *add.* tibi R^2 bonã causã *S* bono P^1, *corr.* P^2 4 alias P^1, mal∗as P^2 5 defendisti∗ *(s er.)* *H* sed] et *H* 6 ad V^1 8 ⌜ob⌝ *B* morerere *R*, morte morereris *B*, morereris *SH*, morere⌜re⌝ *P*, morere *V* 9 laudes *(e ex i)* P^2 10 tua∗ *(m er.)* *B* dispositione *BH* 11 sapientes *H*, sapient⌊ae⌋ *sic* V^2 12 errorem̧ *(exp. m. 2)* *R* 13 te *om.* *H* uenerari] adorare uenerari *H* 14 ii R^1, hii *B*, hi R^2*SHPV* 16 sed] si *B* ii R^1, hii *BPV*, hi R^2*SH* 17 errare se] errari *RV* 18 expectat *B* 19 fribolis *B*R^1*H*, friuulis *V* 21 quod] quia quod *R* quia *om.* *R* 22 est *codd. recent. et edd.*, esse *C* uideant *H*, *fort. recte* 23 ipsi *i. e.* idem, *cf. Sittelium, die lok. Verschied. d. lat. Spr. pag. 115* quem] quõ P^1, *corr.* P^2, quam V^1 credunt *V*, credant *cett.* 25 liniamentis *C* uasculi∗ *(s er.)* *P* 26 facta *R* ac] ex *R*, et *P*

ergo colunt simulacra, corpora sunt hominibus carentia, quia
se corporalibus dediderunt nec uident plus aliquid mente quam
corpore, cum sit animi officium ea subtilius cernere quae acies
corporalis non potest intueri. quos homines idem ille philo- 10
sophus ac poeta grauiter accusat tamquam humiles et abiectos,
qui contra naturae suae rationem ad ueneranda se terrena
prosternant. ait enim:

et faciunt animos humiles formidine diuum
depressosque premunt ad terram.

aliut quidem ille cum haec diceret, sentiebat, nihil utique co-
lendum esse, quoniam dii humana non curent. denique alio 11
loco religiones et cultus deorum inane esse officium confitetur:

nec pietas ulla est uelatum saepe uideri
uertere se ad lapidem atque omnis accedere ad aras
et procumbere humi prostratum et pandere palmas
ante deum delubra nec aras sanguine multo
spargere quadrupedum nec uotis nectere uota.

quae profecto si cassa sunt, non oportet sublimes et excelsos
animos auocari atque in terram premi, sed nihil aliut quam
caelestia cogitare. inpugnatae sunt ergo a prudentioribus 12
falsae religiones, quia sentiebant esse falsas, sed non est in-
ducta uera, quia qualis aut ubi esset ignorabant. itaque sic 13
habuerunt tamquam nulla esset omnino, quia ueram non pote-
rant inuenire, et eo modo inciderunt in errorem multo maiorem

EPITOME 4—9] c. 20, 4.
AUCTORES 8 s.] Lucr. VI 52 s. 13 ss.] V 1198 ss.

BRSHPV] 2 corporibus *H* dediderant H^1 4 corporis *H* ille *om. SH* 5 ac] et *S* 6 ratione *S* 7 prosternunt *SH* ait enim] 'ut' ait B^2 10 aliut — non curent *eicit Volkmannus, obseruat. misc. 1872, pag. 14* dicere *S* utique nichil *S* 13 est uelatum] est uulgatum *BR;* uelatumst *codd. Lucr.* 14 uertere se *ut uid. in* uerteris *corr. m. 2, tum restituit eadem man. R,* ueteres se *S,* ue'r'tere se *P;* uertier *codd. Lucr.* lapides *SH* omnes *BHP* 15 et] nec *codd. Lucr.* prostratu *S* 16 delubra deum *B* neque *B* 17 quadru, *om.* pedum, *sed spat. relict. S* necte*re *(r er.) R* 18 sic assa *(⌣ P^2V^2) PV* sublimes *(e ex i) B* 19 aduocari *S* praemi* *(i er.) B* 22 quales P^1, *corr.* P^2 23 potuerant *H* 24 eodem *P*

14 quam illi qui falsam tenebant. nam isti fragilium cultores
quamuis sint inepti, quia caelestia constituunt in rebus cor-
ruptibilibus atque terrenis, aliquid tamen sapientiae retinent
et habere ueniam possunt, qui summum hominis officium etsi
non re ipsa, tamen proposito tenent, siquidem hominum atque
mutorum uel solum uel certe maximum in religione discrimen
15 est. hi uero quanto fuerunt sapientiores, quod intellexerunt
falsae religionis errorem, tanto sunt facti stultiores, quod esse
16 aliquam ueram non putauerunt. itaque quoniam facilius est
de alienis iudicare quam de suis, dum aliorum praecipitium
17 uident, non prospexerunt quid ante pedes suos esset. in
utraque igitur parte et summa stultitia inuenitur et odor qui-
dam sapientiae, ut possis dubitare quos dicas potissimum stul-
tiores, illosne qui falsam religionem suscipiunt an eos qui
18 nullam. sed ut dixi uenia concedi potest inperitis et qui se
sapientes non esse fateantur: iis uero non potest, qui sapien-
19 tiam professi stultitiam potius exhibent. non sum equidem
tam iniquus, ut eos putem diuinare debuisse ut ueritatem
per se ipsos inuenirent, quod ego fieri non posse confitear,
sed hoc ab iis exigo quod ratione ipsa praestare potuerunt.
20 facerent enim prudentius, si et intellegerent esse aliquam
ueram ⟨religionem⟩ et falsis inpugnatis aperte pronuntiarent
eam quae uera esset ab hominibus non teneri. sed mouerit
eos fortasse illut, quod si qua esset uera religio, exereret se
21 ac uindicaret nec pateretur esse aliut quicquam. uidere enim
nullo modo poterant quare aut a quo et quemadmodum religio

BRSHPV] 1 fragili P^1, *corr.* $P^{2?}$ 2 quam⌜uis⌝ P^2 enepti P^1, *corr.* P^2, *sic saepius* qui *BSH* corruptilibus *R* 3 aliquit *B*, *sic saepe* tamen] tamen se habere *P* 4 quia *coni. Thilo* 5 res *S* atque *expunx. m. post. R* 7 hii *P* 8 religiones P^1, *corr.* P^2 errore *S* facti (c *ex alia litt.*, i *in ras. ex* o) *B* 9 putauerunt *s. l. ex* potuerunt *V* quoniam] quia *SH* 11 prospe⌜xe⌝runt P^2 suos pedes *R* 15 inperitis (s *add. m. 2*) *P* et *om. H* 16 sapientis *V* fatentur *H* iis R^1, his BR^2SHV, *iis (h *er.*) *P* 18 iniqus *B*, iniquis (-qs) *S* putes *S* diuinari (i *final. ex* e) *B* debuisse] potuisse *edd.* 19 se *om. H* confiteor *SH* 20 iis R^1, his R^2 *cum cett.* 21 et *om. H* 22 ueram *om. B* religionem *add. Aldinae* pronuntiarunt *S* 23 esset] esset et *P* 24 quod *om. RH* esse P^1, *corr.* P^2 25 aduindicaret (*om.* ac) *H* uideri *H* 26 poterat *H* et] aut *B*

uera opprimeretur, quod est diuini sacramenti et caelestis ar-
cani: id uero nisi doceatur, aliquis scire nullo pacto potest.
summa rei haec est. inperiti et insipientes falsas religiones 22
pro ueris habent, quia neque ueram sciunt neque falsam in-
tellegunt, prudentiores autem quia ueram nesciunt, aut in his
quas falsas esse intellegunt perseuerant, ut aliquid tenere ui-
deantur, aut omnino nihil colunt, ne incidant in errorem, cum
id ipsum maximi sit erroris, uitam pecudum sub figura hominis
imitari. falsum uero intellegere est quidem sapientiae, sed 23
humanae, ultra hunc gradum procedi ab homine non potest,
itaque multi philosophorum religiones ut docui sustulerunt:
uerum autem scire diuinae sapientiae est; homo autem per se
ipsum peruenire ad hanc scientiam non potest, nisi doceatur
a deo. ita philosophi quod summum fuit humanae sapientiae 24
adsecuti sunt, ut intellegerent quid non sit: illud adsequi ne-
quiuerunt, ut dicerent quid sit. nota Ciceronis uox est: uti-
nam tam facile uera inuenire possem quam falsa con-
uincere. quod quia uires humanae condicionis excedit, eius 25
officii facultas nobis adtributa est, quibus tradidit deus scien-
tiam ueritatis. cui explicandae quattuor posteriores libri seruient:
nunc interim falsa ut coepimus detegamus.

4. Quid igitur maiestatis possunt habere simulacra, quae 1
fuerunt in homunculi potestate uel ut aliud fierent uel ut
omnino ne fierent? idcirco aput Horatium Priapus ita loquitur:

olim truncus eram ficulnus, inutile lignum
cum faber incertus scamnum faceretne Priapum,

EPITOME 22—24] c. 20, 6.
AUCTORES 16] de nat. deor. I 32, 91. 7 ss.] Sat. I 8, 1 ss.

BRSHPV] 2 sci*re *V* 4 sciuet *R*¹ 5 iis *s. l. ex* is *P*² uerä (~ *er.*) *V* 6 ut] ut aut *P* 7 incident *V* 8 id *om. PV*¹ figuram *H* 10 humana'e *B*² progredi *H* 11 sustulerunt] sustinerunt *sic R*¹, *s. l.* falsas esse sciuerunt *R*² 14 itaquẹ *H*, ita *om. V* sapientiae *in mg. P*² 15 nequierunt *R*¹*SP*, neuerunt *H* 16 di's'cerent *R*² 17 uerä (~ *er.*) *B* possim *codd. Cic.* conuincerẽ (~ *m. 2*) *S* 18 uires *ras. et s. l. ex* utras *V*² 23 aliquod *B* 24 ne fierent] non fierent *B*, effigerent *S*, non effierent *P* 26 incertum *P*

maluit esse deum. deus inde ego, furum auiumque
maxima formido.

2 quis non sit hoc tanto custode securus? fures enim tam
stulti sunt, ut Priapi tentiginem timeant, cum aues ipsae, quas
terrore falcis aut inguinis abigi existimant, simulacris fabre
factis id est hominum plane similibus insidant nidificent in-
3 quinent. sed Flaccus ut satirici carminis scriptor derisit ho-
minum uanitatem, uerum ii qui faciunt, seriam rem facere se
4 opinantur. denique poeta maximus, homo in ceteris prudens,
in hoc solo non poetice, sed aniliter desipit, cum in illis emen-
datissimis libris etiam fieri hoc iubet:

et custos furum atque auium cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

5 adorant ergo mortalia aut a mortalibus facta: frangi enim cre-
mari perire possunt. nam et tectis uetustate labentibus saepe
comminui solent et consumpta incendio dilabuntur in cinerem
et plerumque, nisi sua illis magnitudo subuenerit aut custodia
6 diligens saepserit, in praedam furibus cedunt. quae igitur
insania est ea timere, pro quibus aut ruinae aut ignes aut
furta timeantur? quae uanitas ab iis aliquam sperare tutelam,
quae tueri semet ipsa non possunt? quae peruersitas ad eorum
praesidia decurrere, quae ipsa cum uiolantur inulta sunt, nisi

EPITOME 14—109, 5] c. 20, 5—7.
AUCTORES 12 s.] Verg. Georg. IV 110 s. 20—109, 1] cf. Cyprian. ad Demetr. c. 14.

BRSHPV] 1 deus *om.* *H* ⸢ego⸣ P^2 fu**rum *(*tu *er.)* *V* auium quae $B^{ar}R^{ac}$ 2 maxime R^1 3 quid *S* secuṭụrus *(exp. m. 2)* *P* 4 tentigenem *S* ipsae] apse *V* 5 abici *R*, auigi *H*, abigi// *ex* abigni *V* existimat *P* 6 hominem V^1 insiđant *(i. e.* -deant*)* *S*, ⸤insidant⸥ V^2 nidificant B^{ac} inquinant B^1, *corr.* B^3 7 satyrici *BRV*, satorici *H* hominem *V* 8 uerum] utrum B^1, *corr.* B^3, *om.* *P* ii *edd.*, hii *BRP*, hi *SHV* qui faciunt] hominum *R* 10 animaliter *B* desipiit *V* in *om.* *B* 12 fu**rum *(*tu *er.)* *V* fạlces ligna *H* 13 helespontiaci *B* tutele *S* priapi *ras. ex* priaput *ut uid.* *P* 14 ut *BSH*, ⸤aut⸥ V^2 ⸤a⸥ V^2 15 testis *H* 16 labuntur *BP* 17 aut *om.* *R* custidia R^1 18 c*e-dunt *(*a *er.)* *B* 19 ignis *P* 20 uanitas] peruersitas *S* iis R^1, his BR^2SHV, hiis *P* sperare tutelam aliquam *P* 21 semet ipsa] similitudo *V*

a colentibus uindicentur? ubi ergo ueritas est? ubi nulla 7
uis adhiberi potest religioni, ubi nihil quod uiolari possit ap-
paret, ubi sacrilegium fieri non potest. quidquid autem oculis
manibusque subiectum est, id uero quia fragile est, ab omni
ratione immortalitatis alienum est. frustra igitur homines 8
auro ebore gemmis deos excolunt et exornant, quasi uero ex
his rebus ullam possint capere uoluptatem. qui usus est 9
pretiosorum munerum nihil sentientibus? an ille qui mortuis?
pari enim ratione defunctorum corpora odoribus ac uestibus
pretiosis inlita et conuoluta humi condunt qua deos honorant,
qui neque cum fierent sentiebant neque cum coluntur sciunt;
nec enim sensum consecratione sumpserunt. non placebat 10
Persio quod aurea uasa templis inferantur, superuacuum pu-
tanti esse inter religiones quod non sanctitatis, sed auaritiae
sit instrumentum. illa enim satius est deo, quem recte colas, 11
inferre pro munere

compositum ius fasque animo sanctosque recessus
mentis et incoctum generoso pectus honesto.

egregie sapienterque sensit. uerum illut ridicule subdidit, hoc 12
esse aurum in templis, quod sint Veneri donatae a
uirgine pupae; quas ille ob minutiem fortasse contemserit.
non uidebat enim simulacra ipsa et effigies deorum Polycleti et 13

EPITOME 5—12] c. 20, 7.
AUCTORES 17 s.] II 73 s. 20 s.] II 69 s.

B(G)RSHPV] 1 ibi *(ante* ergo*) ras. ex* ubi *R* 2 uis] nauis *V* adhibere B^{ac} 3 ubi (i *supra* u) *(corr. m. 2) R* 5 deos *ante* homines *B* 6 ⌊e⌋bore *P* gemmis] egetemmis R^1, et gemmis *corr.* R^2 7 capere possint *P* qui≡*B*, quis *SP edd.* us⌈us⌉ B^2 8 praetiosior∗ | *(ũ ? er.) B* illi B^1, *corr.* B^3 9 ac uestibus *om. V* 10 inlita et] inlita⌈n⌉t B^2 quä *(˜ er.) S*, quia *V* 12 sensu *H* sumserunt B^1 (p *s. l. add.* B^3*) R* 13 superuacua *SH* putant *R* 14 *a* ⟨S⟩[a]nctitatis *incipit codicis G pag. 17 (11), cuius in uerss. 1—12 pleraque legebantur* 15 si⌈n⌉t R^2 instrumenta *R* illa] tum illa *B* 16 pro munere *om. P* 17 composita *B*, conposit[ae] *G*, compositos *P* animos *BP*, ⟨a⟩[n]imos *G* recesus *R*, recessos (o *ex* u *? m.2?) P* 18 incoctum] in coetu *B*, [in]co[etu] *G* generosum *BG* pectu *S* honestum *G* 19 sapientẽque *S* illut *om. P* 21 minutias *B*, minut[ias] *G*, minutitiem *PV* 22 et] [ac] *G* polycliti *(pr.* i *ex* e*)* B^3, policliti *S*, polucliti *H*

Euphranoris et Phidiae manu ex auro atque ebore perfectas
nihil aliut esse quam grandes pupas non a uirginibus, quarum
lusibus uenia dari potest, sed a barbatis hominibus conse-
14 cratas. merito igitur etiam senum stultitiam Seneca deridet.
non inquit bis pueri sumus ut uulgo dicitur, sed sem-
per: uerum hoc interest, quod maiora nos ludimus.
15 ergo his ludicris et ornatis et grandibus pupis unguenta et
tura et odores inferunt, his opimas et pingues hostias immo-
lant, quibus est quidem os, sed carens officio dentium, his
peplos et indumenta pretiosa, quibus usus uelaminis nullus
est, his aurum et argentum consecrant, quae tam non habent
16 qui accipiunt quam qui illa donarunt. nec inmerito Diony-
sius Siciliae tyrannus post uictoriam Graecia potitus deos tales
contempsit spoliauit inlusit, siquidem sacrilegia sua iocularibus
17 etiam dictis prosequebatur. nam cum Ioui Olympio aureum
amiculum detraxisset, laneum iussit inponi dicens aestate graue
esse aureum, hieme frigidum, laneum uero utrique tempori
18 aptum. idem auream barbam detrahens Aesculapio incon-
gruens et inicum esse ait, cum Apollo pater eius inberbis ad-
huc esset ac leuis, priorem filium quam patrem barbatum
19 uideri. item pateras et exuuias et parua quaedam sigilla,
quae simulacrorum protentis manibus tenebantur, detrahebat

EPITOME 8—11] c. 20, 7. 12—112, 6] c. 20, 8.

AUCTORES 5] frg. 121. § 16—20] Cic. de nat. deor. III 34, 83s. (ad Lact. § 20 cf. Cic. § 84: potestatem — filio tradidit) et Valer. Maxim. I 1 ext. 3 (ad Lact. § 16 cf. Val. M.: iocosis dictis prosequi).

B(G)RSHPV] 1 fidiei *P* ebur *sic S* 6 uer⌊ũ⌋ V^2 7 ornatibus *B*, serenatis *P* gradibus *V* pu⌊r⌋is P^2, puppis *V* ungenta *H* 8 his] et *P* opimes *R* 9 *os (m *er.) R*, hos *S* caren⌊s⌋ V^2 10 peplon *B* pretiosa] pr*etiosa (a *er.)* consecrant *B* usus *om. H* 11 consecrant] conferunt *B* quae tam] quod tam ⌈in⌉ *(s. l. m. 3)* ⌊u⌋sum (u *in ras. m. 3) B* tam̃ *(i. e.* tamen*) V* 13 uictoria *P* 14 io**cularibus *B* 15 *a* Batur nam cum *incipit codicis G pag. 18 (12) paene tota lecta* olimpio *G*, olympo *R* 16 **amiculum *B* detraxisse⌈t⌉ P^2 graues *V* 17 aureum *R*, aurum *BGSHP, in ras.* V^2 tempori] et tempori *H* 18 item *BG*, idem *(supra* d *eras.* t ?*) P* esculapio *G* 19 et *om. H* inicum *R*, inimicum B^{ar}*GSH*, iniquum *PV* eiusi *(exp. m. 2) P* inbarbis *G*, inuerbis *SP* 20 leuis (u *in ras. ex* n ? *m. 3) B*, lenis *GRS* 21 exubias *GH*, exsuuias *R*

et accipere se illa, non auferre dicebat: perquam enim stultum
esse et ingratum nolle accipere ab iis ultro porrigentibus, a
quibus bona sibi homines precarentur. haec ille fecit inpune, 20
quia rex et uictor fuit, quin etiam secuta est eum solita feli-
citas: uixit enim usque ad senectutem regnumque per manus
filio tradidit. in eo igitur, quia homines sacrilegia uindicare
non poterant, oportuit deos ipsos sui uindices esse. at si 21
humilis quid tale commiserit, huic praesto sunt flagella ignes
eculei cruces et quidquid excogitare iratis ac furentibus licet.
sed cum puniunt deprehensos in sacrilegio, ipsi de deorum 22
suorum potestate diffidunt. cur enim non ipsis potissimum
relinquant ulciscendi sui locum, si eos posse aliquid arbitran-
tur? quin etiam putant illorum numine accidisse, ut prae- 23
dones rerum sacrarum conprehensi tenerentur, et saeuiunt non
tam ira quam metu, ne si deorum iniuriam non uindicauerint,
in ipsos expetant poenae: incredibili scilicet uanitate, qui noci-
turos sibi deos putent ob aliena scelera, qui ipsis a quibus
uiolati spoliatique sunt per se ipsos nihil nocere potuerunt.
at enim saepe ipsi quoque in sacrilegos uindicauerunt. potest 24
id uel casu accidisse, quod aliquando, non semper, sed tamen
paulo post quomodo id acciderit ostendam. nunc interim 25
quaero cur illi tot ac tanta sacrilegia in Dionysio non uindi-
cauerint, qui non furtim, sed palam ludibrio deos habuit. cur

21 paulo post] c. 7, 7. 14 ss.

B(G)RSHPV] 1 illã *S* 2 esset ⌜et⌝ *sic B* iis *scr.*, his *B*¹*GRSHV*, dis *corr. B*³, hịịs *(exp. m. 2) P* ultra *H* 4 qui *S* fuit *om. P* qui *S* eum] cum *S* 5 manu se *G*, manum *R* 6 filioṛuṃ *(exp. m. 2) P* homines quia *P* 7 at *V*, *corr. R*², *in ras. corr. P*², ac *BR*¹*SH*, [ac] *G*, ad *P*¹ 8 humiles *B*¹, *corr. B*³ quid] qui *G*, quispiam quid *RS; an* quis*?* conmiserit *(*n *ex* m*) B*³ 9 aculei *B*ᵃʳ 10 in sacrilegio deprehensos *BG* 11 difidunt *G* enim] etiam *H* 12 relincunt *B*¹, relinqunt *B*²*V*¹ *(s. l. corr. V*²*?)*, relinquunt *G* 13 qui *P* 14 sacr⌜a⌝rum *B*² *in* sacrarũ *desinit codicis G pag. 18 (12)* tenebantur *V* seuiuunt *V* non *om. H* 15 irã *V* uindicarint *S*, uindicauerunt *V* 16 in *om. H* ipso *V* expectant *R*¹*PV*, expe*t^{v}ant *(i. e.* -tur*) R*² poenas *B*¹, *corr. B*³, paene *R*¹, -nȩ *R*², poen$\overset{e}{a}$ṃ *P* 17 putant *V*¹ qui] cum *B* 18 nocere nichil *S* 19 saepe *om. R* ipse *R*¹ 20 quod *om. P* sed] sed si *B* 21 ⌜quo⌝modo *B*² 22 illa *HPV* di⌜o⌝nysio *B*³ uindicarint *SH*, indicauerint *V* 23 pa*lam *(*u *er.) R*

hunc tam potentem sacrilegum a templis a caerimoniis ab imaginibus suis non arcuerunt? cur etiam sacris rebus ablatis prospere nauigauit? quod ioco ipse testatus est, ut solebat.
26 'uidetisne' inquit comitibus suis naufragium timentibus 'quam prospera sacrilegis nauigatio ab ipsis diis inmortalibus tribuatur?' sed hic fortasse a Platone didicerat deos nihil esse.
27 quid Gaius Verres, quem Tullius accusator eius eidem Dionysio et Phalaridi et tyrannis omnibus comparat? nonne omnem Siciliam compilauit sublatis deorum simulacris ornamentisque
28 fanorum? otiosum est persequi singula, unum libet commemorare in quo accusator omnibus eloquentiae uiribus, omni denique conatu uocis et corporis deplorauit de Cerere uel Catinensi uel Hennensi: quarum alterius tanta fuit religio, ut adire templi eius secreta penetralia uiris nefas esset, alterius antiquitas tanta, ut omnes historiae loquantur ipsam deam fruges in Hennae solo primum repperisse filiamque eius uirgi-
29 nem ex eodem loco raptam. denique Gracchanis temporibus turbata re publica et seditionibus et ostentis cum repertum esset in carminibus Sibyllinis antiquissimam Cererem debere
30 placari, legati sunt Hennam missi. haec igitur Ceres uel religiosissima, quam uidere maribus ne adorandi quidem gratia licebat, uel antiquissima, quam senatus populusque Romanus sacrificiis donisque placauerat, ex arcanis ac uetustis penetra-

AUCTORES 2—6] cf. Cic. de nat. deor. III 34, 83; Valer. Maxim. I 1 ext. 3 6] Platone] cf. Cic. ibid. I 12, 30—13, 34 7] Verr. V 56, 145. 12 deplorauit] Verr. IV 45; 48—51. 13 alterius] cf. ibid. 45, 99. 14 alterius] cf. ibid. 48, 106. 17—20] cf. ibid. 49, 108 (cf. Valer. Max. I 1, 1).

BRSHPV] 1 cerimoniis *BSPV* 2 arcuerunt *B*^{1}*S*, arguerunt *B*^{2}? *(g ex c) cum rell.* latis *R*^{1}, ⌜uio⌝latis *R*^{2} 3 auigauit *V* 5 sacri⌜legi⌝s *P*^{3} ipsos *V*^{1} 7 quid *om. P* Gaius *BH, om. R,* C. *S,* G. *PV; similis uarietas est § 30. 31. 33.* quam *S*^{1} cō|parat *B* 10 odiosum *B* unum libet] et *P* 12 cere⌜re⌝ *P*^{2} 13 hetnensi *(*t *in ras. ex* n*) B*^{2}, hemnensi *H* quorum *B*^{1}, *in ras. corr. B*^{2} 14 adire* *(*t *er.) B* eius templi *P* 15 loquuntur *H* 16 Hennae] ⌜a⌝etneae *B*, henna *P* solo] si solo *P* 17 ex *er. R* captam *H* grachanis *S*, gracc⌜h⌝anis *P* 18 ostis *H* 20 negati *P*^{1}, *corr. P*^{2} hetnam *(*t *in ras. ex* n*) B*^{2} 21 religiosissima* *(*s *er.) R* ma**ribus *(*io *er.) B* 22 antiquissimam *H* 23 sacrificiisque *P* ac] et *B* penetrabilibus *H*

libus a Gaio Verre inmissis latronibus seruis inpune sublata
est. idem uero cum adfirmaret se a Siculis ut causam pro- 31
uinciae susciperet oratum, his usus est uerbis: sese iam ne
deos quidem in suis urbibus ad quos confugerent
habere, quod eorum simulacra sanctissima Gaius Ver-
res ex delubris religiosissimis sustulisset: quasi uero
si Verres ex urbibus delubrisque sustulerat, de caelo quoque
sustulisset. unde apparet istos deos nihil habere in se am- 32
plius quam materiam de qua sint fabricati. nec inmerito ad 33
te, Marce Tulli, hoc est ad hominem Siculi confugerunt, quo-
niam triennio sunt experti deos illos nihil ualere: essent enim
stultissimi, si ad eos ob defendendas iniurias hominum confu-
gissent, qui Gaio Verri nec pro se ipsis irati esse potuerunt.
at enim Verres ob haec facinora damnatus est. non ergo dii 34
uindicauerunt, sed Ciceronis industria, qua uel defensores eius
oppressit uel gratiae restitit. quid quod aput ipsum Verrem 35
non fuit illa damnatio, sed uacatio, ut quemadmodum Dionysio
deorum spolia gestanti dii inmortales bonam dederant nauiga-
tionem, sic etiam Verri bonam quietem tribuisse uideantur, in
qua sacrilegiis suis tranquille frui posset? nam frementibus 36
postea bellis ciuilibus sub obtentu damnationis ab omni peri-
culo ac metu remotus aliorum graues casus ac miserabiles
exitus audiebat et qui cecidisse solus uniuersis stantibus uide-
batur, is uero uniuersis cadentibus stetit solus, donec illum et

AUCTORES 3] diuin. in Caecil. 1, 3.

BRSHPV] 1 Gaio Verre] ∗uerre *(*C *er.) R,* cuerre *V* sublatus V^1, *ras. et s. l. corr.* V^2 2 prouintia *R* 3 ne *om. V* 4 confugerent *(pr.* e *ex* i*) B* habere||| *(*nt *s. l. er.) B* 5 deorum *R* simula⌜cra⌝ B^2 6 ex] deos ex *B* reli⌜gi⌝osissimis *(*gi *m. 3 ?) P* 7 quo∗que *(*d *er.) H* 8 sustulisset *edd.,* sustulerat *C; cf. III 6, 5* in se habere *SH* 9 sint *(*NT *ex* N *m. 1 ?) B,* sunt *R,* sin⌜t⌝ P^2? necis merito *S* 11 ⌞ualere⌟ V^2 12 ob] ad *H* 13 ipsi⌜s⌝ P^2 iratis *V* 14 ergo] enim *P* 15 que (a *m. 2) B* 17 uagatio *P* ⌞ut⌟ V^2 18 immortł *(*ł *ex al. litt. m. 2) P* dederant bonum B^1, bonam B^2 dederunt *(*-r̄ *S)* S^1H, dede⌞r⌟unt P^2 19 etiam *om. P* 20 sacrilegi⌜i⌝s R^2 sacrilegii sui *HP* tranquillus *B* fructu tranquille frui *P* 22 ac *ante* metu] et *B* *alt.* ac] et *SP* 24 his *SV* ca∗dentibus *(*e *er.) P*

opibus sacrilegio partis et uita satiatum ac senectute confectum proscriptio triumuiralis auferret, eadem scilicet quae Tullium
37 uiolatae deorum maiestatis ultorem. quin etiam felix in eo ipso fuit, quod ante suam mortem crudelissimum exitum sui accusatoris audiuit, diis uidelicet prouidentibus ut sacrilegus ac praedo ille religionum suarum non ante moreretur quam solacium de ultione cepisset.

1 5. Quanto igitur rectius est omissis insensibilibus et uanis oculos eo tendere ubi sedes, ubi habitatio est dei ueri, qui terram stabili firmitate suspendit, qui caelum distinxit astris fulgentibus, qui solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen in argumentum suae unicae maiestatis accendit, terris autem maria circumfudit, flumina sempiterno lapsu fluere praecepit,

iussit et extendi campos, subsidere ualles,
fronde tegi siluas, lapidosos surgere montes.

2 quae utique omnia non Iuppiter fecit, qui ante annos mille septingentos natus est, sed

ille opifex rerum, mundi melioris origo,

qui uocatur deus, cuius principium quoniam non potest con-
3 prehendi, ne quaeri quidem debet. satis est homini ad plenam perfectamque prudentiam, si deum esse intellegat. cuius intellegentiae uis et summa haec est, ut suspiciat et honorificet communem parentem generis humani et rerum mirabilium

AUCTORES 6 praedo ille religionum] Cic. Verr. IV 34, 75; 43, 95. 15 s. 19] Ouid. Metam. I 43 s.; 79.

BRSHPV] 1 par'ti's R^2 uitaṣ *(exp. m. 3)* *P* 2 ea*dem (n *er.)* *B* 3 quin//// *V* 4 mortem suam *P* 6 ille *om.* *V* suarum] sacrarum *B* 7 recepisset *H*, coepisset *V* 8 rectius] honestius et rectius *B* insensibili'bu's P^3 9 sedis (i *ex* e) B^2P^3 12 incendit *B* 13 lapso R^1 14 praecipit V^1 15 et *om.* *RP* extendi* (t *er.)* *R* 16 fro'n'de R^2 silua's' P^3 18 octingentos *B*, *sed cf. I 23, 5* 19 me(li)ris *sic* *H* 21 nec *BS* 22 'si' P^3 dñm *P* 23 hae(c) V^2 suscipiat *RHP* 24 parentem communem *S*

fabricatorem. unde quidam hebetis obtunsique cordis ele- 4
menta, quae et facta sunt et carent sensu, tamquam deos
adorant. qui cum dei opera mirarentur id est caelum cum 5
uariis luminibus, terram cum campis et montibus, mare cum
fluminibus et stagnis et fontibus, earum rerum admiratione
opstupefacti et ipsius artificis obliti, quem uidere non poterant,
opera eius uenerari et colere coeperunt nec umquam intelle-
gere quiuerunt, quanto maior quantoque mirabilior sit qui illa
fecit ex nihilo. quae cum uideant diuinis legibus obsequentia 6
commodis atque usibus hominis perpetua necessitate famulari,
tamen illa deos existimant esse, ingrati aduersus beneficia di-
uina, qui deo et patri indulgentissimo sua sibi opera praetu-
lerunt. sed quid mirum si aut barbari aut inperiti homines 7
errant, cum etiam philosophi Stoicae disciplinae in eadem sint
opinione, ut omnia caelestia quae mouentur in deorum numero
habenda esse censeant? siquidem Lucilius Stoicus aput Cice-
ronem sic loquitur: hanc igitur in stellis constantiam, 8
hanc tantam in tam uariis cursibus in omni aeterni-
tate conuenientiam temporum non possum intellegere
sine mente ratione consilio. quae cum in sideribus
esse uideamus, non possumus ea ipsa non in deorum
numero reponere. item paulo superius: restat inquit ut 9
motus astrorum sit uoluntarius: quae qui uideat, non

EPITOME 1—13] c. 21, 1. 13—16] c. 21, 2. 17—116, 2] cf. c. 21, 1 s.

AUCTORES § 8] de nat. deor. II 21, 54. § 9. (cf. § 16)] ibid. 16, 44.

B(G)RSHPV] 1 quid⌊ã⌋ S^2 hebetes *BP*, haebetis (*ac ex* e) R^2, ebetes *H* obtunsique P^1, n *del.* P^3 3 operam *B* mirentur *B* ⌈cũ⌉ P^3 4 u*ariis (*i ? er.*) *P* et *om. H* mare *B*, maria *cett., cf. § 25—28* 5 et (*ante* stagnis) *om. BSH* 6 stupefacti *S* artifici⌈s⌉ B^2 7 *a* Coeperunt *incipit codicis G pag. 19 (13) paene tota lecta* 8 quierunt *S* quanto, *om.* que RV^1 10 hominum *S*, homini⌊s⌋ P^2 11 existimant esse] existimantes *H* 12 ⌈qui⌉ V^2 14 disciplinae] sectae paene *H* eodem R^1 15 opinionem BR^{ar} 16 se quidem *H* 17 hanc igitur *om. H* 18 hanc tantam *om. BG* hac *R* in *om. codd. Cic.* in tam *om. P* *alt.* in] et in *R* omnia GH^{ar} 19 conuenientia* (m *er.*) *B*, conuenientia *H* 20 mente *om. H* consilio quae] consilioque regi *BG* 21 inesse *codd. Cic., quod fort. Lact. scripserat, cf. § 19* inest — ratio ⌈in⌉ P^3 22 ponere *P* inquiit *G*

indocte solum, uerum etiam inpie faciat, si deos esse
10 neget. nos uero et quidem constanter negamus ac uos, o philosophi, non solum indoctos et inpios, uerum etiam caecos ineptos deliros probamus, qui ignorantiam inperitorum uanitate uicistis. illi enim solem atque lunam, uos etiam sidera deos
11 putatis. tradite igitur nobis stellarum mysteria, ut aras ac templa singulis erigamus, ut sciamus quo quamque ritu, quo die colamus, quibus nominibus, quibus precibus aduocemus: nisi forte nullo discrimine tam innumerabiles, tam minutos
12 deos aceruatim colere debemus. quid quod argumentum illud, quo colligunt uniuersa caelestia deos esse, in contrarium ualet? nam si deos idcirco esse opinantur, quia certos et rationabiles cursus habent, errant. ex hoc enim apparet deos non esse, quod
13 exorbitare illis a praestitutis itineribus non licet. ceterum si dii essent, huc atque illuc passim sine ulla necessitate ferrentur sicut animantes in terra, quarum quia liberae sunt uoluntates, huc atque illuc uagantur ut libuit, et quo quamque mens du-
14 xerit, eo fertur. non est igitur astrorum motus uoluntarius, sed necessarius, quia praestitutis legibus officiisque deseruiunt.
15 sed cum disputaret de cursibus siderum, quos ex ipsa rerum ac temporum congruentia intellegebat non esse fortuitos, existimauit uoluntarios esse, tamquam non possent tam disposite, tam ordinate moueri, nisi sensus illis inesset officii sui sciens.

EPITOME 2—118, 14] c. 21, 3 s. 12 quia certos — habent] c. 21, 2. 18 s.] c. 21, 3. 20—23. 117, 2 s. 4 s.] c. 21, 2.

B(G)RSHPV] 2 uero et quidem] quidem *B*, uero quidem *G*, uero equidem *SH* negauimus *B* o *om.* *R* 3 filosofos *R* inpios] inperios B^1, *corr.* B^3 etiam *om.* *S* 4 delirosque (-que *ex* -qui B^1) *BGP*, *sed* de- *ex* di- P^3 5 *in* illi enim *desinit codicis G pag. 19 (13), sequitur pag. 20 (14) paene tota lecta* atque] aut *H*, et *V* 6 trade *V* ac] et *V* 7 aut *S* ⸢quo⸣ P^3 quamqu*e (a *er.*) *B*, quemque GR^2 (*pr.* e *ex* a) *H* quo die — nominibus *om.* *B* 8 numinibus *G* quibusque *SH* uocemus *BG* 9 imminutos *P* 10 acerbatim *S* debeamus *BG* 11 quo] quod BGP^1 (d *del.* P^3) *H* esse *om.* *S* 12 inrationabiles *G* 15 ⸢passim⸣ B^3 16 uolun*tates *ex* uolunptates *B* 17 uacantur *V* libu⸢er⸣it B^2P^3, *sed ad* libuit — duxerit *cf. c. 1,9* presserit — infremuit *eqs.* et] ut *P* quo quamque] quoāque *R*, quocumque *SH* 18 fer⸤un⸥tur S^2 19 deserui*unt (u *er.*) *V* 22 possint *P* dispo*site (s ? *er.*) *B*, disposit[ae] *G* 23 et tam *H* ordinatae *G* esset *P* sciens *om.* *P*

o quam difficilis est ignorantibus ueritas et quam facilis scien- 16
tibus! 'si motus' inquit 'astrorum fortuiti non sunt, nihil aliut
restat nisi ut uoluntarii sint'. immo uero ut non esse fortuitos
manifestum est, ita nec uoluntarios. 'quomodo igitur in con- 17
ficiendis itineribus constantiam suam seruant?' nimirum deus
uniuersi artifex sic illa disposuit, sic machinatus est, ut per
spatia caeli diuina et admirabili ratione decurrerent ad efficiendas
succedentium sibi temporum uarietates. an Archimedes Sicu- 18
lus concauo aere similitudinem mundi ac figuram potuit machi-
nari, in quo ita solem lunamque composuit, ut inaequales
motus et caelestibus similes conuersionibus singulis quasi die-
bus efficerent et non modo accessus solis ac recessus uel in-
crementa deminutionesque lunae, uerum etiam stellarum uel
inerrantium uel uagarum dispares cursus orbis ille dum uertitur
exhiberet, deus ergo illa uera non potuit machinari et efficere
quae potuit sollertia hominis imitatione simulare? utrumne 19
igitur Stoicus si astrorum figuras in illo aere pictas effictasque
uidisset, suo illa consilio moueri diceret ac non potius artificis
ingenio? inest ergo sideribus ratio ad peragendos meatus suos
apta, sed dei est illa ratio qui et fecit et regit omnia, non
ipsorum siderum quae mouentur. nam si solem stare uoluis- 20
set, perpetuus utique dies esset. item si motus astra non
haberent, quis dubitat sempiternam noctem futuram fuisse?

EPITOME 5—8. 13 s. 19—118, 6. 9—14] c. 21, 3 s. 8 succedentium — varietatis] c. 21, 2.

B(G)RSHPV] 1 est *om. R, post* facilis *P* scientibus] non ignorantibus *P* *in* si mot[us] *desinit codicis G pag. 20 (14)* 2 fortuitu *H* 5 seruauit *S* nemirum *(e ex i) P³* 6 ma*chinatus *(c er.) B* 9 aeri *H* ac figuram] figuramque *SH* 11 quas⸢i⸣ *P³* 12 officerent *B¹*, *corr. B³*, effecerit *H* et] ut *H* ⸢solis et recessus⸣ *B³* 13 deminutionesquae (i *subter* e *m. 1 ?*, a *del. m. 3) P* 14 uagantium *s. l. ex* uagarum *B³* 15 uero *H¹* machinari *del. P³* et *om. P* 16 imitari *(alt.* i *ex* e *m. 2) R* 17 igitur *om. P* stoicis *(alt.* i *ras. ex* u*) P* ⸢si⸣ *P³?* et in *H* illa *R* effectasque *SH* 18 uidissent *P* dicerent *P* artifici*s (i *er.) R* 19 inest] idẽ *S* meatos *B¹R¹*, *corr. B³R²*, motus *SH* 20 et fecit] effecit *R*, et facit *P* 21 sider*um *(u er.) B* sol *B* 23 quo *P¹*, qui *corr. P³* dubitaret *BH* noctes *V¹*

21 sed ut diei ac noctis uices essent, moueri ea uoluit et tam
uarie moueri, ut non modo lucis atque tenebrarum mutuae uicis-
situdines fierent, quibus laboris et quietis alterna spatia con-
starent, sed etiam frigoris et caloris, ut diuersorum temporum
uis ac potestas uel generandis uel maturandis frugibus conue-
22 niret. quam sollertiam diuinae potestatis in machinandis iti-
neribus astrorum quia philosophi non uidebant, animalia esse
sidera putauerunt, tamquam pedibus et sponte, non diuina
23 ratione procederent. cur autem illa excogitauerit deus, quis
non intellegit? scilicet ne solis lumine decedente nimium
caeca nox taetris atque horrentibus tenebris ingrauesceret no-
ceretque uiuentibus. itaque et caelum simul mira uarietate
distinxit et tenebras ipsas multis minutisque luminibus tempe-
24 rauit. quanto igitur Naso prudentius quam illi qui sapientiae
studere se putant, qui sensit a deo lumina illa ut horrorem
tenebrarum depellerent instituta! is eum librum quo Phaeno-
mena breuiter conprehendit his tribus uersibus terminauit:

tot numero talique deus simulacra figura
inposuit caelo perque atras sparsa tenebras
clara pruinosae iussit dare lumina nocti.

25 quodsi fieri non potest ut stellae dii sint, ergo ne sol quidem
ac luna dii esse possunt, quoniam luminibus astrorum non
ratione differunt, sed magnitudine. quodsi hi dii non sunt,
26 ergo ne caelum quidem in quo illa omnia continentur. simili

AUCTORES 18 ss.] fragm. poet. Rom. coll. Baehrens p. 349.

BRSHPV] 1 uicis *P*¹, *corr. P*³ moueri] item moueri *B* tamen *HP* 2 atque] et *B*, ac *P* mutue *R* 3 quibus *om. R* 5 frūgibus *(~ m. 2) R* 8 et *om. H* 11 horrendis *P* 13 minutis *P* 14 n⌈a⌉so *V*² proui-dentius *H* illi* *(s er.) H* 15 sentit *edd.* horrorem *(alt.* o *ex* e *m. 2) R* 16 his *B* yseū *(y add. m. 2) S* quoṣ *(exp. m. 3) P* faenomē|na *(~ er.) B*, faenomena *RP*, fenomena *SH*, foenomena *V* 18 ⌈ds̄⌉* *P* figuras *(s s. l. B*²*) BSH* 19 inposui⌈t⌉ *B*² perqu*e *(a er.) BH* atras] astra *R* sparsa* *(s er.) P* 20 pruinose *(corr. m. 2) B* dare *(e ex* i*) H* nu-mina *P*¹, *corr. P*³ noti *P* 21 quod *om.* si *H* ergo *om. H* nec *HP (c s. l. P*¹*?)* 22 non possunt *P*¹, non *del. P*³ 23 hii *BRP*¹, *alt.* i *exp. P*³ dii hi *SH* 24 nec *BSHP (c s. l. P*¹*) V*

modo si terra, quam calcamus, quam subigimus et colimus ad
uictum, deus non est, ne campi quidem ac montes dii erunt:
si hi non sunt, ergo ne tellus quidem uniuersa deus uideri
potest. item si aqua, quae seruit animantibus ad usum bi- 27
bendi aut lauandi, deus non est, ne fontes quidem ex qui-
bus aqua profluit; si fontes non sunt, ne flumina quidem
quae de fontibus colliguntur; si flumina quoque dii non sunt,
ergo et mare quod ex fluminibus constat deus haberi non
potest. quodsi neque caelum neque terra neque mare, quae 28
mundi partes sunt, dii esse possunt, ergo ne mundus quidem
totus deus est, quem idem ipsi Stoici et animantem et sapientem
esse contendunt et propterea deum. in quo tam inconstantes
fuerunt, ut nihil ab iis dictum sit quod non ab isdem fuerit
euersum. sic enim argumentantur: fieri non posse ut sensu 29
careat quod sensibilia ex se generat; mundus autem generat
hominem, qui est sensu praeditus: ergo et ipsum esse sensi-
bilem; item, sine sensu esse non posse cuius pars habeat 30
sensum: igitur quia homo sensibilis est, etiam mundo cuius
pars est homo inesse sensum. propositiones quidem uerae 31
sunt, et sensibile esse quod sensu praeditum gignat et habere
sensum cuius pars sensu aucta sit, sed adsumtiones falsae
quibus argumenta concludunt, quia neque mundus generat ho-
minem neque homo mundi pars est. nam hominem a princi-
pio idem deus fecit qui et mundum, et non est pars mundi
homo sicut corporis membrum: potest enim mundus esse 32
sine homine sicut urbs et domus. atquin ut domus unius
hominis habitaculum est et urbs unius populi, sic et mundus

BRSHPV] 1 terram *H* et colimus *om. B* 2 nec *BHPV (sed* c *s. l. V*[2]*)* mont⟨es⟩ *B* hii *BPV* 3 nec *RV*[ar] 4 uiuendi *R*, uibendi *P*[1], *corr. P*[3] 5 nec *R* 6 profluuit *B* nec *B* 8 et *om. H* 9 *pr.* ne⌜q.⌝ *P*[3] 11 et sapientem *bis P*[ac], *pr. expunx. P*[1?] 13 iis *scr.*, his *C* hisdem *R* 14 eu͡ersum *(˜ er., ‿ m. 2) V* 15 qui *S*[1] 16 ipsum] id ipsum *H* sensibile *V* 18 mundo (o *ex* um) *H* 19 est] et *R* sensuṁ *H* 20 praedictum *S* gigne͏̣t (i s. l.) *H* 21 sensu] sensi *S* aucta∗ ⌞si⌟t *P*[3?] 22 generaṇt *(exp. m. 3) P* 23 par⌜s⌝ *B*[2] 24 *alt.* et *om. P* 25 sic *S* etenim *S* 26 sicut] ut *P* atquin ut] ut quomodo (omodo *in ras. ex 4 litt. m. 2) B* 27 *pr.* et] ut *R*

domicilium est totius generis humani: et aliut est quod inco-
33 litur, aliut quod incolit. sed illi dum student id quod falso
susceperant confirmare, et sensibilem esse mundum et deum,
34 non uiderunt argumentorum suorum consequentia. nam si
mundi pars est homo et sensibilis est mundus, quia homo
sentit, ergo quia mortalis est homo, mortalis sit et mundus
necesse est nec tantum mortalis, sed et omnibus morbis pas-
35 sionibusque subiectus. et e contrario si deus est mundus et
partes eius utique inmortales sunt, ergo et homo deus est,
quia pars est ut dicitis mundi. si homo, ergo et iumenta et
pecudes et cetera genera bestiarum et auium et piscium, quo-
36 niam et illa eodem modo sentiunt et mundi partes sunt. at
hoc tolerabile est; nam et haec colunt Aegyptii. sed res eo
peruenit ut et ranae et culices et formicae dii esse uideantur,
quia et ipsis inest sensus et ex parte mundi sunt. ita semper
argumenta ex falso petita ineptos et absurdos exitus habent.
37 quid quod idem ipsi aiunt deorum et hominum causa mundum
esse constructum quasi communem domum? ergo mundus
nec deus est nec animans, si constructus est: animans enim
non construitur, sed nascitur, et si est aedificatus, sic utique
tamquam domus, tamquam nauis. est ergo aliquis artifex
mundi deus et seorsum erit mundus qui factus est, seorsum
38 ille qui fecit. iam illut quam repugnans et absurdum, quod
cum caelestes ignes ceteraque mundi elementa deos esse adfir-
ment, idem mundum ipsum deum dicunt! quomodo potest ex

B(G)RSHPV] 1 est *(post* domicilium*) om. V* et *om. P* aliud] aut *S* et sensibilem — deum *contra Dauisium in cur. sec. ad Hirtii bell. Alex. c. 68 tuetur Volkmannus, obseruat. misc. 1872 p. 14* 2 aliud *B cum cett.* 3 su⌊s⌋ceperant *B*¹ ? et *om. BR* sensibile *BS* 5 et *om. B* 6 sentit — homo *om. P* homo *om. B* 7 et *om. P* morbis *in mg. P*² 9 eius *om. B* 10 uti *B* ergo homo *SH* 11 quoniam] quia *B* 13 col⌊u⌋nt *V*² 14 uid⌊e⌋antur *V*² 15 ex parte] parte *B*, ˈexˈ parte *P*², partes *edd.* 16 ex] et *B* *post* absurdos *6 uel 7 litt. eras. H* 17 quid quod] quicquid *H* idem *om. S* ipsi *om. B* 18 commune *H* *a* Ment[a ex falso] *incipit codicis G pag. 21 (144), in qua nihil nisi pars uersus 1 legi poterat* 19 si — animans *in inf. mg. P*² enim *om. HP* 20 si⟨c⟩ *B* utiquae *(exp. m. 3) P* 22 et *om. P* erit — seorsum *s. l. P*² seorsus *SH* quia *R* seorsus *SH* 23 quã *(˜ m. 2) S* 24 cum] qui *B* ceteraque quae *P* adfirmant *B* 25 item *edd.* dicant *H*

multorum deorum aceruo unus deus confici? si astra dii sunt, 39
mundus ergo non deus, sed domicilium deorum est. si uero
mundus deus est, ergo illa omnia quae sunt in eo non dii
sunt, sed dei membra, quae utique sola dei nomen accipere
non possunt. nec enim recte quis dixerit membra hominis 40
unius multos homines esse. sed tamen non est similis comparatio animalis et mundi. animal enim quia sensu praeditum
est, etiam membra eius habent sensum nec nisi a corpore diuulsa brutescunt. cuius igitur rei similitudinem gerit mundus? 41
nimirum ipsi docent, cum factum esse non diffitentur, ut esset
diis et hominibus quasi communis domus. si ergo est constructus ut domus, nec ipse deus est nec elementa, quae sunt
partes eius, quia neque domus habere dominium sui potest
neque illa de quibus domus constat. non tantum igitur ueri- 42
tate, sed etiam uerbis suis reuincuntur. sicut enim domus
in usum habitandi facta per se nihil sentit dominoque subiecta
est, qui eam fecit aut incolit, ita mundus per se nihil sentiens
factori deo subiacet, qui eum in usum sui fecit.

6. Duplici ergo ratione peccatur ab insipientibus, primum 1
quod elementa id est dei opera deo praeferunt, deinde quod
elementorum ipsorum figuras humana specie conprehensas colunt. nam solis lunaeque simulacra humanum in modum 2
formant, item ignis et terrae et maris, quae illi Vulcanum
Vestam Neptunum uocant, nec elementis ipsis in aperto litant.
tanta homines imaginum cupiditas tenet, ut iam uiliora ducantur illa quae uera sunt: auro scilicet et gemmis et ebore de-

EPITOME 25—122, 2] c. 20, 14 s.

B(G)RSHPV] 1 un*us *(i er.) P* as**tra *P* 4 sola dei *SH,* solidi *BRP,* soli dii *V* 7 sensum *SH*^{ar} 8 a corpore] corpora *S* 9 *post* brutescunt *s. l.* diuulsa *repet.* *B*^{3} 13 neque *om. R* dominum *V* *post* sui *add.* ñ *R*^{2} *a* P[o]test *incipit codicis G pag. 22 (143), in qua pleraque legebantur* 15 uerbi s* *(i uel* e *er.) V* reuincitur *B*^{1}, *corr. B*^{3} sic̃ *(~ m. 2) S* enim] igitur *P* 16 usu *SH* per *om. P* 17 facit *B*^{1}, *corr. B*^{3}, faci[t] *G* 20 quod elemta *(sic)* — deinde *in inf. mg. B*^{3} quod elementa id] elementa quod *P* 21 conpraehensos *B*^{1}, -as *corr. B*^{3}, comprensas *P* 22 im modum *R* 23 ignes *V* 24 ipsis *om. P* aperto] euento *(u ex* l *m. 2)* aperto *B* 25 hominem *V*^{1}, *in ras. corr. V*^{2} imaginem *V*^{1} iam] etiam *H* 26 *pr.* et *om. SH*

3 lectantur. horum pulchritudo ac nitor praestringit oculos nec
ullam religionem putant ubicumque illa non fulserint. itaque
sub obtentu deorum auaritia et cupiditas colitur. credunt enim
deos amare quidquid ipsi concupiscunt, quidquid est propter quod
furta et homicidia et latrocinia cottidie saeuiunt, propter quod
4 bella per totum orbem populos urbesque subuertunt. consecrant
ergo diis manubias et rapinas suas, quos certe necesse est in-
becillos esse ac summae uirtutis expertes, si subiecti sunt cupi-
5 ditatibus. cur enim caelestes eos putemus, si desiderant ali-
quid de terra, uel beatos, si aliqua re indigent, uel incorruptos,
si uoluptati habent ea in quibus adpetendis cupiditas hominum
6 non inmerito damnatur? ueniunt igitur ad deos non tam reli-
gionis gratia, quae nulla potest esse in rebus male partis et cor-
ruptibilibus, quam ut aurum oculis hauriant, nitorem leuigati
marmoris aut eboris aspiciant, ut insignes lapillis et coloribus
uestes uel distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili con-
templatione contrectent. et quanto fuerint ornatiora templa et
pulchriora simulacra, tanto plus maiestatis habere creduntur:
adeo religio eorum nihil est aliut quam quod cupiditas humana
7 miratur. hae sunt religiones, quas sibi a maioribus suis tra-
ditas pertinacissime tueri ac defendere perseuerant, nec consi-
derant quales sint, sed ex hoc ueras ac probatas esse confi-
dunt, quod eas ueteres tradiderunt, tantaque est auctoritas
uetustatis, ut inquirere in eam scelus esse ducatur. itaque
8 creditur ei passim tamquam cognitae ueritati. denique aput
Ciceronem sic dicit Cotta Lucilio: habes, Balbe, quid Cotta,

EPITOME 12—20] cf. c. 20, 14 s.
AUCTORES 26] de nat. deor. III 2, 6.

B(G)RSHPV] 1 agnito(r) *V* prest(r)ingit B^2 oculos] oculos [nec] oculo[s] *G* 2 relionem P^{ac}, *sic saepius, corr. m. 1 uel al.* fulserit *R* 5 furta — propter quod *om. P* et *(ante* homicidia*) om. H* et *ante* latrocinia] uel *S* 9 *in* cur enim *desinit codicis G pag. 22 (143)* caelestis V^1 si] qui *S* aliqui R^1V 10 de] e *SHV* 11 uoluntati *(*u *ex* p*)* B^3 13 esse potest *B* pactis *S*, partis *(*t *ex* c *? m. 2) V* corruptilibus *RP* 14 ⟨ut⟩ nitorem *Heumannus* 15 insignis *P* lapillos *P* 17 *pr.* et *om. P* 18 credantur *R* 19 quod cupiditas] cupiditas quam ratio *B* 22 probatas atque ueras *V* probas *Heumannus* 23 tanta(q:) P^2 24 in *om. B* ea *SH* sceleris *B* dicatur *BV* 26 sic dicit *add.* B^3 lucio *H* (h)abes V^2 bal(be) V^2

quid pontifex sentiat. fac nunc ego intellegam quid
tu sentias: a te enim philosopho rationem religionis
accipere debeo, maioribus autem nostris etiam nulla
ratione reddita credere. si credis, cur ergo rationem 9
requiris, quae potest efficere ne credas? sin rationem quae-
rendam putas, ergo non credis: ideo enim quaeris, ut eam
sequare, cum inueneris. docet ecce te ratio non esse ueras 10
deorum religiones: quid facies? maioresne potius an rationem
sequeris, quae quidem tibi non ab alio insinuata, sed a te
ipso inuenta et elata est, cum omnes religiones radicitus eruisti?
si rationem mauis, discedere te necesse est ab institutis et 11
auctoritate maiorum, quoniam id solum rectum est quod ratio
praescribit: si autem pietas maiores sequi suadet, fatere igitur
et illos stultos fuisse, qui excogitatis contra rationem religio-
nibus seruierunt, et te ineptum, qui id colas quod falsum esse
conuiceris. sed tamen quoniam nobis tanto opere maiorum 12
nomen opponitur, uideamus tandem qui fuerint maiores illi, a
quorum auctoritate discedi nefas ducitur. Romulus urbem 13
conditurus pastores inter quos adoleuerat conuocauit cumque
is numerus condendae urbi parum idoneus uideretur, constituit
asylum. eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi qui-

AUCTORES 18—124, 3] cf. Liu. I 8.

BRSHPV] 1 intellego *P* tu quid *codd. Cic.* 2 a te] ait *H* philosophus B^1, *corr.* B^3 accipere debeo religionis *codd. Cic.* 3 a maioris *H* uestris *S* 4 ratio *H* credere] crede *H*, rationis est credere *P*, creder& (tem) *(corr. m. 2) V* 5 requires *P* sin *V*, si *cett.* rationem] rationem requiris et *P* 6 enim] ergo *H* 7 sequa⌊r⌋e *P*, sequare *s. l. in* sequaris *corr.* V^2 &ce V^1 8 religiones deorum *V* facias *B* 9 non tibi *SH* ab *om. P* insinuata∗ (m *er.*) *B* 10 ⌈e⌉lata *B*, eleta (a) *P*; electa *edd.* omnis R^1 seruisti *R* 11 ⌊s⌋i V^2 12 ratione *H* 13 perscribit *H* sin *edd.* autem] enim *SH* pietas *s. l. in* ueritas *corr.* B^3 maioressequi *in* maiorestqu⌈a⌉e *corr.* B^3, maiores esse quę *H* maioris *V* fate *P* 14 stultos illos *B* stultus V^1 15 qui id] quid R^1, quod R^2 16 conuinceris *RSH* tamen *om. P* quoniam] quia *R* tantopere *SPV* 17 tamen *BPV* quid *BH* 18 di⌈s⌉cedendi R^2, disceri P^1, disceri (di) P^2, discen (de di) P^3 orbem H^1 19 cum⌈q.⌉ B^3 20 condendæ *(æ ex* a *m. 3) P* urbis *H* constiụtuita sylum *(corr. m. 3) P* 21 ⌊Eo⌋ V^2

14 que sine ullo condicionis discrimine. ita conflauit ex his omnibus populum legitque in senatum eos qui aetate anteibant et patres appellauit, quorum consilio gereret omnia. de quo senatu Propertius elegiarum scriptor haec loquitur:

bucina cogebat priscos ad uerba Quirites,
centum illi in prato saepe senatus erat.
curia, praetexto nunc quae nitet alta senatu,
pellitos habuit, rustica corda, patres.

15 hi sunt patres quorum decretis eruditi ac prudentes uiri deuotissime seruiant, idque uerum atque inmutabile omnis posteritas iudicet quod centum pelliti senes statutum esse uoluerunt: quos tamen, ut in primo libro dictum est, Pompilius inlexit,
16 ut uera esse crederent sacra quae ipse tradebat. est uero quod illorum auctoritas tanti habeatur a posteris, quos nemo cum uiuerent neque summus neque infimus adfinitate dignos iudicauit.

1 7. Quare oportet in ea re maxime in qua uitae ratio uersatur, sibi quemque confidere suoque iudicio ac propriis sensibus niti ad inuestigandam et perpendendam ueritatem, quam credentem alienis erroribus decipi tamquam ipsum rationis
2 expertem. dedit omnibus deus pro uirili portione sapientiam, ut et inaudita inuestigare possent et audita perpendere. nec quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoque ante-

12 in primo libro] c. 22.
AUCTORES 5 ss.] V 1, 11 ss.

BRSHPV] 1 iis *R edd.* 2 senatu *P* qui* etate *(a er.) S* 3 ⌊d⌋e V^2 4 propersius *(s ex t)* B^2 el**iacorum *(eg er.) B* 5 *in codd. Propert. hic ordo uersuum: 3. 4. 1. 2* 5 buccina *S* 6 pratos *R* erant *SH* 7 nunc quae] quae nunc *codd. Propert.* senatu* *(s er.) B* 8 pellutos B^1, *corr.* B^2 9 hii *P* eruditi* *V* ac *om. P* 10 serui⌈e⌉bant B^3, seruiunt *H* itque P^1, *corr.* P^3 11 iudicat *SH* 12 ⌈ut⌉ P^2 pompilius ille inlexit *B* 14 quod] quo *P* quos — uiuerent *om. H* 15 infi*mus *(r er.) S* adfinitatem P^{ac}, *corr. m. 1 et 2* 16 iudicabat *H* 18 confiderem P^{ac}, *corr. m. 1 et 3* 19 et perpendendam *om. P* 20 errori⌈bu⌉s B^2 dec⌊i⌋ptamquam *(pr.* i *in ras. ex* e *m. 3,* i *s. l. m. 1 ?) B* ipsam *B* 21 experte *S* portione] ratione *R* 22 inuestigare — audita *om. B* perp⌈en⌉derent B^2

cesserunt, quae si omnibus aequaliter datur, occupari ab ante-
cedentibus non potest. inlibabilis est tamquam lux et claritas 3
solis, quia ut sol oculorum sic sapientia lumen est cordis hu-
mani. quare cum sapere id est ueritatem quaerere omnibus 4
sit innatum, sapientiam sibi adimunt qui sine ullo iudicio in-
uenta maiorum probant et ab aliis pecudum more ducuntur.
sed hoc fallit, quod maiorum nomine posito non putant fieri 5
posse ut aut ipsi plus sapiant, quia minores uocantur, aut illi
desipuerint, quia maiores nominantur. quid ergo inpedit quin 6
ab ipsis sumamus exemplum, ut quomodo illi quae falsa in-
uenerant posteris tradiderunt, sic nos qui uerum inuenimus
posteris meliora tradamus?

Superest ingens quaestio, cuius disputatio non ab ingenio, 7
sed a scientia uenit: quae pluribus explicanda erit, ne quid
omnino dubium relinquatur. nam fortasse aliquis ad illa con-
fugiat, quae a multis et non dubiis traduntur auctoribus, eos
ipsos quos docuimus deos non esse, maiestatem suam persaepe
ostendisse et prodigiis et somniis et auguriis et oraculis. et 8
sane multa enumerari possunt digna miraculo, in primis illut, quod Attus Nauius summus augur cum Tarquinium Priscum moneret, ut nihil noui facere inciperet, nisi prius esset inauguratus, eique rex artis eius eleuans fidem diceret ut consultis auibus renuntiaret sibi, utrumne fieri posset id quod ipse animo concepisset, adfirmaretque Nauius posse, 'cape igitur' inquit 'hanc cotem eamque nouacula dissice'. at ille incunctanter

EPITOME 13—18] c. 22, 1.

AUCTORES § 7. 9 s. 12. 20 s.] cf. Minuc. Fel. c. 7, 3. § 8] ex Valer. Max., cf. epitomas Paridis I 4, 1 et Nepotiani I 4, 2 (ex Liu. I 36).

B(G)RSHPV] 1 si *om. B* 2 est] et *P*[1], *corr. P*[2] 6 aliis] illis *Hartelius* 7 fallit] eos fallit *B* 9 desi⟨puer⟩int *S*, desipierint *H* 10 ut] et *SH* 12 damus *H* 13 dispositio *H* a] a⌜b⌝ *B*[3], ad (b *supra* d) *H* 15 nam *om. H* 17 docui *P* 19 numerari *B* 20 attius *BS*, ac⌜t⌝us *H* naeuius *B* summus *om. B* 21 noui *om. R* incipere⌜t⌝ *B*[3] 22 el*euans (a *uel* u *er.) B* *post* fidem *3 uel 4 litt. er. H* 23 utrum *H* possit *P* 24 naeuius *B* accipe *B* hanc inquit *(t ex* d *m. 3) P* 25 *ab* H[an]c c[ote]m *incipit codicis G pag. 23 (116), cuius in uerss. 1. 28—31 pleraque legi poterant* meamque *B* dissice *C, nisi quod* [d]isic⟨e⟩ *G* illa *S*

9 accepit ac secuit. deinde illut, quod Castor et Pollux bello
Latino aput lacum Iuturnae uisi sunt equorum sudorem ab-
luentes, cum aedes eorum quae iuncta fonti erat sua sponte
10 patuisset. idem bello Macedonico equis albis insidentes Pub-
lio Vatieno Romam nocte uenienti se obtulisse dicuntur nun-
tiantes eo die regem Persen uictum atque captum: quod paucis
11 post diebus litterae Pauli uerum fuisse docuerunt. illut etiam
mirabile, quod simulacrum Fortunae Muliebris non semel lo-
cutum esse traditur, item Iunonis Monetae, cum captis Veiis
unus ex militibus ad eam transferendam missus iocabundus
ac ludens interrogaret utrumne Romam migrare uellet, uelle
12 respondit. Claudia quoque proponitur in exemplum miraculi.
nam cum ex libris Sibyllinis Idaea mater esset accita et in
uado Tiberini fluminis nauis qua uehebatur haesisset nec ulla ui
commoueretur, Claudiam ferunt, quae semper inpudica esset
habita ob nimios corporis cultus, deam submissis genibus
orasse, ut si se castam iudicaret, suum cingulum sequeretur:
ita nauem, quae ab omni iuuentute non ualuit commoueri, ab
13 una muliere esse commotam. illut aeque mirum, quod lue
saeuiente Aesculapius Epidauro accitus urbem Romam diuturna
14 pestilentia liberasse perhibetur. sacrilegi quoque numerari

EPITOME 21—127, 2] c. 22, 1 tum — commiserant.

AUCTORES § 9 s.] cf. Valer. Max. I 8, 1. 7—9] cf. ibid. § 4. 9—12] cf. ibid. § 3 (ex Liu. V, 22). § 13] cf. § 2 (ex Liuio, cf. epiton. lib. XI). § 14 s.] cf. ibid. I 1, 17 (ex Liu. IX 29).

BRSHPV] 1 ac] et *SH* 2 lacus *B* saturni *B*, iuriri *S*, diuturnae *H* sudore *B* 3 aedis *P*¹, *corr. P*³ iuncte *S* erant *R*ᵃᶜ*SH* 4 patuissent *SH* albinis *H* 5 ⌜u⌝atieno *B*³, batieno *H* aduenienti *B* nuntiasse *B* 6 ea *B* persem *H*, per se *PV* uictum] quo uictum *S*, inuictum *V* a⌞d⌟qu⌞e⌟ *B*³ 7 Pauli] pauli *(om. H)* publi praesidis *SH* 8 for**mae (m *in ras. m. 3) B*, formae *H* mulieris *H*, muliebres *P* 9 item] et *B* monitae *B*, *om. H* cum] quod *B* captis Veiis] captiuis *H* Veiis] th^eb^is (th^eb^ *in ras. m. 3) B*, uegiis *S*, ueis *V* 10 militis *SH*ᵃᶜ*P*¹, *corr. P*³ iocabundis *H*ᵃᶜ 11 interrogaret *SH*, interrogauit *cett.* **romam *B* uelle *om. H* 13 Idaea] deum *R*, ideam *H*, sidea *V* 14 tiberi *P* quã (~ *er.) B* uehabatur *V* 15 claudia *S* 17 orasset *S*, adorasse *H* 18 *pr.* ab *om. H* 19 ⌞lue⌟ *S*, luae *P*ᵃʳ*V* 20 se ueniente *V* ⌜a⌝esculapius (a *s. l. add. et pr.* s *in ras. ex* x *m. 3, pr.* u *ex* o *m. 1) B* 21 sacrilegi⌞*⌟ *P*³ quoquo *R*¹ *malim* enumerari, *cf. pag. 125, 19*

possunt, quorum praesentibus poenis iniuriam suam dii uindi-
casse creduntur. Appius Claudius censor cum ad seruos 15
publicos sacra Herculis transtulisset, luminibus orbatus est et
Potitiorum gens, quae prodidit, intra unius anni tempus extincta
est. item censor Fuluius cum ex Iunonis Laciniae templo 16
marmoreas tegulas abstulisset, quibus aedem Fortunae Eque-
stris quam Romae fecerat tegeret, et mente captus est et
amissis duobus filiis in Illyrico militantibus summo animi
maerore consumptus est. praefectus etiam Marci Antonii 17
Turullius cum aput Coos euerso Aesculapii luco classem fe-
cisset, eodem postea loco a militibus Caesaris interfectus est.
his exemplis adiungitur Pyrrhus, qui sublata ex thensauro 18
Proserpinae Locrensis pecunia naufragium fecit ac uicinis deae
litoribus inlisus est, ut nihil praeter eam pecuniam incolume
reperiretur. Ceres quoque Milesia multum sibi aput homines 19
uenerationis adiecit. nam cum ab Alexandro capta ciuitas
esset ac milites ad eam spoliandam inrupissent, oculos omnium
repente obiectus fulgor exstinxit. reperiuntur etiam somnia 20

AUCTORES § 16] cf. ibid. § 20 (ex Liu. XLII 3). § 17] cf. ibid. § 19. § 18] cf. ibid. I 1 ext. 1 (ex Liu. XXIX 18). § 19] ex Valer. Max., cf. epitomas Paridis et Nepotiani I 1 ext. 5. § 20 s.] cf. Valer. Max. I 7, 4 (ex Liu. II 36).

B(G)RSHPV] 1 quorum] in quo *H* praesentia *(*a *ex* bus*)* B^3 diis *S*, diu *V* indicasse *V* *in* uindicasse cre *desinit codicis G pag. 23 (116), sequitur pag. 24 (115), cuius in uerss. 23—31 fere omnia legebantur* 2 ad seruos publicos] aduersus responsum *P edd., sed* responsum *neque a Valerio Maximo neque a Liuio commemoratur* 3 et luminibus *SH* est *om. H* 4 potiorum *B*, putitiorum *RH*, putiorum *S*, p$\overset{o}{\text{ẹ}}$titiorum *P* 5 lucinae *BR* 6 tabulas *SH* quibus *om. P* 7 *alt.* et *om. P* 8 in *om. H* et summo *P* animerore S^1 9 m⸢a⸣erore B^3 etiam] est *P* antinii *R*, antonini *H*, antoni *P* 10 turalleus *B* exculapii B^1, *corr.* B^2 11 eadem S^1 est interfectus *B* in⸢ter⸣fectus P^3 12 iis B^1, *corr.* B^2 adiungitur] intellegitur B^1, *corr.* B^3 pyrus *B*, pyrrus *RS*, pyrr$\overset{h}{*}$us *ex* pyrrhus H^2 thensauro *H*, tensauro *B*, thesauro *RSV*, the$\overset{s}{*}$auro *(*s *m. 3) P* 13 lucrensis *B* de⸢ae⸣ B^3 14 lit⸢t⸣oribus R^2 in loculum *R*, incolome V^1 16 uenerationes B^1, *corr.* B^2 alaxandro *R* 18 furgor *S*, fulgorẹ *(exp. m. 3) P*, fulg$\overset{u}{o}$r *(*u *s. l. er., quod add. m. 2)* ignis *V edd.; cf. epit. Paridis* milites — flamma obiecta priuauit oculis exstincsit B^1, *corr.* B^2, exstincxit *P* etiam *om. V*

quae uim deorum uideantur ostendere. Tiberio namque Atinio
homini plebeio per quietem obuersatus esse Iuppiter dicitur et
praecepisse, ut consulibus et senatui nuntiaret ludis Circensibus
proximis praesultorem sibi displicuisse, quod Autronius Maxi-
mus quidam uerberatum seruum sub furca medio circo ad
21 supplicium duxerat, ideoque ludos instaurari oportere: quod
cum ille neclexisset, eodem die filium perdidisse, ipse autem
graui morbo esse correptus; et cum rursus eandem imaginem
cerneret quaerentem satisne poenarum pro neclecto imperio
pependisset, lectica delatus ad consules et omni re in senatu
exposita recepisse corporis firmitatem suisque pedibus domum
22 redisse. illut quoque somnium non minoris admirationis fuit
quo Caesar Augustus dicitur esse seruatus. nam cum bello
ciuili Brutiano inplicitus graui morbo abstinere proelio statuis-
set, medico eius Artorio Mineruae species obuersata est monens,
ne propter corporis inbecillitatem castris se Caesar contineret.
itaque in aciem lectica perlatus est et eodem die a Bruto
23 castra capta sunt. multa praeterea possunt similia exempla
proferri, sed uereor ne si fuero in propositione rerum contra-
riarum diutius inmoratus, aut oblitus esse propositi uidear aut
crimen loquacitatis incurram.
1 8. Exponam igitur istorum omnium rationem, quo facilius

EPITOME 22. 129, 2 s.] c. 22, 1 doceam — inciderunt.
AUCTORES § 22] cf. Valer. Max. I 7, 1.

B(G)RSHPV] 1 cum *S*, ⸤uim⸥ V^2 Atinio] Latinio *Valer. Max. aliique, sed cf. c. 16, 11* 2 sese P^{ac} 3 praecipisse *P* 5 *in* qu⟨idã⟩ *desinit codicis G pag. 24 (115), sequitur pag. 25 (114), in qua nihil legi poterat* uerb⸢er⸣atum B^2, diuerberatum *edd.* forcam B^1, fur- *corr.* B^3 6 su⸢p⸣plicium B^3 7 neglexisset *SHV* ⸢filium⸣ B^2 perdisse *R*, perdidisset *P* ipsum *RS* esset *(t s. l.* B^2*)* *BP* 8 correptum *RS* eadem *H* 9 carneret V^1 quaerententem *S*, quaerentem *om. H* neglecto *SHP* 10 delatus *bis* B^1, *alt. expunx.* B^2 *et *(s er.) B* 11 recepisse] recepta et *(ta ex* tis *et* et *ex 2 litt. incert. m. 2) B* firmitatem B^1, *alt.* m *del.* B^3 12 fuit] suae *S* 13 Caesar Augustus] gaius caesar *B*, g. caesar augustus *R* 14 bruttiano *H* *post* morbo *in mg.* esset correptus et cum rursus *add.* B^3 statuisset *om. H* 15 astorio *S* 16 inbeccillitatem B^1, *pr.* c *del.* B^3 ⸢caesar⸣ B^3 17 acie *BP* delatus *B* et *om. P* ea *B*, eadem *H* ab brupto *P* 18 sunt *om. P* 22 isto***rum *(ico er.) P* qua P^1, *corr.* P^3

res difficiles et obscurae intellegantur, et has omnes simulati
numinis praestrigias reuelabo, quibus inducti homines a ueri-
tatis uia longius recesserunt. sed repetam longe altius, ut 2
si quis ad legendum ueri expers et ignarus accesserit, instruatur
atque intellegat quod tandem sit caput horum et causa
malorum, et lumine accepto suos ac totius generis humani
perspiciat errores. cum esset deus ad excogitandum proui- 3
dentissimus, ad faciendum sollertissimus, antequam ordiretur
hoc opus mundi, quoniam pleni et consummati boni fons in
ipso erat, sicut est semper, ut ab eo bonum tamquam riuus
oreretur longeque proflueret, produxit similem sui spiritum,
qui esset uirtutibus patris dei praeditus. quomodo autem id
uoluerit, in quarto libro docere conabimur. deinde fecit alte- 4
rum, in quo indoles diuinae stirpis non permansit. itaque
suapte inuidia tamquam ueneno infectus est et ex bono ad
malum transcendit suoque arbitrio, quod illi a deo liberum
fuerat datum, contrarium sibi nomen adsciuit. unde apparet 5

13 in quarto libro] c. 6. 8.
EPITOME 17 s. unde — liuorem] cf. 22, 7.
AUCTORES 5] Verg. Aen. XI 361.

B(G)RSHPV(g)] 1 *pr.* et] ad *S* simulati numinis] simulationum causas in his *B*, simulationum in his *P*, simulat⌊i⌋∗ nominis (i *in ras. m. 2, post* c *uel* i *er.*) *V* 2 nominis *S* praestrigias *V*, praestigias *cett.*, *nisi quod* praestigiis (is *ex* as) *B*3 releuabo *R* indocti *B* 4 *a* Veri expers *incipit codicis G pag. 26 (113) paene tota lecta* et] atque *R* 5 capud *B*, *om. H* 6 accepto lumine *S* 7 prospiciat *H* ∗errores (t *er.*) *P* 9 *post* mundi *in RSg haec:* fecit in principio bonum et malum. id plane quid sit apertius (aptius *Sg*) explicabo, ne quis me ita loqui arbitretur ut poetae solent, qui res incorporales quibusdam figuris quasi uisibilibus (uisilibus *R*1, *corr. R*2) comprehendunt, cum praeter ipsum nihil adhuc esset 10 bonum *om. B*1 (*s. l. add. B*3) *G*, bonus *P* ⌜tam⌝quam *R*2 11 oriretur *HP*2 (i *ex* e) *V*2 (i *s. l. pro* e) produxit] genuit *R* similem *linea del. B* *post* spiritum *in mg.* · XPM · *B*1 12 uir⌜tu⌝tibus *V*2 dei patris *edd.* id *om. V* 13 uoluerit] fecerit cum solus esset *RSH* docere conabimur] conabimur explicare *H* deinde fecit alterum] deinde (*om. S*) fecit per ipsum quem genuit alterum corruptibilis naturae *RS* *ad* alterum *in mg.* diabolus *add. B*1 14 indolis *S* permaneret *R* itaque] suaque *B*, su[aqu]⟨e⟩ *G* 15 suapte] apte *B*, [sese] *G*, sua ipse *H* et *om. BG* 16 transcedit *V* in suoque *P* 17 insciuit *P*1, *corr. P*2

cunctorum malorum fontem esse liuorem. inuidit enim illi antecessori suo, qui deo patri perseuerando cum probatus tum
6 etiam carus est. hunc ergo ex bono per se malum effectum Graeci διάβολον appellant, nos criminatorem uocamus, quod
7 crimina in quae ipse inlicit ad deum deferat. exorsus igitur

EPITOME 3—5] c. 22, 6 5] is qui locum infra adlatum confinxit, capite 24 Epitomae uidetur usus esse; cf. eius loci uerba § 1 cur — uoluerit esse] Epit. 24, 2 dicam — uoluerit; § 4 uoluptas — dolore] c. 24, 9; et utrumque — sustuleris] c. 24, 9 alterum — utrumque.

B(G)RSHPV(g)] 1 leuiorem S^1 enim] autem *R* illi] *om. S,* utrique *H* 2—4 perseuerando — Graeci] et probatus et karus est, de quo nunc parcius, quod alio loco et uirtus eius et nomen et ratio enarranda nobis erit: interim de hoc uberius, ut dispositio diuina noscatur, quia nec bonum intellegi sine malo potest nec malum aeque sine bono et sapientia boni malique notitia* *(e er.)* syt. hunc ergo malum sp̃m graeci *R, uerba* de quo nunc — enarranda nobis erit *ex § 7* 2 cum probatus] comprobatus *H,* cumprobatus *(corr. m.2) V* tum] cum *S* 3 etiam *BGP,* etiam et *RSHV* carus] ⟨p⟩[robat]us *G* 4 diabolon *B,* dia⟨b⟩[olo]n *G,* diabylon *H,* diabolum *P* 5 in *om. H* *post* deferat *in RSg haec: (1)* Cur autem iustus (iustu's S^2, iustũ *g)* deus talem uoluerit (uoluit *Sg)* esse, quantum sensus nostri mediocritas poterit, explanare conabor. *(2)* fabricaturus hunc mundum, qui constaret ex rebus inter se contrariis atque discordibus, constituit ante diuersa fecitque ante omnia duos fontes (fortes *S)* rerum sibi (sibi, *exp. m. 2 S)* aduersarum (aduersarium S^1, aduersātium S^2, aduersancium *g)* inter seque (atque *in ras. ex* que *m. 2, om.* se, *S)* pugnantium, illos scilicet duos (duum, *corr. m. 2 R)* spiritus, rectum atque prauum, quorum alter est deo tamquam dextera, alter tamquam sinistra, ut in eorum essent potestate contraria illa, quorum mixtura (mixtura*, m *er., quod add. m. 2 S)* et temperatione mundus et quae in eo sunt, uniuersa constarent. *(3)* item facturus hominem, cui uirtutem ad uiuendum proponeret, per quam (quem *g)* immortalitatem adsequeretur, bonum et malum fecit, ut posset esse uirtus: quae nisi (que si *Sg)* malis (i *ras. ex* u *R)* agitetur, aut uim suam perdet (pdet S^1, *exters. et* augt̃ *corr.* S^2) aut omnino non erit. *(4)* nam ut opulentia bonum uideatur, acerbitas egestatis (egeˌstaˌtis *S,* egestate *g)* facit et gratiam lucis commendat obscuritas tenebrarum, ualetudinis (ualitudinis *Sg)* et sanitatis uoluptas ex morbo ac (atque *g)* dolore cognoscitur: ita bonum sine malo in hac (ʰhac S^2) uita esse non potest. et utrumque licet contrarium sit, tamen ita cohaeret, ut alterum si tollas, utrumque sustuleris (substuleris *Sg). (5)* nam neque bonum conprehendi ac percipi potest sine declinatione ac fuga mali nec malum caueri ac uinci sine auxilio conprehensi ac percepti boni. necesse igitur fuerat et malum fieri, ut bonum

deus fabricam mundi illum primum et maximum filium praefecit operi uniuerso eoque simul et consiliatore usus est et artifice in excogitandis ordinandis perficiendisque rebus, quoniam

fieret. *(6)* et quoniam fas non erat ut a deo proficisceretur malum — neque enim contra se ipse faciet —, illum constituit (constituit qui *g)* malorum inuentorem (inuentor̃ S^1, -rẽ S^2, inuentor est *g)*. quem cum faceret, dedit illi ad mala excogitanda ingenium et astutiam, ut in eo esset et uoluntas praua et perfecta nequitia: ab (et ab *edd.)* eo contraria uirtutibus suis uoluit oriri eumque secum contendere, utrumne ipse plus bonorum daret an ille plus malorum. *(7)* sed rursus, quoniam deo summo repugnari non potest, bonorum suorum potestatem illi alteri *(Buenemannus,* ultori *RSg)* adsignauit, quem supra bonum ac perfectum *(ad* bonum *cf. supra § 3* deus . . . quoniam pleni et consummati boni fons in ipso erat . . . ut ab eo bonum tamquam riuus oreretur . . . produxit similem sui spiritum *eqs.,* perfectus *est § 7)* esse diximus. ita duos ad certamen composuit et instruxit, sed eorum alterum (quem *add. R)* dilexit ut bonum filium, alterum abdicauit ut malum. postea autem multos alios genuit operum suorum ministros, quos Graeci ἀγγέλους (ΑΝΓΕΛΟΥC *RSg)* nominant et illos † unius se (sed *edd.)* repugnantis qualem natura equorum *(sic R,* ẹquorum *S, uocem om. g;* repugnantis naturae qualis duorum *edd. — Locus corruptus est ac ualde mutilatus; sententiam eius ex communi totius loci argumento et eis quae sequuntur effici potest fuisse hanc: duo genera angelorum a deo facta esse inter se repugnantia et diuersa, unum incorruptibile eorum quos uellet semper sibi fidem seruantes similes esse spiritus illius recti [cf. § 2] eiusque socios, alterum corruptibile eorum qui facti essent ad id, ut ad peccatum inlecti similes fierent spiritus illius praui atque eius satellites). (8)* sed pars illa (pars illa *om. R)* corruptibilis non utique statim corrupta (correpta *S)* est in ortus sui principio (principia *S),* sed post compositum ordinatumque mundum sicut (sic *S)* mox *(cf. c. 14, 1—4)* docebimus, a substantiae caelestis uigore (uigorẽ, *sed ~ del. m. 1 ? S)* peruersa uoluntate desciuit (desiuit *S,* desiit *g).* ceterum in principio pares uniuersi et *(om. Sg)* aequa condicione apud deum fuerunt et idcirco angeli omnes, quorum principes erant (eṛrant, *exp. m. 1 ? R)* illi duo. *(9)* cum autem deus ex his (iis *R,* hiis *g)* duobus alterum bono praeposuisset, alterum malo, exorsus est itaque *(om. Sg)* fabricam mundi, omnibus iis (his *S,* hiis *g)* quos creauerat ministrantibus et per certa (percepta *Sg)* officia dispositis. illum uero primum et maximum filium praefecit *e. q. s. (supra 1), sic R;* dispositis. exorsus igitur deus fabricam mundi, illum primum et maximum filium praefecit *e. q. s., sic Sg; cf. de hoc loco Prolegomena*

B(G)RSHPV] 1 mundullum P^1, *corr.* P^2 et primum *G* 2 operi (i *in ras. ex* e*? m. 3) B* *in* usus est artifici *desinit codicis G pag. 26 (113)* 3 in *om. H* ornandis *HV*

is et prouidentia et ratione et potestate perfectus est; de quo nunc parcius, quod alio loco et uirtus eius et nomen et ratio
8 enarranda nobis erit. nemo quaerat ex quibus ista materiis tam magna, tam mirifica opera deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. nec audiendi sunt poetae, qui aiunt chaos in principio fuisse, id est confusionem rerum atque elementorum, postea uero deum diremisse omnem illam congeriem singulisque rebus ex confuso aceruo separatis in ordinemque discriptis
9 instruxisse mundum pariter et ornasse. quibus facile est respondere potestatem dei non intellegentibus, quem credant nihil efficere posse nisi ex materia subiacente ac parata: in
10 quo errore etiam philosophi fuerunt. nam Cicero de natura deorum disputans ait sic: primum igitur non est probabile eam materiam rerum unde omnia orta sunt esse diuina prouidentia effectam, sed et habere et habuisse
11 uim et naturam suam. ut igitur faber cum quid aedificaturus est, non ipse facit materiam, sed utitur ea quae sit parata, fictorque item cera, sic isti prouidentiae diuinae materiam praesto esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. quodsi materia non est a deo facta, ne terra quidem et
12 aqua et aer et ignis a deo factus est. o quam multa sunt uitia in his decem uersibus! primum quod is qui in aliis disputationibus et libris fere omnibus prouidentiae fuerit

2 alio loco] IV 6 ss.
EPITOME § 8–11] 22, 2 cum deus — condidisset.
AUCTORES 5–9] cf. Ouid. Metam. I 7s. 21. 32s. 13] frg. 2.

BRSHPV] 1 his $B^{ar}SH$ prouidentiae P^1, *alt.* e *del.* P^2 2 ⌜nunc⌝ B^3 parci⌜u⌝s R^2, partius *P* ratio∗e *(*n *er.)* narranda *V* 3 ista] sit ista *SH* materies *(*-ies *ex* -iis B^2*)* *BSH* 4 *pr.* tam] aut unde tam *SH* 7 uero *om.* *B* diremisisse *(exp. m. 3)* *P* 8 digestis *B*, describtis *(*de- *ex* di-*)* R^2, descriptis *S*, discriptione *c. 10, 2 conparat Buenemannus* 9 ordinasse S^1 13 sic ait *edd.* 15 effectum *H* et *(ante* habere*)* *om.* *B* et *(ante* habuisse*)* *s. l.* R^2 16 et] ac *H* quid] quibus *P* 17 fecit *V* 18 eaqu: (itē) *(corr. m. 2)* *P*, idem *H* 19 diu⌜in⌝ae P^2 materia *S* 20 qua∗ *B* ipsa *edd.*, ipsā B^3, ipse *RSHPV*, *cf. pag. 134, 23* faceret V^2 21 est *om.* *H* nec *BHP (sed* c *s. l. add.* P^2*)* 22 o *add.* B^3 23 is] iis *R*, ∗is *(*h *er.)* *S* 24 fere omnibus] prae omnibus quin *H*

adsertor et qui acerrimis argumentis inpugnauerit eos qui
prouidentiam non esse dixerunt, idem nunc quasi proditor ali-
quis aut transfuga prouidentiam conatus est tollere. in quo 13
si contra dicere uelis, nec cogitatione opus est nec labore: sua
illi dicta recitanda sunt; nec enim poterit ab ullo Cicero quam
a Cicerone uehementius refutari. sed concedamus hoc mori 14
et instituto Academicorum, ut liceat hominibus ualde liberis
dicere ac sentire quae uelint: sententias ipsas consideremus.
non est inquit probabile materiam rerum a deo factam.
quibus hoc argumentis doces? nihil enim dixisti quare hoc 15
non sit probabile. itaque mihi e contrario uel maxime pro- 16
babile uidetur, nec tamen temere uidetur, cogitanti plus esse
aliquid in deo, quem profecto ad inbecillitatem hominis redigis,
cui nihil aliut quam opificium concedis. quo igitur ab ho- 17
mine diuina illa uis differet, si ut homo sic etiam deus ope
indiget aliena? indiget autem, si nihil moliri potest, nisi ab
altero illi materia ministretur. quod si fit, inperfectae utique
uirtutis est, et erit iam potentior iudicandus materiae insti-
tutor. quo ergo nomine appellabitur qui potentia deum uincit? 18
siquidem maius est propria facere quam aliena disponere. si 19
autem fieri non potest ut sit potentius deo quicquam, quem
necesse est perfectae esse uirtutis potestatis rationis, idem igi-
tur materiae fictor est qui et rerum ex materia constantium.
neque enim deo non faciente et inuito esse aliquid aut potuit
aut debuit. sed probabile est inquit materiam rerum 20

AUCTORES 9. 25] cf. pag. 132, 13—16.

BRSHPV] 2 non esse — trasfuga *(sic)* prouidentiam *in mg. add. m. 1 uel al. m. ant. S* 3 transfigura *H* 4 uellis *P* 5 dictata *RS* 7 achademicorum *BSH,* acedimicorum *P* 8 ipsius *V* 9 rerum *om. P* a *s. l.* $P^{2?}$ 10 nihil] non *B* 11 itaque — probabile *om. P* mihi] nichil *S* 14 cui *ras. ex* cum *V,* cum *codd. recent. et Heumannus* opific͗ium H^2 14. 15 differet *(*differt *H)* igitur ab homine illa diuina uis *SH* 15 differt BHP^3 *s. l.,* differre P^1, differret *V* si *om. B* si ut] sicut *V* 16 indiget *(*g *ex* c *m. 3) P* mo͗li͗ri *V* 17 sit *S* 19 quo∗ *(*d *er.) V* potentia∗ *(*m *er.) R* 20 *post* disponere *haec* fieri non potest propria facere quam aliena disponere P^1, *expunx.* P^2 21 quem] quam *S* 22 perfectae *(exp. m. 2) V* 23 fictor est] fictorem *S,* factor *H* 24 esse *add.* H^2

⟨et⟩ habere et habuisse uim et naturam suam. quam
uim potuit habere nullo dante, quam naturam nullo gene-
rante? si habuit uim, ab aliquo eam sumpsit. a quo autem
21 sumere nisi a deo potuit? si habuit naturam, quae utique
a nascendo dicitur, nata est. a quo autem nisi a deo potuit
procreari? natura enim, qua dicitis orta esse omnia, si consi-
lium non habet, efficere nihil potest: si autem generandi et
faciendi potens est, habet ergo consilium et propterea deus sit
22 necesse est, nec alio nomine appellari potest ea uis, in qua
inest et prouidentia excogitandi et sollertia potestasque faciendi.
23 melius igitur Seneca omnium Stoicorum acutissimus, qui uidit
nihil aliut esse naturam quam deum. ergo inquit deum non
laudabimus, cui naturalis est uirtus? nec enim illam
didicit ex ullo. immo laudabimus. quamuis enim na-
turalis illi sit, sibi illam dedit, quoniam deus ipse
24 natura est. cum igitur ortum rerum tribuis naturae ac
detrahis deo, in eodem luto haesitans uersura soluis, Geta.
a quo enim fieri negas, ab eodem plane fieri mutato nomine
25 confiteris. sequitur ineptissima comparatio. ut faber inquit
cum quid aedificaturus est, non ipse facit materiam,
sed utitur ea quae sit parata, fictorque item cera, sic
isti prouidentiae diuinae materiam praesto esse opor-
tuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet para-
26 tam. immo uero non oportuit: erit enim deus minoris pote-

AUCTORES 12] frg. 122. 17 s.] Terent. Phorm. V 2, 15 s. 19] cf. pag. 132, 16.

EXPILATORES § 21] cf. Isidor. orig. XI 1, 1. 15 s. deus — est] ibid.

BRSHPV] 1 et *addidi ex p. 132, 15* habuisse] habuisse semper *B* 4 si] porro si *B* 5 ėṡt *(exp. m. 2) B* 9 uis *om. R* 10 et] post B^1, ṗȯṡt B^2, ṗȯėt *sic* B^3 cogitandi *H* potestatisque *(*i *ex* e *m. 3) B* 13 enim *om. B* 14 ⌜di⌝dicit H^2 laudauimus V^1 illi naturalis *S* 15 illi* *(*s *er.) H* 17 h⌜a⌝esitans *B*, hesitas ac *H*; haesitas *codd. Terent.* uersura soluis *V, quod postulat nexus sententiarum Lactantii;* uersuram soluis *cett.;* uorsuram solues *codd. Terent. except.* uorsura *G*, soluis DL^1 ge*ta *(*s *er.) B, om. H,* greta *V* 18 negas] negas mundum *SH* 20 f⌞ac̃⌟ V^2 21 eam *B* para⌜ta⌝ V^2 idem *H* 22 materia *H* 23 non quam] numquam *H* ipsa *edd. (cf. pag. 132, 20),* ipse *C, nisi quod ex* ipsa *uel* ipsã B^3

statis, si ex parato facit; quod est hominis. faber sine ligno
nihil aedificabit, quia lignum ipsum facere non potest; non
posse autem inbecillitatis humanae est. deus uero facit sibi 27
ipse materiam, quia potest: posse enim dei est; nam si non
potest, deus non est. homo facit ex eo quod est, quia per 28
mortalitatem inbecillus est, per inbecillitatem definitae ac mo-
dicae potestatis; deus autem facit ex eo quod non est, quia
per aeternitatem fortis est, per fortitudinem potestatis inmensae,
quae fine ac modo careat sicut uita factoris. quid ergo mirum 29
si facturus mundum deus prius materiam de qua faceret prae-
parauit et praeparauit ex eo quod non erat? quia nefas est
deum aliunde aliquid mutuari, cum ex ipso uel in ipso sint
omnia. nam si est aliquid ante illum, si factum est quic- 30
quam non ab ipso, iam potestatem dei et nomen amittet. at
enim materia numquam facta est sicut deus, qui ex materia
fecit hunc mundum. duo igitur constituuntur aeterna et 31
quidem inter se contraria, quod fieri sine discordia et pernicie
non potest; conlidant enim necesse est ea quorum uis ac ra-
tio diuersa est. sic utraque aeterna esse non poterunt, si re-
pugnant, quia superare alterum necesse est. ergo fieri non 32
potest quin aeterni natura sit simplex, ut inde omnia uelut
ex fonte descenderint. itaque aut deus ex materia ortus est
aut materia ex deo. quid horum sit uerius facile est intellegi.
ex his enim duobus alterum sensibile est, alterum caret sensu. 33
potestas faciendi aliquid non potest esse nisi in eo quod sentit,

AUCTORES 12 cum ex ipso — omnia] cf. Rom. 11, 36.

BRSHPV] 1 faciat *S* ⌊f⌋aber S^2 2 aedificauit $B^{ac}R$ 3 humanae, *alt.* a *del. m. 3 B* sibi *om. SH* 4 enim] autem *B* dii R^1 5 per *om. R* 6 mortalitate∗ (m *er.*) *R* inbeccill∗us (i *er.*) *B*, inbecilliụs (*exp. m. 3*) *P* ⌜de⌝finitae V^2 ac] et *SH* *post* modicae *eras.* ac *R* 7 fecit *S* 9 fine∗ (m *er.*) *B* modico *B* caret *H* 10 facere *P* 11 et praeparauit *om. SH* ⌜ex⌝ P^2 12 mut⌜u⌝ari H^2V^2 in ip⌜so⌝ P^2 13 *alt.* si *om. V*; et si *edd.* 14 a⌜bi⌝pso (bi *m. 2 ?*) *P* iam et *H*, iam *om. V* amittit *H* 16 fecit] tegit *P* *ab* Aeterna *incipit codicis G pag. 27 (134), cuius in uerss. 1—3 et 14—31 pleraque legebantur* e⌜t⌝quidem B^3, e[q]uidem *G* 20 exsuperare *H* 21 aeterni (a *sup.*; *sic corr. m. 2*) *R*, aeterna *P* ue⌜lut⌝ V^2 23 quod V^1 hor∗um (t *er.*) *B* facilius *B* 24 ⌜his⌝ $P^{2?}$ sensu∗ (m *er.*) *R*, sensuṃ *P* 25 et potestas *B*

34 quod sapit, quod cogitat, quod mouetur. nec incipi aut fieri
aut consummari quicquam potest, nisi fuerit ratione prouisum
et quemadmodum fiat antequam est et quemadmodum constet
35 postquam fuerit effectum. denique is facit aliquid qui habet
uoluntatem ad faciendum et manus ad id quod uoluit inplen-
dum. quod autem insensibile est, iners et torpidum semper
iacet; nihil inde oriri potest ubi nullus est motus uoluntarius.
36 nam si omne animal ratione constat, certe nasci non potest
ex eo quod ratione praeditum non est, nec aliunde accipi potest
37 id quod ibi unde petitur non est. nec tamen commoueat
aliquem quod animalia quaedam de terra nasci uidentur. haec
enim non terra per se gignit, sed spiritus dei, sine quo nihil
38 gignitur. non ergo deus ex materia, quia sensu praeditum
ex insensibili, sapiens ex bruto, inpatibile de patibili, expers
corporis de corporali numquam potest oriri, sed materia potius
39 ex deo est. quidquid est enim solido et contrectabili corpore,
accipit externam uim; quod accipit uim, dissolubile est; quod
dissoluitur, interibit; quod interit, ortum sit necesse est; quod
ortum est, habuit fontem unde oreretur id est factorem ali-
quem sentientem prouidum peritumque faciendi. is est pro-
40 fecto nec ullus alius quam deus. qui quoniam sensu ratione
prouidentia potestate uirtute praeditus est, et animantia et

B(G)RS(—4)HPV] 1 ⌊a⌋ut f⌜i⌝eri** aut *P* 2 ratione* *(m er.) V* 3 et quemadmodum fiat antequam est *om. B*¹ *(in sup. mg. add. B*³*) GP* 4 et postquam *R*, ⌜post⌝quam *P*² his *R*^ar *S* *in* his facit *antiqua pars codicis S primum deficit (fol. 38 b)* 8 constat] non constat *B*, *idem in G fuisse spatio indicatur* ⌜non⌝ *R*² 10 id *om. B* 11 uideantur *H* 12 terra] terra ea *H* se] se non *V*¹, non *del. V*² 13 quia] quạ (i s. l.) ea *(corr. m. 2) H* praeditu* (s s. l.) *(m er.,* s *m. 2) R*, praeditụm (s s. l.) *(sic corr. m. 2) H*, praeditus *P* *in* [praed]⟨itum ex in⟩ *desinit codicis G pag. 27 (134), sequitur pag. 28 (133), cuius in uerss. 23—31 pauca legebantur* 14 sensibili *B* sapiens] sapit non *B* patibile *V* 16 enim est *V* contrectabile *R*¹, contractabili *P* 17 ex/////ternam *(2 uel 3 litt. er.) H* accipit uim dis- *om. P* dissoluibile *RV* 18 dissolui *V* interibit] interit *edd.* interit ortum] interiturum *P* quod ortum est *om. P* 19 habuit] habuit utique *R* oriretur *(i ex* e *R*²*P*³*) RPV*, orẹretur (i s. l.) *(corr. m. 2) H* 20 faciendi is] faciendis *B*, faciendi⌜i⌝s *V*² profectịo *(exp. m. 2) P* 22 prudentia *B*, pr***dentia (u s. l.) *(oui eras. et* u *s. l. m. 2) V*, prouidentiaṃ *P* *pr.* et] at enim *R* et animantia *om. P*

inanima creare et efficere potest, quia tenet quomodo sit quid-
que faciendum. materia uero semper fuisse non potest, quia 41
mutationem non caperet, si fuisset. quod enim semper fuit,
semper esse non desinit, et unde afuit principium, abesse hinc
etiam finem necesse est. quin etiam facilius est ut id quod
habuit initium fine careat, quam ut habeat finem quod initio
caruit. materia igitur si facta non est, nec fieri ex ea quic- 42
quam potest; si fieri ex ea non potest, ne materia quidem
erit; materia est enim ex qua fit aliquid. omne autem ex quo
fit, quia recipit opificis manum, destruitur et aliut esse incipit.
ergo quoniam finem habuit materia tum, cum factus est ex ea 43
mundus, et initium quoque habuit. nam quod destruitur,
aedificatum est, quod soluitur, alligatum, quod finitur, inceptum.
si ergo ex commutatione ac fine materia colligitur habuisse
principium, a quo alio fieri nisi a deo potuit? solus igitur 44
deus est qui factus non est, et idcirco destruere alia potest,
ipse destrui non potest. permanebit semper in eo quod fuit,
quia non est aliunde generatus, nec ortus ac natiuitas eius ex
aliqua re altera pendet, quae illum mutata dissoluat. ex se
ipso est, ut in primo diximus libro, et ideo talis est qualem
esse se uoluit, inpassibilis inmutabilis incorruptus beatus aeter-
nus. iam uero illa conclusio qua sententiam terminauit 45
multo absurdior. quodsi materia inquit non est a deo
facta, ne terra quidem et aqua et aer et ignis a deo
factus est. quam callide periculum praeteruolauit! sic enim 46

20 in primo libro] c. 7, 13.
AUCTORES 23] cf. pag. 132, 20.

B(G)RHPV] 1 inanimantia *H*, inanim⸢i⸣a *V*² 4 semper esse *om. B* abesse] esse *B* hinc *om. H* 5 ut∗ *V* 6 ut *om. B* id quod *H* 7 caru⸤it⸥ *P*³ igitur] ergo *V* ne⸢c⸣ *V*² 10 recepit *RH* 11 ⸢est⸣ *P*² 12 quodque *R*ᵃᶜ*H* distruitur *R* 13 sollitur *B*¹, solu⸢i⸣tur *B*³, sol∗uitur (1 *er.*) *P* 14 ex] in *R* *in* [ex] c[omm]⟨uta⟩ *desinit codicis G pag. 28 (133)* materiae *RPV* collegitur *V* a⸤b⸥ đ⸤o⸥ *V*² 16 distruere *R* 17 remanebit *H* 18 ac] nec *H* 19 altera] ab altera *H* mutata] mutet ac *B* 21 se esse *B* se *om. PV*¹ incorrupt⸤us⸥ ∗∗∗ (us *m. 1 ?*) *P* aeternus *om. P* 22 quae *RP* 23 ⸢ab⸣surdior *H*² *post* absurdior *s. l.* est *V*² *post* terminauit *add.* Tullius *edd.* dño *P* 24 ne⸢c⸣ *P*²? et ignis — factus est *om. P*

superius illut adsumpsit, tamquam probatione non indigeret,
cum id multo esset incertius quam illud propter quod adsumptum est. si non est inquit a deo facta materia, nec
47 mundus a deo factus est. ex falso maluit colligere quod
est falsum quam ex uero quod uerum, et cum debeant incerta
de certis probari, hic probationem sumpsit ex incerto ad euer-
48 tendum quod erat certum. nam diuina prouidentia effectum
esse mundum, ut taceam de Trismegisto qui hoc praedicat,
taceam de carminibus Sibyllarum quae idem nuntiant, taceam
de prophetis qui opus mundi et opificium dei uno spiritu et
pari uoce testantur, etiam inter philosophos paene uniuersos
conuenit; id enim Pythagorei Stoici Peripatetici, quae sunt
49 principales omnium disciplinae. denique a primis illis septem
sapientibus ad Socraten usque ac Platonem pro confesso et in-
dubitato habitum est, donec unus multis post saeculis extitit
delirus Epicurus, qui auderet negare id quod est euidentissimum,
studio scilicet inueniendi noua, ut nomine suo constitueret
50 disciplinam. et quia nihil noui potuit reperire, ut tamen
dissentire a ceteris uideretur, uetera uoluit euertere: in quo
illum circumlatrantes philosophi omnes coarguerunt. certius
est igitur mundum prouidentia instructum quam materiam
51 prouidentia conglobatam. quare non oportuit putare idcirco
non esse mundum diuina prouidentia factum, quia materia

AUCTORES 3] cf. pag. 132, 21. § 48—50 (Epicurus)] cf. ad frg. 368 (pag. 247, 27). 8 Trismegisto] cf. fragmenta ap. Stob. ecl. I 5, 16. 20. 9 Sibyllarum] cf. frg. I. II (pag. 3. 5 Friedl.) et passim.

BRHPV] 1 probationem *B* non *om. P* 6 ⌜e⌝uertendum *B*³ 7 erat] est *B* 8 ut taceam *om. P* trismegesto *B* qui *ex* quo *V* 9 syllabarum *V* 10 prophe*tis *(c er.) P* artificium *P* et] ac *B* 12 comuenit *B*¹, *corr. B*³ id enim *om. P* pythagore⌜i⌝ *B*³, pythagorici *H* perypathetici *V* et quae *R*, qui *P* 13 princip⌜al⌝es *P*² 14 ad] a *HV* socratem *B*, socrate* *(n ? er.) V* ac *R*, et ad *B*, ad *HPV* pla⌜to⌝nem *H*² confessi *P*¹, *corr. P*³ et] nec *B* 15 saeculi *P* existitit *sic V* 16 delirans *B* quia u*deret *(i er.) H* audiret *B*¹*P*¹*V*¹, *corr. B*³*P*³*V*² negare* *(t er.) B* 17 et *H*¹ nomini *B*¹, *corr. B*³ construeret *V* 20 certum *H* 21 materia *B* 22 prouidentia⌞m⌟ *B*³ 23 prouidentia — diuinitus] prouidentia sit effecta* *(a ex u m. 2, s er.)* ⌜sciendum itaque⌝ *(s. l. m. 2)* etiam materiam factam esse diuinitus *R*

eius diuina prouidentia facta non sit, sed quia mundus diuina
prouidentia sit effectus, etiam materiam factam esse diuinitus.
credibilius est enim materiam potius a deo factam, quia deus 52
potest omnia, quam mundum non esse a deo factum, quia sine
mente ratione consilio nihil fieri potest. uerum haec non 53
Ciceronis est culpa, sed sectae. cum enim suscepisset disputationem qua deorum naturam tolleret, de qua philosophi garriebant, omnem diuinitatem ignorantia ueri putauit esse tol-
lendam. itaque deos potuit tollere, quia non erant: cum 54
autem prouidentiam diuinam quae est in uno deo conaretur euertere, quia contra ueritatem niti coeperat, deficientibus argumentis in hanc foueam necessario decidit, unde se extricare non posset. hic ergo illum teneo haerentem, teneo defixum,
quoniam Lucilius qui contra disserebat ommutuit. hic est 55
cardo rerum, hic uertuntur omnia. explicet se Cotta si potest ex hac uoragine, proferat argumenta quibus doceat semper fuisse materiam, quam nulla prouidentia effecerit, ostendat quomodo quicquam ponderosum et graue aut esse potuerit sine auctore aut inmutari ualuerit, ac desierit esse quod sem-
per fuit, ut inciperet esse quod numquam fuit. quae si do- 56
cuerit, tum demum adsentiar ne mundum quidem diuina prouidentia constitutum, et tamen sic adsentiar, ut aliis illum
laqueis teneam. eodem enim quo nolet reuoluetur, ut dicat 57
et materiam, de qua mundus est, et mundum, qui de materia

B(G)RHPV] 1 sit] est *H* 2 esse] e⌊ẽ⌋ *P*[3] 6 ⌜sed⌝ *P*[2] disputatione *H* 7 qu⌊a⌋ *V*[2] natura *H* tolleretur *H* *ab* Ebant omnem diuinitatem *incipit codicis G pag. 29 (78) paene tota lecta* 8 diuinitatem] ueritatem *P* ignorantiaṁ *(exp. m. 2) B*, ignorantiã *(sed ~ minus cert.) G* putet *B*[1], putat *B*[2] 9 fuerant *H* 10 in uno deo] uni *(*i *ex* o *m. 2)* deo *R, s. l.* propria *add. R*[2] 11 deficienti⌜bu⌝s *B* 12 necessario *om. G* 13 potuit *B*, po[tuit] *G* ego *RP edd.*, **go (er *eras.*, e s. *l. m. 2) V* 14 quoniam] quia *BG* ommutuit *C* est] est ergo *V* 15 hu*c *(*i *er.) R* uertentur *BG* 16 hac *om. BG* 17 effecerat *R* 18 quiquam *G* et] aut *P* grauem⌜a⌝ut esse *(*m *linea del. m. 3,* a *s. l. m. 2) B*, gra[uem e]sse *G* poterit *R* 19 auctore* *(*m *er.) P* immutare *V*[1] uoluerit *P* ac] aut *H* desierit *(alt.* i *ex* a *m. 2) R* 21 tunc *R* 23 nolet *(sic corr. m. 3) B*, non uult *P* 24 materia *P* qui de] quidem *GP*

est, natura extitisse, cum ego ipsam naturam deum esse con-
58 tendam. nec enim potest facere mirabilia id est maxima
ratione constantia nisi qui habet mentem prouidentiam pote-
59 statem. ita fiet ut deus fecerit omnia nec quicquam esse
60 possit omnino quod non originem a deo traxerit. at idem
quotiens Epicureus est ac non uult a deo factum esse mundum,
quaerere solet quibus manibus, quibus machinis, quibus uecti-
bus, qua molitione tantum hoc opus fecerit. uideres fortasse,
61 si eo tempore potuisses esse quo fecit. sed ne perspiceret
homo dei opera, noluit eum inducere in hunc mundum nisi
62 perfectis omnibus. sed ne induci quidem poterat: quomodo
enim subsisteret, cum fabricaretur desuper caelum, terra subter
fundaretur, cum fortasse umida uel nimiis rigoribus torporata
concrescerent uel igneis caloribus incocta et solidata duresce-
rent? aut quomodo uiueret nondum sole instituto nec frugibus
aut animalibus natis? itaque necesse fuit hominem postremo
fieri, cum iam mundo ceterisque rebus manus summa esset
63 inposita. denique sanctae litterae docent hominem fuisse
ultimum dei opus et sic inductum esse in hunc mundum
quasi in domum iam paratam et instructam; illius enim causa
64 facta sunt omnia. idem etiam poetae fatentur. Ouidius per-
fecto iam mundo et uniuersis animalibus figuratis hoc addidit:

sanctius his animal mentisque capacius altae
derat adhuc et quod dominari in cetera posset,
natus homo est.

AUCTORES 7] Cic. de nat. deor. I 8, 19 s. 23 ss.] Met. I 76 ss.

B(G)RHPV] 1 ėst *(exp. m. 3) B* naturam *BG* tum *B* ergo BGH^{ac} 4 ne *RP* poterit esse *G* 5 *in* omnino *desinit codicis G pag. 29 (78), sequitur pag. 30 (77), cuius in uers. 31 paucae litterae legebantur* 8 ⸢m⸣olitione R^2 hoc tantum *R*, id tantum hoc *H* uidere *B*, uideret *H*, uidereṣ *(exp. m. 2) V* fortasse] fortasse potuisse⸢s⸣ *(s m. 3) B* 9 potuisset *H* quo] quo* *(d er.)* deus *H*, quo* *(d er.) V* 10 operã *(~ m. 2) B* modum V^1 12 cum] quae *B* terraque *B* sub⸢ter⸣ P^2 13 ⸢h⸣umida B^2 nimis $B^{ac}HV^1$, *corr.* $B^{1?}V^2$ *an* frigoribus? *cf. c. 9,8* torporata *Parrhasius, cf. Buenemannum*, corporata *C* 14 ⸢con⸣crescerent B^3 solida *P* duresceret *B*, durent *H* 15 solo *B* 19 e*t *(s er.) B* ductum *H* 21 obidius H^1 profecto *P* 23 sanct⸢i⸣us V^2 hic *H* mentique *B* capatius *P*, capacris *P* alta·ed⸢e⸣erat *(‿ et e s. l. m. 2) V* 24 derat PV^1, deerat *BR*, dederat *H*

adeo nefas existimandum est ea scrutari quae deus uoluit
esse celata. uerum ille non audiendi aut discendi studio 65
requirebat, sed refellendi, quia confidebat neminem id posse
dicere: quasi uero ex hoc putandum sit non esse haec diniui-
tus facta, quia quomodo facta sint non potest peruideri. an 66
tu si educatus in domo fabre facta et ornata nullam umquam
fabricam uidisses, domum illam putasses non esse ab homine
aedificatam, quia quomodo aedificetur ignorares? idem profecto
de domo quaereres quod nunc de mundo requiris, quibus
manibus, quibus ferramentis homo tanta esset opera molitus,
maxime si saxa ingentia, inmensa caementa, uastas columnas,
opus totum sublime et excelsum uideres. nonne haec tibi
humanarum uirium modum uiderentur excedere, quia illa non
tam uiribus quam ratione atque artificio facta esse nescires?
quodsi homo, in quo nihil perfectum est, tamen plus efficit 67
ratione quam uires eius exiguae patiuntur, quid est cur incre-
dibile tibi esse uideatur, cum mundus dicitur factus a deo, in
quo, quia perfectus est, nec sapientia potest habere terminum
nec fortitudo mensuram? opera ipsius uidentur oculis, quo- 68
modo autem illa fecerit, ne mente quidem uidetur, quia, ut
Hermes ait, mortale inmortali, temporale perpetuo, corruptibile
incorrupto propinquare non potest id est propius accedere et
intellegentia subsequi. et ideo terrenum adhuc animal rerum
caelestium perspectionem non capit, quia corpore quasi custodia

AUCTORES 9 s.] cf. pag. 140, 7. 21] cf. frg. Hermet. ap. Cyrill. c. Iulian. lib. I, uol. VI pag. 31 C — 32 A Aub.

BRHPV] 1 uoluit deus *B* 2 aut discendi *om. P* discendendi *V*[1], *ras. et s. l. corr. V*[2] 5 peruideri (e s. l.) *(s. l.* e, *uix* o, *corr. m. 2) P* 6 in domo] in · M̃ · O · dõ *V* fabrecata *B*[1], fabrefa⌜c⌝ta *B*[3] nullã umquam *(~ add. et* um *in ras. m. 2) V* 7 fabricam (ri s. l.) *(sic corr. m. 2) R* uidisse⌜s⌝ *R*[2] ⌜h⌝omine *P*[3] 8 aedificata *H* aedificatur *P,* aedificaretur *H* igno-rasses *H* 9 quaereris *P* 10 opera esset *B* 11 cementa *BHPV* 13 uide⌜re⌝ntur *V*[2] 14 arteficio *B*[1], *corr. B*[3] 16 eius *om. P* 19 ope-ram *P* uiderentur oculi *(exp. m. 2) V* 20 illam *P* qu⌜i⌝a *H*[2] 21 mor-tale* (m *er.) H* immortali *(alt.* i *ex* e *m. 2) R* temporali (i *ex* e) *R*[2], tempore *V*[1] perpetuo (ṽ s. l.) (ṽ *m. 2) R* 22 proprius *RP* et] atque *R*

saeptum tenetur, quominus soluto ac libero sensu cernat omnia.
69 sciat igitur quam inepte faciat qui res inenarrabiles quaerat.
hoc est enim modum condicionis suae transgredi nec intelle-
70 gere quousque homini liceat accedere. denique cum aperiret
homini ueritatem deus, ea sola scire nos uoluit quae interfuit
hominem scire ad uitam consequendam, quae uero ad curio-
sam et profanam cupiditatem pertinebant, reticuit, ut arcana
71 essent. quid ergo quaeris quae nec potes scire nec si scias,
beatior fies? perfecta est in homine sapientia, si et deum
esse unum et ab ipso facta esse uniuersa cognoscat.

1 9. Nunc quoniam refutauimus eos qui de mundo et de fac-
tore eius deo aliter sentiunt quam ueritas habet, ad diuinam
mundi fabricam reuertamur, de qua in arcanis religionis sanctae
2 litteris traditur. fecit igitur deus primum omnium caelum
et in sublime suspendit, quod esset sedes ipsius dei conditoris.
deinde terram fundauit ac subdidit caelo, quam homo cum
ceteris animalium generibus incoleret. eam uoluit umore cir-
3 cumflui et contineri. suum uero habitaculum distinxit claris
luminibus et inpleuit, sole scilicet et lunae orbe fulgenti et
astrorum micantium splendentibus signis adornauit. tenebras
autem, quod est his contrarium, constituit in terra; nihil enim
per se continet luminis, nisi accipiat e caelo: in quo posuit lu-
cem perennem et superos et uitam perpetuam, et contra in
4 terra tenebras et inferos et mortem. tanto enim haec ab
illis superioribus distant, quantum mala a bonis et uitia a uir-
5 tutibus. ipsius quoque terrae binas partes contrarias inter

EPITOME 14—20] c. 22, 2 caelumque — adornasset.
EXPILATORES 18—20] Isidor. orig. XIII 4, 1.

B(G)RHPV] 1 septum *BH* 2 *supra* quaeret *(sic) add.* querit *m. post. R* 3 mundum *ex* modum H^2 6 *alt.* ad] ad se *(exp. m. 2) V* 7 arcanaea *R* 8 scies *B* 9 fias *V, fort. recte* 11 num *B* 14 ominium *H* 15 sublimes *(exp. m. 1 ?) P* 16 fundauit terram *P* 19 scilicet sol *(sic) P* 20 micanti(a) V^2 *a* Tenebras *incipit codicis G pag. 31 (112) paene tota lecta* 21 his quod est *V* (h)is est *H* terram *G* 22 nisi *om. G* *e (a *er.) P* 23 supero(s) B^3 superos et uitam] super uitam *G* et *(ante* uitam*) om. P* et *(ante* contra*)* e* *B, om. H* 24 tantum *H* 25 quanto *BG* *pr.* a *H, om. cett.* *alt.* a *om. BGPV* 26 [ipsi] *G* terr** (as *er.*, e *s. l. m. 2) V*

se diuersasque constituit, orientem scilicet occidentemque. ex
quibus oriens deo adcensetur, quia ipse luminis fons et inlu-
strator est rerum et quod oriri nos faciat ad uitam sempiter-
nam: occidens autem conturbatae illi prauaeque menti adscri-
bitur, quod lumen abscondat, quod tenebras semper inducat
et quod homines faciat occidere atque interire peccatis. nam 6
sicut lux orientis est, in luce autem uitae ratio uersatur, sic
occidentis tenebrae sunt, in tenebris autem mors et interitus
continetur. deinde alteras partes eadem ratione dimensus 7
est, meridiem ac septentrionem, quae partes illis duabus socie-
tate iunguntur. ea enim quae est solis calore flagrantior, 8
proxima est et cohaeret orienti, at illa quae frigoribus ac per-
petuo gelu torpet, eiusdem est cuius extremus occasus. nam
sicut contrariae sunt lumini tenebrae, ita frigus calori. ut 9
igitur calor lumini est proximus, sic meridies orienti, ut frigus
tenebris, ita plaga septentrionalis occasui. quibus singulis
partibus suum tempus adtribuit, uer scilicet orienti, aestatem
meridianae plagae; occidentis autumnus est, septentrionis hiber-
num. in his quoque duabus partibus, meridiana et septen- 10
trionali, figura uitae ac mortis continetur, quia uita in calore
est, mors in frigore. sicut autem calor ex igni est, ita frigus
ex aqua. secundum harum partium dimensionem diem quo- 11
que fecit ac noctem, quae spatia et orbes temporum perpetuos

EXPILATORES 4 s. occidens — inducat] Isidor. orig. XIII 1, 4.

B(G)R(—13)R^p*(a 13)HPV]* 1 scilicet et occidentemque GP^1, et *expunx.* P^3 2 censetur *G* luminis *(s in ras. ex* b *? m. 3) P* 4 pr[au]ique *G*, prauaque H^1 6 ˌhominesˌ P^3 7 ratio uitae *H* 10 ac *om. G* sociatae B^1, sociat*e (et supra) B^2, sociätae B^3, s[o]cia⟨t⟩[a]e *G* 11 est *om. BG* calor *P* flagrantior est *BG*, frantior R^1, fraglantior *H*, flagantior *V* 12 quaerigoribus *in* quafrigoribus *corr.* $H^{1?}$ frigidioribus *B*, frig[idior]⟨ib.⟩ *G* ac] et *H* 13 occisus B^{ac} *in* occasus ‖ *deficit R (fol. 55b), a* nam *incipit* R^p 16 *in* ita [pla] (ga supra) *desinit codicis G pag. 31 (112), sequitur pag. 32 (111), cuius in uerss. 1. 2. 30. 31 perpauca legebantur* plaga est *P* ⟨septentri⟩[o]nis *G*, septentrionis *RV* 17 aestate *H* 18 place *P* autunnus *R* est] et *P* septentrionalis *H* hibernum *scripsi*, hibernus *C;* hiems *edd.* 19 meridianae *H* septentrionali* *(s er.) P* 21 igne *RH* 22 die *H* 23 quae *H*, qui B^{ar} *(i del. et eras., non corr.) RV*, quia *(exp. m. 3?) P* orbis *P*

ac uolubiles, quos uocamus annos, alterna per uices successione
conficiant. dies, quem primus oriens subministrat, dei sit ne-
cesse est, ut omnia quaecumque meliora sunt, nox autem,
quam occidens extremus inducit, eius scilicet quem dei esse
aemulum diximus. quae duo etiam in hoc praescius futurorum
deus fecit, ut ex his et uerae religionis et falsarum supersti-
12 tionum imago quaedam ostenderetur. nam sicut sol, qui ori-
tur in diem, licet sit unus, unde solem esse appellatum
Cicero uult uideri, quod obscuratis sideribus solus ap-
pareat, tamen quia uerum ac perfectae plenitudinis lumen
est et calore potentissimo et fulgore clarissimo inlustrat omnia,
ita in deo, licet sit unus, et maiestas et uirtus et claritudo
13 perfecta est. nox autem, quam prauo illi antitheo dicimus
adtributam, eius ipsius multas et uarias religiones per simili-
14 tudinem monstrat. quamuis enim stellae innumerabiles mi-
care ac radiare uideantur, tamen quia non sunt plena et so-
lida lumina, nec caloris praeferunt quicquam nec tenebras
15 multitudine sua uincunt. duo igitur illa principalia inueniun-
tur, quae diuersam et contrariam sibi habent potestatem, calor
et umor, quae mirabiliter deus ad sustentanda et gignenda
16 omnia excogitauit. nam cum uirtus dei sit in calore et igni,
nisi ardorem uimque eius admixta umoris ac frigoris materia
temperasset, nec nasci quicquam nec cohaerere potuisset, quin
17 statim conflagratione interiret quidquid esse coepisset. unde

5 diximus] cf. § 5 (II 8, 4). *AUCTORES* 8] de nat. deor. II 27, 68. *EXPILATORES* 8 s.] Isidor. orig. III 71, 1; de nat. rer. XXIV 1 (ex Lact. ut uid., non ex Cic., cf. Cic. 'sol dictus', Lact. 'solem . . appellatum', Isid. 'sol appellatus').

B(G)R^pHPV] 2 perficiant *H* primu⌊m⌋ B^{3}, primum *H* 5 quae duo] quando *B* 6 iis *edd.* religiones *B* falsorum B^{1}, *corr.* B^{3} 8 si⌈t⌉ $B^{1?}$ 9 uideri] uidelicet *Heumannus* *malim* ⟨cunctis⟩ sideribus *ex utroque loco Isidori, uix* ⟨omnibus⟩ *ex Cic.* 10 lumen] nomen *P* 11 potissimo *PV* inlustrat *(in add. m. 2) V* 12 una *P* et claritudo *(et cla add. m. 2) V* 13 *an* diximus *?* 14 *in* ⟨si⟩m⟨i⟩[l]⟨i⟩t[u] *desinit codicis G pag. 32 (111), sequitur pag. 33 (118), cuius in uerss. 1. 2 pauca legebantur* 15 demonstrat *BP*, ⟨mo⟩[nst]⟨ra⟩nt *G* 16 et] ac *BP* 17 quicquam preferunt *P* praefecerunt V^{1} nec *om. B* 20 ⌈h⌉umor B^{2}, *sic saepius* et *om. H* 22 admixtam *B* materiam *H* 23 cohere⌈re⌉ P^{3} potuissent *V* 24 confraglatione *H*, conflag⌊ratione⌋ V^{2}

et philosophi quidam et poetae discordi concordia mundum
constare dixerunt, sed rationem penitus non uidebant. Hera- 18
clitus ex igni nata esse dixit omnia, Thales ex aqua. uterque
uidit aliquid, sed errauit tamen uterque, quod alterutrum si
solum fuisset, neque aqua nasci posset ex igni neque rursus
ignis ex aqua: sed est uerius simul ex utroque permixto cuncta
generari. ignis quidem permisceri cum aqua non potest, 19
quia sunt utraque inimica et si comminus uenerint, alterutrum
quod superauerit conficiat alterum necesse est, sed eorum sub-
stantiae permisceri possunt: substantia ignis calor est, aquae
umor. recte igitur Ouidius: 20

quippe ubi temperiem sumpsere umorque calorque,
concipiunt et ab his oriuntur cuncta duobus.
cumque sit ignis aquae pugnax, uapor umidus omnes
res creat et discors concordia fetibus apta est.

alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi 21
femininum, alterum actiuum, alterum patibile. ideoque a ueteri-
bus institutum est ut sacramento ignis et aquae nuptiarum
foedera sanciantur, quod fetus animantium calore et umore cor-
porentur atque animentur ad uitam. cum enim constet omne 22
animal ex anima et corpore, materia corporis in umore est,

AUCTORES 1] infra u. 15; Horat. epist. I 12, 19. 12 ss.] Metam. I 430 ss. 18—20] cf. Varro de ling. lat. V § 61 (ignis et aqua — nuptiis eqs.).

B(G)R^p HPV] 1 discordiaa (aa *ex* ad *m. 2?) V* 2 stare *B* heracletus *H* 3 in∗ *ex* ini *B m. 1 uel 2,* i⌜g⌝ni *B*³, igne *RP* 4 utea *B*¹, ute∗ (rque) *B*², *correctionem renouauit B*³ 5 igne *P* potuisset *edd.* 6 est] et *B* 7 qui quidem *H* misceri *P* 8 utraq. *(*raq. *add. m. 2) V* ueneri⌜n⌝t *H*² 9 superauit *P* conficiant *(sic)* — possunt *euan. restituit V*² 10 *malim* subst. ⟨enim⟩, *Thilo* ⟨autem⟩, *Schoellius et Hartelius* ⟨si⟩ subst. atqueumor *B*¹, a∗qu⌜a⌝e⌜h⌝umor *B*² 12 ubi (i) *R* temperi⌞e⌟ *V* 13 *a* Cuncta *incipit codicis G pag. 34 (117) paene tota lecta* 14 ⌜aquae⌝ *P*² pugnans *B*, repugnans *H* ∗umidus *(*h *er., quod add. m. 2) B, sic saepius, uel* h *s. l. eras.,* u|midus *(*m *add. m. 2) P* omnis *V* 15 res creat] recreat *HP* concordia] haec concordia *H* fetibus] reb. *B*¹, *corr. B*³ 16 elementum *om. B*¹ *(post* quasi *s. l. add. B*³*) G* 17 femi⌜ni⌝num *H*² 18 sacramentum *B*, sacrament[um] *G* 19 foedere *B*¹ *(corr. B*³*) G* sanciatur *B*¹*GP*¹, *corr. B*³*P*²? colore *B*¹, *corr. B*³ cor⌞po⌟rentur *V*² 21 anima] anima∗ *(*e *er.) P* materiae *GP*¹, e *fin. expunx. P*² corporis in umore *om. G* in umore] innumerae *B*¹, *part. ras. corr. B*³, in more *P*

animae in calore: quod ex auium fetibus datur scire, quos crassi umoris plenos nisi opifex calor fouerit, nec umor potest
23 corporari nec corpus animari. exulibus quoque igni et aqua interdici solebat: adhuc enim nefas uidebatur quamuis malos,
24 tamen homines supplicio capitis adficere. interdicto igitur usu earum rerum quibus uita hominum constat perinde habebatur, ac si esset qui eam sententiam exceperat morte multatus. adeo duo ista elementa prima sunt habita, ut nec ortum
25 hominis nec uitam sine his crediderint posse constare. horum alterum nobis commune cum ceteris animalibus est, alterum soli homini datum. nos enim quoniam caeleste atque inmortale animal sumus, igni utimur, qui nobis in argumentum inmortalitatis est datus, quoniam ignis e caelo est; cuius natura quia mobilis est et sursum nititur, uitae continet rationem.
26 cetera uero animalia quoniam sunt tota mortalia, tantummodo aqua utuntur, quod est elementum corporale atque terrenum. cuius natura quia mobilis est ac deorsum uergens, figuram mortis ostendit. ideo pecudes neque in caelum suspiciunt neque religionem sentiunt, quoniam ab his usus ignis alienus
27 est. unde autem uel quomodo deus haec duo principalia, ignem et aquam, uel accenderit uel eliquauerit, solus potest scire qui fecit.

1 10. Consummato igitur mundo animalia uarii generis, dissimilibus formis, et magna et minora uti fierent imperauit. et facta sunt bina id est diuersi sexus singula, ex quorum fetibus

EPITOME 23–147, 1] c. 22, 2 terram — animalibus.

B(G)R^p HPV] 1 in calore] incolare *H* calore[m] *G* quos] quod *BP*, quo[d] *G* 2 umores *P*, humori⸢s⸣ *V*² f⸢o⸣uerit *H*² 3 co⸤r⸥porari⸥ *V*² ignis *B* 5 tamen *om. P* adfligere *BP*, ad[f]⟨li⟩gere[m] *G* 6 *pro* usu earum rerum *hoc* [suarum rerum] *G* 8 adẽo *BV*, adeos *P*, adõ// *V* sūnt prīma *B* 9 crediderint *(alt.* i *ras. ex* u) *V* 10 animantibus *B* est et *H* 13 *in* est datus *desinit codicis G pag. 34 (117)* 14 quia] quoniam *H* surs°um *(o m. 3) B* 16 quod elementum est utuntur corporale *B* 17 im^n mobilis *(n m. 3) B*, mollis *P* 18 suscipiunt *V^ac* 19 ab *om. H* his] *an* iis? 20 quomodo deus] quomod *sic H* princip⸢a⸣l⸢i⸣a *P*² 21 liquauerit *P* 23 consumpto *P* uariis *(s ex* i *m. 1?) B* 24 ut *BR*

et aer et terra et maria conpleta sunt, deditque his omnibus generatim deus alimenta de terra, ut usui esse homini possent, alia nimirum ad cibos, alia uero ad uestitum, quae autem magnarum sunt uirium, ut in excolenda terra iuuarent; unde sunt dicta iumenta. ita rebus omnibus mirabili discriptione 2
compositis regnum sibi aeternum parare constituit et innumerabiles animas procreare, quibus inmortalitatem daret. tum 3
fecit sibi ipse simulacrum sensibile atque intellegens id est ad imaginis suae formam, qua nihil potest esse perfectius: hominem figurauit ex limo terrae; unde homo nuncupatus est, quod sit fictus ex humo. denique Plato humanam formam 4
θεοειδῆ esse ait, et Sibylla quae dicit:

εἰκὼν ἐστ' ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.

de hac hominis fictione poetae quoque quamuis corrupte, tamen 5
non aliter tradiderunt: namque hominem de luto a Prometheo factum esse dixerunt. res eos non fefellit, sed nomen artificis. nullas enim litteras ueritatis attigerant, sed quae prophetarum 6

EPITOME 6—10] c. 22, 2 tum — figuratum 16 s. (Prometheo)] c. 20, 12.

AUCTORES 2—4] cf. Cic. de legg. I 8, 25 (pecudes — procreatas). 8 s. ad — formam] cf. Gen. 1, 27. 11] de rep. 501 B (θεοειδές). 13] VIII 402.

EXPILATORES 3—5] Isidor. orig. XII 1, 7. 10 s. unde — humo] Isidor. orig. XI 1, 4; de differ. rer. XVII 47: rationem autem humani corporis singulorumque membrorum differentiam Lactantius siue plerique auctorum ita definierunt dicentes: homo dictus est ab humo. (Isidor. hunc potius locum quam illum qui est in libro de ira diu. c. 10, 43 spectare uidetur.)

BR^pHPV] 2 deus *om. P* elementa *V* hominibus *RV edd.* homini esse *H* 3 uestitũtụ̃ (*tụ̃ in ras. m. 2) sic V* 4 ⌜ut⌝ *P*[2] iubarent *H* und⌞e⌟ *V*[2] 5 omnibus rebus *P* descriptione *BHV*, discretione *R* 6 patrare *B* et] eo *B* 7 procreari *H* inmortali⌜ta⌝tẽ (*⌜ta⌝ et ~ add. m. 2) V* dedit *V* 8 ipse sibi *H* 9 perfect⌜i⌝us *B*[1?] 10 e *R* est *om. B* 11 factus *HP*[1] (*corr. P*[3]) humo] limo *V* 12 θεοειδῆ *edd.*, theoiden *BV*, ΛΘЄΟΙΛΗΝ *R*, theonidẽ *H*, theo·i·den *P* esse ait] adserit *B* 13 ΗΚΟΝΔΙCΙΑΝΘΡΟΠΟCЄΜЄ ΛΟΓΟΝΟΡΘΟΝЄΚΟΥCΑ *B*, ΙΚΩΝЄCΙ ΑΝΘΡΩΠΟC ЄΜΗΛΟΓΟΝΟΡΘΟΝ ЄΚΟΥCΛ (x *suprascr.*) *R*, icon est antroposem elogonor tonyeusan *H*, ΙΚΝЄCΙ ΑΝΤΡΩΠΟC ЄΜΗ · ΛΟΓΟΝ · ΟΡ ΘΟΝ · ЄΧΟΥCΑ *P*, ЄΙΚΩΝЄΠΑΜΘΡΩΠΟC ЄΜ//ΗΛΟ·ΓΟΝΟΡ//Θ ΟΝЄΧΟΥCΑ *V* *interpretationes lat. in R et P* 14 finctione *H* quo*que (*d er.) H* corru⌞p⌟te *P*[2?] 16 fictum *R*, *recte ?* ⌜eos⌝ *V*[2]

uaticinio tradita in sacrario dei continebantur, ea de fabulis
et obscura opinione collecta et deprauata, ut ueritas a uulgo
solet uariis sermonibus dissipata corrumpi nullo non addente
aliquid ad id quod audierat, carminibus suis conprehenderunt. et
hoc quidem inepte, quod tam mirabile tamque diuinum opifi-
7 cium homini dederunt. quid enim opus fuit hominem de
luto fingi, cum posset eadem ratione generari qua ipse Pro-
metheus ex Iapeto natus est? qui si fuit homo, generare ho-
minem potuit, facere non potuit: de diis autem illum non
8 fuisse poena eius in Caucaso monte declarat. sed neque
patrem eius Iapetum patruumque Titana quisquam deos nuncu-
pauit, quia regni sublimitas penes Saturnum solum fuit, per
quam diuinos honores cum omnibus suis posteris consecutus
est. multis argumentis hoc figmentum poetarum coargui potest.
9 factum esse diluuium ad perdendam tollendamque ex orbe
terrae malitiam constat inter omnes. id enim et philosophi
et poetae scriptoresque rerum antiquarum locuntur in eoque
10 uel maxime cum prophetarum sermone consentiunt. si ergo
cataclysmus ideo factus est, ut malitia quae per nimiam mul-
titudinem increuerat perderetur, quomodo fictor hominis Pro-
metheus fuit, cuius filium Deucalionem idem ipsi ob iustitiam
solum dicunt esse seruatum? quomodo unus gradus et una
progenies orbem terrae tam celeriter potuit hominibus inplere?
11 sed uidelicet hoc quoque sic corruperunt ut illut superius,
cum ignorarent et quo tempore cataclysmus sit factus in terra

B(G)R^pHPV] 1 ea de] eadem *BP* 2 a *om. B* 3 corrupit *(exp. m. 2?)* *sic P* 4 aliquit ad id quod audierunt *B*, id *om. cett.* comprehenderent *(corr. m. 2) V* 5 enepte *P* opi'fi'cium *B* 6 fuit] est V 7 pos'set' P^2 8 ex · I · apeto *V* 11 eius] ipsius *R* · I · A · petum *P* patrumque *H*, patruum *P* titanam *B*, titanum *H* 13 quem *H* *a* Suis *incipit codicis G pag. 35 (76), cuius in uersu 1 perpaucae litterae legebantur* 15 ad perdendam — terrae] ad perdendam de terra B^1, ad 'tollendam' perdendam'q. ex orbe' de *(sed* de *linea del.)* terra'e' B^3 perdendum *P* 16 constet V^1 homines *B* id enim et *BR*, id enim *H*, quidam enim *P* idem enim et *V edd., sed ad* id enim *cf. pag. 138, 12* 17 loquuntur *HP* 18 uel *om. PV* 19 cathaclismus *R*, *sic etiam 25*, cateclysmus *V* malitiam *H* 21 deuc'h'alionem *R* 23 tam] quam *P* 24 quo*que *(d er.) H* 25 terrã *B*

et quis ob iustitiam meruerit genere humano pereunte seruari
et quomodo aut cum quibus seruatus sit: quae omnia prophe-
ticae litterae docent. apparet ergo esse falsum quod de opi-
ficio Promethei narrant. uerum quia poetas dixeram non 12
omnino mentiri solere, sed figuris inuoluere et obscurare quae
dicant, non dico esse mentitos, sed primum omnium Promethea
simulacrum hominis formasse de molli ac pingui luto ab eo-
que primo natam esse artem statuas et simulacra fingendi,
siquidem Iouis temporibus fuit, quibus primum templa con-
stitui et noui deorum cultus esse coeperunt. sic ueritas fu- 13
cata mendacio est et illut quod a deo factum ferebatur, ho-
mini, qui opus diuinum imitatus est, coepit adscribi. ceterum
fictio ueri ac uiui hominis e limo dei est. quod Hermes 14
quoque tradit, qui non tantum hominem ad imaginem dei
factum esse dixit a deo, sed etiam illut explanare temptauit,
quam subtili ratione singula quaeque in corpore hominis mem-
bra formauerit, cum eorum nihil sit quod non tantundem ad
usus necessitatem quantum ad pulchritudinem ualeat. id 15
uero etiam Stoici cum de prouidentia disserunt, facere conan-
tur et secutus eos Tullius pluribus quidem locis, sed tamen
materiam tam copiosam et uberem strictim contingit. quam

4 dixeram] I 11, 17—36; 19, 5. *EPITOME* 3—12] c. 20, 12 s. *AUCTORES* 14 s.] Poemand. c. 1, 12 (pag. 6, 3 Parth.). 15—18] ibid. c. 5, 6 s. (pag. 44, 10 ss.). 20] eos locos esse in IV. de re publica libro, in I. de legg. (c. 9), in II. de nat. deor. (c. 54 ss.) Lact. dicit de opif. dei c. 1, 12 s. *EXPILATORES* 6—8] Isidor. orig. VIII 11, 8.

B(G)R^pHPV] 1 meruerit] uoluerit *B* generis *V* seruari] saluari *V* 3 opificio] opificio idem *B* 4 poetas (as *add. m. 2) P* dixerant *P*, dixer⌊ã⌋ *V*² 6 primo omnium prometheo *H* 7 ⌊simulacrũ hominis⌋ *V*² formasse s; (*i. e.* sed) de *R* 8 statua⌈s⌉ *P*³ et] sed *P* 9 *a* [F]uit quibus *incipit codicis G pag. 36 (75) paene tota lecta* et primum *H* constituit *P* 10 c⟨u⟩ltus (u *s. l. m. 3) B* fugata *PV* 11 et *om. B* 13 eli///modĩ *ex* eiusmodi *B*³ est *in mg. V*² 14 quodque *H* tradidit *RH* imaginem dei *** (est *er.*), *sequuntur uerba* quod hermes *usque ad* imaginem *repetita, sed del. m. 2, tum* ** (dĩ *er.*) fictum ẽ⌊e⌋ (e *in ras. m. 2)* dixit *V* 15 factus *P*¹, *corr. P*², fictum *V* 16 quoque *PV* 19 stoici (stoi *in ras. et* ci *s. l. m. 1 ?) P* disserunt] disputant disserunt *R* 20 plurimis *H* 21 contigit *HP* quam] qua *G*

ego nunc idcirco praetereo, quia nuper proprium de ea re
16 librum ad Demetrianum auditorem meum scripsi. illut hoc
loco praeterire non possum quod errantes quidam philosophi
aiunt, homines ceteraque animalia sine ullo artifice orta esse
de terra. unde illud est Vergilianum

uirumque
terrea progenies duris caput extulit aruis.

et ii maxime in ea fuere sententia qui esse prouidentiam negant:
nam Stoici animantium fabricam diuinae sollertiae tribuunt.
17 Aristoteles autem labore se ac molestia liberauit dicens semper
fuisse mundum: itaque et humanum genus et cetera
quae in eo sunt initium non habere, sed fuisse semper
18 ac semper fore. sed cum uideamus singula quaeque animalia
quae ante non fuerint esse incipere et esse desinere, necesse
est totum genus aliquando esse coepisse et aliquando desiturum
19 esse, quia coepit. omnia enim tribus temporibus contineri
necesse est, praeterito praesenti futuro. praeteriti est origo,
20 praesentis substantia, futuri dissolutio. quae omnia in singulis hominibus apparent: et incipimus enim, cum nascimur, et sumus, cum uiuimus, et desinimus, cum interimus. unde etiam tres Parcas esse uoluerunt, unam quae uitam hominis ordiatur, alteram quae contexat, tertiam quae rumpat ac finiat.

AUCTORES 6 s.] Georg. II 340 s. 10 s.] cf. de caelo I 10 (Cic. Acad. II 38, 119; Tusc. I 28, 70).

EXPILATORES § 20] Isidor. orig. VIII 11, 93.

B(G)R^p HPV] 2 a⌜d⌝ P^2 ⌜m⌝eum B^2 3 filosofi quidam *BG* 4 artific[i] *G* 5 de terra *om. G* illades B^1, illudes⌜t⌝ B^3 uirgilianum est *V* uerginianum *R* 6 uirumque *om. V* 7 terrea *V*, terrae *P, cf.* orta esse de terra *4;* ferrea *BRH,* [fe]rrea *G;* ferrea *codd. Verg. et Seruius,* terrea *in Medic. correct., Bentleius* 8 ii *edd.*, hi *BRH,* [hii] *G,* hii *P* sententeutia *G* prouidentia *G* 10 aristotiles *R,* arestoteles *P, hae scripturae frequentes in codd. excepto B* se labore *BG* 11 *in* fuisse *desinit codicis G pag. 36 (75)* *pr.* et *om. B* 13 sed cum] ac B^1, *del. et* sed cum *s. l. corr.* B^3 uidemus *B* 14 fuerunt *(-r̃ R) BR* ⌜de⌝sinere $B^{2?}$ 15 aliquando esse — quia *in ras. P* desiturum] desinit utrumque *P* 16 coeperit *edd.* 19 et *(ante* incipimus*) om. BP* 21 parcas *s. l. in* partes *corr. m. 2, tum* parcas *s. l. restituit m. 2 V* unamqu*e *(a er.) V* uitã *(˜ m. 2) V* 22 contex*at *(s er.) B*

in toto autem genere hominum quia solum praesens tempus 21
apparet, ex eo tamen et praeteritum id est origo colligitur et
futurum id est dissolutio. nam quoniam est, apparet ali- 22
quando coepisse — esse enim nulla res sine exordio potest —
et quia coepit, apparet quandoque desiturum; nec enim potest id
totum esse inmortale quod ex mortalibus constat. nam sicut 23
uniuersi per singulos interimus, fieri potest ut aliquo casu
omnes simul, uel sterilitate terrarum, quae accidere particulatim
solet, uel pestilentia ubique diffusa, quae singulas urbes aut
regiones plerumque populatur, uel incendio in orbem inmisso,
quale iam fuisse sub Phaethonte dicitur, uel diluuio aquarum,
quale sub Deucalione traditur, cum praeter unum hominem
genus omne deletum est. quod diluuium si casu accidit, pro- 24
fecto potuit accidere ut et ille unus qui superfuit interiret. si
autem diuinae prouidentiae nutu, quod negari non potest, ad
reparandos homines reseruatus est, apparet in dei potestate
esse uel uitam uel interitum generis humani. quod si potest
occidere in totum, quia per partes occidit, apparet aliquando
esse ortum, et fragilitas ut initium, sic declarat et terminum.
quae si uera sunt, non poterit defendere Aristoteles quominus 25
habuerit et mundus ipse principium. quod si Aristoteli Plato
et Epicurus extorquent, et Platoni et Aristoteli qui semper
fore mundum putauerunt, licet sint eloquentes, ingratis tamen
idem Epicurus eripiet quia sequitur ut habeat et finem. sed 26
haec in ultimo libro pluribus: nunc ad hominis originem re-
curramus.

25 in ultimo libro] c. 14, 5 ss.

AUCTORES 17—24 (22 Epicurus)] cf. ad frg. 304 (p. 214, 26).

BR^pHPV] 1 totũ *V^1, ras. et s. l. corr. V^2* quia] quamquam *coni. Thilo* 3 nam] quam *R* 5 desiturum] esse desituram *R* 8 sterelitate *BV^1* uel particulatim *P* 9 uel ei *B* qua *B* aut] ac *RH, fort. recte* 10 orbe *H* 11 qualem *H* iam in orbe *(exp. m. 3) B* sub *ex* in *B^3* faetonte *B,* fetonte *R* 14 *unus *ex* iustus *ut uid. B^3* 15 nutu] datur *B* 16 potestatem *P* 18 accidere *H* accidit *H* aliquandõ *V* 19 ut] et *B^1 (corr. B^3) H* declararet *H* 20 potest *R* 21 *post* si *eras.* & *V* 23 ingrates *(e ex i) B^3* 24 epicurus idem *H* eripiet] docet *B,* eripuit et *R* *ad* quia *cf. indicem gramm.* ut] et *P* 25 pluribus] pluribus exsequemur *B* percurramus *P*

1 11. Aiunt certis conuersionibus caeli et astrorum motibus
maturitatem quandam extitisse animalium serendorum, itaque
terram nouam semen genitale retinentem folliculos ex se quos-
dam in uterorum similitudinem protulisse — de quibus Lucretius:

crescebant uteri terram radicibus apti —

eosque cum maturuissent, natura cogente ruptos animalia tenera
2 profudisse. deinde terram ipsam umore quodam qui esset
lacti similis exuberasse eoque alimento animantes esse nutritas.
quomodo igitur uim frigoris uel caloris ferre aut uitare potue-
runt aut omnino nasci, cum sol exureret, frigus adstringeret?
'non erant' inquiunt 'in principio mundi nec hiemps nec aestas,
3 sed perpetua temperies et uer aequabile.' cur ergo nihil ho-
rum fieri etiamnunc uidemus? 'quia semel fieri necessarium
fuit ut animalia nascerentur; postquam uero esse coeperunt,
concessa his facultate generandi et terra parere desiit et tem-
4 poris condicio mutata est.' o quam facile est redarguere
mendacia! primum, quod nihil potest esse in hoc mundo,
quod non sic permaneat ut coepit. nec enim sol et luna et
astra tunc non erant aut cum essent, meatus non habebant
ac non diuina moderatio, quae cursus eorum temperat et gu-
5 bernat, cum ipsis simul coeperat. deinde, quod si ita sit ut
dicunt, esse prouidentiam necesse est, et in id ipsum incidunt
6 quod maxime fugiunt. nondum enim natis animalibus aliquis
utique prouidit ut nascerentur, ne orbis terrae desertus atque
incultus horreret. ut autem de terra sine officio parentum

AUCTORES 1 s.] Aiunt — serendorum] cf. Cic. de legg. I 8, 24. 2—8; 25—153, 4] cf. Lucr. V 783—820. 5] ibid. 808. 11 s.] cf. ibid. 806. 818 s. 13—16] cf. ibid. 793—796. 826—836.

BR^pHPV] 1 ceteris conuersationibus *B* 4 similitudine *V* 5 terram *V cum codd. Lucr.*, terrae (t *in ras. B²*) *BH*, terre *R*, terra *P* 6 maturassent *R*, maturissent *H* temera *H* 8 lacte *H* 9 caloris uel frigoris *R* uel] aut *H* uel caloris *om. P* ferr*c (a *er.*) *B* 11 erat *RH, fort. recte* im principio *V* nec (*ante* hiemps) *om. HV, fort. recte.* hiems *H* nec] aut *H* 12 sed *om. P* uir *P* 13 semel] semel aiunt *B* 15 is *H*, hịis *P* 21 coeperat *P*, coeperit *cett.* 22 est] esse *B* 23 ł fugi faciunt (*corr. m. 2*) *V* enim *om. B* 24 ˌneˌ *V²*

nasci possent, necesse est magna ratione esse prouisum; deinde
ut umor ille concretus e terra in uarias imagines corporum
fingeretur, item ut e folliculis quibus tegebantur accepta uiuendi
sentiendique ratione tamquam ex aluo matrum profunderentur,
mira inextricabilisque prouisio est. sed putemus id quoque 7
casu accidisse, illa certe quae secuntur fortuita esse non possunt, ut terra continuo lacte manaret, ut aeris temperies esset
aequalis. quae si constat idcirco esse facta, ut animalia re- 8
cens edita uel haberent alimentum uel non haberent periculum,
necesse est ut aliquis diuina nescio qua ratione prouiderit.
quis autem potest prouidere nisi deus? uideamus tamen an 9
id ipsum quod dictitant fieri potuerit, ut homines nascerentur
e terra. si consideret aliquis quamdiu et quibus modis educetur infans, intelleget profecto non potuisse terrigenas illos
pueros sine ullo educatore nutriri. fuit enim necesse con- 10
pluribus mensibus iacere proiectos, donec confirmatis neruis
mouere se locumque mutare possent: quod uix intra unius
anni spatium fieri potest. iam uide utrumne infans eodem 11
loco et eodem modo quo effusus est iacere per multos menses
ualuerit ac non et umore illo terrae, quem alimenti gratia
ministrabat, et sui corporis purgamentis in unum mixtis obrutus corruptusque moreretur? itaque nullo modo fieri potest 12
quin ab aliquo fuerit educatus: nisi forte animalia omnia non

AUCTORES 7—9] cf. ibid. 809—819.

BR^{p}*HPV]* 1 possunt P^{ac} ⸢e⸣sse P^2 2 umor⸢i⸣ P^2 e] et *P* 3 item] iterum *P* 4 funderentur *B* 5 inextricabilisque *B*, inexplicabilisque *cett.*, *Buenemannus conl. de opif. c. 8, 9, sed cf. de opif. c. 18, 1; Inst. III 17, 17* 6 sequuntur *HPV* 7 manaret *(*e *in ras. ex* a *? m. 2) B* 8 constant B^1, *corr.* B^3 facta esse *RP* ⸢ut⸣ R^2 recens edita] recensendi *B* 9 *post* alimentum *hoc* uel non haberent alimentum B^1, *expunx.* B^3 10 nescio qua *om. H* 11 tamen] ergo *B* ⸢an id⸣ B^3 12 dictitant] iactant *H* 13 e] et P^{ac}, *s. l. corr. m. 1 ?* si *om. P* ⸢quam⸣diu B^2 14 ⸢infans⸣ B^3 intelleget] hoc intelleget *B*, sane intelleget *R* potuisset V^1 15 fuisset *H* necesse enim fuit *P* cum pluribus *V* 16 eiectos *B* confirmati⸢s neruis⸣ B^3 17 unius *om. B* 18 annis P^1, s *del.* P^2 iam *om. B* in eodem HV^{ar} eodem loco et *om. P* 19 et** *(*in *er.)* eodem modo V^1, *in mg.* et eodem modo *repetiit* V^2 fusus *B* permultis mensibus *B* 20 ac] ut *coni. Thilo* quem] quod *BPV* 21 ministraret P^1, *corr.* P^2

tenera nata sunt, sed excreta, quod ut dicerent numquam illis
13 uenit in mentem. omnis igitur illa ratio inpossibilis et uana est, si tamen ratio dici potest qua id agitur, ut nulla sit ratio. qui enim dicit omnia sua sponte esse nata nihilque diuinae prouidentiae tribuit, hic profecto rationem non adserit, sed
14 euertit. quodsi neque fieri quicquam sine ratione neque nasci potest, apparet esse diuinam prouidentiam, cuius est proprium quod dicitur ratio. deus igitur rerum omnium machinator
15 fecit hominem. quod Cicero quamuis expers caelestium litterarum uidit tamen, qui libro de legibus primo hoc idem
16 tradidit quod prophetae. cuius uerba subieci. a n i m a l h o c p r o u i d u m s a g a x m u l t i p l e x a c u t u m m e m o r p l e n u m r a t i o n i s e t c o n s i l i i, q u e m u o c a m u s h o m i n e m, p r a e c l a r a q u a d a m c o n d i c i o n e g e n e r a t u m e s s e a s u p r e m o d e o. s o l u m e s t e n i m e x t o t a n i m a n t i u m g e n e r i b u s a t q u e n a t u r i s p a r t i c e p s r a t i o n i s e t c o g i t a t i o n i s, c u m c e t e r a
17 s i n t o m n i a e x p e r t i a. uidesne hominem quamuis longe a ueritatis notitia remotum tamen, quoniam imaginem sapientiae tuebatur, intellexisse non nisi a deo hominem potuisse gene-
18 rari? sed tamen diuinis opus est testimoniis, ne minus humana sufficiant. Sibylla hominem dei opus esse testatur:

ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων,
αὐτὸς δ' ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε —

AUCTORES 11] I 7, 22. 22—155, 1] fragmento I adiecit Friedl. (u. 36—38); u. 23 inuenitur etiam Sibyll. III 27; cf. Alexandrum in cur. poster. ad III 27 et ad hos uersus (frg. II, uol. I 302).

BR[p]*HPV]* 1 tenera] e terra *H* ex se creata *H*, execreta *P*[1], *alt.* e *del.* *P*[2] 2 ue⌊nit⌋ *V*[2] 3 qu∗a *(i er.)* *H* ut *om.* *H* 4 dici⌜t⌝ *V*[2] 7 appareret *P*[ac] est *om.* *B*[1], *post* proprium *s. l. add.* *B*[2] 8 quoḍ *(exp. m. 2)* *V* omnium *om.* *P* 9 littera⟨ru⟩m *B* 11 quod — subieci] profetis eius uerba sunt subiecta *B* propheta *H* 14 ⌜esse⌝ *H*[2] 15 solo *P*[ac] 19 intellexis⟨se⟩ *B* potuisse *in mg.* *V*[2] 20 sed] et *H* 21 sibyllam *B* 22 ΜΟΝΟΝ *P* ΙϹΤΙ *B* ΘΙΟϹ *B* Κ⌜Α⌝ΤΙϹΤΗϹ *P* ΥΠΑΡϹΟΝ *P* ΚΤΙϹΤΗϹ·Α·ΚΡΑΤΗΤΟ·ΤΥΠΑΡΧΩΝ *V* osmonestitheos ectistes acrateto suparchon *H* 23 αὐτὸς ὃς ἐστήριξε *codd. Sibyll.* δ' ἐστήριξε] ΙϹΤЄΡΙΞΙ *B* τύπον *om.* *P* μορφῆς] ΜΟΡΦΑΙϹ *B*, ΦΗϹ *P*; μορφὴν *codd. Sibyll.* ΜЄΡΟΠΟΝ *B*, ΜЄΡΟΡΩ *V*; μερόπεσσι *(om.* τε*)* *coni. uel cum edd. quibusd. Sibyll.* μερόπων μορφήν τε τύπον τε *scribendum putat Struuius, opusc. I 61; cf. Volkmannum, de orac.*

αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων, γενέτης βιότοιο.

eadem sanctae litterae continent. deus ergo ueri patris officio 19
functus est, ipse corpus effinxit, ipse animam qua spiramus
infudit, illius est totum quidquid sumus. quomodo id fecerit 20
si nos oporteret scire, docuisset, sicut docuit cetera quae cognitionem nobis et pristini erroris et ueri luminis adtulerunt.

12. Cum ergo marem primum ad similitudinem suam fin- 1
xisset, tum etiam feminam configurauit ad ipsius hominis effigiem, ut duo inter se permixti sexus propagare subolem possent
et omnem terram multitudine obplere. in ipsius autem 2
hominis fictione illarum duarum materiarum quas inter se diximus esse contrarias, ignis et aquae, conclusit perfecitque
rationem. ficto enim corpore, inspirauit ei animam de uitali 3
fonte spiritus sui qui est perennis, ut ipsius mundi ex contrariis constantis elementis similitudinem gereret. constat enim ex anima et corpore id est quasi ex caelo et terra, quando-

EPITOME 3 s. 13 s.] c. 22, 2 inspirauit ad uitam.

Sibyll. dissert. pag. 16 autuus exteri xeriponor iesmero ponte *H* μερόπων τε —] *distinctione significabam, id quod coniunctione* τε, *fortasse etiam uoce* πάντων *p. 155, 1 indicatur, consulto a Lact. omissum esse — uix enim casu intercidit — uersum qui subsequitur Sibyll. III 28* καὶ θῆρας ποίησε καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεεινά, *siue Lact. ipse aut unum uersum* αὐτὸς δ'ἐστήριξε κτλ. *aut hos duos ex libro III desumptos cum uersibus 154, 22 et 155, 1 coniunxit (similis uel licentia uel neglegentia est I 21, 14) siue, id quod minus ueri simile est, uersus qui sunt III 27 et 28, etiam in hoc fragmento fuerunt.*

BR^pHPV] 1 ATOC *P* ЄΜЄΙΞЄ *R*, ЄΜΙΞЄ̃ *V* ΠΥCΙΝ *B*, ΦΥCΙ *V* ΠΑΝΤЄ *B*, ΤΙΑΝΤΩΝ *P* γενέτης *Stadtmuellerus;* **ΓЄΝЄΟC *(2 litt. eras. uel euan.) B*, ΓЄΝЄΗC *RPV* ΒΙΤΙΟΤΟΙΟ *P*, ΒΙΟΤΟΥΟ *V* autose maceris inpantoteneas bitio *H* πάντων γενεῆς βιότοιο *edd.* *interpretationes lat. in RHP, in RH in mg.* *in 7 uersibus Sibyll. e Lact. congestis, quos codd. quidam Sibyll. aut in extrema praefatione aut loco praefationis habent, u. 154, 23 s. tales leguntur* Αὐτὸς στήριξεν μορφῆς τε τύπον, μερόπων τε Αὐγὰς μῖξε, φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο; *cf. ed. Friedl. sect. alt. pag. VI. IX; ed. Alexand. I pag. XLV. 10.* 2 ⟨sa⟩nctae *B* continen⟨t⟩ *B* 3 effincxit *H* ipsa *R* quam *H* 4 infundit *P* illut *ut uid. B*¹, *in ras. corr. B*² effecerit *V* 7 mare *H*, matrem *V* 9 mixti *B* sexsus *B*¹, *alt.* s *del. B*³ 10 obplere] operae *H* in *om. B*¹*P*¹, *add. B*²*P*² 11 finctione *H*, f(i)nctione *V*² 12 aqua(e) *B*³ 13 fincto *(n er.) H* inspirauit *BR e coniectura ut uid., sed recta;* spirauit *HPV; cf.* hominem — inspirauit ad uitam *Epit. 22, 2* ei *om. H* 14 perhennis *R* 15 elementi* *(s er.) H*, elementi *P*

quidem anima qua uiuimus uelut e caelo oritur a deo, corpus
4 e terra, cuius e limo diximus esse formatum. Empedocles,
quem nescias utrumne inter poetas an inter philosophos nu-
meres, quia de rerum natura uersibus scripsit ut aput Roma-
nos Lucretius et Varro, quattuor elementa constituit, ignem
aerem aquam terram, fortasse Trismegistum secutus, qui no-
stra corpora ex his quattuor elementis constituta esse
5 dixit a deo: habere namque in se aliquid ignis, ali-
quid aeris, aliquid aquae, aliquid terrae, et neque
ignem esse neque aerem neque aquam neque terram.
quae quidem falsa non sunt: nam terrae ratio in carne est,
umoris in sanguine, aeris in spiritu, ignis in calore uitali.
6 sed neque sanguis a corpore secerni potest sicut umor a terra
neque calor uitalis a spiritu sicut ignis ab aere: adeo rerum
omnium duo sola reperiuntur elementa, quorum omnis ratio
7 in nostri corporis fictione conclusa est. ex rebus ergo diuersis
ac repugnantibus homo factus est sicut ipse mundus ex luce
ac tenebris, ex uita et morte: quae duo inter se pugnare in
homine praecepit, ut si anima superauerit quae oritur ex deo,
sit inmortalis et in perpetua luce uersetur, si autem corpus
uicerit animam dicionique subiecerit, sit in tenebris sempiter-
8 nis et in morte. cuius non ea uis est ut iniustas animas
extinguat omnino, sed ut puniat in aeternum. eam poenam
mortem secundam nominamus, quae est et ipsa perpetua sicut
9 et inmortalitas. primam sic definimus: mors est naturae
animantium dissolutio, uel ita: mors est corporis animaeque

2 diximus] c. 10, 3.

AUCTORES 2—5] cf. Quintil. I 4, 4. 6 Trismegistum] ap. Stob. floril. 11, 23 init. τὰ δὲ ἡμέτερα σώματα — οὐδὲν ἀληθές.

EXPILATORES 11 s.] Isidor. orig. XI 1, 16; de different. rer. XVII 48.

BR^pHPV] 1 e *om. H* oritur e caelo *R* 2 ex̣ limo *P* formã tũ *R* enpedocles *B* empedo⌊cles⌋q; *V*² 4 uer⌊sib; scripsit⌋ *V*² 5 ignem] id est ignẽm *BP* 6 trismegestum *B*, trimegistum *R* 7 dixit esse *B* 8 in se *in mg. V*² 11 est et *H* 13 secerni] separari *B* 14 a] ab *B* 17 mundus] mundus ex bono et malo *R* ipsi *H* 20 inmortali**s (ta *er.*) *B* perpetua in *H* 22 est *om. H* ⌈ut⌉ *V*² 25 et *ante* inmortalitas *om. H* primum *V* 26 mors — seductio *om. H*

seductio; secundam uero sic: mors est aeterni doloris perpessio,
uel ita: mors est animarum pro meritis ad aeterna supplicia
damnatio. haec mutas pecudes non adtingit, quarum animae
non ex deo constantes, sed ex communi aere morte soluuntur.
in hac igitur societate caeli atque terrae, quorum effigies ex- 10
pressa est in homine, superiorem partem tenent ea quae sunt
dei, anima scilicet quae dominium corporis habet, inferiorem
autem ea quae sunt diaboli, corpus utique, quod quia terrenum
est, animae debet esse subiectum sicut terra caelo. est enim 11
quasi uasculum, quo tamquam domicilio temporali spiritus hic
caelestis utatur. utriusque officia sunt, ut hoc quod est ex
caelo et deo, imperet, illut uero quod ex terra et diabolo, ser-
uiat. quod quidem non fugit hominem nequam Sallustium, 12
qui ait: s e d n o s t r a o m n i s u i s i n a n i m o e t c o r p o r e s i t a
e s t: a n i m i i m p e r i o, c o r p o r i s s e r u i t i o m a g i s u t i m u r. 13
recte, si ita uixisset ut locutus est. seruiuit enim foedissimis 14
uoluptatibus suamque ipse sententiam uitae prauitate dissoluit.
quodsi anima ignis est ut ostendimus, in caelum debet eniti
sicut ignis, ne exstinguatur, hoc est ad inmortalitatem, quae in
caelo est: et sicut ardere ac uiuere non potest ignis, nisi ali-
qua pingui materia teneatur in qua habeat alimentum, sic
animae materia et cibus est sola iustitia, qua tenetur ad uitam.
post haec deus hominem qua exposui ratione generatum posuit 15
in Paradiso id est in horto fecundissimo et amoenissimo: quem

EPITOME 23–158, 7] c. 22, 2.
AUCTORES 14] Catil. 1, 2.

BR^pHPV] 1 secunda *H* uero — uel ita *om. H* 4 constant|*ės (*ės *ex* tes *m. 3) B,* constant *HP* ex] de *B* 5 has *B* 6 hominem *B* eaque *B*¹ *(corr. B*³*) H* 7 animae *B,* animas *H* dominum *B* 8 ⌊uti⌋que *V*² 10 quo* *(*d *er.) B* quo quasi, *s. l.* tamquam *add. R* temporalis *H* hoc *B* 11 ex] e *H* 12 imperet et *V* et diabolo *PV,* est et diabolo *R, om. B*¹, *s. l.* diabolo *B*³, est et diabolo *H* 13 salustium *RPV* 14 qui ait *om. B*¹, qui addit *add. B*³ 16 foedissimis *V,* foedissime (fed- *RP) cett.; cf. IV 17, 21* se foedis libidinibus inmergerent; *III 17, 35* turpissimae uoluptatis adsertor 17 dissolluit, *alt.* l *del. B* 18 ostendi *P* 20 et] nam *B* nisi in *B* 21 teneat *(v i. e.* ur *add. m. 2) V* 22 est] et *V* quae *H* 23 quā exposuit *H* 24 paradyso *V, sic saepius* orto *R*

in partibus orientis omni genere ligni arborumque conseuit, ut ex earum uariis fructibus aleretur expersque omnium labo-
16 rum deo patri summa deuotione seruiret. tum dedit ei certa mandata, quae si obseruasset, inmortalis maneret, si transcendisset, morte adficeretur. id autem praeceptum fuit, ut ex arbore una quae fuerat in medio Paradiso non gustaret, in
17 qua posuerat intellegentiam boni ac mali. tum criminator ille inuidens operibus dei omnes fallacias et calliditates suas ad deiciendum hominem intendit, ut ei adimeret inmortali-
18 tatem. et primo mulierem dolo inlexit ut uetitum cibum sumeret, et per eam ipsi quoque homini persuasit ut transcenderet dei legem. percepta igitur scientia boni et mali pudere eum nuditatis suae coepit absconditque se a facie dei, quod
19 antea non solebat. tum deus sententia in peccatores data eiecit hominem de Paradiso, ut uictum sibi labore conquireret, ipsumque Paradisum igni circumuallauit, ne homo posset accedere, donec summum iudicium faciat in terra et iustos uiros cultores suos in eundem locum reuocet morte sublata, sicut sacrae uoces docent et Sibylla Erythraea, cum dicit:

οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε
ζωὴν κληρονομοῦσι, τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ
οἰκοῦντες Παράδεισον ὁμῶς, ἐριθηλέα κῆπον.

EPITOME 7—17] c. 22, 3 s.

AUCTORES 16—18] cf. Theophil. ad Autolyc. 103 A τὸ δὲ δεύτερον — κρίσιν. 20 ss.] frg. II 46 ss.; cf. Theophil. 114 D.

BR^pHPV] 1 arborumquae *B^ar V*¹ 2 fetibus *R* 4 transgressisset *B*¹, transgres⌜sus⌝ esset *B*² 6 erat *P edd.* paradisi *RV (cum Vulg. Gen. 3, 3 in medio paradisi)*, paradi*so *(s er.) H* 7 quo *B*¹, *corr. B*³ ac *PV, cf. V 5, 13; 17, 31; Epit. 22, 3,* et *BRH cum Vulg. Gen. 2, 9. 17; cf. § 18.* tunc *H* 9 decipiendum *P edd., sed cf. Buenemannum* 10 et] sed *H* ut] **ut *B* 11 quo*que *(d er.) H* transgrederet⌜ur⌝ *B*² 12 praecepta *P*¹, *corr. P*² 13 abscondit *B* 14 tunc *P* ⌞sententia⌟ *V*² peccatore *B* 15 paradi⌜s⌝so *B*³ labo**re *(ra ? er.) B* 16 paradissum *B* *post* homo *5 litt. eras. H* 18 et sicut *H* 20 θεὸν] ON *P* ΤЄΙΜΩΝΤЄC *BP* ΑΛЄΘΙΝΟΝ *P*, ΑΛΗΤΙΝΩΝ *V* ΑЄΝΑΟΝΤЄ *V cum codd. Theophili*, ΔЄΝΔΟΝΤΑ *B*, ΑΙЄΝЄΟΝΤΑ *R*, *CΑΙΝΑΟΝΤЄ *P* Odinetheon timon gesaleo *(alt.* e *ex* c *m. 2)* imanenaonte *H* 21 ΩΗΝ *P* ΚΑΝΡΟΝΟΜΟΥCЄΙ *V* ΔΙΩΝΟC *B*, ΑΑΙΩΝΟC *R*, ΑΙΟΝΟC *V* ΔΥΤΟΙ *B*, ΑΥΤΟΥ *(alt.* Υ *ex* Ι *ut uid.) V* zionen clareona musitone onostro nonastro *H* 22 CΙΚΟΥΝΤЄΟ *P*,

uerum haec quoniam extrema sunt, in extrema operis huius parte tractabimus: nunc ea quae prima sunt explicemus. mors itaque secuta est hominem secundum dei sententiam, quod etiam Sibylla in carmine suo docet dicens: 20

ἄνθρωπον πλασθέντα θεοῦ παλάμαις ἁγίαισιν,
ὅν κ' ἐπλάνησεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀνελθεῖν
τοῦ θανάτου γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.

sic facta est uita hominis temporaria, sed tamen longa, quae in mille annos prorogaretur. quod diuinis litteris proditum et per omnium scientiam publicatum cum Varro non ignoraret, 21

EPITOME 2 s.] c. 22, 5 tum — sententia 8 s.] c. 22, 5.
AUCTORES 5 ss.] VIII 260 ss., cf. I 40 s.

ΟΙΚΟΥΝΤΗϹ *V* ΠΑΡΑΔΙϹΟΝΩΝ *B*, ΠΑΡΑΑЄΟΙΟΝ *R*, ΠΑΡΑΔЄΙϹΟΝ *P*, ΠΑΔΙϹΟΝ *V*; Παράδεισον *cum codd. retinui a Lact., ut uidetur, scriptum,* παραδείσου *codd. Theophili (sed om.* ὁμῶς*) et Struuius, opusc. I 62 conl. Orac. Sibyll. I 26* ЄΡΙΘΗΛЄ⟨?⟩Δ *(post* Є *littera foramine periit) B,* ЄΡΙΟΝΑЄΑ *R*, ΗΡΙΘΗΛΗΑ *V* iscantheo paradissonomos erotede acepon *H interpretationes lat. in R (in mg.) et P*

BR^pHPV] 1 in] tota in *P* cuius *B*[1], *in ras. corr. B*[3] 2 partem *B* tractabimus *(*b *ex* u *m. 3)* ëẍp̈öṅëm̈üs̈, *expunxerat m. 2, puncta erasa, B* tractauimus *V*[1] 5 ΑΝΘΡΟΠΟΝΟΝ *B*, ΑΝΟΡΩΠΟΝ *R*, ΑΝΘΡΟΠΟΝ *P*, ΑΝΘΡ'ΩΠΟΝ *V* πλασθέντα] ΠΑΛΔϹ *B*, ΠΑΑϹΘΗΝΤΑ *V* ΘЄΟΙ *V* ΠΛΑϹΜΑΙϹ *P*, ΠΑΑΑΜΑΙϹ *V* ἁγίαισιν *scripsi*, ΑΓΙЄϹϹΙΝ *B*, ΑΤΑΙϹΙΝ *R*, ΑΙΤЄϹΙΝ *P*, ЄΤЄϹϹЄΙΝ *(*Τ *ex* Ι *ut uid.) V; an* ἁγναῖσιν *scribendum? cf. Sibyll. VIII 406* ἁγναῖς παλάμησι; *in codd. Sibyll. recentiore interpolatione deprauatis* παλάμησιν ἐν αὐταῖς. *in altera classe antiquioris memoriae totus uersus corruptus sic* οὐράνιον ἄνθρωπον πλασθέντα θεοῦ παλάμησιν; *Struuius I 64* παλάμαις αὐταῖσιν Antropon plasten tatheo palamestin *H* 6 ὅν κ' ἐπλάνησεν *corruptum cum integrioris classis codd. Sibyll. HQV iam Lact. scripsisse uid.:* ΟΝΚЄΠΛΑΝΗϹЄΝ *(-*ϹΙΝ *P) BRP*, ΚΑΙΠΑΑΝΘϹЄΝ *V;* ὅν τ' ἐπλάνησεν *(sic codd. quidam Sibyll., alii* ὃν καὶ *uel* ὃν οὐκ πλάν.*) uel* ὅν τε πλάνησεν *edd. quidam Sibyll. et Lactantii, fort. recte,* ὅν κε πλάνησεν *alii,* ὃν πεπλάνηκεν *Struuius,* ὅν γ' *Hartelius,* ὅν ῥ' ἐπλ. *ego conieci* ΑΝЄΛΘЄΙΝ *BRP, aegre retinui ut fort. a Lact. scriptum,* ΑΝЄΛΘΗΙΝ *V,* ἀπελθεῖν *codd. Sibyll. VIII 261 et I 40* onoe *(*c *m. 2)* planeonofis donos epiemran aelemi *H* 7 ΟΑΝΑΤΟΥ *R*, ΘΑΝΑΤΟΙ *P* ΛΑΒЄΝ *P* ἀγαθοῦ] ΑΤΑΚΘΟΥ *P* ΚΑΚΟΙ *R*, ΚΑΚΟΥϹ *P* ΤΟΥΔΑΝΑΤΟΥ ΓΟΝϹΙΝΤЄ ΛΑΒΙΝΑΓΑΘΟ Υ ΚΑΙ ΚΑΚΟΙ *V* thu thacu ignosinthela uinacathotheca come *H interpretationes lat. in R (in mg.) et P* 8 si⌜c⌝ *B*[3] ⌜uita⌝ *V*[2] temporalia *P^{ac}, corr. m. 1?,* temporalis *H fort. recte, cf. Epit. 22, 5* 9 prorogabatur *B*[1], -retur *corr. B*[3], propagaretur *H*, pro⌞paga⌟retur *V*[2] 10 scientia *H* non] n̄ *V*[2]

argumentari nisus est, cur putarentur antiqui mille annos
22 uictitasse. ait enim, aput Aegyptios pro annis menses
haberi, ut non solis per duodecim signa circuitus faciat annum, sed luna, quae orbem illum signiferum triginta dierum spatio lustrat. quod argumentum perspicue falsum est: nemo enim tunc millesimum annum trans-
23 gressus est, nunc uero qui ad centesimum perueniunt, quod fit saepissime, mille certe ac ducentis mensibus uiuunt. et auctores idonei tradunt ad centum uiginti annos perueniri
24 solere. sed quia ignorabat Varro cur aut quando esset uita hominis deminuta, ipse deminuit, cum sciret, mille et quadringentis mensibus posse hominem uiuere.
1 13. Deus autem postea cum uideret orbem terrae malitia et sceleribus obpletum, statuit humanum genus diluuio perdere. sed tamen ad multitudinem reparandam delegit unum, quod
2 corruptis omnibus singulare iustitia supererat exemplum. hic cum sescentorum esset annorum, fabricauit arcam, sicut ei praeceperat deus, in qua ipse cum coniuge ac tribus filiis totidemque nuribus reseruatus est, cum aqua uniuersos montes
3 altissimos operuisset. deinde orbe siccato exsecratus iniustitiam prioris saeculi deus, ne rursus longitudo uitae causa esset excogitandorum malorum, paulatim per singulas progenies deminuit hominis aetatem atque in centum et uiginti annis me-
4 tam conlocauit, quam transgredi non liceret. ille uero cum egressus esset ex arca, sicuti sanctae litterae docent, terram

EPITOME 22—24] c. 22, 5.

BR^vHPV] 1 cur — ait enim] ȧi̇ṫ ėṅiṁ *(exp. m. 3), deinde 3 uersus uacuos reliquit m. 1, uerba* cum *(sic)* putarentur — ait enim *add. m. 3 B* putarent *P* annis *B (i. e. B³) P* 2 annos *B¹, corr. B³* 3 circuitu *H* 4 lunae *BH* 5 est *ante* perspicue, *om. post* falsum *H* 6 tum *B, fort. recte* milesimum *PV* transgressum *V¹, in ras. corr. V²* 7 est *om. P* centesimum annum *H* 9 actores *R* C et XX *R,* centum et uiginti *H* peruenire *RP* 11 diminuta *B* et *om. B* *supra* quadringentis *add.* quadraginta *B³* 13 malitiae *P* 14 dilluuio *B¹ (pr.* l *del. B³) H* 15 diligit *H* 16 singulari *H* superaret *H* 17 ⸤DC⸥ *P²,* sexcentorum *V* archã *R, pariter § 4* ei *om. R* 18 ac] et *H* 19 seruatus *P* 20 exsecratur *B¹, corr. B³* 21 rursum *B,* russus *V* 22 diminuit *PV* 24 licet *B* 25 sicut *R,* sicutⁱ *H²* sanctae litterae] sc̃i sc̃ae *P*

studiose coluit ac uineam sua manu seuit. unde arguuntur
qui auctorem uini Liberum putant. ille enim non modo Libe-
rum, sed etiam Saturnum atque Uranum multis antecessit aeta-
tibus. qua ex uinea cum primum fructum cepisset, laetus 5
factus bibit usque ad ebrietatem iacuitque nudus. quod cum
uidisset unus ex filiis, cui nomen fuit Cham, non texit patris
nuditatem, sed egressus etiam fratribus indicauit. at illi sumpto
pallio intrauerunt auersis uultibus patremque texerunt. quae 6
facta cum pater recognosset, abdicauit atque expulit filium. at
ille profugus in eius terrae parte consedit quae nunc Arabia
nominatur, eaque terra de nomine eius Chanaan dicta est et
posteri eius Chananaei. haec fuit prima gens quae deum igno- 7
rauit, quoniam princeps eius et conditor cultum dei a patre
non accepit maledictus ab eo: itaque ignorantiam diuinitatis
minoribus suis reliquit. ab hac gente proximi quique populi 8
multitudine increscente fluxerunt. ipsius autem patris posteri
Hebraei dicti: penes quos religio dei resedit. sed et ab his 9
postea multiplicato in inmensum numero cum eos angustiae
locorum suorum capere non possent, tum adulescentes uel
missi a parentibus uel sua sponte, cum rerum penuria coge-
ret, profugi ad quaerendas sibi nouas sedes huc atque illuc
dispersi omnes insulas et orbem totum repleuerunt et a stirpe
sanctae radicis auulsi nouos sibi mores atque instituta pro ar-
bitrio condiderunt. sed omnium primi qui Aegyptum occu- 10
pauerant caelestia suspicere atque adorare coeperunt. et quia

BR^pHPV] 1 uinea B^1 (m *add.* B^3) *H* sua manu *om. B* suam *P* seruit *H* 2 actorem *RP* 6 e *RHV* chan *B* cham . non V^1, chan // non V^2 7 at] et *B* 8 palleo *B* auersib; *P* 9 recognouisset *R*, recognosceret *H* 10 arauia *R* 11 ⸢ea⸣quae V^2 de] ex *B* chanan *HV* Chanaan — Chananaei] chanaan naei P^1, *sed* naei *exp.* $P^{2?}$, dicta est et posteri eius chana *in mg. add.* P^2 12 chananei *BRHV* hae *V* gens] progenies *BH* 13 et *om. P* uultum *B* 15 populi *om. P* populi multitudine populi *R* 16 crescente *B* 17 hebrei *BH*, *sic saepissime omnes codd.* dei *om. P* sed et *om. P* ⸢et⸣ B^3 ⸢ab⸣ V^2 18 multiplicati *B* numerum *B* 19 suorum *om. P* 20 cogeret et *P* 22 insulas *add.* P^2 a] a*** (lii*? er.*) *B*, ab *H* 24 occuparant *R*, occupauerunt HPV^1, -unt *in* ant *corr.* V^2 25 suscipere *R*, sus⸤pi⸥cere⸤ V^2

neque domiciliis tegebantur propter aeris qualitatem nec ullis
in ea regione nubibus subtexitur caelum, cursus siderum et
effectus notauerunt, dum ea saepe uenerantes curiosius ac li-
11 berius intuentur. postea deinde portentificas animalium figu-
ras quas colerent commenti sunt quibusdam prodigiis inducti,
12 quorum mox auctores aperiemus. ceteri autem qui per ter-
ram dispersi fuerant admirantes elementa mundi, caelum solem
terram mare, sine ullis imaginibus ac templis uenerabantur et
his sacrificia in aperto celebrabant, donec processu temporum
potentissimis regibus templa et simulacra fecerunt eaque uic-
timis et odoribus colere instituerunt. sic aberrantes a notitia
13 dei gentes esse coeperunt. errant igitur qui deorum cultus
ab exordio rerum fuisse contendunt et priorem esse gentili-
tatem quam dei religionem, quam putant posterius inuentam,
quia fontem atque originem ueritatis ignorant. nunc ad prin-
cipium mundi reuertamur.
1 14. Cum ergo numerus hominum coepisset increscere, pro-
uidens deus ne fraudibus suis diabolus, cui ab initio dederat
terrae potestatem, uel corrumperet homines uel disperderet,
quod in exordio fecerat, misit angelos ad tutelam cultumque
generis humani: quibus praecepit ante omnia, ne terrae con-
tagione maculati substantiae caelestis amitterent dignitatem.
scilicet id eos facere prohibuit quod sciebat esse facturos, ut

6 mox — aperiemus] c. 16.
EPITOME 17—163, 6] c. 22, 6. 9—11.
AUCTORES c. 14. 15] cf. Minuc. Fel. c. 26, 7 ss.; 27.

BR^pHPV] 1 neque domiciliis] domiciliis non *R* pro aeris qualitate *R* *supra* nec ullis *add.* ł enĩ, *sed lectio non satis certa, V* 2 ₍n₎ubibus V^2 obtexitur *H* cursus *(alt.* s *ex* m*)* H^2 3 defectus *P edd., sed cf. Epit. 21, 4* uenerantur *B* libentius *Volkmannus, epist. gratul. pag. 6* 4 intuentes *B* portificas *V* 5 commenti** *(*ti *er.) B* 6 actores *R* 7 fuerunt *BPV, uix recte* ammirantes V^1, *in ras. corr.* V^2 solẽ *(~ m. 2) H* 9 hiis *P* 11 aberrantis B^1, *corr.* B^2 12 dei *om. P* 17 cur V^1, cũ* V^2 hominis *R* 18 zabulus B^1, zabulus (i *suprascr.*) B^2, zabulus (di *suprascr.*) B^3 19 hominem *P* 20 exordio] exordio rerum *B* 21 quibus] quibus quia liberum arbitrium erat datum *B* 22 maculati* *(*s *er.) H* 23 id eos] ideo et is *P*

ueniam sperare non possent. itaque illos cum hominibus 2
commorantes dominator ille terrae fallacissimus consuetudine
ipsa paulatim ad uitia pellexit et mulierum congressibus in-
quinauit. tum in caelum ob peccata quibus se inmerserant 3
non recepti ceciderunt in terram. sic eos diabolus ex angelis
dei suos fecit satellites ac ministros. qui autem sunt ex his 4
procreati quia neque angeli neque homines fuerunt, sed mediam
quandam naturam gerentes, non sunt ad inferos recepti sicut
in caelum parentes eorum. ita duo genera daemonum facta 5
sunt, unum caeleste, alterum terrenum. hi sunt immundi
spiritus, malorum quae geruntur auctores, quorum idem dia-
bolus est princeps. unde illum Trismegistus daemoniarchen 6
uocat. daemonas autem grammatici dictos aiunt quasi δαή-
μονας, id est peritos ac rerum scios: hos enim putant deos
esse. sciunt illi quidem futura multa, sed non omnia, quippe
quibus penitus consilium dei scire non liceat, et ideo solent
responsa in ambiguos exitus temperare. eos poetae et sciunt 7
esse daemonas et locuntur. Hesiodus ita tradit:

EPITOME 12 daemoniarchen] c. 24, 1. 16 s. et — temperare] c. 23, 7 ut — deludant. 17—164, 2] c. 23, 1.

AUCTORES 12 Trismegistus] ? 13 grammatici] cf. uetera lexica (ex Platon. Cratyl. 398 B).

EXPILATORES 13—15] Isidor. orig. VIII 11, 15.

BR^pHPV] 1 possent *(e ex* u *m. 1 ?) P* 2 com**morantes *(*me *er.) B,* omnes commorantes *P* 3 ⸤ipsa⸥ *V*² 4 in quibus *H* 5 ceciderunt] ceciderunt rursus *R* ⸢eos⸣ *B*³ 6 sätellites *(2 litt. s. l. er.) B* 7 quia *om. P* 8 naturam] notitiam *B*¹, *corr. B*³ ad] apud *H* 9 demonum *B, sic saepissime omnes codd.; ex* demonium *hoc* d*minium (o supra) *V m. 2, illud restituit m. 3* e *supra* o *et* o *supra pr.* i *addens* facta *(*f *ex* p*) H*² 10 *post* sunt *s. l.* ut *P*² caelestem *P* hii *PV* inmundi* *(*s *er.) H* 11 spiritus malorum] spiritis spiritus malorum *in ras. ex 15 litt. V*² malorumq; *P* gerentur *H*¹ actores *R* 12 trismegitus *B*¹, trismege⸢s⸣tus *B*² daemoniarchen *Epit. 24, 1,* demoniarchen *(*r *s. l. V) BRHV,* daemoniarchem *P,* δαιμονιάρχην *edd., sed cf. 16, 12* 13 demones *B* ΔΑΗΜΟΝΑϹ *V,* ΔΗΜΟΝΑϹ *BR,* dammonas *H,* dęmonas *P* 14 hoc *V* 17 et *om. H* 18 demones *B,* daemones *H* et] ut *H* loquuntur *HP* esiodus *BHV^ac* tradidit *H*

τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

8 quod idcirco dictum est, quoniam custodes eos humano generi
deus miserat; sed et ipsi, cum sint perditores hominum, custo-
des tamen se uideri uolunt, ut ipsi colantur et deus non cola-
9 tur. philosophi quoque de his disserunt. nam Plato etiam
naturas eorum in Symposio exprimere conatus est et Socrates
esse circa se adsiduum daemona loquebatur, qui puero sibi
10 adhaesisset, cuius nutu et arbitrio sua uita regeretur. mago-
rum quoque ars omnis ac potentia horum adspirationibus con-
stat, a quibus inuocati uisus hominum praestigiis obcaecantibus
fallunt, ut non uideant ea quae sunt et uidere se putent illa
11 quae non sunt. hi ut dico spiritus contaminati ac perditi
per omnem terram uagantur et in solacium perditionis suae
12 perdendis hominibus operantur. itaque omnia insidiis frau-
dibus dolis erroribus conplent: adhaerent enim singulis homi-
nibus et omnes ostiatim domos occupant ac sibi geniorum
nomen adsumunt; sic enim latino sermone daemonas inter-

EPITOME 3 s.] c. 22, 9. 11. 4—6] c. 23, 1 ut — crederent. 7—9] c. 23, 2. 9—13] c. 23, 6. 14 s. solacium] c. 22, 11. 16—165, 3] c. 23, 3.

AUCTORES 1 s.] Op. et D. 122 s. § 9] cf. Minuc. Fel. c. 26, 9. 12. 7 in Symposio] 202 E s.

BR^{p}HPV] 1 τοὶ] OI *B* ICI *B* ΛΙΟC *P* ΛΙΑ *P* Toimen daemones . isiodus megalu diabulas . *H* ⌊ΤΟΥΜЄΝ ΑΑ⌋ΙΜΟΝΑ ΙCЄΙCΙ ΟΔΙΟC ΜЄΓΑΑΟ ΙΜЄΓΑΑΟΥΔΙΑ ΒΟΙΑΑC *V* 2 ЄΤΙΧΘΟΝΟ *P* ΦΥΑΑΙΚЄC *B* ẽ . inluephieon lupilaces thineton . antropon . *H* ЄCΤΑΙΟ ЄΠΙΧΘΟΝΙΟΙ ΦΥΑΑΚΑΙCΘΝΗ ΘΟΝΑΝΘΡΩΠΩΝ *V* *interpretatio lat. in R (in mg.) et P cf. Struuium, opusc. I 136.* 3 iccirco *R* 4 et *om. B* 5 et deus non colatur *om. B* 6 philo⌈so⌉phi *V*² hiis *P* 7 synphonio (s *supra* n) *(corr. m. 2) B* 8 ⌊ad⌋siduum *V*² daemonam *P;* daemonem *Epit. 23, 2* loquebatur] fatebatur *R* 9 gereretur *H* 10 ac] et *H* 11 ob*ce**cantibus (s *et* na *? er.) B* 12 falluntur *H* 13 hi⌈i⌉ *B*² 14 in *om. RPV edd., sed cf. Minuc. Fel. c. 26, 8* ad solacium calamitatis suae non desinunt *(sc.* daemones*)* perditi iam perdere *et Epit.* ut habeant solacium perditionis suae 15 opera⌈n⌉tur *H*² fraudibus insidiis *P* 16 cõ|plent *B*, conpellent *H*, com⌊plent⌋ *V*² adhaerent enim] adherentium (ł enĩ *supra*) *(corr. m.2) V* 17 omnis *B*¹ *(corr. B*³*) RHV*¹ 18 sic enim — interpretantur *eicit Volkmannus, obseruat. miscell. 1872, pag. 14* demones *B*

pretantur. hos in suis penetralibus consecrant, his cotidie 13
⟨uina⟩ profundunt, et scientes daemonas uenerantur quasi terrestres deos et quasi depulsores malorum quae ipsi faciunt et
inrogant. qui quoniam spiritus sunt tenues et inconprehen- 14
sibiles, insinuant se corporibus hominum et occulte in uisceribus operati ualetudinem uitiant, morbos citant, somniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt, ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.

15. Quarum omnium fallaciarum ratio expertibus ueritatis 1
obscura est. prodesse enim putant eos, cum nocere desinunt,
qui nihil possunt aliut quam nocere. dicat fortasse aliquis 2
colendos ergo esse, ne noceant, siquidem possint nocere. nocent illi quidem, sed iis a quibus timentur, quos manus dei potens et excelsa non protegit, qui profani sunt a sacramento ueritatis.
iustos autem id est cultores dei metuunt, cuius nomine adiu- 3
rati de corporibus excedunt: quorum uerbis tamquam flagris uerberati non modo daemonas esse se confitentur, sed etiam nomina sua edunt, illa quae in templis adorantur. quod plerumque coram cultoribus suis faciunt, non utique in obprobrium religionis, sed honoris sui, quia nec deo per quem adiurantur nec iustis quorum uoce torquentur mentiri possunt.
itaque maximis saepe ululatibus editis uerberari se et ardere 4
et iam iamque exire proclamant: tantum habet cognitio dei 5

EPITOME 4—8] c. 23, 8.

BR^pHPV] 1 consecrant] conlocant *B* cot*idie (t *in ras. m. 3)* *B* 2 uina *addidi conl. VI 2, 1,* merum *add. edd.;* profundunt *BHPV,* profundunt preces *R* demones *B* 6 operantur *B* ualitudinem *RV* morbo *R* somnes (i s. l.) *(sic corr. m. 2) H* 7 hominibus *V* cogantur *Hartelius* 8 deorum *P* 10 prodeesse *H* cum] quod *B*[1], *corr. B*[3] 11 quam] nisi *V, fort. recte* 12 colendos — nocent illi] colendos ergo noceant illi *P* n⌊e*n⌋oceant *V*[2] possint] possĭt *(˜ m. 2) V,* possunt *cett.* 13 iis *edd.,* his *BRHV,* hiis *P* 14 qui⌜a⌝ *B*[3] 15 custores *V* 16 abscedunt *B* flagellis *H,* fraglis *V* 17 daemones *H* esse se] esse ⌜se⌝ *B*[3], sese *H* 18 nominauerant *ut uid. B*[1], nomina sua edunt *in ras. corr. B*[3] odorantur *B* quod] et *H* 20 sed *V,* et *cett.* quia] qui *B* adiuran⌊tur⌋ *V*[2] 22 editis *in ras. ex 9 litt., quarum extrema* s, *B*[3] uerberari (ari *in ras. ex 2 litt. m. 3)* *B* 23 iam *om. P* ⌜habet⌝ *B*[3] dei ac] **** | *(extrema litt. erasa fuerat* t, *s. l.* a *add. m. 2, post eras.)* desua (i, c s. l.) (i *m. 2,* su *exp. et* c *add. m. 3)* *B*

ac iustitia potestatis. cui ergo nocere possunt nisi iis quos
6 habent in sua potestate? denique adfirmat Hermes eos qui cognouerint deum non tantum ab incursibus daemonum tutos esse, uerum etiam ne fato quidem teneri. μία inquit φυλακὴ εὐσέβεια. εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου οὔτε δαίμων κακὸς οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια. quid sit autem εὐσέβεια, ostendit alio loco his uerbis:
7 ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσίς ἐστιν τοῦ θεοῦ. Asclepius quoque auditor eius eandem sententiam latius explicauit in illo ser-
8 mone perfecto quem scripsit ad regem. uterque uero daemonas esse adfirmat inimicos et uexatores hominum, quos ideo Trismegistus ἀγγέλους πονηροὺς appellat: adeo non ignorauit ex caelestibus deprauatos terrenos esse coepisse.

AUCTORES 4 et 9 coniuncta ap. Patricium pag. 51ª sq. 4] cf. Cyrill. c. Iulian. l. IV, uol. VI 130 E Aub. 9] Poemand. c. 9, 4 (pag. 62, 8 Parthey). 13] cf. Ps.-Apulei. Asclep. c. 25 (p. 48, 15 Goldb.): nocentes angeli.

BR^pHPV] 1 potest⌊atis⌋ B^3 his *BHPV* 2 habe^n^t V^2 hos *B* 3 cognouerunt *BP*, cognoue͞r V^1, ~ *del. et* int *s. l. add.* V^2 4 esse *om. R* μία — ἀγαθὸν εὐσέβεια (7)] una *B m. 1, graeca desunt, in spatio relicto haec* ^hd^⌊bon⌋um pietas aútém *et in inf. mg. interpretat. lat. add. m. 3* μία] ΜΙΑΤΑΡ *(i. e.* μία γὰρ*) P, sed interpretatio lat. in P incipit* una inquit custodia pietas ΦΥΑΑΚΗ *V* μία — κρατεῖ (6)] Mia inquid plas lace esseuiesse bugaran tropontae demancarcis utimarmen gicrathi *H* 5 ЄCЄBIЄ *P*, ЄΥCЄBIA *V* ΥCЄBOΥC *P*, ЄICHBOΥC *V* *prius* οὔτε] OΥCЄ *P*, OΥTH *V* *alt.* οὔτε] OΥ *P* 6 ЄIMAPMHNЄ *V* KPATHI *V* KAP *P* ἐκ] K *P* θεὸς — κακοῦ] theos girantitone yuseue . ex panton caeo *H* 7 TAP *P* μόνον] KOINON *R* ANTPΩΠOIC *P* AIAΘON *P*, AΓAΘON *(Γ ex N) V* τὸ γὰρ — εὐσέβεια] to garem ceono miatropis . ẽ . in agathonie yseuiae *H* *interpretationes lat. in B (add. m. 3) RP* *apud Cyrill. locus plenior est* *cf. Struuium, opusc. I 137* 8 eusebia *B*, ^e^yseuia H^2, ЄΥCЄBЄIA pietas *P*, ЄICЄBЄIA *V* ostendit *om. R* his] in his *R* 9 ἡ γὰρ — τοῦ θεοῦ *om.* B^1, pietas enim ⌊est ds̄⌋ *add.* B^3 γὰρ] IAP *V* TNΩCIC *P* TOI *R* ἡ γὰρ εὐσέβεια — θεοῦ] Eyseuia ignosises tintutheu *H* quodque *H* 10 adiutor *B* sermo *V* 11 demones *B* 12 esse] et esse *P*, *om. H* 13 idem *R* trismagistus *H* AΓΓЄAOΥC ΠONHPOΥC *R*, *om.* B^1, *s. l.* angelos nequissimos *add.* B^3, angelos ponerus *H*, angelos ANΓЄAOΥC malos ΠONHPOΥC *P*, angelos malignos ANΓЄAOΥC ΠONЄPOΥC *V* appella⌊ns⌋ B^2, appella^t^** *(*ui *er.*, t *m. 2) V*

16. Eorum inuenta sunt astrologia et haruspicina et auguratio 1
et ipsa quae dicuntur oracula et necromantia et ars magica et
quidquid praeterea malorum exercent homines uel palam uel
occulte: quae omnia per se falsa sunt, ut Sibylla Erythraea
testatur:

ἐπεὶ πλάνα πάντα τάδ᾽ ἐστιν,
ὅσσαπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσιν κατὰ ἦμαρ.

sed idem ipsi auctores praesentia sua faciunt ut uera esse 2
credantur: ita hominum credulitatem mentita diuinitate delu-
dunt, quod illis uerum aperire non expedit. hi sunt qui fin- 3
gere imagines et simulacra docuerunt, qui ut hominum mentes
a cultu ueri dei auerterent, effictos mortuorum regum uultus
et ornatos exquisita pulchritudine statui consecrarique fecerunt
et illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt. sed 4

EPITOME 1 s. astrologia — auguratio] c. 23, 5. 2 oracula et necromantia] c. 23, 7. ars magica] c. 23, 6. 4 s. omnia per se falsa] c. 23, 5. 8 s. praesentia sua] c. 23, 7. 9 s.] c. 23, 7 ut mentes — deludant. 10—13] c. 23, 4 hi memorias — docuerunt.

AUCTORES 6 s.] III 228 s.

EXPILATORES 1 s.] Isidor. orig. VIII 9, 3.

BR^p HPV] 1 uenta *P* haruspicinae *H*, ⌜h⌝aruspicina *P*², *aruspicina (h *er.*) *V* *cf.* auguratum *Epit.* 2 nigromantia (ni *ex* ne *m. 2*) *P*, necromanti⌜a⌝ *V*²; necyomantias *Epit.* 3 *alt.* ⌜uel⌝ *B*³ 4 que *ex* quae *B*², quae *restituit B*³ palam *B*¹, fal⌜s⌝a* *corr. B*³ 6 *graeca om. B*¹, *in inf. mg. add. B*³ ЄΠЄΙ *R*, ЄΙΙΙ (Є̓- *B*³) *B*³*PV*, τὰ (*uel* καὶ) γὰρ *codd. Sibyll.* πλάνα] ΠΑΑΝΑ *PV* πάντα] ταῦτα *codd. quidam Sibyll.* τάδ᾽ *om. B*³ ЄЄΤΙΝ *P* τάδ᾽ ἐστιν] πέφυκεν *codd. Sibyll.* Epiplana apantata lestin *H* 7 ὅσσαπερ] ΟCΑCΥЄΙ (*sed* ЄΙ *minus cert.*), *sequitur* εια *ut uid. per compend. scriptum B*³, ΑΠЄΡ *V*, ὅσσα κεν *codd. Sibyll.* ЄCЄΡЄΥΝΩCΙ *B*³, ЄΡЄΥΝΩΟCΙ *R*, ЄΙΙЄΥΝΩCΙΝ *V* ΚΑΤЄΜΑΡ *B*³, ΚΤΝΜΑΡ *R*, ΚΑΤΑЄΜΑΡ *V* ΟCCΑ⌞Π⌟ЄΡ ΑΦΡΟΝΟC ΑΝЄΡЄC ЄΠЄΥΡΩ CΙΝΚΑΤΑΙΙΩΡ *P* oysaperafrones andrese sereunsin catatheman *H* *interpretationem lat. B m. 1, quamquam graeca omisit, in mg. add. hanc* quia falsa sunt omnia quae insipientes homines · cottidie nominantur (*sic*), *alia in P* *cf. Struuium, opusc. I 64* 8 actores *R* facient *P* 9 hominis *B*¹, *corr. B*³ credulitate *H* diuinatione *ex Epit. 23, 7 uir doctus, miscell. obseruat. vol. IV (1734) p. 416* 10 qu*d (i? *er.*) *B* ueram *Volkmannus, obseruat. miscell. 1872, pag. 13* pingere *B* 11 qui ut] qui* (a *er.*) *B* 12 auerterunt *B* et fictos *BH*, ⌞effec⌟tos *V*² 13 consacrariquae *B*¹, consecrariqu*e *B*³

eos magi et ii quos uere maleficos uulgus appellat, cum artes suas exsecrabiles exercent, ueris suis nominibus cient, illis
5 caelestibus quae in litteris sanctis leguntur. hi porro incesti ac uagi spiritus ut turbent omnia et errores humanis pectoribus offundant, serunt ac miscent falsa cum ueris. ipsi enim caelestes multos esse finxerunt unumque omnium regem Iouem eo, quod multi sint in caelo spiritus angelorum et unus dominus ac parens omnium deus: sed ueritatem mentitis nominibus
6 inuolutam ex oculis abstulerunt. nam deus, ut in principio docui, neque nomine, cum solus sit, eget neque angeli, cum sint inmortales, dici se deos aut patiuntur aut uolunt: quorum unum solumque officium est seruire nutibus dei nec omnino
7 quicquam nisi iussu facere. sic enim mundum regi a deo dicimus ut a rectore prouinciam: cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit, quamuis illorum ministerio
8 res geratur. et hi tamen possunt aliquid praeter iussa rectoris per ipsius ignorantiam, quae est condicionis humanae: ille autem praeses mundi et rector uniuersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil saeptum est, solus habet rerum omnium potestatem nec est in angelis quicquam nisi parendi necessitas.
9 itaque nullum sibi honorem tribui uolunt, quorum honor omnis in deo est, illi autem qui desciuerunt a dei ministerio, quia

9 ut in principio docui] I 6, 4 s.; 7, 5—8. *EPITOME* 5 s. 8 s.] c. 23, 4. *EXPILATORES* 1] cf. Augustin. de ciu. dei X 9 (pag. 415, 13); Isidor. orig. VIII 9, 9.

BR^pHPV] 1 ii *edd.*, hii *B*, hi *cett.* maleficio *H* *post* cum *add.* autem B^3 2 suos *P* scient *H*, ''cient *V* 3 sancti∗s *(s er.) B* p⌜or⌝ro H^2 ingesti *V* 4 ut turbent] obturbant B^1, *corr.* B^3 5 offundant *(pr.* u *ex* e *m. 1,* a *ex* u *m. 2) B* 6 caelestis *B* 7 sunt *B* dominus *om. H* 8 men⌜ti⌝tis P^2, mẽtitis *(~ m. 2) V* 10 neque] qui neque *H* homine V^1 eget cum solus sit *P* 11 immortales *(e ex* i *m. 2) P* ⌜dici se deos⌝ B^3 13 iussum *B*, iussi *H; an* eius iussu*?* regi mundum *H* 14 decimus *V* nemo] immo *B* *in* socios *del.* oc B^2, socios eius *R* 15 dixerim *B* 16 gerantur *B* hii *BP* tamen et *P* 17 illo *P* 18 parens *B*, praesens *H* uniuersitatis *B* scit] fecit *B* 19 sęptum *V*, septum *cett.* rerum omnium] rerum ⌜cum⌝ *(s. l. m. 3)* filio suo omnium *P* 20 ⌜in⌝ B^3 21 omnis *om. V* 22 est, illi] est per angelos refugas fieri prodigia responsa in templis dari nocentes plerumque puniri ut his monstris atque terroribus adhibitis ipsi dii putentur illi *P* qui⌜a⌝ B^3

sunt ueritatis inimici et praeuaricatores dei, nomen sibi et cul-
tum deorum uindicare conantur, non quo ullum honorem desi-
derent — quis enim perditis honor est? — nec ut deo noceant,
cui noceri non potest, sed ut hominibus: quos nituntur a cultu
et notitia uerae maiestatis auertere, ne inmortalitatem possint
adipisci, quam ipsi sua nequitia perdiderunt. offundunt ita- 10
que tenebras et ueritatem caligine obducunt, ne dominum, ne
patrem suum norint, et ut facile iniciant, in templis se occu-
lunt et sacrificiis omnibus praesto adsunt eduntque saepe pro-
digia, quibus obstupefacti homines fidem commodent simulacris
diuinitatis ac numinis. inde est quod ab augure lapis nouacula 11
incisus est, quod Iuno Veiens migrare se Romam uelle respon-
dit, quod Fortuna Muliebris periculum denuntiauit, quod Clau-
diae manum nauis secuta est, quod in sacrilegos et Iuno nudata
et Locrensis Proserpina et Ceres Milesia uindicauit et Hercules
de Appio et Iuppiter de Atinio et Minerua de Caesare, hinc
quod serpens urbem Romam pestilentia liberauit Epidauro ac-
cersitus. nam illuc daemoniarches ipse in figura sua sine 12
ulla dissimulatione perlatus est, siquidem legati ad eam rem

EPITOME 1—8] c. 23, 4. 9 sic — ueniret. 6—11] c. 23, 7 in templis — credant. 14 (sacrilegos)] c. 23, 9. 17 s. serpens — in figura sua] cf. c. 22, 3 (serpens — ministris). 6.

AUCTORES 11—16 ab augure — de Caesare] cf. supra c. 7, 8—22. 16—170, 1] cf. Valer. Max. (et epit. Paridis) I 8, 2.

EXPILATORES § 11] cf. Augustin. de ciu. dei X 16 (p. 427, 27—32).

BR^pHPV] 1 *alt.* et *in ras.* *B*³, *s. l.* *V* 2 quo (o *in ras. ex* a ?) *B*³, quo* (d *er.*) *H* 3 deum *HPV* 4 ⌜ut⌝ *B*³ 5 notitia* (e *er.*) *V* magestatis *P*, *sic saepius* possent *BV*¹, e *in* i *corr.* *V*² 6 qua *H* offendunt *V*¹ 7 ueritatis *R* deum *H* ne] et *P*, ⌜ne⌝ *V*² 8 inliceant *B* occultunt (a *s. l.*) (*corr. m. 2*) *V* 9 sunt *B* 11 augure] haruspice *B* lap⌞i⌟s *V*² 12 quo⌜d⌝ *B*³ ueiensis *B*, uegiens *H* 13 mulieris *H* clauide *V*¹, clau*d⌜i⌝e *V*² 15 lucrensis *B* herculis *P* 16 apio *B* aṇtinio (*exp. m. 2*) *P* minerue *V*¹ de] e* (t *er.*) *H* hinc] hinc est *H* 17 serpens** (da *er.*) *B* pestilicentia *V* *ex* accersitus *hoc* arces***** *B*³ arcessitus *H edd.*, *sed cf. Valer. Max. (et Paridem)* quam si ab Epidauro Aesculapius esset accersitus 18 illud *HV*¹ daemoniarches *H*, demon *B*¹, demon⌜i⌝ *B*³, demoniarches *R*, demoniaarches *P*, demonio arches *V*; *cf. c. 14, 6;* δαιμονιάρχης *edd.* 19 remissi *P*¹ (rẽmissi *P*²) *V*

13 missi draconem secum mirae magnitudinis aduexerunt. in
oraculis autem uel maxime fallunt, quorum praestrigias profani
a ueritate intellegere non possunt, ideoque ab ipsis adtribui
putant et imperia et uictorias et opes et euentus prosperos
rerum, denique ipsorum nutu saepe rem publicam periculis
inminentibus liberatam, quae pericula et responsis denuntia-
14 uerint et sacrificiis placati auerterint. sed omnia ista fallaciae
sunt. nam cum dispositiones dei praesentiant, quippe qui mi-
nistri eius fuerunt, interponunt se in his rebus, ut quaecum-
que a deo uel facta sunt uel fiunt, ipsi potissimum facere
aut fecisse uideantur, et quotiens alicui populo uel urbi secun-
dum dei statutum boni quid inpendet, illi se id facturos uel
prodigiis uel somniis uel oraculis pollicentur, si sibi templa,
si honores, si sacrificia tribuantur. quibus datis cum illut
acciderit quod necesse est, summam sibi pariunt uenerationem.
15 hinc templa deuouentur et nouae imagines consecrantur, mac-
tantur greges hostiarum, sed cum haec facta sunt, nihilo minus
16 tamen uita et salus eorum qui haec fecerint immolatur. quo-
tiens autem pericula impendent, ob aliquam se ineptam et
leuem causam profitentur iratos, sicut Iuno Varroni, quod for-

EPITOME 13—15 prodigiis — uenerationem] c. 23, 8 somnia — augeant. 16 templa — consecrantur] c. 23, 4.

AUCTORES § 16] cf. Valer. Max. I 1, 16.

BR^pHPV] 1 drachonem *H* atuexerunt *P*, attulerunt *BRHV*, *sed cf. Valer. Max.* anguis . . . urbi se nostrae aduehendum restituit *et Paridem* immensae magnitudinis serpens . . . Romam pro deo aduectus 2 prestrigias *P*, praestigias (pre- *B) cett.* 3 ueritatem *(exp. m. 3) B* ˹ab ipsis˺ *R*² 5 ipsorum] horum *B* nutu *ex* nutiis (n *add. m. 1 uel 2) partim ras. corr. B*³ 6 et *om. P* 7 auerterunt *H*, auerterent *V* fallacia˹e˺ *V* 8 nam *om. P* praesentiarũ *ut uid. B*¹, *in ras. corr. B*² qui *om. P* 9 ˹his˺ *B*² 10 dño *P* uel *(ante* facta*) om. BP, recte?* fiunt] sunt *B*¹, *corr. B*³ *an* ⟨aut⟩ facere? 11 ut *(sic) V*¹, ł aut *s. l. V*² et quotiens — secundum *in inf. mg. B*³ 12 de *B*¹, dĩ *B*³ statu *B* quod *B*¹, *corr. B*³ 13 somnis *H* si *ante* sibi] ut *H* 14 si *ante* honores *et* sacrificia] sibi *H* 15 occiderit *V*^ac pariunt** *H* 16 deuoluentur *H* 17 gresges *P* erunt *B* 18 uita] eorum, *sed del. m. 1 R* fecerit *P* immolantur *edd.* 19 se *ante* profitentur *P* 20 sicut Iuno] sicuti *B* uarronis *(exp. m. 2) V* formosum *RV*, formonsum *(exp. m. 2 ?) P*

monsum puerum in tensa Iouis ad exuuias tenendas conloca-
uerat: et ob hanc causam Romanum nomen aput Cannas paene
deletum est. quodsi Iuno alterum Ganymeden uerebatur, 17
cur iuuentus Romana luit poenas? uel si dii tantummodo
duces curant, ceteram multitudinem neclegunt, cur Varro solus
euasit qui hoc fecit et Paulus qui nihil meruit occisus est?
uidelicet nihil tunc Romanis accidit fatis Iunonis iniquae,
cum Hannibal duos exercitus populi Romani et astu et uirtute
confecit. nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defen- 18
dere, ubi arma eius et currus fuit, aut Romanis nocere, quia

progeniem — Troiano a sanguine duci
audierat, Tyrias olim quae uerteret arces.

sed illorum sunt isti lusus, qui sub nominibus mortuorum de- 19
litiscentes uiuentibus plagas tendunt. itaque siue illut peri-
culum quod imminet uitari potest, uideri uolunt id placati
auertisse, siue non potest, id agunt ut propter illorum con-
temptum accidisse uideatur. ita sibi aput homines qui eos
nesciunt auctoritatem pariunt ac timorem. hac uersutia et 20
his artibus notitiam dei ueri et singularis apud omnes gentes
inueterauerunt. suis enim uitiis perditi saeuiunt et grassantur,

EPITOME 18—172, 7] c. 23, 9.

AUCTORES 7] Verg. Aen. VIII 292. 10 s.] ibid. I 16. 11 s.] ibid. I 19 s.; cf. Seru.: ‘audierat’ a Ioue aut a Fatis.

B(G)R^pHPV] 1 *an post* puerum *excidit* histrionem*? cf. Valer. Max.* in tensa] intent(e)as *V* intensaiouis *in ras. ex* infensoouis *ut uid. B*³ exui uas *V*¹, *in ras. corr. V*² tendendas *H* conlocarat *B* 3 est *om. V* ganymedem *(g ex* c*? V*²*) RV*, ganum⌊e⌋de *H*²*; cf. I 23, 3* 5 neglegunt *RH*, negleguntur *(exp. m. 2) V* cum *B*¹ *(corr. B*³*) V* 7 factis *P* iniquae *om. V* 8 annibal *P* Romani *om. V* et *V*, *om. cett.* actu *H* 9 non *om. V* aut (a *add. m. 2) P* karthaginem *H* 11 a* (c *er.) H*, a *add. V*² deduci *H* *inter* progeniem *et* Troiano *ap. Verg. hoc* sed enim 12 qu⌈a⌉e *B*, qu⌊ae⌋ *V*² uerterat *H*, euerteret *P* erces *V*¹ 13 delitiscentis *B*¹, *corr. B*³, delitescentes *R* 14 uiuentibus] hominibus *V* 15 immine⌈t⌉ *P*² uideri] uitari *V*¹ 16 *a* Rum contemptum *incipit codicis G pag. 37 (122) paene tota lecta* 18 actoritatem *R* hac] ac *H* et *om. BG* 19 apud *om. B* 20 perditi* (s *er.)* seuiunt (s *add. m. 2) V* seruiunt *G* ⌊g⌋rassantur *H*²

21 ut perdant. idcirco etiam humanas hostias excogitauerunt, ipsi hostes generis humani, ut quam multas deuorent animas.

1 17. Dicet aliquis 'cur ergo deus haec fieri patitur nec tam malis succurrit erroribus?' ut mala cum bonis pugnent, ut uitia sint aduersa uirtutibus, ut habeat alios quos puniat, alios quos honoret. ultimis enim temporibus statuit de uiuis ac mortuis iudicare; de quo iudicio mihi erit in ultimo libro
2 disputatio. differt igitur, donec ueniat temporum finis, quo effundat iram suam in potestate ac uirtute caelesti, sicut

uatum praedicta piorum
terribili monitu horrificant.

3 nunc autem patitur homines errare et aduersum se quoque inpios esse, ipse iustus et mitis et patiens. nec enim fieri potest ut non is in quo perfecta sit uirtus, sit etiam perfecta
4 patientia. unde quidam putant ne irasci quidem deum omnino, quod adfectibus, qui sunt perturbationes animi, subiectus non sit, quia fragile est omne animal quod adficitur et commouetur. quae persuasio ueritatem ac religionem funditus tollit.
5 sed seponatur interim nobis hic locus de ira dei disserendi, quod et uberior est materia et opere proprio latius exequenda. illos ergo nequissimos spiritus quisquis ueneratus fuerit ac secutus, neque caelo neque luce potietur, quae sunt dei, sed in illa de-

7 in ultimo libro] c. 20.
EPITOME 3–6] c. 24, 1—3. 10 s.
AUCTORES 10 s.] Verg. Aen. IV 464 s.

B(G)R^{p}HPV] 2 deuorarent *edd.* 3 dicit *BGH* 5 ut *ante* uitia] et *H* habeant *P* 6 honoræt (e *ex* a *m. 1?) P* 7 ac] et *P* 'in' V^2 8 disputandum *R* igitur] ergo *P* 9 u$\overset{\text{i}}{\text{e}}$r*t$\overset{\text{v}}{\text{a}}$te *(i er.) V* 10 uatum *om. P* piorum *RPV cum cod. Medic.*, priorum *BGH cum cett. codd. Vergili* 11 $\overset{\text{ł noti}}{\text{horrificant}}$ *(corr. m. 2) V* 12 aduers[u]s *G* 13 et ipse *H* mittis *R* 14 is] his sit *G*, his *H* 15 neç *(exp. m. 2) R* 16 quod] quia *BG* affectibus *(ex* adf-*)* B^3 18 quae *ex* qua H^2 atque *R* relionem *P*, *sic saepius* *in* tollit sed sepo *desinit codicis G pag. 37 (122), sequitur pag. 38 (121), cuius uerss. 21—31 legebantur* 19 dei *B*, *om. cett.; an* diuina? 20 ube[ri] B^1, ube[rior] B^3 21 nequissimos *(s fin. add. m. 3) P* quisq·uis P^{ar}, quisque (-q;) *V, fort. recte, cf. VI 15, 5* ac secutus *in mg.* H^2

cidet quae in distributione rerum adtributa esse ipsi malorum principi disputauimus, in tenebras scilicet et inferos et supplicium sempiternum.
Docui religiones deorum triplici modo uanas esse: uno, quod 6
simulacra ista quae coluntur effigies sint hominum mortuorum; esse autem peruersum et incongruens ut simulacrum hominis a simulacro dei colatur: colit enim quod est deterius et inbe-
cillius; tum inexpiabile facinus esse deserere uiuentem, ut 7
defunctorum monumentis seruias, qui nec uitam nec lucem dare cuiquam possunt, qua ipsi carent; nec esse alium quemquam deum praeter unum, cuius iudicio ac potestati omnis
anima subiecta sit. altero, quod ipsae imagines sacrae quibus 8
homines inanissimi seruiunt omni sensu careant, quoniam terra
sint. quis autem non intellegat nefas esse rectum animal 9
curuari, ut adoret terram? quae idcirco pedibus nostris subiecta est, ut calcanda nobis, non adoranda sit, qui simus ideo excitati ex ea statumque sublimem praeter ceteras animantes acceperimus, ut non reuoluamur deorsum nec hunc caelestem uultum proiciamus ad terram, sed oculos eo dirigamus quo illos naturae suae condicio direxit nihilque aliut adoremus, nihil colamus nisi solius artificis parentisque nostri unicum nomen,

2 disputauimus) c. 9, 3—6. 11.

EPITOME 4 s.] c. 25, 1 docui — consecrata sit. 6—9] cf. c. 20, 11 nam cum — fabricauit. 12—174, 2] c. 25, 1 uel quod simulacra — subiugare.

B(G)R^{p}HPV] 2 scilicet *om. B* et *(ante* inferos*) om. H* 4 una *B*^{1}, *corr. B*^{3} 5 colunt *H* et effigies *P* 6 esse *ex* eese *V*^{2} simulacra *P* 7 a simulacro dei colatur] quasi deus colantur *sic P* dĩ *ex* dõ *V*^{2} colit] colent *B*, colet *HP*^{1}, *corr. P*^{2} 8 ut] et *H* 9 monimentis *H* 10 cuiquam *om. V* quịa *(exp. P*^{3}*V*^{2}*) PV*, qua* (m *er.) H* nec esse alium] necessarium *V*^{1}, *s. l.* ł esse alium *V*^{2} 11 d⌊m̃⌋* *P*^{2} deum quemquam *H*^{1} 12 alterum *H* ipsae *H*, ipse *cett., nisi quod s. l. corr. B*^{2} ⌜quibus⌝ *P*^{2} 13 omnes *P* uanissimi *R* seruiunt *om. R* careañt *(exp. m. 3) B* terra sint *RH*, terra si^{nt} *(corr. m. 3) B*, ⟨s⟩u[nt terra] si *G*, terra sit *PV* 14 qui *H* r⌊&c⌋tum *sic in ras. corr. V*^{2} 15 neque *B*^{1}, **qu⌜a⌝e *B*^{3} 16 sumus *RH* 17 ⌜ex⌝ *P*^{2}, ut *V*^{1}, *s. l.* ł ab *V*^{2} 18 accepimus *R* ne *H* humọ̣ *R* *in* caeles⟨t⟩[ẽ] *desinit codicis G pag. 38 (121)* 19 oculos *om. V* derigamus *H* 21 parentis *B*^{1}, q. *add. B*^{3} numen *edd.*

qui propterea hominem rigidum figurauit, ut sciamus nos ad
10 superna et caelestia prouocari. tertio, quod spiritus qui praesunt ipsis religionibus condemnati et abiecti a deo per terram uolutentur; qui non tantum nihil praestare cultoribus suis possint, quoniam rerum potestas penes unum est, uerum etiam mortiferis eos inlecebris et erroribus perdant, quoniam hoc illis cottidianum sit opus, tenebras hominibus obducere, ne quaeratur
11 ab iis uerus deus. non igitur colendi sunt, quia sententiae dei subiacent. est enim piaculum maximum addicere se potestati eorum quibus, si iustitiam sequare, potentior esse possis
12 et eos adiuratione diuini nominis expellere ac fugare. quodsi apparet religiones istas tot modis esse uanas quibus docui, manifestum est eos qui uel mortuis supplicant uel terram uenerantur uel spiritibus inpuris animas suas mancipant, rationem hominum non tenere eosque inpietatis ac sceleris sui supplicia pensuros, qui rebelles aduersus parentem generis humani deum susceptis inexpiabilibus sacris fas omne uiolauerint.

1 18. Quicumque igitur sacramentum hominis tueri rationemque naturae suae nititur obtinere, ipse se ab humo suscitet et erecta mente oculos suos tendat in caelum. non sub pedibus deum quaerat nec a uestigiis suis eruat quod adoret, quia quidquid homini subiacet, infra hominem sit necesse est: sed quaerat in sublimi, quaerat in summo, quia nihil potest esse homine maius nisi quod fuerit supra hominem. deus autem maior est homine: supra ergo, non infra est nec in ima potius, sed in

EPITOME 2—10] c. 25, 1 uel quod spiritus — uelis. 11—17] cf. c. 25, 1.

BR^{p}HPV] 2 et ad caelestia *R* *ante* spiritus *rasura, fort.* sc̃s *er. V* 3 sunt *B* 4 possunt *BPV* 6 mortiferas *P*^{1}, *corr. P*^{2} 7 sit] est *B* omnibus *P* 8 ad *H* iis *scr.*, his *BRHV*, hiis *P* quia] quoniam *B* 13 e's't *B*^{2} 14 uel *om. B* inpuris] inmundis *B*, inportunis *H* mancipantes *B* ratione *H* 15 teneri, *sed* i *ras. ex* e *H* 16 rebelles *(tert.* e *ex* o*) P* aduersum *B* 17 inexplicabilibus *R*, inexpiabili'b;' *P*$^{1?}$ sacri's' *V*$^{2?}$ 18 qu**cũq. (ae *er.*, i *m. 2) V* rationeque *H*, rationem quae *P*^{1}, *alt.* a *del. P*^{2} 19 naturae *om. B* *post* suae *s. l.* uitae *B*^{2} se *om. R* 'et' *B*^{3} 20 sup pedibus *V* 21 erigat *H* 22 intra *HP* hominem] homines *V* 23 sũ***mo *ex* sublimo *V* 24 maius] melius *B*^{1}, *corr. B*^{3} maior] si maior *B*, maius *PV* 25 in *utroque loco om. P*

summa regione quaerendus est. quare non est dubium 2
quin religio nulla sit ubicumque simulacrum est. nam si re-
ligio ex diuinis rebus est, diuini autem nihil est nisi in rebus
caelestibus, carent ergo religione simulacra, quia nihil potest
esse caeleste in ea re quae fit ex terra. quod quidem de
nomine ipso apparere sapienti potest. quidquid enim simu- 3
latur, id falsum sit necesse est, nec potest umquam ueri
nomen accipere quod ueritatem fuco et imitatione mentitur.
si autem omnis imitatio non res potissimum seria, sed quasi
ludus ac iocus est, non religio in simulacris, sed mimus reli-
gionis est. praeferendum est igitur falsis omnibus uerum, 4
calcanda terrena, ut caelestia consequamur. ita enim se res 5
habet, ut quisquis animam suam, cuius origo de caelo est, ad
inferna et ima prostrauerit, eo cadat quo se ipse deiecerit, ideo-
que oportet rationis ac status sui memorem non nisi ad superna
niti semper ac tendere. quod qui fecerit, hic plane sapiens, 6
hic iustus, hic homo, hic denique caelo dignus iudicabitur, quem
suus parens non humilem nec ad terram more quadrupedis ab-
iectum, sed stantem potius ac rectum sicut eum fecit adgnouerit.
19. Peracta est nisi fallor magna et difficilis suscepti operis 1
portio et maiestate caelesti suggerente nobis dicendi facultatem
inueteratos depulimus errores. nunc uero maior nobis ac 2
difficilior cum philosophis proposita luctatio est, quorum sum-
ma doctrina et eloquentia quasi moles aliqua mihi opponitur.

B(G)R^pHPV] 1 religione *H* 2 ubi⌜cum⌝que *(cum m. 1 uel 2) B* simulachrum *R* 3 ex *om. R* diuini⌜s⌝ *P*² rebus] in rebus *R* in] e (i s. l.) *B*¹, *corr. B*³ 4 carent] apparent *B* religione *B*¹, religiones *B*², religiones *B*³ ẹṣṭ potest *(exp. m. 2) V* 5 fuit *B*¹, *corr. B*³ quod quidem — potest *om. B* 6 enim *om. V* 8 fuco] facie *B* mẽtitur *(˜ m. 2) V* 9 imitatio *(pr.* i *ex* e *m. 2) P* 10 mim' *(' m. 2) V* 13 habent *B* 14 infernaṃ *(exp. m. 2) P* 15 rationis *(alt.* i *ex* e *m. 2) P* staṭụtus *(exp. m. 2) V* 16 ⌜ac⌝ *(s. l. m. 2)* semper adtendere *B* *a* Qui fecerit *incipit codicis G p. 39 (5) paene tota lecta* 17 hic *(ante* homo*) om. H* 18 quadripedis *P* 19 instaṇtem *V* ac rectum] arrectum *V* fecerit *B*¹ *(*er *exp. B*³*) G* agnouerit *(*g *ex* c *m. 2) P* 20 ni *H* 21 caeleste *B*¹ *(corr. B*³*) G* 22 inuete**ratos *H* nobis *om. B*¹ *(post* difficilior *s. l. add. B*³*) G* 24 quasi] quales *B*¹, *corr. B*³ mihi *om. P* *a* ponitur *(fol. 52^b) usque ad* fateantur *(176, 11) multas litteras euanidas renouauit m. 3 B*

3 nam ut illic multitudine ac prope consensu omnium gentium premebamur, ita hic auctoritate praestantium omni genere laudis
4 uirorum. quis autem nesciat plus esse momenti in paucioribus doctis quam in pluribus inperitis?
5 sed non est desperandum istos quoque de sententia deo et ueritate ducibus posse depelli nec tam pertinaces fore arbitror, ut clarissimum solem
6 sanis ac patentibus oculis uidere se negent. modo illut uerum sit quod ipsi solent profiteri, studio inuestigandae ueritatis se teneri, efficiam profecto ut quaesitam ueritatem diu et aliquando inuentam esse credant et humanis ingeniis inueniri non potuisse fateantur.

B(G)R^{v}HPV] 1 illoc B^{1}, *corr.* B^{3}, illuc *V* multitudinem *H* prope] paene *(a s. l.* B^{3}*) BH,* [pene] *G* consensum *H* 2 premebamur] ueritas premebatur *B*, ueritas [praemeba]tur *G,* praemebatur *P* 3 nesci'a't B^{3}, nesciat *(*ciat *in ras. ex* ciunt *ut uid.) P*, nesci,at, *V* 4 disperandum *V* 5 deo — ducibus] dei et ueritate *H* 6 solē *(˜ m. 2) V* 8 sese *R*, se *om. P* 9 efficiant *H* profecto *om. P* *malim* ueritatem diu quaesitam 10 inuenire *R* 11 posse *BG* *in* fatean⟨tur⟩ *desinit codicis G pag. 39* (5), *spatio duorum extremorum uersuum uacuo; quae sequitur pag. 40 (6) ut in fine libri uacua est* L · CAELI · FIRMIANI LACTANTI DE ORIGINE ERRORIS — LIBER SECUNDUS EXPLICIT INCIPIT DE FALSA SAPIENTIA LIBER TERTIUS LEGENTI UITA · IN XPO · IHU · *B; subscriptione carent RM;* FIRMIANI LACTANTI DE FALSA RELIGIONE DEOR̄ · LIB̄ · II · EXPLIC̄ · INC̄PT · DE FALSA SAPIENTIA PHILOSOPHORUM LIB̄ · TERTIUS *H;* DE ORIGINE ERRORIS LIBER SECUNDUS EXPLICIT · INCIPIT DE FALSA SAPIENTIA LIB̄ · III *P;* XPLICIT *(sic)* LIBER II INCIPIT LIBER III · *add.* V^{2}

LIBER III

DE FALSA SAPIENTIA.

1. Vellem mihi, quoniam ueritas in obscuro latere adhuc 1
existimatur uel errore atque inperitia uulgi uariis et ineptis
superstitionibus seruientis uel philosophis prauitate ingeniorum
turbantibus eam potius quam inlustrantibus, etsi non qualis in
Marco Tullio fuit, quia praecipua et admirabilis fuit, aliquam
tamen proximam eloquentiae contingere facultatem, ut quantum
ueritas ui sua propria ualet, tantum ingenii quoque uiribus
nixa exereret se aliquando et discussis conuictisque tam publicis
quam eorum qui sapientes putantur erroribus humano generi
clarissimum lumen inferret. quod quidem duabus ex causis 2
fieri uellem: uel quod magis possent credere homines ornatae
ueritati, qui etiam mendacio credunt capti orationis ornatu
lenocinioque uerborum, uel certe ut ipsi philosophi suis armis
potissimum, quibus placere sibi et confidere solent, opprime-
rentur a nobis. sed quoniam deus hanc rei uoluit esse natu- 3
ram, ut simplex et nuda ueritas esset luculentior, quia satis
ornata per se est ideoque ornamentis extrinsecus additis fucata
corrumpitur, mendacium uero specie placeret aliena, quia per
se corruptum uanescit ac diffluit, nisi ornatu aliunde quaesito
circumlitum fuerit ac politum, aequo animo fero ingenium mihi
mediocre esse concessum. uerum ego non eloquentiae, sed 4
ueritatis fiducia suscepi hoc opus maius fortasse quam ut pos-

B(G)R^pHPV] 3 *post* uellem *hoc* constantine impator *R; cf. Prolegomena* ⟨q⟩uoniam *B* 2 ineptis *in mg.* P^2 3 saeuenientis B^1, s*eruientes B^3 7 Marco] M. *RV, om. P* 9 ui* (s *er.) H*, uim *(exp. m. 2) V* 10 sed *H* et] ut *B* tam] quam *P* 12 inferre *B* 13 quod P^1, d *del.* P^3 credere possint *(sic) P* hominem P^1, *corr.* P^3 ornatæ (æ *ex* ã *m. 2) H* 14 ueritati (i *ex* ẽ *m. 2) H* 15 lenicinioque *V* 17 rei *om.* B^1 *(add.* B^3*) H* 18 qua *H* 19 ideo quia *H* fugata P^1, *corr.* P^3 21 ornetur *B* aliunde — politum *om. B* 22 fero] fore V^1 23 mediocres *(exp. m. 3 ?) P* eloquentia *B* *a* Sed ueritatis *incipit codicis G pag. 42 (20) paene tota lecta* 24 posset *BR*

sit meis uiribus sustineri: quod tamen, etiamsi ego defecerim,
deo cuius hoc munus est adiuuante ueritas ipsa complebit.
5 etenim cum sciam maximos quosque oratores a causidicis me-
diocribus saepe uictos, quod tanta est potentia ueritatis, ut se
ipsa quamuis in rebus exiguis sua claritate defendat, cur hanc
ego in maxima causa ab ingeniosis quidem illis ac disertis
6 uiris, sed tamen falsa dicentibus oppressuiri putem ac non
illa si minus oratione nostra, quae de tenui fonte admodum
exilis emanat, lumine tamen suo clara et inlustris appareat?
nec si philosophi doctrina litterarum mirabiles extiterunt, ego
illis etiam scientiam ueri cognitionemque concesserim, quam
7 nemo cogitando aut disputando adsequi potest. neque ego
nunc reprehendo eorum studium qui ueritatem scire uoluerunt,
quia naturam hominis deus ueri adipiscendi cupientissimam
fecit, sed id arguo, id reuinco, quod honestam illorum et opti-
mam uoluntatem non sit secutus effectus, quia neque quid
esset uerum ipsum sciebant neque quomodo aut ubi aut qua
8 mente quaerendum. ita dum succurrere humanis erroribus
cupiunt, ipsi se in plagas et in errores maximos induerunt. ad
hoc igitur me opus coarguendi philosophiam susceptae materiae
9 ordo ipse deduxit. nam cum error omnis aut ex religione
falsa oriatur aut ex sapientia, in eo conuincendo necesse est
10 utrumque subuertere. cum enim sit nobis diuinis litteris
traditum cogitationes philosophorum stultas esse, id ipsum re

EPITOME 5—21] c. 25, 2 s.

B(G)R^pHPV] 1 uisceribus *(exp. m. 2) V* ∗etiamsi (a *er.) B* defecero *G* 3 causedicis *(*e *ex* i*)* P^3 4 uerita⌜ti⌝s V^2 5 ipsa *BGP,* ipsam *RHV* 7 oppressuiri *BP,* oppres[s]iuiri *G,* oppressum iri *RH,* oppressu//// (iri) *(corr. m. 2) V; cf. ad pag. 23, 4* 8 illi⌜s⌝ $P^{1?}$ de tenui] detinuit *G* 9 exillis *(exp. m. 3 ?) P* semanat *H* clara et] clareat (et) *(corr. m. 3) B* 10 *supra* nec *add.* ł si V^2 doctrina litterarum] litteris *BG* extitert (ł rint) *(corr. m. 2) V* 12 aut] ac *H* a⌊s⌋sequi H^2 ego] enim *V* 14 cupidissimam *B,* cupidissima *G* 16 insecutus *P* 17 ipsum *om. P* 19 plagas | seterrores *G* in *(ante* errores*) om. GP* maximas *H* induerunt *HP^1V,* induxerunt *BGRP m. recentiss.* 20 *in* coarguendi filoso *desinit codicis G pag. 42 (20)* 22 in eo] ideo B^1, *corr.* B^3 23 *an* utramque *scribendum?* diuinis *om. P* 24 filoso|forum *(*fo *add. m. 3) B* re et] recte *H*

et argumentis docendum est, ne quis honesto sapientiae nomine
inductus aut inanis eloquentiae splendore deceptus humanis
malit quam diuinis credere. quae quidem tradita sunt bre- 11
uiter ac nude. nec enim decebat ut cum deus ad hominem
loqueretur, argumentis adsereret suas uoces, tamquam aliter
fides ei non haberetur, sed ut oportuit locutus est tamquam
rerum omnium maximus iudex, cuius est non argumentari, sed
pronuntiare. uerum ipse, ut deus: nos autem cum ad res 12
singulas testimonia diuinae uocis habeamus, profecto monstra-
bimus quanto certioribus argumentis possint uera defendi, cum
etiam falsa sic defendantur, ut uera soleant uideri. quare 13
non est quod philosophis tantum honoris habeamus, ut eorum
eloquentiam pertimescamus. loqui enim bene potuerunt ut 14
homines eruditi, uere autem loqui nullo modo, quia ueritatem
non didicerant ab eo qui eius potens esset. nec sane magnum 15
aliquid efficiemus, quod illos ignorantiae redarguemus, quam
ipsi saepissime confitentur. in eo solo his quoniam non credi- 16
tur in quo solo credi debuit, conabor ostendere numquam illos
tam ueridicos fuisse quam cum sententiam de sua ignoratione
dixerunt.

2. Nunc, quoniam duobus prioribus libris religionum falsitas 1
demonstrata est nec non origo ipsa totius erroris exposita,
huius libri munus est philosophiam quoque ostendere quam
inanis et falsa sit, ut omni errore sublato ueritas patefacta

EPITOME 11—20] c. 25, 3. 21 s.] c. 25, 2.

BR^pHPV] 1 ⌊et⌋ *P*³? argumentaris *H*¹ 3 traditaė *(exp. m. 3) B* 4 nudȧe *(exp. m. 3) B* 5 aliter *post* tamquam *Betuleius*, *post* nec enim *C* 6 fides — est tamquam *om. V* est locutus est *B* tamquam] quasi *P* 7 index *B*¹, *corr. B*³ 8 ut *om. H* res singulas] singulaṣ *H* 10 possint *(i ras. ex* u*) P* 11 defenda⌜n⌝tur *P*³, defendātur *(~ m. 2) V* 12 quod *P*¹, d *del. P*³ ut *R*, aut *BHP*, ạut *(exp. m. 2) V* 13 ⌜e⌝loquentiam *P*³ 14 homines *(*e *ex* i *m. 3) P* uerum *H* 15 didicerunt *(-r̃ R) BRH* qu⌜i⌝ *B*² eius **otens *(*qu *er.*, p *m. 2) V* parens *Heumannus* 16 effi⌜ci⌝emus *H*² redarguimus *H* 17 eo *edd.*, quo *C* ⌜his⌝ *B*³, *iis *(*h *er.) P, om. V,* iis quoniam *om. H;* quoniam iis *edd.* 19 ueredicos *BP*³ *(*re *ex* ri*)* sententia* *(*e *er.) B* de] in se *B*¹, *s. l.* de *add. B*³ 21 num *B* in duobus *R* 22 demonstra *P* nec *om. V* 24 inan⌜i⌝s *V*² ****ueritas *(*ueri *er.) B* ueritas patefacta] ueritate facta *H*

2 clarescat. ordiamur itaque a communi philosophiae nomine,
ut ipso capite destructo facilior nobis aditus pateat ad excinden-
dum omne corpus, si tamen potest corpus uocari, cuius partes
ac membra discordent nec ulla compage inter se cohaereant,
sed quasi disiecta et dissipata palpitare potius uideantur quam
uiuere.
3 Philosophia est, ut nomen indicat ipsique definiunt, studium
sapientiae. unde igitur probem philosophiam non esse sapien-
tiam quam ex ipsius nominis significatione? qui enim sapien-
tiae studet, utique nondum sapit, sed ut sapere possit studet.
4 in ceteris artibus studium quid efficiat et quo tendat apparet:
quas cum discendo aliquis adsecutus est, iam non studiosus
5 artificii, sed artifex nominatur. at enim uerecundiae causa
6 studiosos se sapientiae, non sapientes uocauerunt. immo uero
Pythagoras, qui hoc primus nomen inuenit, cum paulo plus
saperet quam illi priores qui se sapientes putauerant, intellexit
nullo humano studio posse ad sapientiam perueniri et ideo
non oportere inconprehensae atque inperfectae rei perfectum
nomen inponi. itaque cum ab eo quaereretur quemnam se
profiteretur, respondit philosophum, id est quaesitorem sapien-
7 tiae. si ergo philosophia sapientiam quaerit, nec ipsa sapientia
est, quia necesse est aliut esse quod quaerit, aliut quod quae-
ritur, nec quaesitio ipsa recta est, quia nihil potest inuenire.
ego uero ne studiosos quidem sapientiae philosophos esse con-
8 cesserim, quia illo studio ad sapientiam non peruenitur. nam si

EPITOME 7—13] c. 25, 4—6. 16—181, 9] c. 25, 4—7.

B(G)R^{p}HPV] 1 clarescit B^{1}, *corr.* B^{2} ordi*amur *(n er.) H* 2 dec(t)tructo *(pr.* c *del.) sic B* excindendum *R*, excidendum *cett.* 3 corpus potest *H* 4 menbra *H, sic saepius codd. excepto B* inter se compage *H* cohere(an)t B^{3}, coher(e)ant H^{2} 5 deiecta *H* 7 ipseque B^{ac}, *corr. m. 1 ?* 8 sapientiae] filosophiae V^{1}, *s. l.* ł sapientiae V^{2} *post* probem *in mg.* magis *add.* P^{3} 10 studet *bis* V^{1}, *pr. del.* V^{2} 11 quit P^{1}, *corr.* P^{3} 12 quã *H* aliquid B^{1}, *corr.* B^{3} 14 studiosos *(-os ex -us) B* se *om. H* sapientis V^{1} 15 pyt(i)hagoras *(corr. m. 3) B* *hinc fere incepit codicis G pag. 43 (108), cuius in uerss. 21—31 pleraque legebantur* 16 putauerunt *BHV* 18 oporteret *V* 19 quamnam *V* 20 quaes*itorem *(t er.) P* 23 quaestio B^{1}, a *del.* B^{3}, quaes(ti)*io *(u uel* ti *er.,* ti *s. l. m. 2) P*

facultas inueniendae ueritatis huic studio subiaceret, si esset
id studium tamquam iter ad sapientiam, aliquando esset in-
uenta. cum uero tot temporibus, tot ingeniis in eius inquisi-
tione contritis non sit conprehensa, apparet nullam ibi esse
sapientiam. non ergo sapientiae student qui philosophantur, 9
sed ipsi studere se putant, quia illut quod quaerunt ubi aut
quale sit nesciunt. siue igitur sapientiae student siue non 10
student, sapientes non sunt, quia numquam reperiri potest
quod aut non recte quaeritur aut omnino non quaeritur. ui-
deamus tamen id ipsum, possitne hoc studio reperiri aliquid
an nihil.

3. Duabus rebus uidetur philosophia constare, scientia et 1
opinatione, nec ulla re alia. scientia uenire ab ingenio non 2
potest nec cogitatione conprehendi, quia in se ipso habere
propriam scientiam non hominis, sed dei est. mortalis autem 3
natura non capit scientiam nisi quae ueniat extrinsecus. id-
circo enim oculos et aures et ceteros sensus patefecit in cor-
pore diuina sollertia, ut per eos aditus scientia permanet ad
mentem. nam causas naturalium rerum disquirere aut scire 4
uelle sol utrumne tantus quantus uidetur an multis partibus
maior sit quam omnis haec terra, item luna globosa sit an
concaua et stellae utrumne adhaereant caelo an per aerem
libero cursu ferantur, caelum ipsum qua magnitudine, qua

EPITOME 12 s.] c. 26, 1.
AUCTORES § 2 s. 6. 8] cf. Arnob. II 51.
EXPILATORES § 1] Isidor. orig. II 24, 1. § 4] ibid. § 2.

B(G)R^p HPV] 1 et si *edd.* 2 id *om.* *B*[1] *(s. l. B*[3]*)* *H* inuentum *H* 4 esse ibi *BGR* 7 siue (r *s. l.*) *(sic corr. m. 3) P* sapientiae — non student *om. P* 8 sunt] sunt hi *B,* sunt [hii] *G* 9 non recte aut *H* aut omnino non] aut omni homine, *sed* omni *incertum, G* non] nec *H* 11 an] ad *G* 12 uideatur *H* *in* filoso⟨f⟩i⟨a⟩ *desinit codicis G pag. 43 (108), sequitur pag. 44 (107) paene tota lecta* scientia∗ *(*e *er.) H* 13 opin∗∗ione *(*at *er.) B,* opinio[n]e *G* non *om. (sed 2 uel 3 litt. eras. B) BGH* 14 quia ipse (in se *s. l.*) ipso *(corr. m. 2) P* in] ⌜a⌝ *H*[2] 15 conscientiam *(exp. m. 3)* est *post* hominis *habet, om. post* dei *R* 17 oculos] et oculos *H* 18 permanet *H^{pr}PV,* permaneat *BGH^{ar},* perueniret *R* 19 nam] nec *BG* causa *V* 20. 21 sit *post* tantus *habet, om. post* maior *H* uideatur *H* 21 sit an] sita[m] *G* 22 conca[b]a *G*

materia constet, utrum quietum sit et immobile an incredibili
celeritate uoluatur, quanta sit terrae crassitudo aut quibus fun-
5 damentis librata et suspensa sit, haec inquam disputando
et coniecturis uelle conprehendere tale est profecto, quale si
disserere uelimus, qualem esse arbitremur cuiuspiam remotis-
simae gentis urbem, quam numquam uidimus cuiusque nihil
6 aliut quam nomen audiuimus. si nobis in ea re scientiam
uindicemus quae non potest sciri, nonne insanire uideamur qui
adfirmare id audeamus in quo reuinci possimus? quanto magis
qui naturalia, quae sciri ab homine non possunt, scire se putant,
7 furiosi dementesque sunt iudicandi! recte ergo Socrates et eum
secuti Academici scientiam sustulerunt, quae non disputantis
8 est, sed diuinantis. superest ut opinatio in philosophia sola sit:
nam unde abest scientia, id totum possidet opinatio. id enim
opinatur quisque quod nescit. illi autem qui de rebus naturali-
bus disputant, opinantur ita esse ut disputant. nesciunt igitur ue-
9 ritatem, quoniam scientia certi est, opinatio incerti. redeamus
ad superius illud exemplum. age, opinemur de statu et qua-
litate urbis illius quae nobis rebus omnibus praeter nomen
ignota est. ueri simile est in plano sitam, lapideis moenibus,
aedificiis sublimibus, uiis pluribus, magnificis ornatisque delu-
10 bris. describamus si placet mores habitumque ciuium. sed
cum haec dixerimus, alius contraria disputabit et cum hic quo-

EPITOME 11 s.] c. 26, 1 s. 14 s.] c. 26, 6 id — ignorat.
AUCTORES 14 s.] cf. Cic. Tusc. IV 11, 26 haec autem — nesciat.
EXPILATORES 17 s. quoniam — incerti] cf. Isidor. orig. II 24, 2.

B(G)R^pHPV] 1 inmobile (n *ex* m) B^3, immortale *V* 3 disputaro (ro *in ras. ex* ndo) B^2 4 uelle *om.* *B* si disserere] sidus serere V^1 5 remotissime *G* 6 nuīquam *P* cuius *P* 7 ea re] aere *G* rem (*exp. m. 2*) *V* 8 ui'n'dicemus P^3 non *om.* P^1 (*s. l.* P^3) *V* 9 auteamus P^1, *corr.* P^3 qua *H* possumus RV^1, u *ras. in* i *corr.* V^2 *in* possimus quã (*sed ~ minus cert.*) *desinit codicis G pag. 44 (107)* quanto magis *om.* *P* 10 qui] qua P^1, *corr.* P^3 putant se H^1 11 dementesquae *B* 12 achademici (h *s. l.* H^2) *RH*, *sic saepius* 13 pilosophia *B* 15 ribus *B* 18 ad] in *P* illũ · | *B* 19 quae] que a (a *in ras. m. 2?*) *V* omnibus rebus *P* 20 ignorata *V* lapidosis *H* menibus *R*, moeniis *H*, moen*is (e *er.*) *V* 21 uiis] suis *H* uiis pluribus magnificis *om.* *P* subornatisque *R* 22 habitum *P* 's'ed *ex* id *B*, et *H* 23 disputauit BV^1 et] et qui *R* haec *B* quo*que (d *er.*) *H*

que perorauerit, surget tertius et alii deinceps et opinabuntur
multo disparia quam nos opinati sumus. quid ergo ex omni- 11
bus erit uerius? fortasse nihil. 'at omnia dicta sunt quae
in rerum naturam cadunt, ut necesse sit aliquid eorum esse
uerum.' at nescietur quis uerum dixerit. potest fieri ut 12
omnes ex parte aliqua errauerint, ex parte adtigerint ueritatem.
stulti ergo simus, si hoc disputatione quaeramus: potest enim
superuenire aliquis qui opiniones nostras derideat nosque pro
insanis habeat, qui uelimus id quod nesciamus quale sit opi-
nari. uerum non opus est longe posita conquirere, unde nemo 13
fortasse ueniat qui nos redarguat. age opinemur quid nunc 14
in foro geratur, quid in curia. longum est id quoque. dica-
mus interposito uno pariete quid fiat: nemo id potest scire
nisi qui audierit aut uiderit. nullus igitur audet id dicere,
quia statim non uerbis, sed re ipsa praesenti refutabitur. at- 15
quin hoc idem faciunt philosophi, qui disputant in caelo quid
agatur, sed eo se inpune id facere arbitrantur, quia nullus ex-
sistit qui errores eorum coarguat. quodsi existimarent de- 16
scensurum aliquem qui eos delirare ac mentiri doceret, num-
quam quicquam de iis rebus quas scire non possunt disputarent.
nec tamen ideo felicior putanda est eorum inpudentia et auda-
cia, quia non redarguuntur: redarguit enim deus, cui soli ueritas
nota est, licet coniuere uideatur, eamque hominum sapientiam
pro summa stultitia computat.

EPITOME 15—24] cf. c. 26, 3—5.
AUCTORES 23 s.] cf. I Cor. 3, 19.

BR^pHPV] 1 exurget *H* tertius] et tertius *P* 2 ergo] enim *P* 3 ad *BP*¹, *corr. P*³, at *om. H* sunt] possunt *B* 4 ut *om. V* 5 ac *B* nec scietur *(om.* at*) H* fieri] enim *B* 6 exx *(sic)* aliqua parte *B* 7 sumus *RH* si *add. P*³ 8 opinationes *R* 9 id (i *ras. ex* a) *V* 11 ueniet *R* ños q̄uim *B* 12 feratur *V*¹ quo∗que (d *er.) H* 13 potest id *RP* ⌜id⌝ *H*² 14 aut] et *BP* aüdeat *B* 15 qui *BH* At qui in (‿ *m. 2) V* 16 idem *in mg. V*² 17 ⌜id⌝ *B*³ existit *RP*, extitit *H* 18 aestimarent *B* descensurum esse *B* 19 diceret (i *ex* o) *BH*² num *P* 20 quicquam *om. B* iis *edd.*, his *C* possunt *(sic corr. m. 3) P* 21 ideo *P* ⌜inpudentia et audatia⌝ *P*² inprudentia *V* 22 redarguantur *H* 23 conhibere *B*, conibere *H*

1 4. Recte igitur Zenon ac Stoici opinationem repudiarunt.
opinari enim te scire quod nescias non est sapientis, sed teme-
2 rarii potius ac stulti. ergo si neque sciri quicquam potest,
ut Socrates docuit, neque opinari oportet, ut Zenon, tota philo-
sophia sublata est. quid quod non tantum ab his duobus
euertitur qui philosophiae principes fuerunt, sed ab omnibus,
3 ut iam uideatur iam pridem suis armis esse confecta? in
multas sectas philosophia diuisa est et omnes uaria sentiunt.
in qua ponimus ueritatem? in omnibus certe non potest.
4 designemus quamlibet: nempe in ceteris omnibus sapientia non
erit. transeamus ad singulas: eodem modo quidquid uni dabi-
mus, ceteris auferemus. una quaeque enim secta omnes alias
euertit, ut se suaque confirmet, nec ulli alteri sapere concedit,
ne se desipere fateatur: sed sicut alias tollit, sic ipsa quoque
5 ab aliis omnibus tollitur. nihilominus enim philosophi sunt
qui eam stultitiae accusant. quamcumque laudauerisu eramque
6 dixeris, a philosophis uituperatur ut falsa. credemusne igitur
uni se suamque doctrinam laudanti an multis unius alterius
ignorantiam culpantibus? rectius sit necesse est quod plurimi
7 sentiunt quam quod unus. nemo enim de se potest recte
iudicare: quod nobilis poeta testatur:

EPITOME 1—5] c. 26, 5 s. 6 philosophiae principes] c. 26, 1. 7—15] c. 27. 1. 4.

BR^p(—14) R(a 14) HPV] 1 zenon *H*, zeno *cett.* 2 sapientia *P*¹, *corr. P*³ temerari(i) *HV* 3 ac] ac et *sic B* neque nesciri *H* 4 zenon *B*, zeno *cett.* 5 tanta *B* 6 *post* sed *s. l.* et *H* 7 ut iam] ut iam ut *B*, ut *P* *uideatur *(a? er.) B* iam *om. R, recte?* ut eam uideamus iam pridem suis armis esse confectam *Volkmannus, obseru. misc. 1872 pag. 13* 8 omnia *B* 9 ponemus *(e ex i) P*³ in] et *P*¹, *corr. P*³ 10 in] et *P*¹, *corr. P*³ 11 singula Si *H* dauimus *B* 12 omnis *RV*¹ al⟨i⟩as *B*, alias *ex* alio *P*¹? 14 *in* sed sicut *desinit R^p (fol. 59^b), ab* alias *denuo incipit R (fol. 60^a); de eis quae in fol. 59^b subscripsit is qui codicem suppleuerat recentiorem partem R^p significatam inserens, cf. Prolegomena* alio *P^ac, corr. m. 1?* 16 eam *(e in ras. ex* eti *? m. 2) V* stultiae *B* 17 credamusne *H*, credamne *P* 18 laudant *H* an] ac *B*, in *H* 20 enim *eicit Volkmannus, obseru. misc. 1872 pag. 13* recte potest *(corr. m. 2) V* 21 iu⟨di⟩icare *B* nobis *BV*¹, *ras. et s. l. corr. V*² nobilis poeta testatur] nobiles poetae statuerunt *H*

itan conparatam esse hominum naturam omnium,
aliena ut melius uideant et diiudicent
quam sua.

cum igitur omnia incerta sint, aut omnibus credendum est 8
aut nemini. si nemini, sapientes ergo non sunt, quia singuli
sapientes esse se putant, si omnibus, aeque non sunt sapientes,
quia singuli ab omnibus negantur esse sapientes. pereunt 9
igitur uniuersi hoc modo et tamquam Sparti illi poetarum sic
inuicem iugulant, ut nemo ex omnibus restet: quod eo fit, quia
gladium habent, scutum non habent. si ergo singulae sectae 10
multarum sectarum iudicio stultitiae conuincuntur, omnes igitur
uanae atque inanes reperiuntur: ita se ipsa philosophia consu-
mit et conficit. quod cum intellegeret Arcesilas Academiae 11
conditor, reprehensiones inter se omnium collegit confessionem-
que ignorantiae clarorum philosophorum armauitque se aduersus
omnes: ita constituit nouam non philosophandi philosophiam.
eo igitur auctore duo philosophiae genera esse coeperunt, unum 12
illut uetus, quod scientiam sibi uindicat, alterum nouum re-
pugnans, quod eam detrahit. in his duobus generibus uideo
discidium et quasi ciuile bellum: sapientiam, quae distrahi 13
non potest, in qua parte ponemus? si natura rerum sciri

EPITOME 7—13] c. 27, 1. 4. 13—187, 9] c. 27, 2 s.
AUCTORES 1 ss.] Terent. Heaut. III 1, 94 ss.

BRHPV] 1 itan *V cum Terent. codd. BDP*, ita *BRP cum Terent. codd. ACEF*, itane *H cum Terent. cod. G* conparata *B* 2 alienam *H*, aliena *in ras. P* et diiudicant *bis V*[1], *alterum del. et in priore* a *s. l. in* e *corr. V*[2] 3 suam *BH* 5 ⸢non⸣ *P*[3] singuli∗ *(*s *er.) B* 6 sapientes] diuersa adfirmantes sapientes *B*, sapientes *(alt.* e *ex* i *m. 2) R* se esse *H* putent *B*[1], *corr. B*[2] omnes *(*es *ex* ibus*) B*[2] non *om. V* 8 uniuers⸤i⸥ *V*[2] iamquam *V*[1] Sparti *Parrhasius*, spartiatae *C; cf. VI 10, 19* sic ⸢se⸣ *P*[2], sic (ł se) *(corr. m. 2) V* 9 iugulantur *B* 11 stultae *P* igitur *om. P* 12 ita se] ita esse *B* ipsa *H*, ipsam *cett.* filosofiam *B* filosophiaconsumit *(*c *s. l. m. 3) sic P* 13 quod] ut *H* arcesilas *R*, archēsilas *B*, archisilas *H*, archesilas *PV; insequ. quoque locis* arcesilas *R*, arches- *uel* archis- *uel* arcis- *cett.* academi∗ae *(*c *er.) B* 14 colligit *V*[1] 15 clarorum] c⟨la⟩rorum *(*te *m. 3) sic B* confilosophorum *(exp. m. 3) P* 17 e⸤o⸥ *V*[2] aucto⟨reduop⟩hil⟨o⟩sophiae *B* ⸤esse ce⸥perunt *V* 20 detrahi *(*e *ex* is *B*[2]*) BP* 21 ponimus *H*

potest, haec tironum caterua interibit; si non potest, ueterani conficientur; si pares fuerint, nihilominus peribit dux omnium philosophia, quia distracta est: nihil enim potest sine interitu
14 sibi esse contrarium. si autem ut docui nulla in homine potest esse interna et propria scientia ob fragilitatem condicionis humanae, Arcesilae manus uincit. sed ne ipse quidem stabit, quia non potest omnino nihil sciri.
1 5. Sunt enim multa quae scire nos natura ipsa et usus frequens et uitae necessitas cogit. itaque pereundum est, nisi scias quae ad uitam sint utilia, ut adpetas, quae periculosa, ut fugias
2 et uites. praeterea multa sunt quae usus inuenit. nam solis ac lunae uarii cursus et meatus siderum et ratio temporum deprehensa est, et natura corporum a medicis herbarumque uires, et ab agricolis natura terrarum nec non imbrium futurorum ac tempestatum signa collecta sunt: nulla denique ars
3 est quae non scientia constet. debuit ergo Arcesilas, si quid saperet, distinguere quae sciri possent quaeue nesciri. sed si
4 id fecisset, ipse se in populum redegisset. nam uulgus interdum plus sapit, quia tantum quantum opus est sapit. a quo si quaeras utrum sciat aliquid an nihil, dicet se scire quae
5 sciat, fatebitur nescire quae nesciat. recte ergo aliorum sustulit disciplinas, sed non recte fundauit suam. ignoratio enim rerum omnium non potest esse sapientia, cuius est scire proprium. ita cum philosophos expugnauerit ac docuerit nihil eos scire, ipse quoque nomen philosophi perdidit, quia doctrina

4 ut docui] c. 3, 2—7.

BRHPV] 2 confitentur *H* 3 sine interitu] contra interitum *H* interitu] interitu suo *edd.* 4 autem *om. H* 5 ob *om. H* 6 ipsa *P, recte?* 8 natura] et natura *R* 9 e⟨st⟩ *B* 10 si⟨nt⟩ *B, om. V* p⟨ericu⟩losa *B* periculosa ut] periculosa sunt aut *H* 11 p⟨raete⟩rea *B* qua⟨cususin⟩uenit *B* s⟨olisaclunaeuarii⟩ *B* 13 deprehensa est] a nautis *uel simile aliquid intercidisse existimo; cf. tamen II 13, 10* 14 n⌜ec⌝ B^3 15 pars *R* 16 inscientia *(exp. m. 3) B* debuit *om. P* si *add.* B^2 17 sapere⌜t⌝ B^2, sapuit *H* distingueret *P* possint *P* 18 redigisset V^1 19 quantum *in mg. V* 20 an nihil] anni . Nil *H* dicit *BP* 21 fatebitur — nesciat *s. l.* P^2 se nescire *edd.* 22 disciplinā *H* sua⌜m⌝ B^3 ignoratiōnē *(exp. m. 3) B,* ignorantia *P* 23 sapientia, *alt.* a *del. m. 3 P* 25 quo*que (d *er.) H*

eius est nihil sciri. nam qui alios reprehendit, quod nesciant, 6
ipse debet sciens esse: cum autem nihil sciat, quae peruersitas
quaeue insolentia est ob id ipsum se philosophum constituere
propter quod ceteros tollat? possunt enim sic respondere:
'si nihil nos scire conuincis et ideo non esse sapientes, quia 7
nihil sciamus, ergo ne tu quidem sapiens es, quia te quoque
confiteris nihil scire.' quid ergo promouit Arcesilas nisi quod 8
confectis omnibus philosophis se quoque ipsum eodem mucrone
transfixit?

6. Nusquamne igitur sapientia est? immo uero inter ipsos 1
fuit, sed nemo uidit. alii putauerunt posse sciri omnia: sapientes utique non fuerunt; alii nihil: ne hi quidem sapientes fuerunt: illi, quia plus homini dederunt, hi, quia minus; utrisque
in utramque partem modus defuit. ubi ergo sapientia est? 2
ut neque omnia scire te putes, quod est dei, neque omnia nescire, quod pecudis. est enim aliquid medium quod sit hominis, id est scientia cum ignoratione coniuncta et temperata.
scientia in nobis ab animo est, qui oritur e caelo, ignoratio a 3
corpore, quod ex terra; unde nobis et cum deo et cum animalibus est aliqua communitas. ita quoniam ex his duobus 4
constamus elementis, quorum alterum luce praeditum est, alterum tenebris, pars nobis data est scientiae, pars ignorantiae. per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licet: nam illi omnes qui se in alteram partem inclinauerunt, aut dextro aut sinistro uersùs ceciderunt. utraque autem pars

BRHPV] 1 est *om. H* scire (i s. l.) *(corr. m. 3) P,* scire *RHV,* ⟨s⟩cire *B* nam] non *H* quia *H,* qui∗ *(a er.) V* repraehen⟨dit⟩ *B* nesciat *ut uid. B* 2 sci⟨ens⟩ *B* ⟨ess⟩e *B* ⟨ni⟩hil *B* sciat] faciat *H* ⟨quaeperuersitas⟩ *B* 5 con∗icis *(u ? er.) B* 6 quo∗que *(d er.) H* confiteris quo⌜q.⌝ *(q. m. 3 ?) P* 7 promouet *P* 8 ⌜con⌝fectis B^2 philophis *B* se∗ *(d er.) H* 11 sciri *(alt.* i *ex* e *m. 3) P* sapientes] hi sapientes *edd.* 12 hi *om. H* ḍẹsapientes *(exp. m. 1 ?) P* fuerunt *om. H* 13 hii *H* 14 utram (ł q; s. l.) *(corr. m. 2) V* parte⟨m⟩ *B* ibi *(i ras. ex* u*) R* 15 om⟨nia⟩ *B* ⌜te⌝ V^2 de⟨i⟩ *B* 16 ⟨aliquidm⟩edium *B* h⟨o⟩mini⟨si⟩d *B* 17 ign⟨ora⟩tione *B* temper⟨a⟩ta *B* 18 ⟨n⟩obis *B* qui⌜a⌝ B^3 oritu⟨re⟩ *B* ⌜e⌝ P^3, æ *V* 19 c⟨orpor⟩e *B* quod] qui *R* ex] est ex *edd.* 20 iis *R* 22 *post* tenebris *s. l.* pressum *add.* P^3 pars — scientiae *om. P* 24 inclinauerant *P* 25 uersum *V*

5 quomodo errauerit dicam. Academici contra physicos ex rebus
obscuris argumentati sunt nullam esse scientiam et exemplis
paucarum rerum inconprehensibilium contenti amplexi sunt
ignorantiam, tamquam scientiam totam sustulissent, quia in
6 parte sustulerant. physici contra ex iis quae aperta sunt ar-
gumentum trahebant ⟨omnia⟩ sciri posse contentique perspicuis
retinebant scientiam, tamquam totam defendissent, quia ex parte
defenderant. ita neque hi clara neque illi obscura uiderunt,
sed utrique dum solam scientiam consertis manibus uel reti-
nent uel eripiunt, non uiderunt in medio constitutam forem,
7 quae illos ad sapientiam transmitteret. uerum Arcesilas igno-
rantiae magister cum Zenoni obtrectaret principi Stoicorum, ut
totam philosophiam euerteret, auctore Socrate suscepit hanc
8 sententiam, ut adfirmaret sciri nihil posse. itaque coarguit
existimationem philosophorum, qui putassent ingeniis suis eru-
tam esse atque inuentam ueritatem. uidelicet quia mortalis
fuerat illa sapientia paucisque ante temporibus instituta ad
summum iam incrementum peruenerat, ut iam necessario conse-
nesceret ac periret, extitit repente Academia tamquam senectus
9 philosophiae, quae illam conficeret iam deflorescentem, recte-
que Arcesilas uidit adrogantes uel potius stultos esse qui
10 putent scientiam ueritatis coniectura posse conprehendi. sed
tamen falsa dicentem redarguere non potest nisi qui scierit
ante quid uerum sit. quod Arcesilas ueritate non cognita facere
conatus introduxit genus philosophiae asystatum, quod latine

EPITOME 1—11] c. 27, 1 at — labat.

BRHPV] 1 errauerunt *H* ex *ex* & *P* 2 esse *om. H* et *om. H* 3 et inconpraehensilium *(a del. m. 3) B* 5 partes *P* sustulerunt *B* iis *R*, his *cett.* 6 omnia sciri *edd., cf. § 1. 20;* sciri *C, nisi quod* scire B^1, *corr.* B^3 7 **scientiam *B* 8 defenderunt *B* itaque *R* hii *P* 9 ut⸢r⸣ique *B*, utrimque *H* consectis V^{ac} 10 forem V^1, *s. l.* ł portã *add.* V^2, fore *cett.;* constitutum pontem qui *conl. § 4 Volkmannus, obseru. miscell. 1872, pag. 13* 13 auctorem *B* 14 nihil sciri *B* posset *V* 15 aestimationem *B* erutam] seruatam *H* 16 uerita⸢te⸣m B^2 m**ortalis *(ai er.) H* 18 ⸢ut⸣ B^3 iam] etiam *H* necessaria *H* 19 ⸢senectus⸣ H^2 20 recte *H* 21 stultos se V^1, *supra* se *add.* ł esse V^2 22 putant *HP* cõ|praehendi *B*, compre⸢he⸣ndi R^2 24 quod] ut *H* 25 a*systatum *ex* ausustutum *ut uid.* B^3, ἀσύστατον *edd., sed cf. § 13* asystati

instabile uel inconstans possumus dicere. ut enim nihil scien- 11
dum sit, aliquid sciri necesse est: nam si nihil omnino scias,
id ipsum, sciri nihil posse, tolletur. ita qui uelut sententiae 12
loco pronuntiat nihil sciri, tamquam perceptum profitetur et
cognitum: ergo aliquid sciri potest. huic simile est illut quod 13
in scholis proponi solet in asystati generis exemplum, somniasse
quendam ne somniis crederet. si enim crediderit, tum sequetur
ut non sit credendum, si autem non crediderit, tum sequetur
ut credendum sit. ita si nihil sciri potest, necesse est id 14
ipsum sciri, quod nihil sciatur, si autem scitur non posse sciri,
falsum est ergo quod dicitur nihil sciri posse. sic inducitur
dogma sibi ipsi repugnans seque dissoluens. sed homo uer- 15
sutus ceteris philosophis scientiam uoluit eripere, ut eam domi
absconderet — nam sibi illam profecto non adimit qui aliquid
adfirmat, ut ceteris adimat —: sed nihil agit; apparet enim ac
furem suum prodit. quanto faceret sapientius ac uerius, 16
si exceptione facta diceret causas rationesque dumtaxat rerum
caelestium seu naturalium quia sunt abditae nec sciri posse,
quia nullus doceat, nec quaeri oportere, quia inueniri quae-
rendo non possint. qua exceptione interposita et physicos ad- 17
monuisset, ne quaererent ea quae modum excederent cogita-
tionis humanae, et se ipsum calumniae inuidia liberasset et
nobis certe dedisset aliquid quod sequeremur. nunc autem 18

B(G)HRPV] 1 nihil] nihil sciri posse *B ex 3* 2 aliquod R^1 scire *HP* omni *H* 3 ita qui *PV*, itaqu'e'id B^2, itaque *RH*, itaque qui *edd.* 4 praeceptum B^1, *corr.* B^3, perceptum *(alt.* p *ex* r *m. 2) V* profiteretur *B* 5 scire *H* est *om. B* quod] quod philosophis *H* 6 scolis *HP* asystat i* (n *er.) H*, asystita V^{ac} ^{s}*omniasse (i *? er.) B* 7 somnis *H* sequitur *BHV* 8 non sit credendum] non crede'n'dum (n *m. 2)* sit *H*, credendum non *P* si autem — credendum sit *om. BH, eadem uerba cum insequenti* ita *om. P* tunc *BH, om. P* sequetur *V*, sequitur *BRH, om. P* 10 scitur] sci*tur (a *er.) H* non posse] posse nihil *edd.* 11 quo'd' (d *m. 1 ?)* di(ci)tur *P* 12 dicam *ut uid.* B^1, dogma *in ras. corr.* B^3, digma V^1 ipsum BR^{ac} *(ras. corr.) H* seque* (a *? er.) V* 14 *ab* A[b]sc[on]⟨deret⟩ *incipit codicis G pag. 45 (166) ter scripta, cuius in uerss. 1. 2 perpauca legebantur* ademit *H* 15 *an* enim ⟨illa⟩ *?* ac — prodit *om. P* 16 furorem *BR* sapientius ac] hoc *H* 18 ne(c) H^2, ne *V* 19 nullum *B* 20 possunt *BH* quae $B^{ar}P^1$, e *eras. in B*, e *del.* P^3 21 nec *H* quae're'rent P^3 modum] admodum *H* cogitationis* (i *er.) B*

cum ab aliis sequendis nos retraxerit, ne uelimus plus scire
19 quam possumus, non minus a se quoque ipso retraxit. quis
enim uelit laborare, ne quicquam sciat, aut eiusmodi suscipere
doctrinam, ut etiam communem scientiam perdat? quae si
doctrina est, scientia constet necesse est, si non est, quis tam
stultus, ut discendum id putet in quo aut nihil discitur aut
20 etiam dediscitur? quare si neque omnia sciri possunt, quod
physici putauerunt, neque nihil, quod Academici, philosophia
omnis extincta est.
1 7. Transeamus nunc ad alteram philosophiae partem quam
ipsi moralem uocant, in qua totius philosophiae ratio continetur, siquidem in illa physica sola oblectatio est, in hac etiam
2 utilitas. et quoniam in disponendo uitae statu formandisque
moribus periculo maiore peccatur, maiorem diligentiam necesse
3 est adhiberi, ut sciamus quomodo nos oporteat uiuere. illic
potest uenia concedi, quia siue aliquid dicunt, nihil prosunt,
siue delirant, nihil nocent, hic uero nullus discidio, nullus errori locus est. unum sentire omnes oportet ipsamque philosophiam uno quasi ore praecipere, quia si quid fuerit erratum,
4 uita omnis euertitur. in illa priore parte ut periculi minus,
ita plus difficultatis est, quod obscura rerum ratio cogit diuersa
et uaria sentire, hic ut plus periculi est, ita minus difficultatis,

EPITOME 10—191, 3] c. 27, 5. c. 7] c. 28, 13 s.

B(G)RHPV] 1 relaxerit *V* 2 pissimus (o *s. l.*) *(corr. m. 2) H* quodque *H* retraxerit *HP* 3 nec *H* ⌜a⌝ut V^2 4 eti⟨a⟩m *B* ł per dat *(corr. m. 2) V* 5 scientiam *P* 6 stultum V^1, *ras. et s. l. corr.* V^2 putet] et ut V^1 aut *om. H* discitur] scitur H^1 7 sciri *(alt.* i *ex* e *m. 3) P* 8 putauerunt] potuerunt H^1 10 ⌜pa⌝tem (r *s. l.*) P^2 11 mortalem (ł ra *s. l.*) *(corr. m. 2) V* 12 *pr.* in *om. H* oblec⌜ta⌝tio R^2 haec RV^1, e *del.* V^2 13 *a* Ta[s]⟨et⟩ quoniam *incipit codicis G pag. 46 (165) ter scripta, cuius in uerss. 1—16 pleraque legebantur* 15 adhibere B^1 *(corr.* B^3*) HP* uidere V^1 illuc *V*; illic enim *edd.* 16 conce*di *H* ˌproˌsunt *P* 17 delirant (e *ex* i *m. 3) P* nocens V^1 discidio nullus *intercidisse in G spatiis et uestigiis litterarum indicatur,* dissidio *R,* discid⌜i⌝o V^2 20 omnis euertitur] omeuertitur (ł omnis *s. l.*) *(corr. m. 2) V* 21 diuerse P^{ac} 22 sentiri *(alt.* i *ex* e*)* B^3 hic ut] in hac sicut *H* ita *om. P*

quod usus ipse rerum et cottidiana experimenta possunt docere
quid sit melius et uerius. uideamus ergo utrumne consen- 5
tiant aut quid nobis adferant, quo rectius uita degatur. non 6
necesse est omnia circumire, unum eligamus ac potissimum,
quod est summum ac principale, in quo totius sapientiae cardo
uersatur. Epicurus summum bonum in uoluptate animi esse 7
censet, Aristippus in uoluptate corporis; Callipho et Dinomachus honestatem cum uoluptate iunxerunt. Diodorus in priuatione doloris summum bonum posuit, Hieronymus in non dolendo, Peripatetici autem in bonis animi et corporis et fortunae.
Herilli summum bonum est scientia, Zenonis, cum natura con- 8
gruenter uiuere, quorundam Stoicorum, uirtutem sequi. Aristoteles in honestate ac uirtute summum bonum conlocauit.
hae sunt fere omnes omnium sententiae. in tanta diuersitate 9
quem sequimur? cui credimus? par est in omnibus auctoritas. si eligere possumus quod est melius, iam non est nobis philosophia necessaria, quia sapientes iam sumus qui de sapientium

EPITOME 3—6] c. 28, 1. 13 (cardine). 6 Epicurus] c. 28, 6. 7 Aristippus] c. 28, 3. Callipho et Dinomachus] c. 28, 7. 8 s. Diodorus, Hieronymus] c. 28, 4. 10 Peripatetici] c. 28, 8. 11 Herilli] c. 28, 11. Zenonis] c. 28, 5. 12 Stoicorum] c. 28, 9. Aristoteles] c. 28, 10.

AUCTORES § 7 s.] cf. Cic. Acad. II 42, 129. 131; Tusc. V 30, 84 s. 6 s. (Epicurus)] cf. ad frg. 452 (pag. 294, 14).

B(G)RHPV] 1 co*tidiana *(t er.) B*, cotidiana *HPV* 2 quod *BV* 3 aut] ad V^1, *s. l.* ł aut V^2 de//////gatur (ł iri *corr. m. 2) V* 4 unum] cum unum *BR* 5 ac *om. H* in quo] quod P^1, d *del.* P^3 6 uertatur *Hartelius* uoluntate *H* esse* *V* 7 aristipus *(pr.* i *ex* e *m. 3 ?) P* uoluntate *H* callifo *(alt.* l *in ras. ex* d *? m. 3) B*, callifon *H* Dinomachus] dinomachus curenaici *H* 9 ponit *H* ieronymus *BP*, Hiergonymus *V* 11 herilli *H*, eriilli *ut uid.* B^1, eri**li^s B^3, erili⌜s⌝ R^2, erillis *P*, Erilli *V* est] in, *sed nunc eras. B*, esse *P* scientiā *(~ m. 3) B*, scientiam *R (sed ante s. l.* secundum *add.* R^2*) P*, sapientia V^1, *ras. et s. l. corr.* V^2 zenon *B* 12 *a* ⟨Ue⟩[ra]⟨quor⟩[u]ndam *incipit codicis G pag. 47 (156) ter scripta, cuius in uerss. 1. 2 pleraque legebantur* quorumdam *B* stoic*orum *(i er.) B* uirtutem P^1, m *del.* P^3 14 haec P^1 *(c del.* P^3*) V* omnes *om. V, fort. recte; cf. Minuc. Fel. c. 20, 1* exposui opiniones omnium ferme philosophorum ominium *(pr.* i *exp. et alt.* i *inseruit m. 3) P* sentententiae *P* 15 sequemur *et* credemus *Heumannus* cui *(c ras. ex* q*) V* ominibus *R* 16 iam *om. H* 17 ne⌜ce⌝ssaria H^2 sententiis sapientium *H* ⌞sapi⌟entium *V*

10 sententiis iudicemus. cum uero discendae sapientiae causa ueniamus, qui possumus iudicare qui nondum sapere coeperimus, maxime cum praesto adsit Academicus, qui nos pallio retrahat ac uetet cuiquam credere nec tamen ipse adferat quod sequamur?

1 8. Quid ergo superest nisi ut omissis litigatoribus furiosis ac pertinacibus ueniamus ad iudicem, illum scilicet datorem simplicis et quietae sapientiae, quae non tantum formare nos et inducere in uiam possit, uerum etiam de controuersiis istorum
2 ferre sententiam? haec nos docet quod sit hominis uerum ac summum bonum. de quo priusquam dicere incipiam, illae omnes sententiae refellendae sunt, ut appareat neminem illorum fuisse sapientem.

3 Cum de officio hominis agatur, oportet summum summi animalis bonum in eo constitui, quod commune cum ceteris
4 animalibus esse non possit. sed ut feris dentes, armentis cornua, uolucribus pinnae propria sunt, sic homini aliquid suum debet adscribi sine quo rationem suae condicionis amittat. nam quod uiuendi aut generandi causa datum est omnibus, est quidem bonum naturale, summum tamen non est, nisi
5 quod est uni cuique generi proprium. sapiens ergo non fuit

EPITOME 14—16] c. 28, 1 cum de — pertineat. 21—193, 2] c. 28, 6 (Epicurus).

AUCTORES § 5] cf. ad frg. 452 Epicuri (pag. 294, 16).

B(G)RHPV] 1 iudicamus *H*, iudicemur *V*[1] discenda⸢e⸣ *B*[3] 2 *supra* qui *add.* ł quomodo *m. post. R*, quid *V* coeperimus sapere *B* coepimus *P* 3 adsit Academicus *om. P* 4 ac uetet] acuet et (ł uetet) *(corr. m. 2) V* quid *H* 6 ut *om. P* omissis] obuias his *B* furiosis *om. H* 7 ueniamus] manus demus ueniamus *B* 8 quae *C*, qui *edd., sed cf. ad 10* 9 et] ac *R* controuersis eorum efferre *H* 10 haec *C*, hic *edd., sed cf. c. 11, 3* quid *H edd. (sed cf. c. 12, 14)*, quid (o) *V* 11 de *om. H* dicere *om. H* incipiam *B*, incipio (am) *(corr. m. al.) R*, incipio *HPV*, *recte?* illa (orum) *(sic corr. m. 3) P* 12 appareant *V* 13 fuis⸢se⸣ s⸤apient⸥em *V* 14 agatur *om. V*[1], *in mg.* ł agitur *V*[2] 17 pennae *(pr.* e *ex* i*) R*[2] propriae *H* ⸢h⸣omini *B*[2], hominis *R*, ⸢h⸣omini *(*h *add. et* ni *in ras. m. 3) P* summum *R* suum aliquid *H* 18 quo *om. V* (o) mittam (t) *(sic corr. 3) P* *hinc fere incepit codicis G pag. 48 (155) ter scripta, in qua nihil agnosci poterat*

qui summum bonum credidit animi uoluptatem, quoniam siue
illa securitas siue gaudium est, communis est omnibus. Ari- 6
stippo ne respondendum quidem duco, quem semper in corporis uoluptates ruentem nihilque aliut quam uentri et Veneri seruientem nemini dubium est hominem non fuisse. sic enim uixit, ut nihil inter eum pecudemque distaret nisi unum, quod
loquebatur. quodsi asino aut sui aut cani facultas loquendi 7
tribuatur quaerasque ab iis quid sibi uelint, cum feminas tam rabide consectantur, ut uix diuelli queant, cibos etiam potumque neglegant, cur aut alios mares uiolenter abigant aut ne uicti quidem absistant, sed a fortioribus saepe contriti eo magis insectentur, cur nec imbres nec frigora pertimescant, laborem suscipiant, periculum non recusent, quid aliut respondebunt nisi summum bonum esse corporis uoluptatem? eam se adpetere, ut adficiantur suauissimis sensibus eosque esse tanti, ut adsequendorum causa nec laborem sibi ullum nec uulnera
nec mortem ipsam recusandam putent. ab hisne igitur prae- 8
cepta uiuendi petemus, qui hoc idem sentiunt quod animae
rationis expertes? aiunt Cyrenaici uirtutem ipsam ex eo esse 9
laudandam, quod sit efficiens uoluptatis. 'uero' inquit obscenus canis aut sus ille lutulentus; 'nam ideo cum aduersario

EPITOME 2—194, 4] c. 28, 3.

AUCTORES 20 s. obscenus — lutulentus] cf. Verg. Georg. I 470 et Hor. ep. II 2, 75.

BRHPV] 2 illas *V* commune *B* e⌜s⌝t *B* 3 ni *ex* ne *(sic)* B^2 in *om. V* 4 tuentem *(pr.* t *in ras. ex* r*)* V^2 nihil *BV* 6 uixi⌜t⌝ V^2 7 sui* (s *er.) V* 8 quaeres (a s. l.) *(corr. m. 2)* quae *V* iis *R*, his *cett.* uellint *P* 9 rapide *H* 10 neclegant *HP* cura‿ut *(‿ m. 2) V* *alt.* aut (a *add. m. 3) P* 11 contriti] coneo *P* 12 cur *om. V* imbres *(*i *ras. ex* u*) V* 14 bonum *om.* B^1, *s. l. post* summum *add.* B^2, *tum exters. et post* esse *s. l. iterum add. eadem man.* apparet (ł etere s. l.) *(corr. m. 2) V* 15 saeuissime *ut uid.* B^1, suauissimis *in ras. corr.* B^3, suauissimi⌜s⌝ V^2 tanti esse *B* 17 iisne *R fort. recte,* hiisne *P* praecepta] praecepta dari *B* 18 putemus V^1 idem] quidem *H* *an* animantes? 19 aiunt] dicunt V^1, *s. l. et ras. corr.* V^2 cyrenei *H* ⌜ipsam⌝ P^2 20 sit *om. R, post* uoluptatis *s. l. add.* R^2 effigies *P* *ante* uero *s. l.* non P^3 uerum *H,* uero (c s. l.) *(corr. m. 2) V* inquid *B, sic saepius* 21 aut] et *H* sus (exp.) *B*

summa uirium contentione depugno, ut uirtus mea pariat mihi
10 uoluptatem, cuius expers sim necesse est, si uictus abscessero'.
ab his ergo sapere discamus, quos a pecudibus ac beluis non
sententia, sed lingua discernit? priuationem doloris summum
bonum putare non plane Peripateticorum aut Stoicorum, sed
11 clinicorum philosophorum est. quis enim non intellegat ab
aegrotis et in aliquo dolore positis esse hoc disputatum? quid
tam ridiculum quam id habere pro summo bono, quod medicus
possit dare? dolendum est ergo, ut fruamur bono, et quidem
12 grauiter ac saepe, ut sit postea non dolere iucundius. miser-
rimus est igitur qui numquam doluit, quia bono caret: quem
13 nos felicissimum putabamus, quia malo caruit. ab hac uani-
tate non longe afuit qui omnino nihil dolere summum bonum
dixit. nam praeter quod omne animal doloris est fugiens, quis
potest sibi hoc bonum praestare, quod nobis ut eueniat, nihil
14 aliut possumus quam optare? summum autem bonum non
potest efficere quemquam beatum, nisi semper fuerit in ipsius
potestate: hoc autem non uirtus homini, non doctrina, non
15 labor, sed natura ipsa cunctis animantibus praestat. qui uolup-
tatem cum honestate iunxerunt, communionem hanc effugere
uoluerunt, sed effecerunt repugnans bonum, quoniam qui uo-
luptati deditus est, honestate careat necesse est, qui honestati
16 studet, uoluptate. Peripateticorum bonum nimium multiplex et

EPITOME 12—19 (natura . . . praestat)] c. 28, 4. 19—23] cf. c. 28, 7. 23—195, 9] c. 28, 8.

AUCTORES 4—9] cf. ad frg. 419 Epicuri (p. 282, 22). 5 s.] cf. Cyprian. epist. LXVIIII 16 (p. 765, 18): utrumne clinici an Peripatetici.

BRHPV] 1 pareat B^1, *corr.* B^3 2 expres B^1, *ras. et s. l. corr.* B^2, exper⸢s⸣ V^2 3 discemus *P* 5 peripaticorum *B* 6 philosophorum *eicit Buenemannus* 7 hoc *om. R, in mg. add. V* 8 qu⸤od⸥ P^3 me⸤di⸥cus H^2 10 dolore BR^1H^{ac} *(ras. corr.)* V^1 iucundius (o *m. 2) V* 11 num⸢quam⸣ B^2 12 haec *V* 13 dolore BR^1H^1 *(alt.* o *in* e *corr.* H^2*)* dorore, *in mg.* ł dolore *V* 14 praeterquam quod *Heumannus* e⟨s⟩t *B* qui *H* 15 quod] quam *H* ueniat *B*, non eueniat *H* 16 obtare *HV* 17 bea⸤tũ⸥ *V* in *s. l.* P^2, *in mg. V* 18 *pr.* ⸢non⸣ P^2 19 animalibus *H* quo *B* uoluptatem (p *ex* n *m. 2) V* 20 ho∗∗nestate (mi *er.) H* 21 sed et fecerunt *V* uoluntati *V* 22 deditus — Peripateticorum *om. R* 23 bonum] quorum bonum *R* multiplixet (e *s. l. et* x *ex* c *m. 2) V*

exceptis animi bonis, quae ipsa quae sint magna contentio
est, commune cum beluis potest uideri. nam corporis bona 17
id est incolumitas indolentia ualetudo non minus sunt mutis
quam homini necessaria ac nescio an etiam magis, quia homo
et medellis et ministeriis subleuari potest, muta non possunt.
item, quae appellant fortunae bona: nam sicut homini opibus 18
ad uitam tuendam, sic illis praeda et pabulis opus est. ita 19
inducendo bonum quod non sit in hominis potestate, totum
hominem alienae dicioni subiugauerunt. audiamus etiam Ze- 20
nonem: nam is interdum uirtutem somniat. 'summum' inquit
'est bonum cum natura consentanee uiuere.' beluarum igitur
nobis more uiuendum est. nam quae abesse debent ab ho- 21
mine, in his omnia deprehenduntur: uoluptates adpetunt, me-
tuunt fallunt insidiantur occidunt et, quod ad rem maxime
attinet, deum nesciunt. quid ergo me docet ut uiuam secun- 22
dum naturam, quae ipsa in deterius prona est et quibusdam
blandimentis lenioribus in uitia praecipitat? uel si aliam 23
mutorum, aliam hominis dicit esse naturam, quod homo ad
uirtutem sit genitus, nonnihil hoc, sed tamen non erit definitio
summi boni, quia nullum est animal quod non secundum na-
turam suam uiuat. qui scientiam summum bonum fecit, ali- 24
quid homini proprium dedit, sed scientiam alterius rei gratia
homines adpetunt, non propter ipsam. quis enim scire con- 25
tentus est non expetens aliquem fructum scientiae? artes ideo

EPITOME 9—21] c. 28, 5. 21—197, 10] c. 28, 11 s.

BRHPV] 1 excepti *B* 2 bona] uana *B* 3 incolomitas V^1 ualitudo *PV* 4 ac] an *B, om. H* 5 med^{e}ullis *B*, medellis *R*, mede*lis (l *er.) H*, medelis *P*, medeḷlis *V* subleuare *V* 6 qui *H* fortunae] fortitudinis *H* bonum *H*, bona* *P* nam *om. H* sicuti *B* 8 indocendo *B* quo⸢d⸣ R^2 quod non sit] sit V^1, *s. l.* ł situm V^2 totum] bonum *R* 9 alienae *(*ae *ex* a *m. 2) R* dicionis *R* subiugarunt *H*, subiugauerint *V* 10 his HP^{ar} 11 consentanae *H* 12 namq: *(om.* quae*) H* 13 iis *R*, hiis P^1, h *del.* P^3 omnibus *V* ⸢me^{v}tunt⸣ P^2 14 fallunt *om. R* quo^{d}darem *V* 15 m⸤e⸥ V^2 17 lenioribus *(*n *in ras. ex* u *? m. 3) B* si *om. V* 19 hoc *V*, dicit *cett.* 20 quia] quoniam *R*, qua *V* 21 ⸢fecit⸣ P^2 aliquid *(*d *ex* t*)* B^3, *sic saepius* 22 dedit] fecit B^1, *corr.* B^3 24 artes] unius *B*, partes P^1, p *del.* P^2

discuntur ut exerceantur, exercentur autem uel ad subsidia
uitae uel ad uoluptatem uel ad gloriam. non est igitur sum-
26 mum bonum quod non propter se expetitur. quid ergo inter-
est utrum scientiam summum bonum putemus an illa ipsa,
quae scientia ex se parit id est uictum gloriam uoluptatem?
quae non sunt homini propria et ideo ne summa quidem bona:
nam uoluptatis et uictus adpetentia non homini solum, sed
27 etiam mutis inest. quid cupiditas gloriae? nonne in equis
deprehenditur, cum uictores exultant, uicti dolent?

tantus amor laudum, tantae est uictoria curae.

nec inmerito summus poeta experiendum esse ait,

et quis cuique dolor uicto, quae gloria palmae.

quodsi ea quae parit scientia communia sunt cum aliis ani-
28 malibus, non est ergo summum bonum scientia. praeterea
non mediocre huius definitionis est uitium, quod scientia nude
ponitur. incipient enim beati omnes uideri qui artem aliquam
scierint, immo uero qui et res malas scierint, ut tam beatus
29 sit qui uenena didicerit temperare quam qui mederi. quaero
igitur ad quam rem scientia referenda sit. si ad causas rerum
naturalium, quae beatitudo mihi erit proposita, si sciero unde
Nilus oriatur uel quidquid de caelo physici delirant? quid quod
earum rerum non est scientia, sed opinatio, quae pro ingeniis

AUCTORES 10. 12] Verg. Georg. III 112. 102.

BRHPV] 1 *alt.* exerce*ntur *(*a *er.) H,* ⌜exercen⌝tur $P^{3?}$ 4 utrum] uerum B^1, *corr.* B^3 5 scientia quae *H* scientia] sapientiam P^1, m *del.* $P^{3?}$ 6 et *om. H* summae *(*ae *ex* a*)* R^2 quidem *om. H* 7 uoluptates *H* adpenitentia (p *s. l. m. 3,* ni *exp. m. 1) P* 8 quid] quo id *(exp. m. 2) V* 9 exultent V^1 10 tantae est P^{ac} *(alt.* a *in* tantae *del.* $P^{3?}$*) cum codd. Verg.*, tantae B^1 *(*tantae⌜st⌝ B^3*) RV,* tanta est *H* 11 nec inmerito — palmae *om.* B^1, nec inmerito *post* curae *et* summus — palmae *in mg. inf. add.* B^3 experiundum *H* 12 et] ei *V* uictor *H* qu⌜a⌝e *B (i. e.* B^3*)* 13 pariunt scientiam *P* sunt *om. V* 14 scientiam *H* praeterea] praestare *H* 15 ui⌜ti⌝um P^3 nud*e *(*a *er.) B,* nudae *H,* nuda *P* 16 incipiunt PV^{ac}, *ras. et s. l. corr.* beati omnes] beatiores *P* 17 malis V^1 beatum (l tus *corr. m. 2) V* 18 temporare *V* qui* *(*d *er.) B* me⌜de⌝ri B^3 19 scientiam *H* 21 Nilus] nihil usui *B* oritur *H* quidquid] quid *B* 22 ⌜rerum⌝ B^3 quae *om. P* opinio *V* ingeniis *(alt.* i *ex* t *m. 3) P*

uaria est? restat ut scientia bonorum ac malorum summum 30
bonum sit. cur ergo scientiam maluit quam ipsam sapientiam
summum bonum dicere, cum sit utriusque significatio et uis
eadem? nemo tamen usque adhuc summum bonum dixit esse
sapientiam, quod melius dici potuit. nam scientia parum est 31
ad bonum suscipiendum malumque fugiendum, nisi accedat
et uirtus. multi enim philosophorum cum de bonis malisque
dissererent, aliter tamen quam loquebantur natura cogente ui-
xerunt, quia uirtute caruerunt. uirtus autem cum scientia
coniuncta sapientia est. superest ut eos etiam refellamus, 32
qui uirtutem ipsam summum bonum putauerunt, in qua opi-
nione etiam Marcus Tullius fuit: in quo multum inconsiderati
fuerunt. non enim uirtus ipsa est summum bonum, sed effec-
trix et mater est summi boni, quoniam perueniri ad illut sine
uirtute non potest. utrumque intellectu facile est. quaero 33
enim utrumne ad praeclarum illut bonum facile perueniri pu-
tent an cum difficultate ac labore? expediant acumen suum
erroremque defendant. si facile ad illut ac sine ullo labore 34
perueniri potest, summum bonum non est. quid enim nos cru-
ciemus, quid conficiamus enitendo diebus ac noctibus, quando-
quidem tam in promptu id quod quaerimus iacet, ut illut quilibet
sine ulla contentione animi comprehendat? sed si commune 35
quoque ac mediocre quodlibet bonum non nisi labore adsequi-
mur, quoniam bonorum natura in arduo posita est, malorum
in praecipiti, summo igitur labore summum bonum adsequi

EPITOME 10—198, 12] c. 28, 9.

BRHPV] 1 uaria — ut scientia *om. P* scientiam *H* 2 sit *om. P* 3 utriusqu*e (t *in ras. ex* e *? m. 3,* a *er.) B* 5 quod] quam *H* dici] dicire (e *s. l. m. 2) R* scientia* (m *er.) R* 7 *a* filosophorum *(sic) usque ad* iacet *(21) multa euanuerunt in B (fol. 60^b), quae restituit m. 3* 8 dixerunt *H* 10 supe⌊r⌋est B^3 11 ṙeputarunt *(exp. m. 2 ?) B* opinione *ex* opinatione H^2 12 qua *H* 14 ⌜et⌝ B^3P^2 peruenire V^{ac} ad illut — facile perueniri *(16) om. R* 16 enim *om. P* ad — bonum *om. P* perueniri *(alt.* i *ras. ex* e*) V* 18 defendãt *(m. 2) V* si] sed si *B* ullo] illo V^1 19 quin B^1, *corr.* B^3 enim (e *ex* i *et* ni *ex 2 litt. incert. m. 2) B* cruciemus] erudiemus *ut uid.* B^1, *quod renouauit* B^3 20 qui⌜d⌝ V^2 ac] et *H* 22 cõ|prehendat *B* si *om.* HV^1 communione V^1 23 quodque *H* quolibet *H,* quo⌜d⌝libet *P* 25 praecipitio *H*

necesse est. quod si est uerissimum, ergo altera uirtute opus
est, ut perueniamus ad eam uirtutem quae dicitur summum
bonum: quod est incongruens et absurdum, ut uirtus per se
36 ipsam perueniat ad se ipsam. si non potest ad ullum bonum
nisi per laborem perueniri, apparet uirtutem esse per quam
perueniatur, quoniam in suscipiendis ac perferendis laboribus
uis officiumque uirtutis est. ergo summum bonum non potest
37 esse id per quod necesse est ad aliut perueniri. sed illi cum
ignorarent quid efficeret uirtus aut quo tenderet, honestius
autem nihil reperirent, substiterunt in ipsius uirtutis nomine,
quam nullo proposito emolumento adpetendam esse dixerunt,
38 ut bonum sibi constituerent quod bono indigeret. Aristoteles
ab his non longe recessit, qui uirtutem cum honestate summum bonum putauit: quasi possit ulla esse uirtus inhonesta
39 ac non, si quid habuerit turpitudinis, uirtus esse desinat. sed
uidit fieri posse ut de uirtute prauo iudicio male sentiatur, et
ideo existimationi hominum seruiendum putauit: quod qui faciat,
a recto bonoque discedet, quia non est in nostra potestate ut
uirtus pro suis meritis honestetur. nam quid est honestas
nisi honor perpetuus ad aliquem secundo populi rumore dela-
40 tus? quid ergo fiet, si errore ac prauitate hominum mala
existimatio subsequatur? abiciemusne uirtutem, quia flagitiosa
41 et turpis ab insipientibus iudicetur? quae quoniam inuidia

EPITOME 12—199, 4] c. 28, 10.

BRHPV] 3 quod] quod si *BRH, sed idem* quod si *pro* quod *p. 200, 1* adsurdum V^1 ut *ex* et *P* uirtutibus *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^3 uirtus — perueniat] uirtus tendat per se *P* 4 se] semet *B* ⌜si⌝ *B* 5 ⌞ap⌟paret B^2 per quam *om.* V^1, *s. l.* si *add.* V^2 6 *ante* quoniam *s. l.* ł et V^2 7 uis] uirtus *B, om. V* officiumqu*e *(a er.) B*, officium* *(q. er.) V* ergo *om. V* bonum *om. H* 9 tenderent *V* 10 subsistiterunt *sic B*, subs*titerunt *V* uirtutis *om. V* 11 *post* proposito *s. l.* et B^3 12 ut] et *P* constituerunt *B (alt.* u *fort. iam m. 1, renou. m. 3) PV;* et — constituerunt *edd.* quo⌜d⌝ R^2 indigerent *H* 14 poterit *uel* potest B^1, *in ras. corr.* B^3, posset *R* ēsse ūirtu⌞s⌟ *(corr. m. 3) B* (ł e) inhonesta] nisi honesta *P* 15 uirtutis *B* 17 faciat *H*, facit *BRP*, faciat *(corr. m. 2) V* 18 a*recto *(r er.) B* rectore P^{ac}, re *del. m. 1* discedit *HP* ut *om. H* 20 del⌞a⌟tus *V* 22 existimatio *om. H* aciemusne *V* 23 ab ininsipientibus *H* iudicatur *B*

premi ac uexari potest, ut sit ipsa proprium ac perpetuum
bonum, nullo extrinsecus adiumento indigere debet, quin suis
per se uiribus nitatur et constet. itaque nec ullum ei ab 42
homine bonum sperandum est nec ullum malum recusandum.
9. Venio nunc ad uerae sapientiae summum bonum. cuius 1
natura hoc modo determinanda est, primum ut solius hominis
sit nec cadat in ullum aliut animal, deinde ut solius animi
nec communicari possit cum corpore, postremo ut non possit
cuiquam sine scientia et uirtute contingere. quae circum- 2
scriptio illorum omnes sententias excludit ac soluit: eorum
enim quae dixerunt nihil tale est. dicam nunc quid sit, ut 3
doceam quod institui, philosophos omnes caecos atque insipien-
tes fuisse, qui quod esset homini summum bonum constitutum
nec uidere nec intellegere nec suspicari aliquando quiuerunt.
Anaxagoras, cum ab eo quaereretur cuius rei causa natus esset, 4
respondit caeli ac solis uidendi. hanc uocem admirantur omnes
ac philosopho dignam iudicant. at ego hunc puto non inue- 5
nientem quid responderet effudisse hoc passim, ne taceret: quod
quidem secum, si sapiens fuisset, commentatum meditatumque
habere debuit, quia si quis rationem sui nesciat, ne homo sit
quidem. set putemus non ex tempore dictum illut effusum.
uideamus in tribus uerbis quot et quanta peccauerit: primum, 6
quod omne hominis officium in solis oculis posuit nihil ad
mentem referens, sed ad corpus omnia. quid? si caecus 7

EPITOME 5—9] c. 28, 1. 5—7] cf. c. 29, 1. 9—14] cf. c. 28, 2.

BRHPV] 2 addimento *B* indicere (l ge *corr. m. 2) V* qu*in (i *er.) B*, qui in *H* 3 uirtutibus *HPV* itaque] utique *P* *post* ei *eras.* ut? *B* 4 ullum malum] ullum ei ab omine *(sic)* malum *P* recusandum est *R* 7 illum animal alium *H* aliud ullum *P* solius] solius sit *B* 8 ne *V* 9 scientiam P^{ac}, m *del. m.1 ?* 10 illa (orum *s. l. corr. m.1 ?) P*, illas *BRH*, illa⌜s⌝ V^2; *ad* illorum *cf. 11* quae dixerunt *sc.* illi omnis *RV*[1] 11 quae] qui *V* quod *(ante* sit*)* *B*[1], *in ras. corr. B*[3] 12 instituit *V* omnis *V*[1] 13 est *B*[1] (es⌜se⌝t *B*[3]) *H*, esse⌜t⌝ *P*[3] hominis *R* constituit, *sed del. m. 1? P* 14 quiuerunt *B*, potuerunt *cett., recte?* 16 admira⌜n⌝tur *B*[3] 17 prodignam *H*, digna *V* e*go (r *er.) V* 19 meditatumque *om. P* 20 et quia *V* ne] nec *RP* 21 quidem (e *ex* a *m. 3 ?) P* 22 quod *BRHP*[1], *corr. P*[3] quanta] facta *V*[1], *s. l.* quanta *V*[2] 24 qui *B*

fuerit, officiumne hominis amittet? quod fieri sine occasu animae non potest. quid ceterae corporis partes? num carebunt
8 suis quaeque muneribus? quid quod plus est in auribus quam in oculis situm, quoniam doctrina et sapientia percipi auribus
9 solis potest, oculis solis non potest? caeli ac solis uidendi causa natus es: quis te in hoc spectaculum induxit aut quid caelo rerumque naturae uisio tua confert? nimirum ut hoc
10 inmensum et admirabile opus laudes. confitere igitur esse rerum omnium constitutorem deum, qui te in hunc mundum
11 quasi testem laudatoremque tanti sui operis induxit. magnum esse credis uidere caelum atque solem: cur ergo non gratias agis ei qui huius beneficii auctor est? cur non ipsius uirtutem prouidentiam potestatem metiris animo, cuius opera miraris? necesse est enim multo mirabilior sit qui mirabilia perfecit.
12 si te quispiam uocasset ad cenam in eaque optime acceptus esses, num sanus uiderere, si pluris faceres ipsam uoluptatem quam uoluptatis auctorem? adeo philosophi ad corpus referunt omnia, nihil prorsus ad mentem nec uident amplius quam
13 quod sub oculos uenit. atquin remotis omnibus officiis corporis in sola mente ponenda est hominis ratio. non ergo ideo

EPITOME c. 9 § 11. 13. 17. 19; c. 10 § 1. 14] c. 29, 6 (— caritatem).

B(G)RHPV] 1 a*mittet *(d er.) B*, amittet *(e ex i) P* quod] quod si *BHP*; *cf. ad p. 198, 3* *ab* Animae non *incipit codicis G pag. 50 (15) paene tota lecta* 2 num carebunt] non carebunt *H*, carebuntne *P* 3 quaecumque *R* numeribus *B*¹, nominibus *in ras. corr. B*² 4 doctrina sapientiae *G* 5 ocolis *(alt. o ex u) sic B*³, oculis *om. R*¹, *s. l. post* solis *add. R*² solis *om. BG* 6 ⸢natus es⸣ *P*³ quid] qui *V* 7 caelo rerumque] soli | caelorumque (soli *add. m. 2) R* rerum *G*, ⸤rerũ⸥quae *V*² natura *G* 8 et] atque *R* confitere *(alt. e ex i m. 2) R* rerum esse omnium *P* 9 rerum] [re]m *G* consti⸢tu⸣torem *V*² 10 induxerit *R* 11 e⸢r⸣go *B* 12 agis ei] ei *V*¹, reddis *s. l. V*², *in mg.* ·R· reddis *eadem man.* 13 prouides[e]t ⟨p⟩otestatem *G* 14 enim] enim ut *V* 15 caenam *C, nisi quod pr.* a *eras. B* acceptos *V*¹ 16 num] numquid *H, recte?* uiderere] uidere se *H*, uidere⸢re⸣ *PV* plures *B*¹*P*ᵃᶜ, *corr. B*³*P*¹? uoluntatem *GV*¹, n *in* p *corr. V*² 17 uolumtatis *G* 18 prosus *P* metem *R*¹, mentem *s. l. R*² 19 oculis *G* ad quid *G*, adquin *(s. l.* d *eras.*, t *add. m. 3*, n *exp. m. 1) P* remotis] in remotis *R* 20 ergo *om. H*

nascimur, ut ea quae sunt facta uideamus, sed ut ipsum fac-
torem rerum omnium contemplemur id est mente cernamus.
quare si quis hominem qui uere sapiat interroget, cuius rei 14
causa natus sit, respondebit intrepidus ac paratus colendi se
dei gratia natum, qui nos ideo generauit, ut ei seruiamus.
seruire autem deo nihil aliut est quam bonis operibus tueri et 15
conseruare iustitiam. sed ille ut homo diuinarum rerum in-
peritus rem maximam redegit ad minimum duo sola deligendo,
quae sibi diceret intuenda. quodsi natum se esse dixisset, 16
ut mundum intueretur, quamquam omnia conprehenderet ac
maiore uteretur sono, tamen non inplesset hominis officium,
quia quanto pluris est anima quam corpus, tanto pluris est
deus quam mundus, quia mundum deus et fecit et regit.
non ergo mundus oculis, quia utrumque corpus est, sed deus 17
animo contemplandus est, quia deus ut est ipse inmortalis, sic
animum esse uoluit sempiternum. dei autem contemplatio
est uenerari et colere communem parentem generis humani.
quod si a philosophis afuit proiectique in terram fuerunt diuina 18
ignorando, existimandus est Anaxagoras ad quae uidenda
natum esse se dixerit, nec caelum uidisse nec solem. expe- 19
dita est igitur hominis ratio, si sapiat: cuius propria est hu-

EPITOME 20—202, 2] cfr. c. 29, 4 s.

B(G)RHPV] 1 *in* ipsum fac *desinit codicis G pag. 50 (15), sequitur pag. 51 (170) ter scripta, cuius in uerss. 1. 13. 14. nonnulla legebantur* 2 id est mente *P*, mente id est mente *B*, id est mentem mente *RH*, id est mentēmente *(exp. m. 2) V* 4 colendis | adei B^1, colendise | * dei B^2 5 natum *s. l. et in mg. add.* V^2 quia *P* 6 ēst aliūd *V* ʳestˀ B^3 8 redigit *V* deligendo] adfligendo B^1, adfingendo *in ras.* B^2, diligendo RP^1 *(pr.* i *in* e *corr.* P^3*) V*, diligenda *H* 9 -si natum se] se natum *H* 10 omniũ *H* ad *H* 11 impleret *H* 12 quanta o *(corr. m. 2) V* corpus — deus quam *om. P* 13 deus fecit *H*, et deus fecit *P* et regit *om. H* rexit (ł git) *(corr. m. 2) V* 15 est *(ante* quia*) om. H* est *(ante* ipse*) om. P* 16 uoluit esse *P* esse *om. V* 17 est *om. H* 18 ad *H* proiecitque V^1 19 est *om. B* ad quae *edd.*, ea ad quae *alii,* ad ea quae *C, nisi quod* ea *expunx.* V^2 20 dixerat *H, supra* dixerit *add.* ł dixit V^2 21 ʳsiˀ B^3

manitas. ⟨sed⟩ ipsa humanitas quid est nisi iustitia? quid iustitia
nisi pietas? pietas autem nihil aliut quam dei parentis agnitio.
1 10. Summum igitur hominis bonum in sola religione est.
nam cetera, etiam quae putantur esse homini propria, in cete-
2 ris quoque animalibus reperiuntur. cum enim suas uoces
propriis inter se notis discernunt atque dinoscunt, conloqui
uidentur. ridendi quoque ratio apparet in his aliqua, cum
demulsis auribus contractoque rictu et oculis in lasciuiam reso-
lutis aut homini adludunt aut suis. quid coniugibus ac fetibus
propriis? nonne aliquid amori mutuo et indulgentiae simile
3 inpertiunt? iam illa quae sibi prospiciunt in futurum et cibos
reponunt, habent utique prouidentiam. rationis quoque signa
in multis deprehenduntur. nam quando utilia sibi adpetunt, malo
cauent, periculum uitant, latibula sibi parant in plures exitus
4 dispatentia, profecto aliquid intellegunt. potest aliquis negare
illis inesse rationem, cum hominem ipsum saepe deludant? nam
quibus generandi mellis officium est, cum adsignatas incolunt
sedes, castra muniunt, domicilia inenarrabili arte componunt,
5 regi suo seruiunt, nescio an in his sit perfecta prudentia. in-

EPITOME 3–8] c. 28, 4. 6. c. 10, 1. 14] c. 29, 6 (religionem).
AUCTORES 16–19] cf. Verg. Georg. IV 149–221.
EXPILATORES 16–19] Isidor. orig. XII 8, 1.

B(G)RHPV] 1 sed *addidi, uel* ipsa ⟨autem⟩ *scribendum uidetur;* nam ipsa *P, sine dubio e coniectura* iustitia? quid iustitia nisi *om. P* quid iustitia *om. R,* quid est iustitia *V* *hinc fere incepit codicis G pag. 52 (169) ter scripta, in qua nihil agnosci poterat.* 2 aliut] aliut est *B* parentes *H* 4 esse homini] hominis *H, recte?* ⌜in⌝ B^2 6 natis V^{ac} 7 apparet *in mg. V* iis *R* aliquaṃ *P* 8 demultis P^{ac} *(in ras. corr.)* V^{ac}, *s. l. corr.* ri*tu *(c er.) B,* ri⌜c⌝tu *P* resol⌜ut⌝is B^2 9 quid] quique *H* ac fetibus] adfectibus R^1, aut affectibus R^2, aut fetibus *H* 11 inper⌜t⌝iunt *(in ras. ex 2 uel 3 litt. et* t *s. l. m. 3) B* qu⌞a⌟e B^3 12 et habent *B* prouidentiam *edd. conl. de ira 7, 10,* prudentiam *C* 13 mu*tis (l s. l.) *P* utili*a* *(t et s ut uid. er.) P* mala *(alt.* a *ex* o*)* $P^{3?}$, malo (a s. l.) *(sic corr. m. 2) V* 14 carent P^1, *corr.* $P^{3?}$ uitant *(*uita *in ras. ex* auent *? m. 2) B* latibula] quando latibula *P* pluris V^1 15 dispatentia] disputant a R^1, disputant iam R^2, dispatentia (ł ren s. l.) *(corr. m. 2) V* 16 homines ipsos *P* 18 inenarribili B^1, *corr.* B^2, non narrabili *H,* inenarrabili* *(a er.) V* cõ|ponunt *B* 19 in] non *H* iis *R*

certum igitur est utrumne illa quae homini tribuuntur commu-
nia sint cum aliis uiuentibus, religionis certe sunt expertia.
equidem sic arbitror, uniuersis animalibus datam esse rationem, 6
sed mutis tantummodo ad uitam tuendam, homini etiam ad
propagandam. et quia in homine ratio ipsa perfecta est, sa-
pientia nominatur, quae in hoc eximium facit hominem, quod
soli datum est intellegere diuina. qua de re Ciceronis uera 7
sententia est: ex tot inquit generibus nullum est animal
praeter hominem quod habeat notitiam aliquam dei,
ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam man-
sueta neque tam fera, quae non etiamsi ignoret qua-
lem haberi deum deceat, tamen habendum sciat. ex 8
quo efficitur ut is agnoscat deum, qui unde ortus sit
quasi recordetur. qui ergo philosophi uolunt animos omni 9
metu liberare, tollunt etiam religionem et orbant hominem
suo proprio ac singulari bono: quod est a recte uiuendo atque
ab omni humanitate diiunctum, quia deus ut cuncta uiuentia
subiecit homini, sic ipsum hominem sibi. nam quid est cur 10
idem ipsi disputent eo dirigendam esse mentem quo uultus
erectus est? si enim nobis in caelum spectandum est nihil

AUCTORES 5 et quia — nominatur] cf. Cic. de legg. I 7, 22 quae cum — sapientia. 8] ibid. I 8, 24. 19 idem ipsi] ibid. I 9, 26; de nat. deor. II 56, 140.

BRHPV] 1 est igitur *edd.* utrum *P* 2 sint] sunt *HV*^{ac} *(ras. corr.)* certe sunt religionis *(*-is *ex* -es*)* *P* experte∗setquidem *(*i *? er.*, t *ante* q *renou. m. 3)* *B* experti *R*, experientia, *in mg.* ł expertia *V* 3 et quidem *RH* animalibus] aliquam animalibus *P* 4 tantummodo *(exp. m. 1?)* *P* etiam] autem *P*, *om.* *V* 5 pro'pa'gandam *P*^{3} et *om.* *V* 6 quod *om.* *V*^{1}, *s. l.* ł quod *V*^{2} 7 *post* soli *s. l.* eidem *R*^{2} 9 aliquam *om.* *H* 10 'h'om'i'nibus *(*h *et* i *add. m. 3)* *P* mansueta *C* 11 non etiamsi] notitiam si *H* et'i'am · si *V* 12 habere *codd. Cic.* ex *om.* *P* 13 quod *P*^{1}, d *del.* *P*^{3} effigitur *P*^{1} *(corr.* *P*^{3}*?)* *V*^{1} ut] illud ut *codd. Cic.* is] si *H* sit] est *H* 14 recordetur] retortur *V* qui (ł a) *(corr. m. 2)* *V* philosophos *H* omni∗ *V* 15 urbane *ut uid.* *B*^{1}, ornant *(sic) in ras. corr.* *B*^{3} 16 a *om.* *H* recto *P*^{1}, *corr.* *P*^{3} 17 diiunctum *B*, disiunctum *cett.* qui'a deus ut' *B*^{3}, quatenus *(sed* atenus *in ras. et in mg.* ł quia deus *m. 2)* ut *V* 19 quod *V* 20 nihil] ad nihil *H edd.*, *sed cf. c. 8, 6; c. 16, 1 al.*

utique aliut quam ob religionem, si religio tollitur, nulla nobis
11 ratio cum caelo est. itaque aut eo spectandum est aut in terram procumbendum. in terram procumbere ne si uelimus quidem
12 possumus, quorum status rectus est. in caelum igitur spectandum est, quo natura corporis prouocat. quod si constat esse faciendum, aut ideo faciendum est, ut religioni seruiamus, aut
13 ideo, ut rationem rerum caelestium cognoscamus. sed rationem rerum caelestium cognoscere nullo modo possumus, quia nihil
14 eiusmodi potest cogitando inueniri, sicut supra docui. religioni ergo seruiendum est, quam qui non suscipit, ipse se prosternit in terram et uitam pecudum secutus humanitate se abdi-
15 cat. sapientiores igitur inperiti, qui etiamsi errant in religione deligenda, tamen naturae suae condicionisque meminerunt.

1 11. Constat igitur totius humani generis consensu religionem suscipi oportere. sed quomodo in ea erretur explicandum est.
2 naturam hominis deus hanc esse uoluit, ut duarum rerum cupidus et adpetens esset, religionis et sapientiae. sed homines ideo falluntur, quod aut religionem suscipiunt omissa sapientia aut sapientiae soli student omissa religione, cum alterum sine
3 altero uerum esse non possit. cadunt ergo ad multiplices religiones, sed ideo falsas, quia sapientiam reliquerunt, quae illos docere poterat deos multos esse non posse, aut student sapientiae, sed ideo falsae, quia religionem summi dei omise-

9 supra] c. 3, 4 s.

EPITOME c. 11 s.] c. 29.

BRHPV) 1 aliud utique *R* 2 terra *R* 3 procumbente V^1 terra *R* procumbere] procumbe te *(*te *add. m. 2) V* ne] nec *R, om.* P^1 *(add.* P^2*) V* ne si] nisi *H* quidem *bis* B^1, *pr. expunx.* B^2 7 cognoscamus — caelestium *om. BH* sed] si P^1 (se^d P^3*) V, haud scio an recte, ut sit distinguendum sic* si rationem — docui, religioni ergo *eqs.* 8 rerum *in mg. V* ⌜celestium⌝ P^2 recognoscere *H* possimus *(*i *ras. ex* u *H, ut uid. B) BH* 9 eiusmodi] eius *H* cogitatio *H* sicuti *R* 10 quam] qua *H* suspicit *H* in terram prosternit *H* 11 humanitate R^{ac}, *corr. m. 1 ?* 13 *deligenda *(*a *? er.) B,* diligenda P^1 *(pr.* i *in* e *corr.* P^3*) V* 14 generis humani *R* consensum *H* religionem — oportere] religione suscipio parcere *H* 15 exilaretur *ut uid.* B^1, eaer*retur *in ras. corr.* B^3 17 sed] et *V* 18 ideo] in eo *Heumannus* aut** *H* 21 qui⌜a⌝ *B,* ⌜a⌝ *m. 3 ? totum uerbum a m. 3 restitutum est* reliquaerunt *B,* reli*querunt *(*n *er.) H* 23 qua *V* dei summi *R*

runt, qui eos ad ueri scientiam potuit erudire. sic homines 4
qui alterutrum suscipiunt uitam deuiam maximisque erroribus
plenam secuntur, quoniam in his duobus inseparabiliter cone-
xis et officium hominis et ueritas omnis inclusa est. miror 5
itaque nullum omnino philosophorum extitisse, qui sedem ac
domicilium summi boni reperiret. potuerunt enim sic quae- 6
rere: quodcumque est summum bonum, necesse est omnibus
esse propositum. uoluptas est quae adpetitur a cunctis, sed
haec et communis est cum beluis et honesti uim non habet
et satietatem adfert et nimia nocet et processu minuitur aetatis
et multis non contingit; nam qui opibus carent, quorum maior
est numerus, etiam uoluptate careant necesse est. non est
igitur summum bonum, sed ne bonum quidem uoluptas. quid 7
diuitiae? multo magis: nam et paucioribus et plerumque casu
et inertibus saepe et nonnumquam scelere contingunt et optan-
tur ab iis qui eas iam tenent. quid regnum ipsum? ne id 8
quidem: non enim cuncti homines regnare possunt et necesse
est uniuersos summi boni capaces esse. quaeramus igitur ali- 9
quid quod propositum sit omnibus. num uirtus? negari non
potest quin et bonum sit et omnium certe bonum. sed si
beata esse non potest, quia uis et natura eius in malorum
perferentia posita est, non est profecto summum bonum. quae-
ramus aliut. at nihil uirtute pulchrius, nihil sapiente dignius 10

EPITOME 13—206, 21] cf. c. 29, 8 s. 18—207, 2] c. 30, 1. 19—23] c. 28, 9.

AUCTORES 12 s.] cf. Senec. de uit. beat. 10, 3.

BRHPV] 2 uitam *C*, uiam *edd. (cf. IV 30, 3), sed cf. IV 26, 9; VI 24, 2* deui*am *(t er.) V* 3 plenam] poenam *V* sequuntur *HPV* inseparabiliter] atque inse⌜pa⌝rabiliter R^2 4 et *(ante* officium*) om. H* 5 ⌜s⌝edem *(s m. 1 uel 2) B*, ⌜se⌝dem *V* atque *B* 6 repperirent *H* 7 *pr.* est *om. H* 8 **uoluptas *(si ? er.) B* 9 habent P^1, n *del.* P^3 11 continget *B* operibus *R* careat *B* 13 sed ne bonum *om. P* 14 magis] *an* minus *scribendum? cf. ad p. 49, 16;* quid? diuitiae multo magis? *Hartelius* *supra* paucioribus *litterae aliquae eras. V* et *om. H* 15 &*no*-umquam *(‿ et ũ m. 2) sic V* contingant *H* optantur *PV*, non optantur *BRH* 16 iis *R*, his *cett.* 17 concti H^{ac} 19 quo *R* 20 sed] et *P* 21 in] et *R* 22 bonum *om. HV, haud scio an recte* 23 at] an *H* sapiente* *(r er.) B*, sapientia *H*

inueniri potest. si enim uitia ob turpitudinem fugienda sunt, uirtus igitur adpetenda est ob decorem. quid ergo? potestne fieri ut quod bonum, quod honestum esse constat, mercede ac praemio careat sitque tam sterile, ut nihil ex se commodi pa-
11 riat? labor ille magnus et difficultas et eluctatio aduersus mala, quibus haec uita plena est, aliquid magni boni pariat
12 necesse est. id uero quid esse dicemus? num uoluptatem? at nihil turpe ex honesto nasci potest. num diuitias? num potentatus? at ea quidem fragilia sunt et caduca. num gloriam? num honorem? num memoriam nominis? at haec omnia non sunt in ipsa uirtute, sed in aliorum existimatione
13 atque arbitrio posita. nam saepe uirtus et inuisa est et malo adficitur. debet autem id bonum quod ex ea nascitur ita cohaerere, ut diuelli atque abstrahi nequeat, nec aliter summum bonum uideri potest, quam si et proprium sit uirtutis et tale,
14 ut neque adici quicquam neque detrahi possit. quid quod in his omnibus contemnendis uirtutis officia consistunt? nam uoluptates opes potentias honores eaque omnia quae pro bonis habentur non concupiscere, non adpetere, non amare, quod
15 ceteri faciunt uicti cupiditate, id est profecto uirtutis. aliut ergo sublimius atque praeclarius efficit nec frustra his praesentibus bonis reluctatur, nisi quod maiora et ueriora desiderat.

BRHPV] 1 uitͥa V^2 4 stereli B^1, sterele *sic* B^3 5 et eluctatio (et *s. l.* B^3) *BRPV*, et luctatio *H*, *idem coniecerat Halmius m. primam codicis B* eluctatio *secutus,* reluctatio *Buenemannus* 6 magni *om. P* boni] mali V^1, *s. l.* ł boni V^2 7 quod *H* dicimus *H* 8 ac *H* diuitiae *B* 9 potentatas, *sed alt.* a *minus cert.*, *R*, potenta^tus (enta *et* ^tus *in ras.) P*, potestate∗s *V* 10 num honorem num memoria *(sic) s. l. add.* B^3; *eadem uerba m. 1 in inf. mg. addiderat, sed nunc erasa sunt* 11 ∗non *(pr.* n *ex* u*) V* 12 et inuisa est] quae est *(sic)* inuisa est *B* 13 id *om. B* ex *om.* V^1, *s. l.* ł ex V^2 14 neque⌜at⌝ B^2 nec *in mg.* V^2 aliter *(i add. m. 2) H* sum⌜mum⌝ R^2 15 uirtutis sit *P* et] sed *H* 16 ut neque] utq: *H* dici B^1 *(corr.* B^3*) H* quic⟨quam⟩ *B* *pro* quid *quod euanuit, s. l.* quin *add.* B^3 17 contempnendis *BHP, sic raro in B, saepe in cett. codd.* officia (a *ex* o *m. 2) P* 18 potentias — concupiscere *om. P* eaquae HV^{ac} 19 concupiscere] cupere *B* 20 uirtutis *Parrhasius,* uirtus *C* 21 praeclarͥus H^2 praesentibus] frequentibus *H* 22 eluctatur *H* maiore V^1 et ueriora *om. P*

non desperemus inueniri posse, modo uerset se cogitatio in 16
omnia: neque enim leuia aut ludicra petuntur praemia.

12. Si quaeritur quid sit propter quod nascimur, quid efficiat 1
uirtus, possumus sic inuestigare. duo sunt ex quibus homo
constat, animus et corpus. multa sunt propria animi, multa
propria corporis, multa utrique communia, sicut est ipsa uirtus:
quae quotiens ad corpus refertur, discernendi gratia fortitudo
nominatur. quoniam igitur utrique subiacet fortitudo, utrique 2
proposita dimicatio est et utrique ex dimicatione uictoria: cor-
pus quia solidum est et conprehensibile, cum solidis et con-
prehensibilibus confligat necesse est, animus autem quia tenuis
est et inuisibilis, cum iis congreditur hostibus qui uideri tan-
gique non possunt. qui sunt autem hostes animi nisi cupi- 3
ditates uitia peccata? quae si uicerit uirtus ac fugauerit, in-
maculatus erit animus ac purus. unde igitur colligi potest 4
quid efficiat animi fortitudo? nimirum ex coniuncto et pari
hoc est ex corporis fortitudine: quod cum in aliquam congres-
sionem certamenque uenerit, quid aliut ex uictoria quam uitam
petit? siue enim cum homine siue cum bestia dimices, pro
salute certatur. ergo ut corpus uincendo id adsequitur, ut 5
non intereat, sic et animus, ut permaneat, et sicut corpus ab
hostibus suis uictum morte multatur, ita superatus a uitiis
animus moriatur necesse est. quid ergo intererit inter animi 6
et corporis dimicationem nisi quod corpus temporalem uitam
expetit, animus sempiternam? si ergo uirtus per se ipsam 7

EPITOME 25—208, 12] c. 30, 1.

BRHPV] 2 l*euia *(*a *er.) B* 3 Si *Heumannus commate post* uirtus *posito,* sed *C* quaeramus *B* nascamur *R* efficit *H* 4 ui⌜r⌝tus *(*i *ex alia litt. et* r *s. l. et* t *in ras. m. 1) PV (*r *s. l.* V^2*)* inuestigare] inuenire *B* 5 proprie *R,* propri*e *(*a *er.) H* multa] multa sunt *R* 6 proprie *R,* propri*e *(*a *er.) H,* propriæ *(*æ *ex* a *m. 2) V* 8 ut⌜r⌝ique B^2, ubique R^1, utrobique R^2 subiacet et *H* 9 disposita *H* et *om. R* 11 conflicat H^1 qu⌜i⌝atenu⌜i⌝s *V* 12 est *om. B* iis R^1, his R^2 *cum cett.* 13 hostis *V* nisi *om. H* 16 efficit *H* fortitudo] turpitudo P^1, *corr.* P^3 coniuncto *(*o *ex* i *m. 2) H* 17 ex] et *H* fortitudinem P^1, m *del.* P^3 in *om. V* 18 certamen *B* 19 dimicet *H* 20 id *om. V* 22 uictus *B* a *om. V* 23 interest *B* 25 ⌜se⌝ *B* ipsa *BHP*

beata non est, quoniam in perferendis ut dixi malis tota uis
eius est, si omnia quae pro bonis concupiscuntur neclegit, si
summus eius gradus ad mortem patet, quandoquidem uitam
quae optatur a ceteris saepe respuit mortemque quam ceteri
timent fortiter suscipit, si necesse est ut aliquid ex se magni
boni pariat, quia suscepti et superati usque ad mortem labores
8 sine praemio esse non possunt, si nullum praemium quod
ea dignum sit reperitur in terra, quandoquidem cuncta quae
fragilia et caduca sunt spernit, quid aliud restat nisi ut caeleste aliquid efficiat, quia terrena uniuersa contemnit, et ad
altiora nitatur, quia humilia despicit? id uero nihil potest esse
9 aliut quam inmortalitas. merito ergo philosophorum non obscurus Euclides qui fuit Megaricorum conditor disciplinae, dissentiens a ceteris id esse dixit summum bonum, quod simile
10 sit et idem semper. intellexit profecto quae sit natura summi
boni, licet id non explicauerit, quid sit: id est autem inmortalitas nec aliut omnino quicquam, quia sola nec inminui nec
11 augeri nec immutari potest. Seneca quoque inprudens incidit
ut fateretur nullum esse aliud uirtutis praemium quam inmortalitatem. laudans enim uirtutem in eo libro quem de inmatura morte conscripsit, una inquit res est uirtus, quae nos
12 inmortalitate donare possit et pares diis facere. sed

1 ut dixi] c. 11, 9.

EPITOME 16 s.] c. 30, 3 immortalitas — bonum. 17—209, 20] c. 30, 2 s.

AUCTORES § 9] cf. Cic. Acad. II 42, 129. 21] frg. 27.

BRHPV] 2 est eius *H* neglegit *(pr.* g *ex* c *R²) RPV* ⌜si⌝ *B³* 3 ad om. *P¹, s. l. add. al. m. antiqua* ista *B¹*, uitã *corr. B³*, uitã *(˜ m. 2) V* 4 qu⌜a⌝e (e *m. 2) V* optantur *B¹*, n *del. B³* 5 si] sic *R* mag*ni *(i er.) P* 6 pareat *V¹* suscepti] sustenti *V;* sustentati *edd.* separati *H* 7 quod] quam *V¹*, *s. l.* ł quod *V²* 8 repperietur *B* 9 sint *V* aliud *om. B* 10 ad *om. B* 11 nititur *H* humiliora *B*, humili⌜a⌝ *P³* dispicit *BP* 12 opscuris *V¹*, opscuru^s *V²* 13 dissent⌜i⌝ens *V²* 14 s⟨imile⟩ *B* 15 in⟨tellex⟩it *B* 16 id *om. P* quod *P* est *s. l. post* autem *R* 18 mutari *B* 19 feteretur *V¹* alium *B* immorta^li tatẽ *(li m. 2) sic H,* immortalitatis (ẽ) *V* 20 quam *V^{ac}* 21 nos in inmortalitatem *H* 22 dona (ł re) *(corr. m. 2) V*

et Stoici, quos secutus est, negant sine uirtute effici posse quem-
quam beatum. ergo uirtutis praemium beata uita est, si uirtus,
ut recte dictum est, beatam uitam facit. non est igitur ut 13
aiunt propter se ipsam uirtus expetenda, sed propter uitam
beatam, quae uirtutem necessario sequitur. quod argumentum 14
docere eos potuit, quod esset summum bonum. haec autem
uita praesens et corporalis beata esse non potest, quia malis
est subiecta per corpus. Epicurus deum beatum et incor- 15
ruptum uocat, quia sempiternus est. beatitudo enim perfecta
esse debet, ut nihil sit quod eam uexare aut minuere aut in-
mutare possit, nec aliter quicquam existimari beatum potest 16
nisi fuerit incorruptum. incorruptum autem nihil est nisi quod
est inmortale. sola ergo inmortalitas beata est, quia corrumpi
ac dissolui non potest. quodsi cadit in hominem uirtus, 17
quod negare nullus potest, cadit et beatitudo: non potest enim
fieri ut sit miser qui uirtute est praeditus. si cadit beatitudo,
ergo et inmortalitas cadit in hominem, quae beata est. sum- 18
mum igitur bonum sola inmortalitas inuenitur, quia nec aliut
animal nec corpus adtingit nec potest cuiquam sine scientia
et uirtute id est sine dei cognitione ac iustitia prouenire.
cuius adpetitio quam recta, quam uera sit, ipsa uitae huiusce 19
cupiditas indicat, quae licet sit temporalis et labore plenissima,

EPITOME 21—210, 23] c. 30, 3 (tantum — sumus).
AUCTORES 3—13] cf. ad frg. 360 Epicuri (pag. 241, 15).

BRHPV] 1 efficiị *P*, officii V^1, *s. l. et ras. corr.* V^2 4 ipsa *BH*   5 beatam *om. P*   nes essario (c *m. 2) V*   7 corporalis ụịṭạ *P*, corporis *V*   8 per corpus////// (er corp *in ras. ex 4 uel 5 litt. m. 3, post* corpus *2—4 litt. eras., potest fuisse* porcusiste*) B*   et *om. H*   10 eam] ex ea *H*   imminuere *(*inm- *H) RH*   minuere aut] minuerereat V^1, *s. l. corr.* V^2 inmutari B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2*   11 ⸢a⸣estimari B^2 12 nisi] n⸤i⸥ H^2 incorruptum *(ante* autem*) s. l.* B^2 ⸢nisi⸣ P^2 14 homine *V*   15 cadet *RH*   16 si⸢t⸣ P^3 cadet *H*   et beatitudo *R*   17 et *om. V*   cadit in hominem — immortalitas *in inf. mg. add. V, sed post* bonum *4 fere litt. eras.*   18 quia *om.* P^1, quae *s. l.* P^3 19 scientiae uirtute P^1 *(s. l. corr.* P^3*) V edd.;* scientia et uirtute *coniecerat iam Volkmannus, epist. gratul. pag. 6 et obseru. misc. 1872 pag. 13*   21 quam recta *om. P*   ipsi' (' *i. e.* us *m. 2) V*   huiusc*e *(a er.) B*

expetitur tamen ab omnibus et optatur: hanc enim tam senes
quam pueri, tam reges quam infimi, tam denique sapientes
20 quam stulti cupiunt. tanti est, ut Anaxagorae uisum est,
contemplatio caeli ac lucis ipsius, ut quascumque miserias li-
21 beat sustinere. cum igitur laboriosa haec et breuis uita non
tantum hominum, sed etiam ceterarum animantium consensu
magnum bonum esse ducatur, manifestum est eandem sum-
mum ac perfectum fieri bonum, si et fine careat et omni malo.
22 denique nemo umquam extitisset qui hanc ipsam breuem con-
temneret aut subiret ⟨mortem⟩ nisi spe uitae longioris. nam
illi qui pro salute ciuium uoluntariae se neci optulerunt, sicut
Thebis Menoeceus, Athenis Codrus, Romae Curtius et Mures
duo, numquam mortem uitae commodis praetulissent, nisi se in-
mortalitatem opinione ciuium consequi putauissent. qui tamen-
etsi nescierunt inmortalitatis uiam, res eos tamen non fefellit.
23 si enim uirtus diuitias et opes ideo contemnit, quia fragiles
sunt, uoluptates ideo, quia breues, ergo et uitam fragilem
breuemque ideo contemnit, ut solidam et perpetuam consequatur.
24 ipsa igitur cogitatio per ordinem gradiens et uniuersa consi-
derans perducit nos ad eximium illut ac singulare cuius causa
25 nascimur bonum. quod si fecissent philosophi, non quod semel
apprehenderant tueri pertinaciter maluissent, profecto peruenis-
sent ad uerum hoc, ut ostendi modo. quod si non fuit eorum
qui caelestes animas una cum corporibus extinguunt, illi tamen

BRHPV] 1 et petitur V^{ac} 2 re'ge's H^2 infi*mi (r *er.*) *H* 3 capiunt *B* 5 et *om. H* 6 ceterorum *R* consensum magnum esse bonum *H* 7 eadem *H* eandem — perfectum *om. P* 9 extitit *B* 10 aut] ac *H* mortem *add. edd., cf. Epit. 30, 1* spes *H* nam (n *in ras. ex* qu *? m. 3) B* 11 qui *om. V* uoluntaria est seneci *V* obtulerunt (b *ex* p B^3) *BH* 12 meneceus *R*, menoecheus *P* Athenis] at honis R^1 Mures] muc*ius (r *er.*) *B*, *supra* mures *add.* marii *m. post. R* 13 *supra* duo *add.* ł qui V^2 nisi se *om.* V^1, *in mg.* ł nisi V^2 14 de opinione *B* tametsi *BR* 16 contempnit (*exp. m. 3*) *B* quia fragiles — breuemque (*om.* ideo) contempnit *in inf. mg. add.* P^2 18 contẽnit (˜ *m. 2*) *V* 19 ipsa igitur *in ras. ex* igitur P^3 *ordinem *P* 20 ac] et *V* causa* (m *er.*) *B* 21 non R^1V, si non *BP*, et (*s. l. R*) non R^2H 22 adpraehenderunt *H* 24 una/// *V* extingunt *BH* illi tamen] illitaten V^1, *s. l. et ras. corr.* V^2

qui de inmortalitate animae disputant intellegere debuerunt
ideo propositam nobis esse uirtutem, ut perdomitis libidinibus
rerumque terrestrium cupiditate superata purae ac uictrices
animae ad deum id est ad originem suam reuertantur. id- 26
circo enim soli animantium ad aspectum caeli erecti sumus,
ut summum bonum nostrum in summo esse credamus, ideo 27
religionem soli capimus, ut ex hoc sciamus humanum spiritum
non esse mortalem, quod deum qui est inmortalis et desiderat
et agnoscit. igitur ex omnibus philosophis qui aut scientiam 28
pro summo bono aut uirtutem sunt amplexi, tenuerunt quidem
ueritatis uiam, sed non peruenerunt ad summum. haec enim 29
duo sunt, quae simul efficiant illut quod quaeritur: scientia
id praestat, ut quomodo et quo perueniendum sit nouerimus,
uirtus, ut perueniamus. alterum sine altero nihil ualet: ex
scientia enim uirtus, ex uirtute summum bonum nascitur.
beata igitur uita, quam philosophi quaesierunt semper et quae- 30
runt siue in cultu deorum siue in philosophia, nulla est et
ideo non potuit ab his reperiri, quia summum bonum non in
summo quaesierunt, sed in imo. summum autem quid est 31
nisi caelum et deus, unde animus oritur? imum quid nisi
terra, unde corpus est? itaque licet quidam philosophi sum- 32
mum bonum non corpori, sed animo dederint, tamen quoniam
illut ad hanc uitam rettulerunt quae cum corpore terminatur,
ad corpus reuoluti sunt, cuius est omne hoc tempus quod
transigitur in terra. quare non inmerito summum bonum non 33
conprehenderunt, quia quidquid spectat ad corpus et inmorta-
litatis est expers, imum sit necesse est. non cadit ergo in 34
hominem beatitudo illo modo quo philosophi putauerunt, sed

EPITOME 2—9] c. 30, 4. 9—14] cf. c. 29, 5 s.

B(G)RHPV] 1 immorta'lita'te *H*[2] 3 ac *om. R* ui'c'trices *V*[2] 5 ad] id *H* 7 capi*mus *(a er.) R* 8 mortale *H* 13 perueniundum *(alt.* n *ras. ex* m*) P* 16 uita *(*ui *in ras. ex* bea *m. 3) B* 18 iis *R* qui *V* summum bonum *om. P* 'in' *P*[3] 19 himo *H, pariter 20* 22 non *om. P* sed] et *P* 23 ad illud hanc *V* rettulerunt *(exp. m. 2) V* 24 tempus] opus *H* 25 *ab* ⟨In⟩[m]erito *incipit codicis G pag. 53 (10) paene tota lecta* 26 expectat *BGH* inmortalitatis — imum sit] mortale et periturum *H* 27 *pro* imum *est* [humum] *in G* 28 ullo *H* quod *RH*

ita cadit, non ut tunc beatus sit, cum uiuit in corpore, quod
utique ut dissoluatur corrumpi necesse est, sed tunc, cum
35 anima societate corporis liberata in solo spiritu uiuit. hoc
uno beati esse in hac uita possumus, si minime beati esse
uideamur, si fugientes inlecebras uoluptatum solique uirtuti
seruientes in omnibus miseriis laboribusque uiuamus, quae sunt
exercitia et corroboramenta uirtutis, si denique asperam illam
uiam difficilemque teneamus, quae nobis ad beatitudinem pate-
36 facta est. summum igitur bonum quod beatos facit non
potest esse nisi in ea religione atque doctrina, cui spes inmor-
talitatis adiuncta est.
1 13. Res exigere uidetur hoc loco, ut quoniam docuimus in-
mortalitatem esse summum bonum, id ipsum, inmortalem esse
2 animam, conprobemus. qua de re ingens inter philosophos
disceptatio est, nec quicquam tamen explicare aut probare potue-
3 runt ii qui uerum de anima sentiebant. expertes enim diuinae
huius eruditionis nec argumenta uera quibus uincerent adtule-
runt nec testimonia quibus probarent. sed oportunius hanc
quaestionem tractabimus in ultimo libro, cum de uita beata
4 nobis erit disserendum. superest pars illa philosophiae tertia
quam uocant λογικήν, in qua tota dialectica et omnis loquendi
5 ratio continetur. hanc diuina eruditio non desiderat, quia non

19 in ultimo libro] c. 8—12. 13.
EPITOME 12—20] c. 30, 4 de — disseremus. 20—213, 2] c. 30, 5.

B(G)RHPV] 1 ut tunc] u⸢t⸣tum *H*² 2 tunc *om. G* 3 soci*&ate (a *er.*, ‿ *m. 2) V* *post* corporis *eras.* liberis *P* 4 in hac uita — beati esse *om. V* 5 uirtute *H*¹ 7 corporamenta *RV*¹, *s. l.* ł temperamenta *V*², corrobora**menta *(*ra *er.) H* uirtutu[ms]i si *G* illã *(*i *ras. ex* u, ã *in ras. m. 2) V* 9 beatos *om. V* 10 cuius *H* 12 [exs]igere *(prim.* e *postea additum uid.) G* 13 bonu///d (i *s. l.*) *sic V* id ipsum] eo ipso *H* immortalem *P*¹, m *final. del. P*² 14 animum *G, om. P* comprobemus *(*e *ex* a *m. 2) H* 16 ii *R*¹, hii *BG*, hi *R*²*PV*, hi* *(*i *er.) H* 17 traditionis *H* 18 *in* probarent sed op *desinit codicis G pag. 53 (10), sequitur pag. 54 (9), in qua nihil agnosci poterat* opportunius *R, sic plerumque codd.*, oportun⸢i⸣us *V*² 19 ⸢cum⸣ *B*³ 20 su*perest *(*r *? er.) V* tertiae *R* 21 ⸢quam uocant⸣ *P*² ΛΟΓΙΚΗΝ (ω *s. l.*) *(sic corr. m. 3) B, om. H*¹, ΛΟΓΙΚЄΝ *add. H*², ΛΟΓιΚΗΝ *(*ι *postea add.) P,* ΛΟΓΙΚhΝ (Η *s. l.*) *(corr. m. 2) V* 22 traditio *H*

in lingua, sed in corde sapientia est nec interest quali utare sermone. res enim, non uerba quaeruntur. et nos non de grammatico aut oratore, quorum scientia est quomodo loqui deceat, sed de sapiente disserimus, cuius doctrina est quomodo uiuere oporteat. quodsi neque physica illa ratio necessaria 6
est neque haec logica, quia beatum facere non possunt, restat ut in sola ethica totius philosophiae uis contineatur; ad quam se abiectis omnibus Socrates contulisse dicitur. in qua etiam 7
parte quoniam philosophos errasse docui, qui summum bonum cuius capiendi gratia generati sumus non conprehenderunt, apparet falsam et inanem esse omnem philosophiam, quia nec instruit ad iustitiae munera nec officium hominis rationemque consummat. sciant igitur errare se qui philosophiam putant 8
esse sapientiam; non trahantur auctoritate cuiusquam, sed ueritati potius et faueant et accedant. nullus hic temeritati locus est, in aeternum stultitiae poena subeunda est, si aut persona inanis aut opinio falsa deceperit. homo autem, qua- 9
liscumque est, si sibi credit hoc est si homini credit, ut non dicam stultus, qui suum non uideat errorem, certe adrogans est, qui sibi audeat uindicare quod humana condicio non recipit. ipse ille Romanae linguae summus auctor quantum fal- 10
latur, licet ex illa sententia peruidere: qui cum in libris offi-

9 docui] c. 7. 8.

EPITOME 5—13] c. 30, 6. 17—214, 3] c. 26, 2 s. (sapientia — profiteatur).

AUCTORES § 10 s.] Cic. de off. II 2, 5 s. (cf. I 43, 153).

BRHPV] 1 quali] siali *B*¹, *in ras. corr. B*³ utarẹ *P* 2 sermo'n'e *B*³, sermonem *H* res''' *(m ? s. l. er.) B* 3 aut ex oratore *H* 4 debeat *H* desserimus *V*¹ 7 aethica *R*, et hica *m. 1, s. l.* ethica *add. al. m. antiqua P*, h&hica *V* 9 errare *PV* 10 capiendi *(a in ras. ex* u *? m. 3) B* sunt *V* cõ|praehenderunt *(a del. m. 3) B* 11 esse et inanem *B* 12 nec *(ante* instruit*) om. R* 13 consummat] confirmat *(*fir *in ras. ex 2 uel 3 litt., fort.* sum, *B*³*) BP* errasse *BH* se *om. H* 15 et *(ante* faueant*) om. R* ac**cedant *(*ac *? er.) B* hic *om. P*¹ *(s. l. P*³*) V* temerita|ti''' *ex* temera|ri''' *(s. l. incerta litt. erasa) B*, temeritatis *HV* 16 stultitiae] iustitiae *V* aut* *(*ẽ *er.) H* 17 opinio] immo opinio *H* 18 est *om. H* si *om. P*¹ *(s. l. P*³*), s. l. V* hoc est — credit *s. l. B*³ si *om. HP*¹, *s. l. P*³ 20 est] et *R* recepit *HV* 21 ille ipse *H*

ciorum philosophiam nihil aliut esse dixisset quam studium sapientiae, ipsam autem sapientiam rerum diuinarum et humanarum scientiam, tum adiecit: cuius studium qui uituperat, haut sane intellego quidnam
11 sit quod laudandum putet. nam si oblectatio quaeritur animi requiesque curarum, quae conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt quod spectet et ualeat ad bene beateque uiuendum? siue ratio constantiae uirtutisque ducitur, aut haec est ars aut nulla omnino, per quam eas adsequamur. nullam dicere maximarum rerum artem esse, cum minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum considerate loquentium atque in maximis rebus errantium. si autem est aliqua disciplina uirtutis, ubi ea quaeretur, cum ab isto discendi genere discesseris?
12 equidem tametsi operam dederim ut quantulamcumque dicendi adsequerer facultatem propter studium docendi, tamen eloquens numquam fui, quippe qui forum ne adtigerim quidem: sed necesse est ipsa me faciat causae bonitas eloquentem, ad quam diserte copioseque defendendam scientia diuinitatis et ipsa ueri-
13 tas sufficit. uellem igitur Ciceronem paulisper ab inferis

EPITOME 2 s.] c. 29, 6.

BRHPV] 1 esse *om. P* dixerit *P* 3 dum *H* cu*ius *(m ? er.) B* 4 haut *B, om., sed spatio relicto R,* aut *H,* haut (d s. l.) *(corr. m. 3) P,* haud *V* san*e *(a er.) B* quin nam *H* 5 quod *om.* V^1, *in mg.* ł quod V^2 si] siue *codd. Cic.* 6 requies**que *(ae er.) B* 7 aliquit *B* anquirunt *V cum codd. Cic.*, inquirunt *BH,* adquirunt *RP* 8 expectet *B* et *om.* B^1, aut *s. l.* B^2 baeateque *B* 9 siue⌈ro⌉ P^3 *supra* ducitur *add.* ł disert̃ *m. 2 ? V* ars est *codd. Cic.* 10 nullo P^1 (o *in* a *corr.* P^3) V^{ac}, *s. l. corr.* adsequimur *V* 11 maxima*rum *(m er.) V* cũm *(˜ er.)* in imarum *V* 12 minimarum] minimarum rerum *R* minima⌊rum sine arte⌋ *P* parum considerate *om., tum* eloquentium *habet P* 14 disciplina *om. m. 1, in mg.* ł disciplina *m. 2 ? V* 15 quaeritur *H* isto] hoc *codd. Cic.* generis (ł e s. l.) *(corr. m. 2) V* 16 et quidem *B* quantulumcumque *V* 17 dicendi *V* tamen *om. P* numquam eloquens *H* 18 attingerim *V* 19 ipsam efficiat HP^{ac}, *part. ras. corr.* ad quam] atque ad *H* 20 disserte $B^{ar}H$ scientiam $B^{ar}P^1$, m *del.* P^3, sententiam *H* 21 paulisper ciceronem *H*

surgere, ut uir eloquentissimus ab homunculo non diserto do-
ceretur: primum quidnam sit quod laudandum putet qui uitu-
perat id studium quod uocatur philosophia; deinde neque illam
esse artem qua uirtus et iustitia discatur nec aliam ullam,
sicut putauit; postremo quoniam est uirtutis disciplina, ubi
quaerenda sit, cum ab illo discendi genere discesseris, quod
ille non audiendi discendique gratia quaerebat. a quo enim
posset audire, cum sciret id nemo? sed ut in causis facere 14
solebat, interrogatione uoluit urguere ad confessionemque per-
ducere, tamquam confideret responderi prorsus nihil posse,
quominus philosophia esset magistra uirtutis. quod quidem in
Tusculanis disputationibus aperte professus est ad eam ipsam
conuersa oratione, tamquam se declamatorio dicendi genere
iactaret. o ⟨uitae⟩ philosophia dux inquit o uirtutis in- 15
dagatrix expultrixque uitiorum! quid non modo nos,
sed omnino uita hominum sine te esse potuisset? —
tu inuentrix legum, tu magistra morum et disciplinae
fuisti: quasi uero aliquid per se ipsa sentiret ac non potius 16
ille laudandus esset qui eam tribuit. potuit eodem modo gra-

AUCTORES 14] Tusc. V 2, 5.

BRHPV] 1 resurgere *H* homumculo *H*, ⌜h⌝omunculo *V* deserto V^1 deceretur V^1 2 quin nam *H* putent P^1, n *del.* P^3 3 id *om.* *B* 4 qu*a *(i er.)* *H*, quia *P* 5 sicut] cut *sic* *P* *post* disciplina *s. l.* quae B^2 6 discendi *(pr.* i *ex* e *m. 2)* *R* 7 discendiue *R* quaerebat] ferebat *P* 8 a⌜u⌝dire V^2 scieret P^1, *pr.* e *del.* P^3 *post* nemo *hoc* sed ut nemo P^1, *del.* P^3 9 urgere *RH*, urguere *(exp. m. 3)* *P* 10 prorsum *B* 11 quo⌜d⌝ V^2 12 disputationibus] uirtutibus *H* 13 conuersam orationem *B*, conuersationem *R* conuerso (a *s. l.*) *V* orationem *H* 14 lactaret (iac *s. l.*) *(corr. m. 2)* *V* uitae *om. C, e Cicerone cum edd. recepi* dux (x *add. m. 2)* *V* o *om.* *BRP* uirtutis] ueritatis *H* indigatrix P^1, *corr.* P^3 15 ultrixque *H*, excultrixque P^1 (c *in* p *corr.* P^3) *V cum Cic. codd.* GR^1; exculptrixque *Goldbacherus, annal. gymnas. austr. 1875 pag. 94 et ad Apulei. de mundo praef. (pag. 103, 2)* nos sed] nos e *B*, nosset *H* 16 potuised (sse *s. l.*) *(corr. m. 3)* *B*, puto isset V^{ac}, *s. l. corr.* *post* potuisset *Lact. uerba nonnulla omisit* 17 legum *om.* *P* 18 ⌜se⌝ *B* ipsam *H* 19 *ante* tribuit *fortasse* hominibus *uel simile excidit* eodem — cibo *bis* V^1, *alt. del.* V^2

tias agere cibo et potui, quod sine his rebus constare uita non possit, in quibus ut sensus ita beneficii nihil est: atquin ut illa corporis alimenta sunt, sic animae sapientia.

1 14. Rectius itaque Lucretius, cum eum laudat qui sapientiam primus inuenit, sed hoc inepte, quod ab homine inuentam putauit: quasi uero illam alicubi iacentem homo ille quem laudabat inuenerit tamquam tibias ad fontem, ut poetae
2 aiunt. quodsi repertorem sapientiae ut deum laudauit — ita enim dicit:

nemo, ut opinor, erit mortali corpore cretus.
nam si, ut ipsa petit maiestas cognita rerum,
dicendum est, deus ille fuit, deus, inclute Memmi —

3 tamen non erat sic laudandus deus, quod sapientiam inuenerit, sed quod hominem fecerit qui posset capere sapientiam: minuit
4 enim laudem qui partem laudat ex toto. sed ille ut hominem laudauit, qui tamen ob id ipsum deberet pro deo haberi, quod sapere inuenerit: nam sic ait:

nonne decebit
hunc hominem numero diuum dignarier esse?

5 unde apparet aut Pythagoram uoluisse laudare, qui se primus ut dixi philosophum nominauit, aut Milesium Thalen, qui de
6 rerum natura primus traditur disputasse. ita dum hominem

21 ut dixi] c. 2, 6.

AUCTORES 7] cf. Ouid. Fast. VI 701—703. 10 ss.] Lucr. V 6 ss. 18 s.] ibid. 50 s.

BRHPV] 1 is *R,* h*is *(i er.) P* uita constare *B* 2 posset *B* in quibus *bis P*[1], *prius del. P*[3] 3 sunt *om. V* 4 eum *om. H* 5 hoc] in eo *B* 6 illicubi *H* 7 inuenit *H* tibias] uas *P* 10 opin*or *(i er.) P* immortali *P* creatus *H* 11 sicut *H* 12 dicendu* *(s er.) sic B* est// *P* incl(i)ute *(corr. m. 2) V,* inclyte *BRHP cum codd. Lucr.* Memmi] me in mi *H* 13 si⌈c⌉ *B*[2] 14 possit *P* 17 nam *om. H* 19 numero diuum *C cum codd. Lucr.* dignari uerum esse *H* dignari‿eresse* *(‿ m. 2,* t *er.) V* 20 *post* Pythagoram *add.* eum *Volkmannus, obseru. misc. 1872 pag. 13* 21 philosophorum *BH,* filosofũ* *(ụ er.) V* melisium *V*[1] talem *H* 22 naturã̈ *(˜ er.) B* traditur] dicitur *B* ita] S; *(i. e.* Sed*) in ras. V*[2?]

quaerit extollere, rem ipsam depressit: non est enim magna,
si ab homine potuit inueniri. uerum potest ut poetae dari 7
uenia. at ille idem perfectus orator, idem summus philosophus,
ne Graecos reprehendam quorum leuitatem semper accusat et
tamen sequitur, ipsam sapientiam, quam alias donum, alias
inuentum deorum uocat, poetice figuratam laudat in faciem.
grauiter etiam queritur extitisse aliquos qui eam uituperarent. 8
quisquamne inquit uituperare uitae parentem et hoc
parricidio se inquinare audet et tam inpie ingratus
esse? nos ergo, Marce Tulli, parricidae sumus et insuendi 9
te iudice in culleum, qui philosophiam negamus parentem
esse uitae, an tu, qui aduersus deum tam inpie ingratus 10
es, non hunc cuius effigiem ueneraris in Capitolio sedentem,
sed illum qui mundum fecit hominemque generauit, qui sapien-
tiam quoque ipsam inter cetera caelestia sua beneficia largitus
est? magistram tu uirtutis aut parentem uitae uocas?
ad quam si quis accesserit, multo sit incertior necesse est

AUCTORES 5 s.] Tusc. I 26, 64 (cf. Acad. I 2, 7). 8] ibid. V 2, 6. 16 magistram uirtutis] cf. magistram morum et disciplinae c. 13, 15.

B(G)RHPV] 1 quaerit (t *in ras. ex* s *? m. 3) B* *non (i *er.) B* 2 homine (e *ex* i *m. 2) V* poete *(om.* ut) dari uenia* (m *er.)* potest *H* 3 ueniam P^1, m *del.* P^3 ille (e *in ras. ex* a *? m. 3) B* idest V^1, *in mg.* ł idem V^2 *alt.* ide⌜m⌝ V^2 filosofos V^1 4 ne] et *B* gra⌜e⌝cos B^3 reprae-hend*it (a *er.) B* leuitatem P^1, *corr.* P^3 5 donum] deum *B* 6 *ex* inuentum *hoc* inuentū* B^2, inuentūm B^3 poetic*e (a *er.)* uocat *B* uo-cant/// *(corr. m. 2) V* (ł uit) poeticae figuratum *H* 7 etiam *om. H* quaeri-tur $BH^{ar}P^1$ (a *del.* P^3) *V* eos uituperent *H* 8 quisquamne uitupe-rare] uituperare quisquam *codd. Cic.* uituperare *om. P* 9 ** (se *er.)* inquinare se *B* audet *B cum codd. Cic.*, audeat *cett.*, *quod uix dubito quin Lact. scripserit* tam̃ (~ *er.) V* 10—218, 1 *distinxi, edd. sic (12)* uitae? an — *(15)* largitus est, *[uel (13)* non — *(16)* est *uncis inclus.]* — *(16)* uocas, — *(218, 1)* fuerit? summus *(exp. m. al.) P* 11 cu⌜l⌝leum *PV* negamus *in mg.* V^2 12 diuersum B^1, aduersum B^3 tantam P^1, tan *del.* B^3 13 es *om. PV, sed 2 litt. incert. eras. V* ueneratis B^1, *corr.* B^3, uenerari *R* 14 illi H^1 15 quo⌜q;⌝ P^2 16 magistram tu] magistra-tum *B*, magistram *P* aut (a *add. m. 3) B* uoces *P* a [U]⟨oc⟩[e]s ad *incipit codicis G pag. 55 (96), cuius in uerss. 1—3. 20. 22 pleraque lege-bantur* 17 quem *B*

11 quam prius fuerit. cuius enim uirtutis? quae ipsa ubi sita sit, adhuc philosophi non expediunt. cuius uitae? cum ipsi doctores ante fuerint senectute ac morte confecti quam constituerint quomodo uiui deceat. cuius ueritatis indagatricem profiteri potes, qui saepe testaris, cum tanta multitudo fuerit philosophorum, sapientem tamen extitisse adhuc nemi-
12 nem? quid ergo te magistra illa uitae docuit? an ut potentissimum consulem maledictis incesseres eumque hostem patriae uenenatis orationibus faceres? sed omittamus illa quae
13 possunt excusari fortunae nomine. studuisti nempe philosophiae et quidem sic, ut nullus umquam diligentius, quippe qui omnes cognoueris disciplinas, sicut ipse gloriari soles, eamque ipsam Latinis litteris inlustraueris imitatoremque te Pla-
14 tonis ostenderis. cedo igitur quid didiceris aut in qua secta ueritatem deprehenderis. in Academia scilicet, quam secutus
15 es, quam probasti. at haec nihil docet nisi ut scias te nihil scire. tui ergo te libri arguunt, quam nihil a philosophia disci possit ad uitam. haec tua uerba sunt: mihi autem

AUCTORES 4] cf. pag. 215, 14. 5] sententiam ex memoria loci or. 5, 18 (de or. I 21, 94) 'disertos ait se uidisse multos, eloquentem omnino neminem' natam esse conicio. 7 magistra uitae] cf. magistra morum et disciplinae c. 13, 15; praeterea c. 15, 10. 12 sicut — soles] cf. de nat. deor. I 3, 5 s.; de diuin. II 1 *al.* eamque — inlustraueris] cf. Acad. I 1, 3; Tusc. I 1, 1. 16 s.] cf. Cic. de nat. deor. I 7, 17 ab eodem — didicistis. 18] Acad. poster. frg. 32.

B(G)RS(a 6)HPV] 1 primum *BG* fuerit cuius] fuerit fuerit *V* sita] sit aut *B, om.* R^1, sit an R^2 2 *an* expediuerunt*?* 3 constituerit (l te s. l.) *(sic corr. m. 2) V* 4 uiuere *ex* uiui *sic* $R^{2?}$ doceat V^1 *post* deceat *s. l.* aut P^3 5 potest $B^{ar}R^{ar}H$ 6 *a* pientem tamen *denuo incipit S (fol. 62ª)* extitis⸢se⸣ *P* adhuc extitisse *SH* 7 qui⸢d⸣ V^2 magistrã S^{ac}, ~ *del. m. 1?* 8 potissimum *B* ingessereeumque *(g ex* c *m. 2,* eum *in ras. ex* sem *? m. 3) B* 9 orationibus *(*oni *in ras. ex eodem* oni *? m. 3, s. l. aliquid add. m. 2, nunc er.) B* illam (i) *P* 10 excusare V^1 stud*usti* *ex* studiustis *B* 11 et quidem sic ut] sic *S*, nomine sicut *H* 12 ⸢qui⸣ H^2 omnis R^1V^1 sic *S* ipse *om. P* 13 ⸢te⸣ H^2 14 *ad* cedo *in mg.* cedo significat dic *m. post. R* dixeris *H* in *om. SH* 15 defenderis *H* 16 at] ad (et) *(sic corr. m. 2) R*, et *S* 18 di⸢s⸣ci B^2 disci posci possit *H* mihi] nihil mihi *R* ⸤au⸥tem V^2

non modo ad sapientiam caeci uidemur, sed ad ea
ipsa quae aliqua ex parte cerni uideantur, hebetes
et obtunsi. si ergo philosophia uitae magistra est, cur 16
tibi ipse caecus et hebes et obtunsus uidebare, quem oportuit
illa docente et sentire et sapere et in clarissima luce uersari?
at quam confisus fueris philosophiae ueritate, docent ad filium 17
conposita praecepta, quibus mones philosophiae quidem
praecepta noscenda, uiuendum autem esse ciuiliter.
quid tam repugnans dici potest? si noscenda sunt praecepta 18
philosophiae, ideo utique noscenda sunt, ut recte sapienterque
uiuamus, uel si ciuiliter uiuendum est, non est igitur philosophia sapientia, siquidem melius est ciuiliter quam philosophe
uiuere. nam si sapientia est quae dicitur philosophia, stulte 19
profecto uiuet qui non secundum philosophiam uiuet: si autem
non stulte uiuit qui ciuiliter uiuit, sequitur ut stulte uiuat qui
philosophe uiuit. tuo itaque iudicio philosophia stultitiae inanitatisque damnata est. idem in Consolatione id est in opere 20

AUCTORES 7] Epist. ad M. filium ex lib. inc. frg. 2.

B(G)RSHPV] 1 uidentur *H* 2 alia *H* cerni uideantur] cernuntur *H* uidentur *B* haebetes B^1, a *del.* B^3, *sic saepe,* habetes R^1, habet est, *om.* et *V* *a* ⟨Bet⟩es et obtunsi *incipit codicis G pag. 56 (95) paene tota lecta* 3 obtu'n'si *R*, obtunsi, *sed* n *del. m. 3 P* magistraest (st *add. m. 2) V* 4 obtuṇsus *(exp. m. 1 ?) P* uidebaris *R* uidebar. equae *(om.* quem*) H* et quem *G* 5 docentem *B* cl⌞a⌟*rissima V^2 6 con[fi]s⟨su⟩[s] *G*, confessus *R*, confu^es^sus *(corr. m. 3) P* ueritatem *RP*, ueritati *H* 7 p̃*cepta *(*a *er.*, c *ex* i*) V* qui'b:' B^3 qui⌞dem⌟ V^2 9 si *om. B* praecepta — noscenda sunt *om. P* 10 utque *G* 11 uel si ciuiliter uiuendum est *om. P* est non *om. G* 12 melius est] est maius *BG* philosophe (-fe *B) BP,* filosofiae *G,* filosofi^c^ae *(corr. m. 2) R,* philosophię *S,* philosophae *H,* filosofe^ice^ *(corr. m. 2) V* 13 quae] illa quae *H* 14 prouecto *S* uiuit *P* qui non — stulte uiuit *om. P* non secundum philosophiam] ciuiliter *H* philosophia *S* sic *S* 15 non stulte] sapienter *H* stultae *G* uiuet *utroque loco pro* uiuit *BGH* *post* ciuiliter uiuit *hoc* si autem sapienter uiuet qui ciuiliter uiuet *S* uiuat] uiuit *V* 16 philosophe (fi- *et* -fe *B) BP,* filosofi^c^ae *(corr.* m. *2) R,* philosophię *S,* philosophae *H,* filosofe^ice^ *(corr. m. 2) V* uiuet *BG* philosophi^a^e (e *lin. del. et corr. m. 3) P* inanitatisquę (¸ *add. m. 2) V*

non iocV ulari hanc de philosophia sententiam tulisti: sed nescio
qui nos teneat error ac miserabilis ignoratio ueri. ubi
est ergo philosophiae magisterium aut quid te docuit illa
21 uitae parens, si uerum miserabiliter ignoras? quodsi haec
erroris ignorationisque confessio paene inuito tibi ab intimo
pectore expressa est, cur non tibi uerum fateris aliquando,
philosophiam, quam tu nihil docentem in caelum laudibus extulisti, magistram uirtutis esse non posse?

1 15. Eodem ductus errore Seneca — quis enim ueram uiam
teneret errante Cicerone? — philosophia inquit nihil aliut
est quam recta ratio uiuendi uel honeste uiuendi
scientia uel ars rectae uitae agendae. non errabimus, si dixerimus philosophiam esse legem bene honesteque uiuendi, et qui dixerit illam regulam uitae,
2 suum illi reddidit. hic plane non respexit ad commune
philosophiae nomen. quae cum sit in plures sectas disciplinasque diffusa nihilque habeat certi, nihil denique de quo uniuersi una mente ac uoce consentiant, quid potest esse tam
falsum quam regulam uitae philosophiam nominari, in qua
diuersitas praeceptorum rectum iter inpediat et turbet aut
legem bene uiuendi, cuius capita longe dissonant, aut scientiam uitae agendae, in qua nihil aliut efficitur contraria saepe
3 dicendo quam ut nemo quicquam sciat? quaero enim utrumne
Academiam philosophiam putet esse an non. negaturum
non arbitror. quod si est, nihil ergo illorum cadit in philosophiam, quae ut omnia reddat incerta, legem abrogat, artem

AUCTORES 1] Consol. frg. 12. 10] frg. 17.

B(G)RSHPV] 1 iocülariter *G* 2 tenet *HP* ac] aut *edd.* 5 paene *om. G* ab intimo B^2 6 peccatore *B* *in* pectore ex *desinit codicis G pag. 56 (95)* cur non tibi *om. P* fatearis *RP, uix recte* 7 sustulisti *P* 9 uitam *S* 10 aliud nichil *S* 11 recte *H* 12 recte B^1 *(s. l. corr.* B^2*) RSH* 15 suum illi — regulam uitae *(19) om. R* reddidit] nomen reddidit *H* respexerit *(exp. m.3) P* communem P^1, m *final. del.* P^2 16 pluris SV^1 17 nihil *P* denique *om. H* 20 et *om. P* 23 enim] igitur *P, recte?* 24 achademia *S* putet esse — cadit in philosophiam *(25) om. V* non] non sit *RSH* 25 est] esset *B* illorum ergo *R* in philosophiam] quod in philosophia *H* 26 ut *om. P* reddit *P* incerte lege *H*

nullam putat, rationem subuertit, regulam deprauat, scientiam
funditus tollit. falsa igitur illa omnia, quia in rem semper
incertam et adhuc nihil explicantem cadere non possunt. nulla 4
itaque ratio uel scientia uel lex bene uiuendi nisi in hac unica
et uera et caelesti sapientia constituta est, quae philosophis
fuerat ignota. nam illa terrena quoniam falsa est, uaria et 5
multiplex sibique tota contraria est. et sicut unus est huius
mundi constitutor et rector deus, una ueritas, ita unam esse
ac simplicem sapientiam necesse est, quia quidquid est uerum
ac bonum, id perfectum esse non potest, nisi fuerit singulare.
quodsi philosophia uitam posset instruere, nulli alii nisi phi- 6
losophi essent boni et qui eam non didicissent, essent omnes
semper mali. cum uero innumerabiles exsistant et semper 7
extiterint qui sint aut fuerint sine ulla doctrina boni, ex phi-
losophis autem perraro fuerit qui aliquid in uita fecerit laude
dignum, quis est tandem qui non uideat eos homines uirtutis,
qua ipsi egent, non esse doctores? nam si quis mores eorum 8
diligenter inquirat, inueniet iracundos cupidos libidinosos ad-
rogantes proteruos et sub obtentu sapientiae sua uitia celan-
tes, tum domi facientes ea quae in scolis arguissent. mentior 9
fortasse accusandi gratia: nonne id ipsum Tullius et fatetur
et queritur? q u o t u s q u i s q u e inquit p h i l o s o p h o r u m in-
u e n i t u r q u i s i t i t a m o r a t u s , i t a a n i m o a c u i t a c o n s t i-

AUCTORES 22] Tusc. II 4, 11.

BRSHPV] 1 putet R^1 rationes *P* 2 omnia illa *in mg. V* 3 athuc *B* 4 itaqu*e *(a er.) B*, igitur *H* una *H* 5 et *(ante* caelesti*)* *om. P* 6 nam *om. R* falsa] fallax *P* uaria] fit uaria *P* 7 contra'ria' V^2 8 mondi V^1 una] uni P^1, *corr.* P^3 9 est] fuerit *P* 10 id *om. S* singulare* *(*m *er.) H* 11 filosophiam *B* instituere *H* 12 qui eam] quia *S* eam *(*e *in ras. ex 1 uel 2 litt., fort.* n, *m. 3) B* 13 semper *om. H* exsistant *B*, existant *cett.* et semper] semper *B*, semperque *SH* 14 extiterint'q.' B^2, extiterunt *V* aut] aut qui *P* aut fuerint *om. H* illa *H* 15 fuerint *S* 16 non *om. H* eos *om. B* omnes *SP* 17 qu*a *(*i *er.) P* in mores P^1 *(*in *del.* P^3*)* *V*, *fort. recte* eorum mores *S* 18 inueniat PV^1 adrogantis V^1 19 proterbos *B*, propter uos RH^{ar} et] et qui *R* o(b)tentu B^3 celantes] celetes V^1 20 cum *P* faciunt *P* scholis *RPV* arguunt *P* 21 fortesse P^1, *corr.* P^3 non *V*; *malim* ⟨at⟩ nonne et *om. H* 22 quotis *(*i *ras. ex* u*)* *H*; quotus enim *Cic.* 23 *in* ita *(ante* moratus*)* it *add.* B^3 *alt.* ita] tamen *B*

tutus, ut ratio postulat? qui disciplinam ⟨suam⟩ non
ostentationem scientiae, sed legem uitae putet? qui
obtemperet ipse sibi et decretis pareat suis? uidere
licet alios tanta leuitate et iactatione, ut iis fuerit
non didicisse melius, alios pecuniae cupidos, alios
gloriae, multos libidinum seruos, ut cum eorum uita
10 mirabiliter pugnet oratio. Nepos quoque Cornelius ad
eundem Ciceronem ita scribit: tantum abest ut ego magi-
stram putem esse uitae philosophiam beataeque uitae
perfectricem, ut nullis magis existimem opus esse
magistros uiuendi quam plerisque qui in ea dispu-
tanda uersantur. uideo enim magnam partem eorum
qui in schola de pudore ⟨et⟩ continentia praecipiant
argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditati-
11 bus uiuere. item Seneca in Exhortationibus plerique inquit
philosophorum tales sunt, diserti in conuicium suum.
quos si audias in auaritiam, in libidinem, in ambitio-
nem perorantes, indicium professos putes: adeo redun-
dant ad ipsos maledicta in publicum missa. quos non
aliter intueri decet quam medicos, quorum tituli reme-
12 dia habent, puxides uenena. quosdam uero nec pudor
uitiorum tenet, sed patrocinia turpitudini suae

AUCTORES 8] frg. 46 Halm. 15] frg. 18.

BRSHPV] 1 suam *Cic., om. C,* disciplinam ueram *P* 2 suae scientiae *B* legum *(u ex e) R* uitae *om. V* 3 optemperet *RPV* ipsi *codd. Cic.* suis pareat *codd. Cic.* 4 alio⸢s⸣ P^3 tanta le(e)uitate (is) et iactatione (is) *(corr. m. 2) V* laeuitate *B* ⸢ut⸣ P^3 iis *Cic.,* his *BRSH, om. P,* ⸢h⸣is V^2 5 p∗ecuniae *(a er.) B* alios gloriae] gloriae non nullos *Cic.* 6 libi⸢di⸣num V^2 at *H* uitiis *P* 8 ita *om. H* describit *S* ego *om. V* 9 uitae putem *(om.* esse*) SH* filosofiae *R* 10 nulli∗s *(u er.) R* existimem *om. H* 11 magistris *BH,* magisterio (magistros R^1) R^2 recte uiuendi *H* plerisque B^{ar} *(s er.)* P^1, s *exp.* $P^{2?}$ disputanda (ł do) *(corr. m. 2) V* 13 quod P^1, *corr.* P^2 scola *SHV* et *add. edd.,* de *H* 14 argumtissime *V* 15 exorationibus *V* instituit V^1, *s. l.* ł inquit V^2 16 sunt] sunt ut sint *H* disserti B^{ar} *(pr.* s *er.) V* 17 ⸢si⸣ B^3 18 perorant *R,* perorantis *V* indicium] professionis indicium *SH,* indicium suum *P* professos *om. H,* pfesso V^1, ꝓfesso⸢s⸣ V^2 19 quos] quos nos *P* 21 pyxides *RSV,* pixydes *P* 22 patrocinia∗ *(e er.) B* turpitudini⸢s⸣ $R^{1?}$, turpitudinis *SH,* turpitudine V^1, -ni⸢s⸣ V^2

fingunt, ut etiam honeste peccare uideantur. — faciet 13
sapiens inquit idem Seneca etiam quae non probabit,
ut etiam ad maiora transitum inueniat, nec relinquet
mores bonos, sed tempori aptabit, et quibus alii utun-
tur in gloriam aut uoluptatem, utetur agendae rei
causa. deinde paulo post: omnia quae luxuriosi faciunt 14
quaeque inperiti, faciet et sapiens, sed non eodem
modo eodemque proposito. atquin nihil interest quo animo
facias quod fecisse uitiosum est, quia facta cernuntur, animus
non uidetur. Aristippo Cyrenaicorum magistro cum Laide 15
nobili scorto fuit consuetudo. quod flagitium grauis ille philo-
sophiae doctor sic defendebat, ut diceret multum inter se et
ceteros Laidis amatores interesse, quod ipse haberet Laidem,
alii a Laide haberentur. o praeclara et bonis imitanda sapien- 16
tia! huic uero liberos in disciplinam dares, ut discerent habere
meretricem? aliquid inter se ac perditos interesse dicebat,
scilicet quod illi bona sua perderent, ipse gratis luxuriaretur.
in quo tamen sapientior meretrix fuit: quae philosophum habuit 17
pro lenone, ut ad se omnis iuuentus doctoris exemplo et aucto-

EPITOME 10 ss.] cf. c. 34, 7.

AUCTORES 1] frg. 19. 6] frg. 20. § 15] ad Senecae Exhortationes refert Rossbachius, de Senec. phil. libror. recens. et emend. p. 45 s.

EXPILATORES 8 s. nihil interest — uidetur] Ps.-Seneca de moribus 3; prouerbia 10. 11 (Publil. Syr. ed. Woelfflin pag. 91).

BRSHPV] 1 figunt *P* faciat (ł et *corr. m. 2) V* 2 sapiens inquit *edd.*, inquit sapiens *C* etiam] enim *H* probauit *BRP* 3 inueniat (iat *ex* it) *P* 4 bonos mores *R* tempora *H* temporaplabit *sic V* et] ut *V* 5 in gloriam aut uoluntatem *(sic)* utetur (a *corr. m. 2) in mg. V* gloria *S* agendæ (æ *ex* a *m. 2) H,* agendẹ (˛ *m. 3) P* 6 causam *B* luxoriosi *PV*[pc] (-si *ex* -se) 8 eodemque] eodem uero *R*, eodem quae *H* ad *H*, atquiṇ *(exp. m. 3 ?) P* 9 facies *P* quo'd' *V*[2] anim̉ (' *i. e.* us *m. 2) V* 10 cirenẹ quorum *V*[1], *supra* quorum *add.* ł e giorum *V*[2] laide *V, insequ. quoque locis supra* i *litt. erasa* 11 grauiter *P* 12 ut diceret *om. B* et *om. BV*[1] et ceteros — interesse *om. R* 13 laudis *B* laudem *B*[1], *corr. B*[3] 14 a *om. B*[1] *(s. l. B*[3]*) V* laude *B*[1], *corr. B*[3] a Laide] al*ade (i *er.) H* laberentur *B*[1], *corr. B*[3] 15 uiro (i *ex* e) *P*[3] discederent *P*[1], de *del. P*[3] 16 *post* meretricem *s. l.* ab eo qui *R*[2] aliqui id *H* 18 tamen *V*, plane *BHP, om. R,* sane *S* meretrix sapientior *SH* quae] quae si'c' *V*[2] 19 prole nonne *H*, pro leno *P*[1]*V*[1], ne *s. l. add. P*[3?] *V*[2]

18 ritate corrupta sine ullo pudore concurreret. quid ergo inter-
fuit quo animo philosophus ad meretricem famosissimam com-
churchmearet, cum eum populus et riuales sui uiderent omnibus
19 perditis nequiorem? nec satis fuit ita uiuere, sed docere
etiam libidines coepit ac mores suos de lupanari ad scolam
transtulit disserens uoluptatem corporis esse summum bonum.
quae doctrina exsecrabilis et pudenda non in corde philosophi,
20 sed in sinu meretricis est nata. nam quid ego de Cynicis
loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit?
quid mirum si a canibus, quorum uitam imitantur, etiam uoca-
21 bulum nomenque traxerunt? nullum igitur in hac disciplina
magisterium uirtutis est, cum etiam illi qui honestiora prae-
cipiunt, aut non faciant ipsi quae suadent aut si faciunt, quod
raro accidit, non disciplina eos ad rectum, sed natura pro-
ducat, quae saepius etiam indoctos inpellit ad laudem.
1 16. Verum enim cum se perpetuae desidiae tradant nullam-
que uirtutem capessant et omnem suam uitam nihil aliut
quam in eloquendo peragant, quid aliut quam inertes debent
2 putari? sapientia enim nisi in aliquo actu fuerit quo uim
suam exerceat, inanis et falsa est recteque Tullius ciuiles uiros,
qui rem publicam gubernent, qui urbes aut nouas constituant
aut constitutas aequitate tueantur, qui salutem libertatemque

EPITOME 4—8] c. 34, 7. 8 s.] c. 34, 6.
AUCTORES 20] cf. de or. I 8, 33 s. 51, 219; de off. I 43. 44.
EXPILATORES § 20] Isidor. orig. VIII 6, 14.

B(G)RSHPV] 1 ergo *om. P* 2 *ab* Animo *incipit codicis G pag. 57 (94) paene tota lecta* famonsissimam *B*, formõ|sissimam *(sed ~ minus. cert.) G* commeare *S* 3 uiderunt *H* 4 nequiores *S*, requiorem P^1, *corr.* P^3 5 ac *om. P* lupinari *H*, lupanari* *(a er.) P* scholam *GRPV* 6 uoluptatem *(p ex* u *m. 2) V* 10 imitant *G* 11 ⌜in⌝ B^3 13 faciant *(sic corr. m. 2) R*, faciunt *SH* quas|uadent *(corr. m. 2) V* 14 accidunt *S* addisciplina V^1, ad *del.* V^2 producit *BGSH*; perducat *edd.* 16 uerum enim] uerum etiam *H*, uerum enim uero *edd.* 17 omnes *G* nihil] ad nihil *B*, [ad] nihil *G* 18 in eloquendo] ne loquendo *G*, in loquendo *RS* perdant *B* 19 actũ *H* fuitrit V^1 20 ciuilis PV^1 22 *in* tueantur qui sa *desinit codicis G pag. 57 (94), sequitur pag. 58 (93), cuius in uerss. 1. 2 pauca legebantur*

ciuium uel bonis legibus uel salubribus consiliis uel iudiciis
grauibus conseruent, philosophiae doctoribus praefert. bonos 3
enim facere oportet potius quam inclusos in angulis facienda
praecipere quae ne ipsi quidem faciant qui locuntur; et quon-
iam se a ueris actibus remouerunt, apparet eos exercendae
linguae causa uel auocandi ⟨animi⟩ gratia artem istam philo-
sophiae repperisse. qui autem docent tantum nec faciunt, ipsi
praeceptis suis detrahunt pondus. quis enim optemperet, cum
ipsi praeceptores doceant non optemperare? bonum est autem 4
recta et honesta praecipere, sed nisi et facias, mendacium est,
et est incongruens atque ineptum non in pectore, sed in labris
habere bonitatem. non ergo utilitatem ex philosophia, sed 5
oblectationem petunt. quod quidem Cicero testatus est. pro-
fecto inquit omnis istorum disputatio quamquam uber-
rimos fontes uirtutis et scientiae continet, tamen con-
lata cum eorum actis perfectisque rebus uereor ne
non tantum uideatur utilitatis adtulisse negotiis homi-
num quantam oblectationem otiis. uereri quidem non 6
debuit, cum uerum diceret, sed quasi timeret ne proditi my-
sterii reus a philosophis citaretur, non est ausus confidenter

AUCTORES 13] de rep. I frg. 5 (Hortens. frg. 32).

BRSHPV] 1 iudi⌜ci⌝is B^3 2 conseruent** *(*ur *er.) B* 3 faciend⌊a⌋ (⌊a⌋ *m. 1 ?) S* 4 ipsi* *(*s *er.) V* faciunt *P* qui *in ras. ex* que *? m. 1 ? S* loquantur *B,* loquuntur *SPV* 5 ⌜a⌝ H^2 ueris] uiros B^1, *corr.* B^2 remouerunt] re V^1, *in mg.* remouent V^2 exarcendae V^1 6 aduocandi *S edd.*, auocandi se *H,* auocandi *(corr. m. 3) P;* animi *addidi cf. Addenda* ipsam *B* 7 repperis⌜se⌝ R^2 8 pondus *om. P* cum ipsi praeceptores] eorum uerbis quorum mores *P* 10 et *(ante facias) om. H* facias *(alt.* a *ex* e *m. 2) V* 11 labiis *BH* 13 quod quidem] quidquid idem *H* 14 ipsorum *SH* quamquam] quam qui V^1, *s. l.* ł quamuis V^2 15 scientiaͤ *(*e *s. l. er.) R,* scientia *H* continent *B,* contineat *V* nec tamen *H* conlocata *V* 16 cum horum *BRV,* quorum | eorum *(*e *add. m. 2) H* actibus *B* uereor *ex* uero *P* 17 tantum] tam B^{ac}, *s. l. corr. m. 1 ?* utilitatis *B sine dubio ex 12 sumptum, fort. recte, om. cett.;* tantam — utilitatem *malim* adtulisse *B,* attulisse *cett.* 18 quantum *B* oblectationemque *H* otiis *C* (otiis, *exp. m. 2 V), sed fort. Lact.* otio *(cf. pag. 226, 2) scripsit, quod Ciceronem certe scripsisse existimo; cf. Addenda* 19 quasi timeret *om. P* ⌜ne⌝ P^3 20 rebus *S* scitaretur *V* ausus] autem uisus *B*

pronuntiare quod fuit uerum, illos non ideo disputare ut do-
ceant, sed ut se oblectent in otio. qui quoniam auctores sunt
rerum gerendarum nec ipsi quicquam gerunt, pro loquacibus
7 sunt habendi. sed profecto quia nihil ad uitam boni adfere-
bant, nec ipsi decretis suis obtemperauerunt nec quisquam per
tot saecula inuentus est qui eorum legibus uiueret. abicienda
est igitur omnis philosophia, quia non studendum sapientiae,
quod fine ac modo caret, sed sapiendum est et quidem mature.
8 non enim nobis altera uita conceditur, ut cum in hac sapientiam
quaeramus, in illa sapere possimus: in hac utrumque fieri
necesse est. cito inueniri debet, ut cito suscipi possit, ne quid
9 pereat ex uita, cuius finis incertus est. Ciceronis Hortensius
contra philosophiam disserens circumuenitur arguta conclusione,
quod cum diceret philosophandum non esse, nihilominus
philosophari uidebatur, quoniam philosophi est quid in uita
10 faciendum uel non faciendum sit disputare. nos ab hac
calumnia inmunes ac liberi sumus qui philosophiam tollimus,
quia humanae cogitationis inuentio est, sophiam defendimus,
quia diuina traditio est, eamque ab omnibus suscipi oportere
11 testamur. ille cum philosophiam tolleret nec melius aliquid
adferret, sapientiam tollere putabatur eoque facilius de sententia
pulsus est, quia constat hominem non ad stultitiam, sed ad
12 sapientiam nasci. *praeterea illut quoque argumentum contra

EPITOME 6—12] c. 25, 7.
AUCTORES 12] frg. 19.

BRSHPV] 1 ᴵidõ V^2 2 sunt (nt *ex* m *m. 2) V* 3 generandarum B^1, geňėrendarum B^3 quicquam] qui equam *S* pro] cum *P* 7 omnis igitur *B* 8 quod — caret *om. P* fide *R*, finem *S* nature *S*, naturae V^1, *in mg.* ł mature V^2 9 ut *om. H* sapientia *S* 10 possumus RV^1 11 *post* cito *s. l.* ergo R^2 nequit *V* 12 *post* uita *hoc* cuius uita P^1, *del.* P^3 est *om. H* 13 argu⌊ta⌋ $S^{1?}$ 14 ⌈n⌉on (n *m. 1 ?) B* itinil ominus V^1, *s. l.* nicilominus (h *s. l.*) V^2 15 filo⌈so⌉fari V^2 philosophis *S* est *P*, est et *B (recte, ut* et *sit* etiam *?)*, esset *RSHV* in] de *P* 16 *pr.* faci⌊e⌋ndum H^2, faciundum *V* uel non faciendum sit *om. H* ad V^1, *ras. et s. l. corr.* V^2 17 inmunes ac *om. H* in nunies V^1 18 sophiam] philosophiä (~ *er.)* sapientiam *B*, filosofiam *R*, philosophiam *S* 19 oportere suscepi *(sic) S* 20 philophiam *P* 21 putabat *R* 23 quodque *H*

philosophiam ualet plurimum, quo idem est usus Hortensius, ex eo posse intellegi philosophiam non esse sapien-
tiam, quod principium et origo eius appareat. quando 13
inquit philosophi esse coeperunt? Thales ut opinor primus. recens haec quidem aetas: ubi ergo aput antiquiores latuit amor iste inuestigandae ueritatis?
idem Lucretius ait: 14

denique natura haec rerum ratioque reperta est
nuper, et hanc primus cum primis ipse repertus
nunc ego sum in patrias qui possim uertere uoces.

et Seneca non sunt inquit mille anni, ex quo initia sa- 15
pientiae mota sunt. multis igitur saeculis humanum genus sine ratione uixit: quod inridens Persius

postquam inquit sapere urbi
cum pipere et palmis uenit,

tamquam sapientia cum saporis mercibus fuerit inuecta. quae si est secundum hominis naturam, cum homine ipso coeperit necesse est, si uero non est, ne capere quidem illam posset
humana natura. sed quia recipit, a principio igitur fuisse 16
sapientiam necesse est: ergo philosophia quia non a principio

AUCTORES 2] frg. 20. 8 ss.] V 335 ss. 11] frg. 21. 14 s.] VI 38 s.

BRSHPV] 1 primum *S*, pririmum V^1, *ras. et s. l. corr.* V^2 quod *H* idem est] idem id ėśt *(exp. m. 3) B* 2 eo] quo B^1, *corr.* B^3 posset B^1, possi^{e}t *(corr. m. 2) V* 4 tales BH^1P 5 primus *om. P* haẹc quidem aeta^{te}s *(corr. m. 2) V* *post* ergo *del.* dem *S* 7 i^{t}dem (d *del. et corr. m. 3) P* 8 ratio quae *SHV* 9 haec *B,* hac *HP* primus *Lucr.,* primum *C* ipse (e *ex* i *?) B* 10 patria *H* possim *C (nisi quod* ponsim *S) cum Lucr., quod propter Lachmannum moneo* 11 non⌜dum⌝ V^2 poṣsunt *(exp. m. 2) V* 12 mota sunt] motas *S* nota *uel* nata *edd.* igitur] ergo *V* 13 inredens B^1, *corr.* B^3 14 inquit] igitur *P* sa*pere *(e er.) B,* saperet *HP* urbi cum pipere et *om. P* 15 piper et *BH* uenit *om. P* 16 saporibus *R* mertibus V^1 17 si est *add.* B^3 18 Suiero V^1 est] est quod *H* ne R^1H, nec *BSV,* ne⌜c⌝ R^2, nec* *P* illam quidem *SH* posse humanã naturã *(duo ~ add. m. 3) P* 19 quia *om. H* recepit HP^1, *alt.* e *in* i *corr.* P^3 20 sapientiam] scientiam *V* nece⌞ss⌟e V^2 est *add.* B^2

fuit, non est eadem uera sapientia. sed uidelicet Graeci quia
sacras ueritatis litteras non attigerant, quemadmodum depra-
17 uata esset sapientia nescierunt; et ideo cum uacare sapientia
humanam uitam putarent, philosophiam commenti sunt id est
latentem atque ignotam sibi ueritatem disserendo eruere uo-
luerunt: quod studium per ignorantiam ueri sapientiam puta-
uerunt.

1 17. Dixi de philosophia ipsa quam potui breuiter. nunc ad
philosophos ueniamus, non ut cum his decertemus, qui stare
non possunt, sed ut eos fugientes atque deiectos nostro campo
2 insequamur. Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit
quam ceterorum, non quia ueri aliquid adferat, sed quia mul-
tos populare nomen uoluptatis inuitat. nemo enim non in
3 uitia pronus est. praeterea ut ad se multitudinem contrahat,
adposita singulis quibusque moribus loquitur. desidiosum uetat
litteras discere, auarum populari largitione liberat, ignauum
prohibet accedere ad rem publicam, pigrum exerceri, timidum
4 militare. inreligiosus audit deos nihil curare, inhumanus et
suis commodis seruiens iubetur nihil cuiquam tribuere: omnia
5 enim sua causa facere sapientem. fugienti turbam solitudo

EPITOME 8 s.] c. 31, 1. 18 deos nihil curare] c. 31, 2.

AUCTORES § 2 s. (Epicuri)] frg. 553. 9] 'ex Hortensio (sc. Ciceronis) sumpta est sententiarum pugnantium conlatio et acutissima et cum fide instituta diu. inst. III 17, 3—6 cf. 16, 9. 13.' Usenerus, Epicurea p. LXXV n. 2. 18—20 inhumanus — sapientem] cf. ad frg. 581 Epicuri (pag. 333, 15). 20 s. fugienti — laudatur] frg. 571.

BRSHPV] 1 uellemlicet B^1, *in ras. corr.* B^3, ut scilicet *S* 2 sacras *(alt.* a *ex* i ? *m. 2) V* attingerant *(pr.* t *ex* d*) V* deprauaʼtaʼ V^2 3 uacaret *P* 4 humanam uitam putarent *om. P* 5 dissoluendo *P* 6 ignorantia *S* 8 p^de filosofia* *(*m *er.)* ipsi^a *V* ipsa *om. B* 9 philophos *P* ut *om. S* his *in ras. ex* iis *R,* hisdem *V* decertem *P* 10 fugʼiʼentes $S^{1?}$ diiectos *S,* abiectos *H* 11 fuit semper *B* 12 adferat *B,* adfert *(uel* aff-*) cett.* 13 uoluptatis] ac uoluptatis *H,* pietatis V^{ac} 14 propterea *S* 15 quibuscumque *B* moribus *om. P* desidiosos B^1, *corr.* B^3 16 litteris *H* 17 prohibet *om. S* publicam *om. S* *ad* exerceri *(sic C) cf. Usenerum* 18 inreligiosus — curare *om. P* deum *H,* dʼm̄ʼ V^2 inhumanu sed *H* et] in *B* 19 seruiens *om. B,* seuiens *H* 20 sapientiam V^1 fugʼiʼenti $S^{2?}$

laudatur, qui nimium parcus est, discit aqua et polenta uitam
posse tolerari. qui odit uxorem, huic enumerantur caelibatus
bona, habenti malos liberos orbitas praedicatur, aduersus pa-
rentes inpio, nullum uinculum esse naturae. inpatienti ac de-
licato dolorem esse omnium malorum maximum dicitur, forti,
etiam in tormentis beatum esse sapientem. qui claritati ac 6
potentiae studet, huic praecipitur reges colere, qui molestiam
ferre non potest, huic regiam fugere. ita homo astutus ex 7
uariis diuersisque moribus circulum cogit et dum studet placere
omnibus, maiore discordia secum ipse pugnauit quam inter se
uniuersi. unde autem disciplina eius tota descendat, quam
originem habeat, explicandum est. uidebat Epicurus bonis 8
aduersa semper accidere, paupertatem labores exilia carorum
amissiones, malos contra beatos esse, augeri potentia, honoribus
adfici; uidebat innocentiam minus tutam, scelera inpune com-
mitti; uidebat sine dilectu morum, sine ordine ac discrimine
annorum saeuire mortem, sed alios ad senectutem peruenire,
alios infantes rapi, alios iam robustos interire, alios in primo
adulescentiae flore inmaturis funeribus extingui, in bellis me-
liores potius et uinci et perire. maxime autem commouebat 9
homines in primis religiosos grauioribus malis adfici, iis autem

AUCTORES 1 s. qui — tolerari] frg. 467. 2 s. qui — praedicatur] ad frg. 526 (pag. 320, 4). 3 s. aduersus — naturae] frg. 529. 4—6 inpatienti — sapientem] ad frg. 401 (pag. 276, 20, cf. pag. 339, 15). 6—8 qui — fugere] frg. 557. § 8 s. (Epicurus)] frg. 370.

BRSHPV] 1 partus V^1 disci⌊t⌋ P^3 pulenta *H* uita⌜m⌝ B^3 2 tolerare *SP*, tollerare *H* uxorem] pudorem *B* 3 ∗malos (a *er.*) V^{pr}, *s. l.* ł amaros V^2 redigatur V^1, *s. l.* ł praedicatur V^2 aduersum *S* ⌜parentes⌝ V^2 4 inpio] impio V^1, *idem coniecerat Buenemannus,* inpios (*uel* imp-) *BRSHPV*^{2} (s *add.*) deligato V^1 5 forti (i *ex* e *m. 2*) *V* 7 potentiae] sapientiae *H* qui molestiam] qui miles militiam *B* 9 coll⌊i⌋git *H*^{2} cogit et] cogi¦tet *m. 1, in* cogit|ṭet *corr. et s. l.* ł colligit *add. m. 2 V* 11 disciplina eius tota] disciplinae historia *B* tota *om. H* descendet *S* 12 U∗idebat (t *er.*) *V* 13 accidere (i *ex* e *m. 2*) *H* 14 augere V^1 16 delectu *SP*^{2} (*pr.* e *ex* i) 17 seruire S^1, *pr.* r *del.* $S^{2?}$ sed alios ad senectutem *om. P* sed] et *edd.* 18 interisse *H* prima *H* 19 inmaturae B^1, *corr.* B^3 20 et (*ante* uinci) *s. l. m. 2 uel al. post. P* *an* autem ⟨eum⟩ *? Thilo* 21 religiones *S* grauibus *H* iis *edd.*, his *BRHPV*, duos *S*

qui aut deos omnino neclegerent aut non pie colerent, uel
minora incommoda euenire uel nulla; ipsa etiam saepe templa
10 fulminibus conflagrare. quod Lucretius queritur, cum dicit de deo:

tum fulmina mittat et aedis
ipse suas disturbet et in deserta recedens
saeuiat exercens telum, quod saepe nocentes
praeterit exanimatque indignos inque merentes.

11 quodsi uel exiguam ueritatis auram colligere potuisset, num-
quam diceret aedis illum suas disturbare, cum ideo distur-
12 bet, quia non sint suae. Capitolium, quod est Romanae urbis
et religionis caput summum, non semel, sed saepius fulmine
13 ictum conflagrauit: homines autem ingeniosi quid de hoc exi-
stimauerint, ex dicto Ciceronis apparet, qui ait diuinitus
extitisse illam flammam, non quae terrestre illut do-
micilium Iouis deleret, sed quae sublimius magnifi-
14 centiusque deposceret. qua de re etiam in libris consu-
latus sui eadem dixit quae Lucretius:

nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
ipse suas arces atque inclyta templa petiuit
et Capitolinis iniecit sedibus ignes.

AUCTORES 4 ss.] II 1101 ss. 13] Verr. IV 31, 69. 18 ss.] cf. de diuin. I 12, 19; II 20, 45.

BRSHPV] 1 deos (s *add. m. 2) V* neclegerent *B*, negl- *cett.* 2 prouenire *B*, uenire *SH* ⌜ipsa⌝ B^3 3 fluminibus P^1, lu *in* ul *corr.* P^3 conflaglare *R*, conflare *S*, confraglare *H*, conflagare *V* 4 flumina P^1, lu *in* ul *corr.* P^3 aedis V^1 *cum codd. Lucr.*, aedes *BRHP*V^2 *(s. l. corr.)*, edes *S* 5 ipse] saepe *codd. Lucr.* suas *(alt.* s *add. m. 3) P* in *om. codd. Lucr.* 6 exercente telum *H* 7 indignos inque] indignosque *P* inquae *H* merentis B^1, *corr.* B^2 8 exigua *V* 9 diceret] haec diceret *SH* aedis V^1, aedes V^2 *(s. l. corr.) cum cett.* suis *(sed del. m. 2)* suas *V* disturbaret, *alt.* t *del. m. 1 ? S*, disputare V^1 10 quia] quod *edd.* sunt *RH edd.* sua *H* capotolium V^{ac} ⌜est⌝ P^2 11 sed] et *S*, sed et *H* fulmineo ictu confraglauit *H* flumine P^1, lu *in* ul *corr.* P^3 13 qui ait] quia ut *S* 14 terrestre] caeleste *B*, terrestre* (s *er.) H* 16 *ante* consulatus *4 fere litt. eras. V* 17 dixit] dix̃* (q *er.) V* 18 stillanti *SH* nixu^s|ṣolympo *(corr. m. 2) V* olimpo *SP* 19 *in codd. Cic. utroque loco sic* ipse suos quondam tumulos ac templa petiuit arces* (s *er.) V* inclita *S* peti|uit *(e in ras. et pr.* i *postea add. m. 1 ?) B* 20 aedibus *BR*, saedibus *H*

pertinaci ergo stultitia non modo uim maiestatemque ueri dei 15
non intellexerunt, sed etiam inpietatem sui erroris auxerunt,
qui templum caelesti iudicio saepe damnatum restituere contra
fas omne contenderint. cum haec igitur cogitaret Epicurus, 16
earum rerum uelut iniquitate inductus — sic enim causam
rationemque ignoranti uidebatur — existimauit nullam esse
prouidentiam. quod cum sibi persuasisset, suscepit etiam de-
fendendum: sic in errores inextricabiles se ipse coniecit. si 17
enim prouidentia nulla est, quomodo tam ordinate, tam disposite
mundus effectus est? nulla inquit dispositio est: multa
enim facta sunt aliter quam fieri debuerunt. et in-
uenit homo diuinus quae reprehenderet. quae singula si 18
uacaret refellere, facile ostenderem nec sapientem hunc fuisse
nec sanum. item si nulla prouidentia est, quomodo animalium
corpora tam prouidenter ordinata sunt, ut singula quaeque
membra mirabili ratione disposita sua officia conseruent? nihil 19
inquit in procreandis animalibus prouidentiae ratio
molita est. nam neque oculi ad uidendum facti sunt
neque aures ad audiendum neque lingua ad loquendum
neque pedes ad ambulandum, quoniam prius haec nata
sunt quam esset uidere audire loqui ambulare. ita-
que non haec ad usum nata sunt, sed usus ex illis
natus est. si nulla prouidentia est, cur imbres cadunt, fru- 20

EPITOME 4—7] c. 31, 1.

AUCTORES § 16—21 (Epicurus)] frg. 370 (p. 249, 10). 10] cf. Lucr. V 195—234 (cf. II 180 s.). 16] cf. ibid. IV 822—857.

BRSHPV] 1 pertinaciter *B*, pertinaces *R* pertinaci⸢e⸣rgo V^2 stulti *B* ⸢modo⸣ B^3 2 adferunt B^1, *in ras.* auserunt *(sic) corr.* B^3 5 ueluti *SH* iniquitatẽ *H* si⸢c⸣ H^2 7 ⸢sibi⸣ H^2 defendum *V* 8 errores ėt *(exp. m. 3) B* extricabiles *H* conclusit *P*, non iecit *V* 9 tam *(ante* disposite*) om.* V^1, et *s. l.* V^2 disponite V^1 10 dispositio] ratio *B*, dispotio *P*, ł positio disputatio *(corr. m. 2) V* 12 reprehenderat *R* 13 refelleret *S*, refeller& (ẽ) *(sic corr. m. 2) V* facileeostenderem *(alt.* e *del. m. 3) B* 15 prudenter *SH* ornata *RSHV* 16 membra *in mg.* P^2 19 ad *(ante* audiendum*) om. H* nec *(ante* lingua*) P* 21 essent B^1 (n *del.* B^3*) R* loqui *post* audire *posui, ante* uidere *BRSHV*, qui loqueretur uideret audiret ambularet *P* 22 usus *P* nata sunt *om. SH* 23 inbres *B* fruges] frigor *H*

ges oriuntur, arbusta frondescunt? non inquit animantium causa ista fiunt, quoniam prouidentiae nihil prosunt,
21 sed omnia sua sponte fieri necesse est. unde ergo nascuntur aut quomodo fiunt omnia quae geruntur? non est inquit prouidentiae opus: sunt enim semina per inane uolitantia, quibus inter se temere conglobatis uni-
22 uersa gignuntur atque concrescunt. cur igitur illa non sentimus aut cernimus? quia nec colorem habent inquit nec calorem ullum nec odorem. saporis quoque et umoris expertia sunt et tam minuta, ut secari ac di-
23 uidi nequeant. sic eum, quia falsum in principio susceperat, consequentium rerum necessitas ad deliramenta perduxit. ubi enim sunt aut unde ista corpuscula? cur nemo illa praeter unum Leucippum somniauit, a quo Democritus eruditus here-
24 ditatem stultitiae reliquit Epicuro? quae si sunt corpuscula et quidem solida ut dicunt, sub oculos certe uenire possunt. si eadem est natura omnium, quomodo res uarias efficiunt? uario inquit ordine ac positione conueniunt sicut litterae: quae cum sint paucae, uarie tamen collocatae innumera-
25 bilia uerba conficiunt. at litterae uarias formas habent. ita inquit et haec ipsa primordia: nam sunt aspera,

EPITOME 3—233, 10] c. 31, 3—5.

AUCTORES 1] cf. ibid. V 156—194. 4] cf. ibid. lib. I et II passim, maxime II 1048—1066; V 187—194. 416—431. § 22—27] frg. 287 Epicuri. 8] cf. Lucr. II 737 ss. 842—864; I 528 ss. 599 ss. 17] cf. ibid. II 478 ss. 660 ss. 688—699. 21] cf. ibid. II 333 ss. 381—477.

BRSHPV(—17)] 1 orriuntur P^1, *alt.* r *del.* P^3, oriantur V^1 inquiunt *SH* animantium] semper animantium *V* 4 gerentur *S*, *gerun-tur *(e er.) V* 5 s⌜e⌝mina V^2 6 uolantiȧ *S* conglobati sunt uersa V^1, *part. in ras. corr.* V^2 8 calorem *H* inquit *om. H* 9 colorem *H* quoq. ac | tumoris *(ac add. m. 2) V* 10 expert⌜i⌝a *B* tam*** *(quã er.) B* minuta] minuta inquid *H* 11 princio *H* 12 deliramenta *(pr.* e *ex* i *et* i *ex* a *m. 3) P,* delirementa V^{ac} 13 unde] unde sint *B* ⌜cur⌝ *V* 14 leucippum *in ras.* B^3, *de scriptura m. primae* leop ⋯ ũ *agnoscitur,* leuci⌜p⌝pum P^3 15 et quidem] equidem B^1 *(s. l. corr.* B^3*) SH* 17 *post* omnium *statim ad* inquit malorum *§ 33 transilit cod. V* 18 cõpositione *S* sic *S* 19 paucae *(e add. m. 3) P* uarie *edd.*, uariae *C, nisi quod alt.* a *eras. B, del.* P^3 20 literae *(alt.* e *add. m. 3) P*

sunt hamata, sunt leuia. secari ergo ac diuidi possunt, si
aliquid inest illis quod emineat. si autem leuia sunt et hamis
indigent, cohaerere non possunt. hamata igitur esse oportet,
ut possint inuicem concatenari. cum uero tam minuta esse 26
dicantur, ut nulla ferri acie dissici ualeant, quomodo hamos
aut angulos habent? quos, quia extant, necesse est posse di-
uelli. deinde quo foedere inter se, qua mente conueniunt, 27
ut ex iis aliquid construatur? si sensu carent, nec coire tam
disposite possunt, quia non potest quicquam rationale perficere
nisi ratio. quam multis coargui haec uanitas potest! sed 28
properat oratio. hic est ille,

qui genus humanum ingenio superauit et omnes
restinxit, stellas exortus ut aetherius sol.

quos equidem uersus numquam sine risu legere possum. non 29
enim de Socrate hoc saltem aut Platone dicebat, qui uelut
reges habentur philosophorum, sed de homine, quo sano ac
uigente nullus aeger ineptius delirauit. itaque poeta inanissi-
mus leonis laudibus murem non ornauit, sed obruit et obtriuit.
at idem nos liberat metu mortis, de qua haec ipsius expressa 30
uerba sunt: quando nos sumus, mors non est: quando
mors est, nos non sumus. mors ergo nihil ad nos.
quam argute nos fefellit! quasi uero transacta mors timeatur, 31

EPITOME 19—236, 12] c. 31, 6 quid — facit.
AUCTORES 12 s.] ibid. III 1043 s. 20] Laert. Diog. X 125.

B(G)RSHP] 1 sunt ∗amata *(pars litt.* h *eras.)* sunt *in ras. P* ⌜h⌝amata B^3 2 est in illis *B,* inest in illis *H* emineat *(pr.* e *ex* i *m. 3) P* ⌜h⌝amis B^3, umoris *RH,* humoris *SP* 3 coercere *S,* cohere⌜re⌝ H^2 amata B^{ac} *(s. l. corr.* B^1*) S,* amant *R,* ∗amata *(*h *er.) P* sese *R,* ⌜es⌝se P^3 5 fe⌜r⌝ri H^2 dissici *C* quomodo] quomo *H* amos *BP* 6 habeant *SH* diuelli∗ *(*t *er.) B* 7 deinde *(*inde *in ras. ex* nique *m. 3) B* 8 ⌜ut⌝ B^3 iis *R,* his *BSH,* hiis *P* conseratur *B, probat Usenerus,* constituatur *codd. recent. et edd.* 9 dispositae $B^{ar}H$, disposita *P* 10 quam multis — oratio *om. R* 12 omnis *codd. Lucr.* 13 extinxit *P* et ortus *P* ut *BSH cum codd. Lucr.,* uti *RP* aetherius *(*eth- *P) C,* aerius *codd. Lucr.* 14 risu] uersu *S* 15 aut platone hoc saltim *(sic) P* 16 ac *om. SH* 17 inertius *B* delirauit *(*e *ex* i *m. 3) P* 18 leonẽ *S,* leonũ *H* exornauit *H* obtriuit] obstruit B^1, *corr.* B^3 21 ⌞est nos⌟ *P* 22 *a* Uer[e] *(sic)* transacta *incipit codicis G pag. 59 (101) paene tota lecta*

qua iam sensus ereptus est, ac non ipsum mori, quo sensus
eripitur. est enim tempus aliquod quo et nos iam non sumus
et mors tamen nondum est, idque ipsum uidetur esse miserum,
32 quod et mors esse incipit et nos esse desinimus; nec frustra
dictum est: mors misera non est, aditus ad mortem
est miser, hoc est morbo tabescere, ictum perpeti, ferrum
33 corpore excipere, ardere igni, dentibus laniari. haec sunt
quae timentur, non quia mortem adferunt, sed quia dolorem
magnum. quin potius effice ne dolor malum sit. omnium
inquit malorum maximum est. qui ergo possum non timere,
si id quod mortem antecedit aut efficit, malum est? quid quod
totum illut argumentum falsum est, quia non intereunt animae?
34 ⟨minime⟩ uero inquit; nam quod cum corpore nascitur,
cum corpore intereat necesse est. iam superius dixi differre me hunc locum et operi ultimo reseruare, ut hanc Epicuri persuasionem, siue illa Democriti siue Dicaearchi fuit, et
35 argumentis et diuinis testimoniis redarguam. uerum ille fortasse inpunitatem uitiis suis spopondit: fuit enim turpissimae

14 superius] c. 13, 3.

AUCTORES 5] ? (cf. tamen Senec. epist. 30, 9: plus ut puto — et receperunt). 9 s. quin — est] cf. ad frg. 401 Epicuri (pag. 276, 18). 11—14] cf. ad frg. 336 (pag. 227, 1). 13] cf. Lucr. III 445—458. 634—639.

B(G)RSHPV(a 10)] 1 qua *P*, quia *BGR*, quā *S*, qu∗a *(i er.) H* iam *om. S* 3 esse *om. H* 4 quod *R*, quo *BGP*, cum *SH* *pr.* et *om. H* 5 *pr.* est *om. H* aditus *(us ex um m. 2) H* 6 *alt.* est] ergo genere *H* ictu *S* 7 igne *(e ex i m. 1?) R* dentibus ⟨bestiarum⟩ *edd.* 8 dolem *P* 9 quin potius effice ne *RP*, quae res potius efficit ut *B*, qu⟨in po⟩tius ef[ici]e[t] ne *G*, quin potius efficit ut *S*, inquit potius efficit ut *H; cf. pag. 104, 1* inquit omnium *P* 10 *ab* inquit *denuo incipit V, cf. ad pag. 232, 17* ⌜est⌝ P^{2} quid *B*, [quid] *G*, qui ɫ d *(corr. m. 2) V* possum non *R*, non possunt B^{1} *(*possum *in ras. corr.* B^{3}*) G*, non possum non *SHPV; an* quid ergo? possum non timere — malum est? *scribendum? in quo pro* possum *malunt* num possum *Thilo et Hartelius;* quid ergo? non possum non timere — malum est. *edd.* 11 quid *om. H* 12 argumentum illud *S* illum V^{1} 13 minime *add. Thilo* uerum *BG*, *supra* uero *add.* ɫ uere V^{2}; intereunt uero *codd. recent. et edd.* uero inquit *del.* R^{2} ⌜quod⌝ *V* 14 dixit *V* disserere *H* 15 me] melius *V;* me hunc locum melius *edd.* seruarē *(sic) H* 16 persuasione⌜m⌝ B^{3} illā *H* ārchi|dicē *(corr. m. 3) B* 17 ⌜et diuinis⌝ P^{2} 18 inpuni e tamen *(e s. l. m. 2) V* ⌜suis⌝ P^{2} spoponte R^{1}, ⌜spo⌝spondit *sic* H^{2}

uoluptatis adsertor, cuius capiendae causa nasci hominem puta-
uit. quis cum hoc adfirmari audiat, uitiis et sceleribus absti- 36
neat? nam si periturae sunt animae, adpetamus diuitias, ut
omnes suauitates capere possimus. quae si nobis desunt, ab
iis qui habent auferamus clam dolo ui; eo magis, si humanas
res nullus deus curat, quandocumque spes inpunitatis adriserit,
rapiamus necemus. sapientis est enim male facere, si et 37
utile sit et tutum, quoniam si quis in caelo deus est, non
irascitur cuiquam. aeque stulti est bene facere, quia sicut ira
non commouetur, ita nec gratia tangitur. uoluptatibus igitur 38
quoquo modo possumus seruiamus: breui enim tempore nulli
erimus omnino. ergo nullum diem, nullum denique temporis
punctum fluere nobis sine uoluptate patiamur, ne quia ipsi
quandoque perituri sumus, id ipsum quod uiuimus pereat.
haec ille tametsi non dicit uerbo, re tamen ipsa docet. nam 39
cum disputat omnia sapientem sua causa facere, ad utilitatem
suam refert omnia quae agit. ita qui audit haec flagitia, nec 40
boni quicquam faciendum putabit, quoniam bene facere ad uti-
litatem spectat alienam, nec ab scelere abstinendum, quia male-

EPITOME 15 s.] cf. 31, 3 nunc — sustulisti.

AUCTORES 10 — 15] cf. ad Epicuri frg. 491 (pag. 308, 3). 16 s.] ibid. frg. 581.

B(G)RSHPV] 1 adsertos V^1 2 hoc *om.* *P* audeat (e *ex* i R^2) *RSH* *in* ⟨abstineat nam si pe⟩ *desinit codicis G pag. 59 (101), sequitur pag. 60 (102) a* Riturae sunt *incipiens paene tota lecta* 3 diuitiis V^{ac} 4 omnes (e *ex* i *m. 2)* *R* 5 iis *edd.*, his *C* ui *in 5 fere litt. erasis* $P^{3?}$ eo] ego *G* 6 deus nullus *S* 7 necemus *om.* *V* sapient *sic* *R* enim *om.* *G* 8 caelis *SH* 9 cuiquam *om.* *V* aeque] et quae B^1, *corr.* B^3 stultitia *(exp. m. 2)* *V* sic S^1 10 mouetur *H* 11 quoquo] quo *BGP* enim breui *(corr. m. 2)* *V* 12 erumus *G* diem nullum *om.* *P* 13 nouis *B* sine] sim *B* uoluptat⌊e⌋ P^3, uoluptatibus *H* nec *B* 14 uiuimus *Usenerus (conl. Senec. epist. 99, 31* hoc quod uiuimus proximum nihilo est*)*; uiximus *BGRSPV*, diximus *H* pareat B^1, *corr.* B^3, perdere uideamur *H* 15 hoc *edd.* illa *S* tametsi] thales si *B*, talis si *G* dicit *om.* *BG* ue[r]⟨bi⟩[s] *G* rē *V* ips⟨u⟩[m] *G*, ipsa (a *ex* e) *R* docet] dicit *H* 16 sapiente *H* ad utilitatem suam re- *om.* *P* 17 itaque qui *BG*, *recte?* audi⌜et⌝ H^2 18 faciendum] ita faciendum *R* puta[u]it *G*, putauit RP^1V^{ac}, u *in* b *corr.* P^3V^1 ⌜facere⌝ P^3 19 ab] a *RP*

41 ficio praeda coniuncta est. archipirata quispiam uel latronum ductor si suos ad grassandum cohortetur, quo alio sermone uti
42 potest quam ut eadem dicat quae dicit Epicurus? deos nihil curare; non ira, non gratia tangi; inferorum poenas non esse metuendas, quod animae post mortem occidant nec ulli omnino sint inferi; uoluptatem esse maximum bonum; nullam esse humanam societatem; sibi quemque consulere; neminem esse qui alterum diligat nisi sua causa; mortem non esse metuendam forti uiro nec ullum dolorem, qui etiamsi torqueatur, si
43 uratur, nihil curare se dicat. est plane cur quisquam putet hanc uocem uiri esse sapientis, quae potest latronibus aptissime commodari.

1 18. Alii autem contraria his disserunt, superesse animas post mortem: et hi sunt maxime Pythagorei ac Stoici, quibus etsi ignoscendum est, quia uerum sentiunt, non possum tamen non reprehendere eos, quia non scientia, sed casu inciderunt in ueritatem. itaque in eo ipso quod recte sentiebant, aliquid er-
2 rarunt. nam cum timerent argumentum illud quo colligitur necesse esse ut occidant animae cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur, dixerunt non nasci animas, sed insinuari
3 potius in corpora et de aliis in alia migrare. non putauerunt

EPITOME 14—237, 2] c. 31, 7.

AUCTORES 4—6] cf. ad frg. 341 (pag. 228, 18). 6 s. nullam — consulere] frg. 523. 7 s. neminem — causa] cf. ad frg. 540 (pag. 324, 16). 8—10] cf. ad frg. 601 (pag. 339, 13).

B(G)RSHPV] 1 arcipirata *B*, [arcipira]ta *G* quisquam *V* 2 quod (*exp. m. 2*) *V* 3 dicat] dicit V^{ac} dicit] dicet *G* deum *H* 4 ira] ita *S* tanti *S* *in* [esse m]etuend⟨a⟩s *desinit codicis G pag. 60 (102)* 5 animas (s *ex* e) R^2 6 uoluptatem (p *ex* n *m. 3*) *P* 8 diligat (*pr.* i *ex* e *m. 3*) *P* 9 quin *P* etiamsi] si *B* si *om.* *B* 10 qui^s^qua^s^m (qui *in ras. m. 2*) *V* putat *R*, inputet *P* 11 possit *B*, po'te'st V^2 apertissime *S* 13 iis *R* 14 ii *R*, hii *H*, hii (*exp. m. 3*) *P* hi sunt] his *S* max^i^m^i^e (max *in ras. ex 3 litt. m. 3, supra* e *er.* a) *B* pythagore'i' *B*, pithagora rei *S*, pythagorici *P* 15 possumus *R*, possunt *V* 16 qui *RV* inciderint *P* 17 quo *H* 18 illum B^1, *corr.* B^3 quod *H* colligitur (igi *in ras. m. 3, de priore scriptura* id · · n *i. e.* idun? *agnoscitur*) *B* 19 est B^1 (*corr.* B^3) *V*, est esse *H* cum corporibus *om.* *P* quae *P* 21 corpore *R* in *om.* P^1, ad *s. l.* P^3 aliam *P* non] nec *edd.* potauerunt P^{ac}

aliter fieri posse ut supersint animae post corpora, nisi uideantur fuisse ante corpora. par igitur ac prope similis error est partis utriusque. sed haec in praeterito falsa est, illa in futuro.
4 nemo enim uidit quod est uerissimum, et nasci animas et non occidere, quia cur id fieret aut quae ratio esset hominis nescierunt.
5 multi ergo ex iis qui aeternas esse animas suspicabantur, tamquam in caelum migraturi essent, sibi ipsi manus intulerunt, ut Cleanthes, ut Chrysippus, ut Zenon, ut Empedocles, qui se in ardentis Aetnae specus intempesta nocte deiecit, ut cum repente non apparuisset, abisse ad deos crederetur, et ex Romanis Cato, qui fuit in omni sua uita Stoicae uanitatis imitator.
6 nam Democritus in alia fuit persuasione, sed tamen

sponte sua leto caput obuius optulit ipse,

quo nihil sceleratius fieri potest. nam si homicida nefarius est, quia hominis extinctor est, eidem sceleri obstrictus est qui se necat, quia hominem necat.
7 immo uero maius esse id facinus existimandum est, cuius ultio soli deo subiacet. nam sicut in hanc uitam non nostra sponte uenimus, ita rur-

EPITOME 6—238, 19] c. 34, 8—12; cf. c. 59, 5.
AUCTORES 14] Lucr. III 1041.
EXPILATORES 11 (Cato); 238, 7 s. 18—239, 5] Augustin. de ciu. dei I 23 s.; XIX 4 (pag. 360, 8 ss.). 15—17] ibid. I 17 (pag. 28, 24—27).

BRSHPV] 1 posse *(om.* ut*)* superstites animas *P* 2 ante* *P* error *om. B*[1], *post* est *s. l. add. B*[3] 3 'illa' *B*[3] 5 ferit *P*[1], *corr. P*[3], fieri et *V* homines *SP*, hominis (e s. l.) *V* 6 iis *ex* his *R*, his *cett.* quia *S* 8 luceanthes *B*[1], *corr. B*[3], cleantes *S*, cleanthes *(*l *ex* i *et* h *exp. m. 3) P* crysippus *BHV (sed* sip *in ras. ex* ir ? *V*[2]*)*, chrissippus *R*, chrisyppus *S* zenon// *B*, seno *V* ut] aut *R* 9 aetne *V*, ethnae *B*, 'h'aetnae *(*h *m. 1 ?) R*, ẽtnẹ *(i. e.* aeternae*) S*, aethnae *H*, aeth*nae *(*i *er.) P* specui *B*, *om., sed in mg.* R ł igne *add. V* 10 a deos *P* 11 uita sua *S* Stoicae *Betuleius, cf. § 11;* socraticae *(uel* -ce*) C* 12 democritos *V*[1] 14 obuicis *S* obtulit *(sed* b *ex* p *B*[3]*) BHPV* ipse *bis S*, ipse (o s. l.) *(corr. m. 3) P* 15 quoque *P* sceleratius nichil *S* sceleratʼiʼus *P*[3], celeratʼiʼus *V*[2] 16 est *(ante* quia*) om. RP* idem *H* 17 necat *(*c *ras. ex* g*) P* qui *B* negat *P*[1], *s. l. corr. P*[3] esse] est *B*[1], ese (s s. l.) *B*[3] 18 facinus *(*n *ras. ex* m*) H* 19 sicum *R*, sic *S*[1], si'c'ut *P*[3] hac uita *BV* non in *P*[1], in *del. P*[3] rursum *B*

sus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis adsignatum
est, eiusdem iussu recedendum est, qui nos in hoc corpus
induxit tamdiu habitaturos, donec iubeat emitti. et si uis ali-
qua inferatur, aequa mente patiendum, cum extincta inno-
centis anima inulta esse non possit habeamusque iudicem
8 magnum, cui soli uindicta in integro semper est. homicidae
igitur illi omnes philosophi et ipse Romanae sapientiae prin-
ceps Cato, qui antequam se occideret, perlegisse Platonis librum
dicitur qui est scriptus de aeternitate animarum, et ad sum-
mum nefas philosophi auctoritate conpulsus est. et hic tamen
aliquam moriendi causam uidetur habuisse, odium seruitutis.
9 quid Ambraciotes ille, qui cum eundem librum perlegisset,
praecipitem se dedit nullam aliam ob causam nisi quod Pla-
toni credidit? execrabilis prorsus ac fugienda doctrina, si abi-
10 git homines a uita. quodsi scisset Plato atque docuisset a
quo et quomodo et quibus et quae ob facta et quo tempore
inmortalitas tribuatur, nec Theombrotum inpegisset in mortem
uoluntariam nec Catonem, sed eos ad uitam et iustitiam potius
11 erudisset. nam mihi Cato uidetur causam quaesisse moriendi
non tam ut Caesarem fugeret, quam ut Stoicorum decretis ob-
temperaret, quos sectabatur, suumque nomen grandi aliquo

EXPILATORES 12—14. 17 (Theombrotum)] ibid. c. 22 (pag. 36, 27—31).

BRSHPV] 1 acsignatum (*corr. m. 3*) *P*, adsignandum V^{ac} 2 eiusdei (dei *in ras. ex* dem *m. 2*) *H* 3 inabitaturos *sic B*, habitatores *R* 4 eaqua B^1, *ras. et s. l. corr.* B^2, eque *S* mentes *S* patiendum est *BP* (*e coniectura ut uid., fort. tamen uera*), inferendum *S* 6 in *om. SV* integra *V* 7 illi *om. H* homines *P* philophi *H* princep*s *ex* principes $B^{1?}$ 9 scribt'um (' *i. e.* us *add. m. 2*) *V* 10 philosophiae *S* et *om. P* tamen *om. H* 11 moriendi aliquam *B* 12 ambra*chiotes (br *in ras. ex 2 litt. incertis uel ex* m *m. 3, et post* a *er.* c) *B*, ambrachiotes *cett.* 13 praecepit . et V^1 nulla alia causa *H* 14 fugenda *S* 15 ⸢si⸣ *V* 16 et (*ante* quibus) *om. SH* qua⸢e⸣ V^2 ob facta] confacta *S* 17 theombrotum B^{ar} (*pr.* m *er.*) RHV^1 (*pr.* m *expunx.* V^2), theosbrotum *S*, theobritum *P*, Cleombrotum *edd. ex Cic. Tusc. I 34, 84, Callimach. epigr. 23, sed* theombrotum *corruptum Lact., cum Augustini codd.* theobrotus *habeant, scripsisse uidetur* ĩ|pegisset *B*, peregisset *SH*, ⸢in⸣pegisset P^2 18 nec] ne *H* ui⟨ta⟩m *B* et ad iustitiam *RSHP* 20 ut (*ante* Stoicorum) *om. B* stoicum *S* 21 quos *om. H* suum quoque (quo*que, *er.* d *H*) nomen *SH*

facinore clarificaret: cui quid mali potuerit accidere, si uiueret,
non inuenio. Gaius enim Caesar ut erat clemens, nihil aliut 12
efficere uolebat etiam in ipso belli ciuilis ardore, quam ut bene
mereri de re publica uideretur duobus optimis ciuibus Cicerone
et Catone seruatis. sed redeamus ad eos qui mortem pro bono
laudant. de uita quereris, quasi uixeris aut umquam tibi 13
ratio constiterit, cur omnino sis natus. nonne igitur tibi uerus
ille et communis omnium pater Terentianum illut iure increpauerit:

prius disce quid sit uiuere,
si displicebit uita, tum istoc utitor.

indignaris te malis esse subiectum, quasi quicquam merearis 14
boni qui patrem, qui dominum, qui regem tuum nescis, qui
quamuis clarissimam lucem intuearis oculis, mens tamen caeca
est et in profundis ignorantiae tenebris iacet. quae ignorantia
effecit ut quosdam dicere non puderet idcirco nos esse natos,
ut scelerum poenas lueremus: quo quid delirius dici possit non
uideo. ubi enim uel quae scelera potuimus admittere qui 15
omnino non fuimus? nisi forte credemus inepto illi seni, qui se in priore uita Euphorbum fuisse mentitus est. hic credo

EPITOME 19—240, 11] c. 31, 9 s.

AUCTORES 10] Heautontim. V 2, 18 s. 14 s. mens — caeca — tenebris] cf. Lucr. II 14 s.

BRSHPV] 1 clarificare *H* quod *V* uiuere *S* 3 etiam] quam ut *H* ardorem *P*¹, m *del. P*³ quam ut *om. H* 4 mereri de] merende *R* de — uideretur] praeuideretur *V* 5 ⌜redeamus⌝ *S*² quaeui (ł qui s. l.) *(corr. m. 2) V* bona *P*¹, *corr. P*³ 6 quereris *S*, quaereris *cett., nisi quod alt.* e *ex i B*, a *eras. H, del. P*³ *post* quasi *fort.* uere *uel simile aliquid excidit* 7 uerus] unus *B* 8 et *om. V* terentianus *B*¹, *corr. B*³ 10 prius] prius quaeso *Terent.* quit *B* uiuere∗ *(t er.) B* 11 si] ubi scies, si *Terent.* istuc *R* istudc *(c linea del. m. 3)* utitor *P*, istud cutitor *V*¹, *s. l.* ł discutitor *V*² utito∗ *(r er.) B* 12 indignans te *in ras. ex* indignaris *S*², indigneris *H* 14 qu⟨an⟩uis *B* mens tamen caeca es *(est SH) BRSH*, mente tamen caecus es *P edd.*, mente tamen caecest *V*¹, caecast (ẽ s. l.) *V*²; *malim* ⟨tua⟩ tamen 15 iaces *P edd.* 16 effecit *R*, efficit *cett.* puderet *(pr.* e *ex* o *m. 2) V* 17 lucremus *S* quo] quod *SH*ar deli[i]rius *H*² posset *R* 19 credimus *H* illo *H* 20 priori *SH (alt.* i *in ras. ex* a *H*²*) P* uitae *P*¹, e *del. P*³ eu∗forbum *H*, eu∗orbum (f s. l.) *(p er.) V*

quod erat ignobili genere natus, familiam sibi ex Homeri car-
16 minibus adoptauit. o miram et singularem Pythagorae me-
moriam et o miseram obliuionem nostrum omnium, qui nescia-
mus qui ante fuerimus! sed fortasse uel errore aliquo uel
gratia sit effectum, ut ille solus Lethaeum gurgitem non ad-
tigerit nec obliuionis aquam gustauerit. uidelicet senex uanus,
sicut otiosae aniculae solent, fabulas tamquam infantibus cre-
17 dulis finxit. quodsi bene sensisset de iis quibus haec locutus
est, si homines eos existimasset, numquam sibi tam petulanter
mentiendi licentiam uindicasset. sed deridenda hominis leuis-
18 simi uanitas. quid Cicerone faciemus? qui cum in princi-
pio Consolationis suae dixisset luendorum scelerum causa
nasci homines, iterauit id ipsum postea quasi obiurgans
eum qui uitam non esse poenam putet. recte ergo praefatus
est errore ac miserabili ueritatis ignorantia se teneri.
1 19. At illi qui de mortis bono disputant quia nihil ueri
sciunt, sic argumentantur: si nihil est post mortem, non est
malum mors; aufert enim sensum mali. si autem supersunt
2 animae, etiam bonum est, quia inmortalitas sequitur. quam
sententiam Cicero de Legibus sic explicauit: gratulemurque

AUCTORES 12] frg. 10. 14 praefatus est] cf. supra c. 14, 20. 20] frg. 3; in lacuna II 21, 53/54 fuisse censet Vahlenus.

B(G)RSHPV] 1 gene⸢re⸣ H^2 3 et o] o *S* miseram] ˙miram *SH* nostram *BP* omnium nostrorum *H* qui∗ *(a er.) H* 4 qui⸢d⸣ P^3, *cf. Epit. 31, 10, sed ad* qui *cf. Inst. VII 22, 9* aliqua V^1 5 sit effectum] esse factum *H* lethaeum *(pr.* e *ex* i *m. 2) S,* lethaeum *(pr.* e *ex* y *m. 3 ?) P,* letheum *BRV,* laeteum *H* 7 sic *S* odiosae B^1, *in ras. corr.* B^3 infantulis *P* 8 iis *R,* his *BSHV, om. P* haec *om. H* 9 es⸢t⸣ P^3 aestimasset *(est- S) SH,* exsistimasset *P* *a* Numquam *incipit codicis G pag. 61 (87) paene tota lecta* tam *om. BGH* tam sibi *R* 10 deridenda est *BG* 11 cicerone *S,* $\overset{\text{de}}{\text{c}}\text{iceron}\overset{\text{i}}{\text{e}}$ *(sic corr. m. 2) V;* de cicerone *BG,* ciceroni *HP,* 12 consolationis *(alt.* o *ex* u *m. 1 ?) P* 13 nasci *om. H,* nacendi P^1, *corr.* P^2 iterautad B^1, iterau⸢i⸣tid *corr.* B^3 14 poenam (pe̜- *S)* non esse *SH* profanatus *(exp. m. 2) V* 15 ⸢est⸣ V^2 16 at] et *H* quidẽ|ortis *G,* quidẽ mortis *S* 17 si⸢c⸣ H^2 argumenta⸢n⸣tur H^2 si *om. B,* quia *H* 18 sensu *G* 19 est *om. R* 20 sententia *G* explicabit P^1, *corr.* P^3 gratulemurqu∗e *(a er.) B,* gratulamurque *S,* gratuleturque *P*

nobis, quoniam mors aut meliorem quam qui est in uita aut certe non deteriorem adlatura est statum: nam sine corpore animo uigente diuina uita est, sensu carente nihil profecto est mali. argute, ut sibi uidentur, 3
quasi nihil esse aliut possit. atquin utrumque hoc falsum est. docent enim diuinae litterae non extingui animas, sed aut pro iustitia praemio adfici aut poena pro sceleribus sempiterna. nec 4
enim fas est aut eum qui sceleratus in uita feliciter fuerit, effugere quod meretur aut eum qui ob iustitiam miserrimus fuerit, sua mercede fraudari. quod adeo uerum est, ut idem 5
Tullius in Consolatione non easdem sedes incolere iustos atque inpios praedicauerit. nec enim omnibus inquit idem illi 6
sapientes arbitrati sunt eundem cursum in caelum patere. nam uitiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in caeno iacere docuerunt, castos autem animos, puros integros incorruptos, bonis etiam studiis atque artibus expolitos leui quodam et facili lapsu ad deos id est ad naturam similem sui peruolare. quae sententia superiori illi argumento repugnat. 7
illut enim sic adsumptum est, tamquam necesse sit omnem hominem natum inmortalitate donari. quod igitur erit discri- 8
men uirtutis ac sceleris, si nihil interest utrumne Aristides

EPITOME 6 (diuinae litterae)] c. 31, 6.
AUCTORES 12] Consol. frg. 15.

B(G)RSHPV] 1 meliorem] leuiorem *V* quam *om. G* 2 al⌈l⌉atura P^3 est] sit *P* 3 anim⌊o⌋ *V* 4 carente] pereunte *BG* argutae $B^{ar}G$ uidentur] uidebatur locutus est *SH* 5 esset *H*, esse *om. V* possit *(*i *ex* e *m. 2) H* hoc *om. V* 6 aut *om. SH* 7 adfeci *B* 8 aut eum *om. B*, [a]utem (i s. l.) *(s. l.* u *fuerat) G* feliciter *om. BGP*, feli(ti)ter (~ *er.*, c *m. 2) V* feliciter fuerit *linea del. et supra* feliciter *scr.* fuerit R^2 10 *in* f[ue]rit sua mer *desinit codicis G pag. 61 (87), sequitur pag. 62 (88), cuius in uerss. 1—7 paene omnia, in 8—19 perpauca legebantur* 11 consolationem P^1, m *del.* P^3 incolere *(pr.* e *ex* o *m. 2) V* 12 impio⌈s⌉ H^2 praedicarit *BG* non (ec) *S* 14 scelere *H* 15 tenebris *B* 17 laeui B^1, a *del.* B^3 18 labsu *(*b *ex* p*)* B^3 sui similem *BSH* 19 peruolare* *(*t *? er.) B*, prouocari *P* scientia (ł sent) *(corr. m. 2) V* superior R^1, superiore V^1 20 asumptum *B* neces⌈se⌉ B^3 21 igitur] autem V^1, *in mg.* ł igitur V^2 22 ac] et *R* si] sint V^1

sit aliquis an Phalaris, utrum Cato an Catilina? sed hanc
repugnantiam rerum sententiarumque non cernit nisi qui tenet
9 ueritatem. si quis igitur nos roget utrumne bonum sit mors
an malum, respondebimus qualitatem eius ex uitae ratione
pendere. nam sicut uita ipsa bonum est, si cum uirtute uiua-
tur, malum, si cum scelere, sic et mors ex praeteritis uitae
10 actibus ponderanda est. ita fit ut si uita in dei religione
transacta sit, mors malum non sit, quia translatio est ad
inmortalitatem: sin aliter, malum sit necesse est, quoniam
11 ut dixi ad aeterna supplicia transmittit. quid ergo dicemus
nisi errare illos qui aut mortem adpetunt tamquam bonum
aut uitam fugiunt tamquam malum? nisi quod sunt iniquissimi,
12 qui pauciora mala non pensant bonis pluribus. nam cum
omnem uitam per exquisitas et uarias traducant uoluptates,
mori cupiunt, si quid forte iis amaritudinis superuenit, et sic
habent, tamquam illis numquam fuerit bene, si aliquando fuerit
male. damnant igitur uitam omnem plenamque nihil aliut
13 quam malis opinantur. hinc nata est inepta illa sententia,
hanc esse mortem quam nos uitam putemus, illam uitam quam
nos pro morte timeamus: ita primum bonum esse non nasci,
14 secundum, citius mori. quae ut maioris sit auctoritatis, Sileno
adtribuitur. Cicero in Consolatione non nasci inquit longe
optimum nec in hos scopulos incidere uitae, proxi-
mum autem, si natus sis, quam primum tamquam

AUCTORES 19 s.] cf. Cic. de rep. VI 14; Euripid. Polyid. frg. 639 Nauck. 21 s.] cf. Cic. Tusc. I 48, 114. 22] Consol. frg. 11.

B(G)RSHPV] 1 fallaris *P* utrum⌜ne cato an⌝ *(ne — an m. 3)* catilina *B* catillina *GRH* haec *B*¹, *corr. B*³ 2 repugnantia *B*¹ *(-ã B*³*) H* ⌜r⌝erum *B*² sententiamque *B* 3 interroget *BHP* 5 sicũt *(~ add. et* t *del. m. 3) P* ipsa uita *B* uiuatur] utatur *R* 7 pondera⌜nda⌝ *B*³ *post* ita *eras.* ut *P* 8 mors] mors bonum sit *H* 9 si *V* aliter] autem *P* quoniam] quia *H* ad aeterna ut dixi *SH* 10 aeternam *P*¹, m *del. P*³ 11 aut* *P* 12 aut] au *H* tamqu⟨am⟩ *B* 13 qui* *P* 14 traducunt *RS* 15 iis *RP*ᵖʳ, his *BSHP*ᵃʳ*V* 17 damnat *R* omnem — opinantur] omnem bonis plenam quam solis ⌜malis⌝ *(s. l. m. 2)* opinantur *P* plenamque *(*l *in ras. ex eod.* l *? m. 3) B* 18 opinantur *R* 19 *pr.* ⌜quam⌝ *V*² 20 ita] si⌜t⌝ ita⌜q;⌝ *(*t *et* q; *m. 2) R* 21 sinelo *P* 22 in] sic in *SH* 23 optimum est *H* hos] huius *H* uitam *R* proximus *B* 24 quam] quia (ł quam) *(corr. m. 2) V*

ex incendio effugere fortunae. credidisse illum uanissimo
dicto exinde apparet, quod adiecit de suo aliquid, ut ornaret.
quaero igitur cui esse optimum putet non nasci, cum sit nul- 15
lus omnino qui sentiat: nam ut bonum sit aliquid aut malum,
sensus efficit. deinde, cur omnem uitam nihil esse aliud 16
quam scopulos et incendium putauerit: quasi aut in nostra
fuerit potestate ne nasceremur aut uitam nobis fortuna tribuat,
non deus, aut uiuendi ratio quicquam simile incendio habere
uideatur. non dissimile Platonis illut est, quod aiebat se 17
gratias agere naturae: primum quod homo natus esset
potius quam mutum animal, deinde quod mas potius
quam femina, quod Graecus quam barbarus, postremo
quod Atheniensis et quod temporibus Socratis. dici 18
non potest quantam mentibus caecitatem, quantos pariat erro-
res ignoratio ueritatis. ego plane contenderim numquam quic-
quam in rebus humanis dictum esse delirius: quasi uero si
aut barbarus aut mulier aut asinus denique natus esset, idem
ipse Plato esset ac non illud ipsum quod natus fuisset. sed 19
uidelicet Pythagorae credidit, qui ut uetaret homines animali-
bus uesci, dixit animas de corporibus in aliorum animalium
corpora commeare. quod et uanum et inpossibile est: uanum,

EPITOME 18—244, 9] cf. c. 63, 9. 18—21] c. 31, 10 (inuenit — hereditas).

AUCTORES 9] cf. Plutarch. uit. Marii c. 46.

BRSHPV] 1 ex *om. V* in⌈cen⌉dio P^2 fortunae] fortunae uiolentiam *H* illo *P* nauissimo V^1, *in ras. corr.* V^2 2 aiecit *H* ⌈u⌉t B^3 orna⌊ret⌋ B^3 ut ornaret — bonum sit aliquid *(4) in inf. mg. add.* P^2; *cf. ad pag. 244, 11* 3 que⌊ro⌋ B^3 5 sensu *S* es/se∗ *(· et* d *er.) P* aliud esse *SHV* 6 et] aut *B* putauit *B* aut *om. P* 8 simile *(a ? er.) B* uidere habeatur *R* 9 uide⌈b⌉atur H^2 quo *P Heumannus* agebat *S* se *om. B* gratias se *P* 10 est *B* 11 masculus *RSH* 13 atheniensis *(alt.* i *ex* e *m. 2) P* socrat⌊i⌋s B^2, sacratis *(corr. m. 2) V* 14 quantam *(*n *ras. ex* m*) P* *post* mentibus *1 uel 2 litt. eras. P* quantos] quos *B*, quantosque *edd.* pariet P^1, *corr.* $P^{3?}$ errores *(alt.* e *ex* i *m. 3) P* 15 co⌊nt⌋e⌊nd⌋erim B^3 17 denique *om. S* 18 ipse] inde *H* platon R^{ar}, platoni *H* illum B^1V^1, *corr.* B^3V^2 ipsum illud *S* quo⌈d⌉ P^2 natũ *H*, natuse P^1, e *del.* P^2 19 ut *om. H* animalibus uesci dixit] animalibusue scidit *H* animali∗ũ∗ *(*b *et* s *er.) V* 21 quod et uanum — inducere *(244, 1) om. S*

quia necesse non fuit ueteres animas in noua corpora inducere,
cum idem artifex qui primas aliquando fecerat, potuerit semper
nouas facere, inpossibile, quia rectae rationis anima tam in-
mutare naturam status sui non potest quam ignis aut deorsum
niti aut in transuersum fluminis modo flammam suam fundere.
20 existimauit igitur homo sapiens potuisse fieri, ut anima quae
tunc erat in Platone, in aliquod mutum animal includeretur
essetque humano sensu praedita, ut intellegeret ac doleret in-
21 congruenti se corpore oneratam. quanto sanius faceret, si
gratias agere se diceret, quod ingeniosus, quod docilis natus
22 esset, quod in iis opibus, ut liberaliter erudiretur! nam quod
Athenis natus est, quid in eo beneficii fuit? an non plurimi
extiterunt in aliis ciuitatibus excellenti ingenio atque doctrina
uiri, qui meliores singuli quam omnes Athenienses fuerunt?
23 quanta hominum milia fuisse credamus qui et Athenis nati
et temporibus Socratis indocti tamen ac stulti fuerint? non
enim parietes aut locus in quo quisque est effusus ex utero,
24 conciliat homini sapientiam. quid uero attinuit Socratis se
temporibus natum gratulari? num Socrates ingenia discenti-
25 bus potuit commodare? non uenit in mentem Platoni Alci-
biaden quoque et Critiam eiusdem Socratis adsiduos auditores

BRSHPV] 1 qu⌜i⌝a *V*[2] ueteres *om. P* 2 *ante* idem *4 uel 5 litt., fort.* idem *eras. B* 3 impossible *S* rectae rationis *om. P* tam *om. P* 4 quam] tamquam *B* quam ignis — suam fundere *(5) om. P* 5 moda *V*[1] suam *om. S* 7 aliquid *H* 8 aut intellegeret aut doleret *R* doceret *V* 9 honeratam *S* ⁱnanius *(s. l.* i, *uix* s, *m. post.) V* si gratias — diceret *om. P* 11 iis *R*, his *BHPV*, is *S* *post* erudiretur *locus § 14 a P*[1] *omissus:* ut ornaret . quaero igitur qui *(pro* cui*)* — bonum sit *(om.* aliquid*) in P*[1], *del. P*[2] 12 ⌜in⌝ *B*[3] in eo] ei *H* 13 excellentie *B*[1], excellenti^a^e *B*[2], excellente* *B*[3], excellente *R*, incellente *(corr. m. 2) V* 14 fuerint *RS* 15 quanto *H* m*lia (a *er.) V* fuis⌜se⌝ *P*[3] credimus *(*i *ex* e *m. 3) P* nati *om. V* 16 socrates *B*[1], *corr. B*[3] indocti*** *(alt.* i *ras. ex* r, *post* ina *er.) V* fuerint *B*[1]*H*, fuerunt *B*[3]*RSPV* 17 est effusus] effusus sit *P* utero *(*e *ex* o *m. 2) R* 18 conciliati *H* sapientiam] sapientiam sumministrat *H* quod *B*, qui⌜d⌝ id *(corr. m. 2) V* attinuit] addidit *B* socrates *P*[1], *corr. P*[3] 19 *natum *V* nam *S* socratis *BV*[1] 20 commodare] dare *P* alcibiaden *H*[1]*P*, alcibiadem *(*m *ex* n*) BH*[2], alcipiaden *R*, alcibiadẽ *(pr.* i *ras. ex* u*) S*, aclibiadem *V* 21 quoque — eiusdem *om. V* adiutores *P*[1], *corr. P*[3]

fuisse, quorum alter hostis patriae acerrimus fuit, alter crude-
lissimus omnium tyrannorum?
20. Videamus nunc quid in Socrate ipso tam magnum fuerit, 1
ut homo sapiens merito gratias ageret illius temporibus esse
se natum. non infitior fuisse illum paulo cordatiorem quam 2
ceteros, qui naturam rerum putauerint ingenio posse conpre-
hendi: in quo illos non excordes tantum fuisse arbitror, sed
etiam inpios, quod in secreta caelestis illius prouidentiae curio-
sos oculos uoluerint inmittere. Romae et in plerisque urbibus 3
scimus esse quaedam sacra quae aspici a uiris nefas habeatur.
abstinent igitur aspectu quibus contaminare illa non licet, et
si forte uel errore uel casu quopiam uir aspexit, primo poena
eius, deinde instauratione sacrificii scelus expiatur. quid his 4
facias qui inconcessa scrutari uolunt? nimirum multo scelera-
tiores qui arcana mundi et hoc caeleste templum profanare
inpiis disputationibus quaerunt quam qui aedem Vestae aut
Bonae Deae aut Cereris intrauerit. quae penetralia quamuis
adire uiris non liceat, tamen a uiris fabricata sunt. hi uero 5
non tantum inpietatis crimen effugiunt, sed, quod est multo

EPITOME 3—9] c. 32, 1—3 (— praedicauit). 18—246, 9] c. 32, 2.
AUCTORES c. 19 § 25] cf. Cic. de or. III 34, 139. 8 (curiosos oculos) — 10] cf. Cic. de harusp. resp. 17, 37.

BRSHPV] 1 alter* *(i er.) P* hostis *(i ex* e *m. 3) P* fuerit *B, om. S* aliter *(exp. m. 2) P* 2 ⸢ex⸣tyrannorum V^2 4 illius] ⸢se⸣ *(m. 2)* illius *B,* illius se *S,* illis *P* 5 se *P, om.* BR^1 *(s. l. add.* R^2*) SHV; cf. pag. 244, 18; 248, 4* infiteor *B* 6 ceteros] a ceteros *sic H,* ⸢et⸣ ceteros *V* putauer̃t *S* 7 illis V^1 ⸢non⸣ *V* arbitr*or *(i er.) V* 8 secrete *V* 9 uoluerunt HP^1, *corr.* P^2? 10 a *om. S* habea⸢n⸣tur B^2, habetur *HV* 11 a⸢b⸣stinent B^2 aspectus *SH* cõminare *V* et *om. V* 12 quispiam *RSH* aspecxit B^1, c *del.* B^3, aspexerit *SH* 13 eius deinde] eiusdẽ in *P* instaurationes *H* quod *S* his facias] hi *H* 14 uoluit *S* nimium *R,* nimirum *(pr.* i *ex* e *m. 3) P* sceleratiores] sceleratiores sunt *BR,* scelerationes *V* 15 archanam P^1, m *del.* P^3 16 qui aedem] quidem (ea) *sic B* aut (ł c) *(corr. m. 2) V* 17 celeris *sic in ras.* H^2, ceteris *V* intraueris (t) *(corr. m. 2) V;* intrauerint *edd.* quae *(exp. m. 2) B* penetrabilia *R, om. P* quamquis V^1 18 uiris *(alt.* i *ex* e *m. 3) P* a *om.* V^1, *s. l.* ł a V^2 fabricata sunt] fabricatas *S* fabricatae *P* hi* *(c ? er.) V* 19 effugit *S* multa *H*

indignius, eloquentiae famam et ingenii gloriam consecuntur.
6 quid si aliquid inuestigare possent? sunt enim tam stulti in
adseuerando quam inprobi in quaerendo, cum neque inuenire
7 quicquam possint nec defendere, etiamsi inuenerint. nam si
uerum uel fortuito uiderint, quod saepius contingit, committunt
ut ab aliis id pro falso refellatur. non enim descendit aliquis
8 e caelo qui sententiam de singulorum opinionibus ferat. quapropter nemo dubitauerit eos qui ista conquirant stultos in-
9 eptos insanos esse. aliquid ergo Socrates habuit cordis humani,
qui cum haec intellegeret non posse inueniri, ab eiusmodi
quaestionibus se remouit, uereorque ne in eo solo. multa enim
sunt eius non modo laude indigna, sed etiam reprehensione
10 dignissima, in quibus fuit suorum simillimus. ex his unum
eligam quod ab omnibus sit probatum. celebre hoc prouerbium
11 Socrates habuit: quod supra nos, nihil ad nos. procumbamus igitur in terram et manus ad praeclara opera nobis
datas conuertamus in pedes, nihil ad nos caelum, ad cuius
contemplationem sumus excitati, nihil denique lux ipsa perti-
12 neat. ⟨at⟩ certe uictus nostri causa de caelo est. quodsi hoc
sensit, non esse de rebus caelestibus disputandum, ne illorum
quidem rationem poterat conprehendere quae sub pedibus habebat. quid ergo? num errauit in uerbis? ueri simile non est,

EPITOME 14 s.] c. 32, 3.
AUCTORES § 10] Minuc. Fel. c. 13, 1.

BRSHPV] 1 indigni *H*, ⌜in⌝genii P^2 consequuntur *SPV* 2 quid si] quasi *H* enim *om. V* ⌜tam⌝ P^2 3 inquirendo *H*, quærendo *(æ ex* i *m. 3) P* inueniri *V* 5 uero P^{ac} fortuitu *P* contigit P^1 *(corr.* P^3*) V* committunt *om. H* 6 discendit *V* 7 e] ę *S*, ae P^{ac} (a *expunx.* $P^{1?}$*) V*, de *H* opinibus *R*, opibus *S* qui^a^propter *(*a *m. 2) V* 8 inquirant *Heumannus* ineptos *(*i *ex* e *m. 3) P* 9 socratis *(*i *ex* e*)* B^2 10 haec *om. S* 11 quaesitionibus *R* uereor∗∗∗ *(*que *er.) B*, uereorquae SP^{ar} *(*a *er.)* ne *om. S* solo] loco *R* 12 eius non] quae non *S*, quae *H* ṛeius *(i. e.* r *et* n *expunx. m. 2) V* digna *RP* 13 suorum] ceterorum *Heumannus* ex] et V^1 hiis *P* 15 socratis *(*i *ex* e*)* B^2 nihil *in mg.* P^2 ⌜nos⌝ P^3 17 data *RP* caelum] in caelum *B* 18 su∗mus *(*m *er.) R* ipse P^1, *corr.* P^3 pertiat *V* at *addidi* 19 uictus] uita *sic B* 21 potuit *P* sub pedibus] superius *P* 22 quid *(sic corr. m. 2) V* num] nunc *H* num erauit *(corr. m. 2) P*, numerauit *V* errauerit *B*

sed nimirum id sensit quod locutus est, religioni minime ser-
uiendum: quod si aperte diceret, nemo pateretur. quis enim 13
non sentiat hunc mundum tam mirabili ratione perfectum ali-
qua prouidentia gubernari, quandoquidem nihil est quod possit
sine ullo moderatore consistere? sic domus ab habitatore 14
deserta dilabitur, nauis sine gubernatore abit pessum et corpus
relictum ab anima diffluit, nedum putemus tantam istam molem
aut construi sine artifice aut stare tamdiu sine rectore potuisse.
quodsi publicas illas religiones uoluit euertere, non inprobo, 15
quin etiam laudabo, si ipse quod est melius inuenerit. uerum
idem per canem et anserem deierabat. o hominem scurram,
ut ait Zeno Epicureus, ineptum perditum desperatum, si ca-
uillari uoluit religionem, dementem, si hoc serio fecit, ut ani-
mal turpissimum pro deo haberet! quis iam superstitiones 16
Aegyptiorum audeat reprehendere quas Athenis Socrates aucto-
ritate sua confirmauit? illut uero nonne summae uanitatis,
quod ante mortem familiares suos rogauit, ut Aesculapio gallum
quem uouerat prosecarent? timuit uidelicet ne aput Rhada- 17

EPITOME 1 s.] c. 32, 4 religio — repudiauit. 10 s.] c. 32, 4. 16—18] c. 32, 4 s.

AUCTORES 10 s.] cf. Theophil. ad Autol. 118 A (cf. Tertull. Apolog. c. 14). 11 s. scurram — Zeno] Cic. de nat. deor. I 34, 93 (cf. Minuc. Fel. c. 38, 5). § 16 s.] cf. Tertull. Apolog. c. 46 (pag. 281 s.).

BRSHPV] 1 nimirum] enim mirumi *m. 1*, e *et pr.* m *del. m. 2, tert.* i *eras.*, *P* sentit B^1, *corr.* B^3 minimae P^1, a *del.* P^3 2 aperti V^1 3 hu⌜nc⌝mundum H^2 4 quid V^1 5 consisteret *S* siç *(exp. m. 1 ?) P* ab] sin^e *in ras. ex 2 uel 3 litt.* B^2, ad P^1, *corr.* P^2 6 delabitur *P* abiit HP^{ar} *(alt.* i *er.)* pessũ* *S* 7 relictum] et relictum *H* ab *om. BRV* defluit *V* necdum *P*, nondum V^1 tantum *V* 8 constare *H* potuisse] fuisse *H* 9 publica⌜s⌝ H^2 10 melius *(*e *ex* i *m. 2 ?) P* 11 carnem $B^{ar}V^1$, r *expunx.* V^2 anseram V^{ac} deferebat *R*, deierebat *S* o *om. P* scurra muta id zenoni epicurus *H* scṛurram *V* 12 ⌞z⌟eno B^3 *post* perditum *eras.* ineptum perditum *ut uid. B* disperatum *P* 13 sic *B* 14 qu⌞is⌟ B^3 15 socrates *(*e *ex* i *m. 3)* athenis *P* *an* Atheniensis? 16 sua *om.* H^1PV est uanitatis *B* 17 rogitauit *V* ae⌜s⌝culapio V^2 callum *V* 18 uocau**rat (^e) *(it er.) V* prosecarent *B*, prosecrarent *R*, consecrarent *S*, secarent *H*, prosacrarent P^1, prosecrarent (^sa) $P^{3?}$, procrarent (^łu) *(corr. m. 1) V*; prosecari *Tertull. l. c.; cf. Epit. 32, 5; Inst. IV 27, 5* rhadamantum *B*, radamanthum *RP*, rhadamanthum (r *add. m. 2) S*, radama⌜n⌝thum *V*

manthum reciperatorem reus uoti fieret ab Asclepio. dementisse hominem putarem, si morbo adfectus perisset. cum uero sanus hoc fecerit, est ipse insanus qui eum putat fuisse sapientem. en cuius temporibus natum esse se homo sapiens gratuletur!
1 21. Videamus tamen quid illum Socrates docuerit: qui cum
totam physicam repudiasset, eo se contulit, ut de uirtute atque
officio quaereret. itaque non dubito quin auditores suos iusti-
2 tiae praeceptis erudierit. docente igitur Socrate non fugit
Platonem iustitiae uim in aequitate consistere, siquidem omnes
pari condicione nascuntur. ergo nihil inquit priuati ac pro-
prii habeant, sed ut pares esse possint, quod iustitiae
3 ratio desiderat, omnia in commune possideant. ferri
hoc potest, quamdiu de pecunia dici uidetur. quod ipsum
quam inpossibile sit et quam iniustum, poteram multis re-
bus ostendere, concedamus tamen ut possit fieri: omnes
4 enim sapientes erunt et pecuniam contemnent. quo ergo
illum communitas ista perduxit? matrimonia quoque inquit
communia esse debebunt: scilicet ut ad eandem mulie-
rem multi uiri tamquam canes confluant et is utique optineat

EPITOME 6 s. qui — repudiasset] cf. c. 32, 2 (physicos). 9—11] cf. c. 50, 5. 11—250, 4] c. 33, 1—4.

AUCTORES c. 21 s.] cf. Addenda. 11] de rep. 416 D. 18] ibid. 457 C.

EXPILATORES § 1 s. 4—12; c. 22, 6—8] Saluian. de gub. dei VII 101—105.

BRSHPV] 1 reciperatorem *B*, recuperatorem *RSH*, receptorem *P*, retiperatorem (c supra t) *V*[1], *supra* ti *add.* ł cu *V*[2] uoti *om. P* dementis se *R*[1] (demente esse *R*[2]), *esse* dementisse *(cf. IV 27, 12) uidit Thilo*, dementissime *BHV*, dementissimum *SP edd.* 2 hominum *S* 3 hoc sanus *P* ⌊es^t⌋ *B*[3] eam *V*[1] esse *V* 4 en] eum *(exp. m. 3) B* se* (d *er.*) *S* hosmo *(exp. m. 2) V* 5 gratulatur (latur *in ras. H*[2]) *SH*, gratulet (ł atur) *(corr. m. 2) V* 6 socratis (i *ex* e) *B*[2] 8 dubito quin *om. H* 9 praeceptis — Platonem iustitiae *om. P* 10 aequitatem *V* 11 inquit] quid *P*[1], *del. P*[3] priuatim *R* 12 quod] ut *B*, sed *H* 13 possidebunt *B* fer⌜r⌝i *B*[3], fieri *RH* 14 potest] non potest *H* uideatur *P* quod] quam *R*[1] 15 sit] est *H* ⌜in⌝iustum *V*[2] poterat *B*[1], *corr. B*[3] 16 posset *H* 17 et] ut *H* contempnent *BHP* 18 quodque *H* 19 deb⌊ent⌋ *S*[2] ⌜ad⌝ *B*[2] eadem *H* 20 et] ex *H* his *B*[ar]*SH*

qui uiribus uicerit aut, si patientes sunt ut philosophi, ex-
pectent, ut uicibus tamquam lupanar obeant. o miram Pla- 5
tonis aequitatem! ubi est igitur uirtus castitatis? ubi fides
coniugalis? quae si tollas, omnis iustitia sublata est. at 6
idem dixit beatas ciuitates futuras fuisse, si aut philosophi regnarent aut reges philosopharentur. huic uero tam iusto, tam aequo uiro regnum dares, qui aliis abstulisset sua, aliis condonasset aliena, prostituisset pudicitiam feminarum, quae nullus umquam non modo rex, sed ne tyrannus quidem
fecit? quam tamen intulit rationem turpissimi huius consilii? 7
sic inquit ciuitas concors erit et amoris mutui constricta uinculis, si omnes omnium fuerint et mariti
et patres et uxores et liberi. quae ista confusio generis 8
humani est? quomodo seruari caritas potest, ubi nihil certum est quod ametur? quis aut uir mulierem aut mulier uirum diliget, nisi habitauerint semper una, nisi deuota mens et seruata inuicem fides indiuiduam fecerit caritatem? quae uirtus
in illa promiscua uoluptate locum non habet. item si omnes 9
omnium liberi sint, quis amare filios tamquam suos poterit, cum suos esse aut ignoret aut dubitet? quis honorem tamquam patri deferet, cum unde natus sit nesciat? ex quo fit

AUCTORES 5] ibid. 473 D. 11] ibid. 463 C ss.

BRSHPV] 1 patientes *HP*, sapientes *BRSV* ut *BP*, et *RV*, aut *SH* philosophia *H* expectent ut] exspectent et *S*, expectabunt *H* 2 tã qua *S* lupa *V* habeant *P* 3 fidis B^1, *corr.* B^3 4 coniugatis *R*, coniugales (e *ex* i *m. 1?) P* quam *H* quae si tollas] quãesito illas (quã *ex* quae *m. 1*, c *add. et* s *expunx. m. 2) V* ad (d *ex* t) *R, om. H*, ad P^1, *corr.* P^3, *sic saepe* 5 dicit *B* ciuit⌊es⌋ *sic* S^2 fuisse futuras *P* fuisse *(corr. m. 2, recte?) V* 6 philosophantur *S*, philosofauerent P^1, ue *del.* P^3, philosofantur *(corr. m. 2) V* 7 *pr.* tam*** (quã *er.) H* *post* uiro *s. l.* si *add.* R^2 qui] *s. l.* ł qui *add.* V^2, *om.* V^1 *cum cett.* abstulisses *B* 8 condonaret *H* alienam *B*, alienas *H* p*udicitiam *ex* prudentiam *ut uid.* $P^{1?}$ femineã (~ *m. 2) B* 9 ne* (c *er.) B* 10 consilii* (s *er.) H* 11 amoris (i *ex* e *m. 3) P* mutui* (s *er.) B*, motui V^1 12 omnes *om. P* fuerint *om. P* est generis humani *B* 14 est *om. H* certi *B* 15 est *om. P* quod] aut *V* uir] uis V^1 16 dilig⌊at⌋ $P^{3?}$ una] unanimes *R* ⌈ni⌉si P^3 18 ⌈in⌉ B^3 promiscuã (~ *m. 3) B*, promisca HP^1V^1, *corr.* P^3V^2 habe*t (n *er.) B* 21 ⌈de⌉ferat P^2 nesci⌈a⌉t P^2, necsciat *V*

10 ut non tantum alienum pro patre habeat, sed etiam patrem
pro alieno. quid quod uxor potest esse communis, filius non
potest? quem concipi non nisi ex uno necesse est. perit ergo
11 illi uni communitas ipsa reclamante natura. superest ut tan-
tummodo concordiae causa uxores uelit esse communes. at
nulla uehementior discordiarum causa est quam unius feminae
12 a multis maribus adpetitio. quod Plato si ratione non potuit,
exemplis certe potuit admoneri et mutorum animalium, quae
ob hoc uel acerrime pugnant, et hominum, qui semper ob eam
rem grauissima inter se bella gesserunt.
1 22. Restat ut communio ista nihil aliut habeat praeter ad-
ulteria et libidines, propter quas funditus eruendas uirtus est
2 uel maxime necessaria. itaque non inuenit concordiam quam
quaerebat, quia non uidebat unde oriatur. nam iustitia in
extra positis nihil momenti habet, ne in corpore quidem, sed
3 tota in hominis mente uersatur. qui ergo uult homines ad-
aequare, non matrimonia, non opes subtrahere debet, sed ad-
rogantiam superbiam tumorem, ut illi potentes et elati pares
4 esse se etiam mendicissimis sciant. detracta enim diuitibus
insolentia et iniquitate nihil intererit utrumne alii diuites, alii
pauperes sint, cum animi pares fuerint, quod efficere nulla res
5 alia praeter religionem dei potest. putauit igitur se inuenisse

BRSHPV] 1 tantum *edd.*, etiam *C, nisi quod* etiam *in ras. ex eodem* etiam *ut uid. (sed minime* tantum *fuerat) B³* 3 conc‹i›pi *B³* 4 illi (a *s. l.*) *(sic corr. m. 2) S* uni *V,* una *cett.* tantummodo ut *P* 5 uxoris *V¹* uelint *HP,* uellit *(exp. m. 2) V* 6 nulla] ne illa *H* uehementius *S* 7 moribus (ł a *s. l.*) *(corr. m. 2) V* quod] in quo *P* 8 admoueri *S* et *om. H* mu*torum *(1 er.) H* quae] q̧ *V¹, del. V²* 9 ‹uel› *B³* pugnent *V* quae *P¹,* quai *P²?* semper] se p̣ ẹṣṭ (ł sepe) *(corr. m. 2) V* 10 grauissime *RSH* se *om. V¹,* ł se *s. l. V²* gesserint *S,* cessarunt (ł ges, e) *(corr. m. 2) V* 11 praeter** *(ea exters.) B* adulteriũ *H* 12 et *om. V¹, s. l.* ł ac *V²* propter** *(ea er.) R* eruenda* *(s er.) BS,* eruenda *HP¹V¹,* s *s. l. add. P³V²* 14 nam] iam *R* in extra *bis V¹, pr. del. V²* 15 monenti *V¹* ne *om. P* 16 adaequature *P* 18 pares] pares suos *B* 19 esse se] esse *BH,* ‹se›se *P²,* esse sed *(exp. m. 2) V* 20 insolentiã et iniquitatẽ *(utroque loco ˜ er., quod add. m. 2) B* utrumnam *H* alii* *(ante* diuites*) V* 21 fuerĩt *(˜ m. 2) S,* fuerint *(i ras. ex* u*) H* 22 igitur] ergo *B* inuenisse se *P*

iustitiam, cum eam prorsus euerteret, quia non rerum fragilium,
sed mentium debet esse communitas. nam si iustitia uirtutum
omnium mater est, cum illae singulae tolluntur, ipsa subuerti-
tur. tulit autem Plato ante omnia frugalitatem, quae utique 6
nulla est ubi proprii nihil habetur, tulit abstinentiam, siquidem
nihil fuerit quo abstineatur alienum, tulit temperantiam, tulit
castitatem, quae uirtutes in utroque sexu maximae sunt, tulit
uerecundiam pudorem modestiam, si honesta et legitima esse
incipiunt quae solent flagitiosa et turpia iudicari. sic uirtu- 7
tem dum uult omnibus dare, omnibus ademit. nam rerum
proprietas et uitiorum et uirtutum materiam continet, commu-
nitas autem nihil aliut quam uitiorum licentiam. nam uiri 8
qui multas mulieres habent, nihil aliut dici possunt quam luxu-
riosi ac nepotes. item mulieres quae a multis habentur, non
utique adulterae, quia certum matrimonium nullum est, sed
prostitutae ac meretrices sint necesse est. redegit ergo huma- 9
nam uitam ad similitudinem non dicam mutorum, sed pecudum
ac beluarum. nam uolucres paene omnes matrimonia faciunt
et paria iungunt et nidos suos tamquam geniales toros con-
cordi mente defendunt et fetus suos quia certi sunt amant
et si alienos subieceris abigunt. at homo sapiens contra morem 10
hominum contraque naturam stultiora sibi quae imitaretur ele-
git et quoniam uidebat in ceteris animalibus officia marum
feminarumque non esse diuisa, existimauit oportere etiam mu-

EPITOME 21—252, 6] c. 33, 5.

BRSHPV] 1 pro^r^sus P^3 euerterit *(sed* i *ex* e B^3*)* *BSH* quia] cum *H* 4 antea *V* fragilitatem B^1, *corr.* B^3 5 proprium *H* 6 ni** (us) fuerit (de *ut uid. er.*, us *m. 2)* *om.* nihil, *B* quo *V*, qui *B*, quod *RSHP* abstinea*t (n *er.)* *B*, abstinetur *V* alieno *B* tulit castitatem *(om.* tulit*)* temperantiam qu*ę (a *er.)* *P* 8 legitima *(*e *ex* i *m. 2?)* *P* 9 flagitiosae, *om.* et, *H* uirtutum P^1, *corr.* P^3 10 cum *BRV* adimit BP^3 *(pr.* i *ex* e*)* proprietas rerum *SH* 14 ac *s. l.* B^1, //et *corr.* B^3 nepotes] perditi *H* 16 redigit *R* hominis *B* 18 matrimonia] moenia *P* 19 iungunt̃ *(i. e.* -ter*)* S^1, iungunt (v) *(i. e.* -tur*)* S^2, coniu^n^gunt H^2, iunguntur *edd.* genia *P* concordi* (a *er.)* *V* 21 et *om.* *V* subieceris *Woelfflinus, Archiu. lexicogr. et gramm. lat. IV 298;* obieceris *BRSH*, adieceris *P*, obiecerit *V* 22 imitaretur *(pr.* i *ex* e *m. 3 ?)* *P* legit *S*, elegit *(alt.* e *ex* i *m. 3)* *P* 23 mar^i^um *R* 24 ac feminarum *R* mulierem B^1, *corr.* B^3

lieres militare et consiliis publicis interesse et magistratus
gerere et imperia suscipere. itaque his arma et equos adsigna-
uit: consequens est ut lanam et telam uiris et infantium ge-
11 stationes. nec uidit inpossibilia esse quae diceret et ex eo, quod
adhuc in orbe terrae neque tam stulta neque tam sapiens ulla
gens extitit, quae hoc modo uiueret.
1 23. Cum igitur in tanta uanitate ipsi philosophorum princi-
pes deprehendantur, quid illos minores putabimus? numquam
sibi tam sapientes uideri solent quam cum pecuniae contemptu
gloriantur. 'fortis animus.' sed expecto quid faciant et quo
2 ille contemptus euadat. tradita sibi a parentibus patrimonia
tamquam malum fugiunt ac deserunt et ne in tempestate nau-
fragium faciant, in tranquillum se ultro praecipitant, non uir-
tute, sed peruerso metu fortes, sicut illi, qui cum timent ne
ab hoste iugulentur, ipsi se iugulant, ut mortem morte deui-
3 tent. sic isti unde possent gloriam liberalitatis adquirere, sine
4 honore, sine gratia perdunt. laudatur Democritus, quod agros
suos reliquerit eosque pascua publica fieri passus sit. proba-
rem, si donasset. nihil autem sapienter fit, quod si ab omnibus
5 fiat, inutile est ac malum. sed haec neclegentia tolerabilis.
quid ille qui patrimonium in nummos redactum effudit in mare?

EPITOME 7–12] cf. 34, 4. 17 s.] c. 34, 3.

BRSHPV] 2 gerere (*pr.* r *ras. ex* n) *S,* agere *P* et imperia suscipere *in mg.* H^2 itaque] tam *P* $\overset{h}{\text{iis}}$ (h *m. 2*) *R* armac te quos *V* 3 ut] ut etiam *B* lanam et telam] et lanam telam *R,* ⌜et⌝ lanam *P* tela *H* infantibus *B* gestationes (*alt.* e *ex* i *m. 3*) *P* 4 ui*** (dit *er.*) *R* et *V, om. cett.* 5 sapiens] uana *P* 6 existit *R,* extiterit *V edd.* mundo *S* 7 ipsi *om. SH,* et ipsi *P* 8 minores *om. S* putabimus] putabimus qui *H edd.* 9 ui⌜de⌝ri *S* 10 fortis animus *om. H* faciat *H,* faciunt *V* quos *H* 11 contentus (*alt.* n *ras. ex* m) *sic R* matrimonia B^1 (*corr.* B^3) *H* 12 fugiant ac deserant B^1, *corr.* B^3 13 faciunt V^1 intra quillum *V* tranquillo *SH* uirtutes (*exp. m. 3*) *P* 14 fortis *V* ne* (c *? er.*) *S* 15 ⌜morte⌝ B^3 diuitent HP^{ac}, *corr. m. 1?* 16 possent] putant *SH* libertatis *B* ⟨id⟩ sine honore *Heumannus* 19 sapienter — neclegentia (*20*)] sapienter fit quod inutile sit ac malum si ab omnibus fiat . sed haec putanda est neglegentia *H* hominibus *S* 20 inutili P^1, *corr.* P^3 est] esse *V* ⌞ac⌟ malum est *P* neglegentia *SHPV* 21 infudit *H*

ego dubito utrumne sanus an demens fuerit. ‘abite’ inquit ‘in
profundum malae cupiditates, ego uos mergam, ne ipse mergar
a uobis.’ si tantus pecuniae contemptus est, fac illam bene- 6
ficium, fac humanitatem, largire pauperibus: potes hoc quod
perditurus es multis succurrere, ne fame aut siti aut nuditate moriantur. imitare insaniam saltem furoremque Tudi- 7
tani: sparge populo diripiendam. potes et pecuniam effugere
et tamen bene collocare, quia saluum est quidquid pluribus pro-
fuit. Zenonis autem paria peccata quis probat? sed omitta- 8
mus id quod est ab omnibus semper inrisum: illut satis est
ad coarguendum furiosi hominis errorem, quod inter uitia et
morbos misericordiam ponit. adimit nobis adfectum quo ratio
humanae uitae paene omnis continetur. cum enim natura 9
hominis inbecillior sit quam ceterorum animalium, quae uel
ad perferendam uim temporum uel ad incursiones a suis corporibus arcendas naturalibus munimentis prouidentia caelestis
armauit, homini autem quia nihil istorum datum est, accepit
pro istis omnibus miserationis adfectum qui plane uocatur humanitas, qua nosmet inuicem tueremur. nam si homo ad 10
conspectum alterius hominis efferaretur, quod facere uidemus
animantes quarum natura soliuaga est, nulla esset hominum
societas, nulla urbium condendarum uel cura uel ratio, sic ne
uita quidem satis tuta, cum et ceteris animalibus exposita esset
inbecillitas hominum et ipsi inter semet ipsos beluarum more
saeuirent. non minor in aliis dementia. quid enim dici po- 11

EPITOME 9—25] c. 33, 6—8. 25—254, 2] c. 34, 2 (Anaxagoras).

BRSHPV] 1 an] ac *S* inquit *om. SH* in *om. S* 2 inmergar *B* 3 illum *BP* 4 potes *codd. recent., Heumannus*, potest *C* 5 es* *(t er.) P* succurre *H* 6 *supra* tuditani *add.* ł dementium *R*[2] 7 *post* sparge *s. l.* pecuniam *R*[2] diripienda *V* potes et] potest *V* e⌊t⌋ *B*[2] 8 bene *om. P* 9 paria] propria *SH* probet *Heumannus* 10 hominibus *H* 11 coercendum *V* 12 *an* ⟨eum⟩ adfectum*?* quo* (d *er.) P* 14 ⌜uel⌝ *B*[3] 15 ⌜uim⌝ *P*[3] incussiones (ł cur) *(corr. m. 2) R,* cursiones *V* 16 arcenda *V* munumentis *V* 17 ornauit *H* quia* (d *er.) H* accipit *H* 18 omnibus istis *P* a*fectum (d *er.) P* phane *V* 19 quia *V;* quo *nolui* nosmet] nosmet ipsos *BR* tuemur *B* ad conspectu *B* 20 aufferretur *B* uidẽ|tur *B,* uideamus *V* 21 quorum *V* 22 condidarum *sic V* si⌜c⌝ *B*[3] 23 et cum *B* et *om. V* 24 ipsi** *B,* si *H* ⌜se⌝met *P*[3] 25 ali⌜i⌝s *B*[2]

test de illo qui nigram esse dixit niuem? quam consequens erat ut etiam picem albam esse diceret! hic est ille qui se idcirco natum esse dixit, ut caelum ac solem uideret, qui in
12 terra nihil uidebat sole lucente. Xenophanes dicentibus mathematicis orbem lunae duodeuiginti partibus maiorem esse quam terram stultissime credidit et quod huic leuitati fuit consentaneum, dixit intra concauum lunae sinum esse aliam terram et ibi aliut genus hominum simili modo uiuere, quo
13 nos in hac terra uiuimus. habent igitur illi lunatici homines alteram lunam, quae illis nocturnum lumen exhibeat sicut haec exhibet nobis, et fortasse noster hic orbis alterius inferioris
14 terrae luna sit. fuisse Seneca inter Stoicos ait qui deliberaret, utrumne soli quoque suos populos daret: inepte scilicet, qui dubitauerit. quid enim perderet, si dedisset? sed credo calor deterrebat, ne tantam multitudinem periculo committeret, ne si aestu nimio perissent, ipsius culpa euenisse tanta calamitas diceretur.

1 24. Quid? illi qui esse contrarios uestigiis nostris antipodas putant num aliquid locuntur? aut est quisquam tam ineptus qui credat esse homines quorum uestigia sint superiora quam capita? aut ibi quae aput nos iacent, inuersa pendere, fruges et arbores deorsum uersus crescere, pluuias et niues et grandines sursum uersus cadere in terram? et miratur aliquis

EPITOME 4—12] c. 34, 1. c. 24] c. 34, 2.

AUCTORES § 12] Cic. Acad. II 26, 82 et 39, 123; cf. Dielsium, doxogr. graec. p. 121 adn. 1. 12] frg. 22.

EXPILATORES c. 24] cf. Augustin. de ciu. dei XVI 9; Isidor. orig. IX 2, 133.

BRSHPV] 6 laeuitati *B* 7 dixit ·in· contra cauum *V* 8 ibi] ibi esse *H* humanum *P* 10 exhibe⸢a⸣t *B*³ ⸢sicut haec exhibet⸣ *B*³ 12 lune *P*¹, *corr.* *P*³ seneca* (m *er.*) *B* histoicos *B*, istoicos *H* deliberare *V* 13 quodque *H* inepte (i *ex* e *m. 3*) *P* 14 qui] quo⸢d⸣ *P*³ perderet (t *in ras. ex 2 uel 3 litt. m. 2*) *S* diedisset *V* 15 ne* (c *er.*) *S*, nec *V* 16 ne *ex* ni *P*³ ne si] nisi *H* perisset *P* culpae uenisse *RV* uenisse *B*¹ (*corr.* *B*³) *P* 19 aliquod *P*¹, *corr.* *P*³ loquntur *B*, loquuntur *SPV* 21 ubi *RH* 22 deorsus *P* et niues *om.* *P* grandines *S*, grandinem *cett.* 23 ⸢uersus⸣ *P*³ caedere *V*

hortos pensiles inter septem mira narrari, cum philosophi et
agros et urbes et maria et montes pensiles faciant? huius
quoque erroris aperienda nobis origo est. nam semper eodem 2
modo falluntur. cum enim falsum aliquid in principio sum-
pserint ueri similitudine inducti, necesse est eos in ea quae
consecuntur incurrere. sic incidunt in multa ridicula, quia ne-
cesse est falsa esse quae rebus falsis congruunt. cum autem 3
primis habuerint fidem, qualia sint ea quae secuntur non cir-
cumspiciunt, sed defendunt omni modo, cum debeant prima
illa utrumne uera sint an falsa ex consequentibus iudicare.
quae igitur illos ad antipodas ratio perduxit? uidebant siderum 4
cursus in occasum meantium, solem atque lunam in eandem
partem semper occidere et oriri semper ab eadem. cum 5
autem non perspicerent quae machinatio cursus eorum tempe-
raret nec quomodo ab occasu ad orientem remearent, caelum
autem ipsum in omnes partes putarent esse deuexum, quod
sic uideri propter inmensam latitudinem necesse est, existima-
uerunt rotundum esse mundum sicut pilam et ex motu siderum
opinati sunt caelum uolui; sic astra solemque, cum occiderint,
uolubilitate ipsa mundi ad ortum referri. itaque et aereos 6
orbes fabricati sunt quasi ad figuram mundi eosque caelarunt
portentosis quibusdam simulacris, quae astra esse dicerent.
hanc igitur caeli rotunditatem illut sequebatur, ut terra in 7

BRSHPV] 1 septos *ex* septem *sic* *B*³ mira// *B* 2 et maria et urbes *B* 3 quodque *H* nam/// (n *ex* ett *uel* eti *m. 3, s. l. eras.* en, *quod add. m. 2)* *B* 4 senserint *P*, sumpserunt *V* 5 necesse est eos *om.* *P* eos in ea — quia necesse est *om.* *H* 6 consequuntur *RSP* in-(entes)currunt *(corr. m. 3)* *P*, currere *V* 8 quilia *V* sunt *HP* sequuntur *SP* 9 cum] tamquam *B* 10 sequentibus *V* 11 ⌜ad anti⌝podas *P*³ 13 eodem *P* 14 quae] nec quae *B* 15 ob occasu *P* occasū (~ *er.)* *H* reman(e)eant *(corr. m. 2)* *V* 16 in omnes] *ōm*nes (h *et* i *er.)* īn (= *et — m. 3)* *B*, in omnis *R*¹*V*, homini ex *H*, in omnes fere *P* parte *H* 17 aestimauerunt *H* 18 rutundum *B sic paene omnibus, V sic nonnullis,* rotundum *R*, *sed* o *ex* u, *sic omnibus locis insequentibus, paucis SP*¹, *sed corr.* *P*³ motu] modo *P* 19 ⌜sic⌝ *B*³, sicut *R*, et sic *Heumannus* cum *om.* *H* occidere et *BH* 20 ex uolubilitate *SH* aeris *B*¹, *corr.* *B*², aere et *H* 21 orbis *HP* fabrica *V* ad] et *S* ⌜mundi⌝ *B*³ celarunt *B*, caelauerunt *P* 22 portentos(e) in (e *s. l. m. 2)* *B*, portentos his *H*

medio sinu eius esset inclusa. quod si ita esset, ⟨esse⟩ etiam ipsam terram globo similem: neque enim fieri posse ut non
8 esset rotundum quod rotundo conclusum teneretur. si autem rotunda etiam terra esset, necesse esse ut in omnes caeli partes eandem faciem gerat, id est montes erigat, campos ⟨ex⟩tendat, maria consternat. quod si esset, etiam sequebatur illut extremum, ut nulla sit pars terrae quae non ab hominibus ceterisque animalibus incolatur. sic pendulos istos antipodas caeli
9 rotunditas adinuenit. quodsi quaeras ab iis qui haec portenta defendunt, quomodo ergo non cadant omnia in inferiorem illam caeli partem, hanc respondent rerum esse naturam, ut pondera in medium ferantur et ad medium conexa sint omnia, sicut radios uidemus in rota, quae autem leuia sunt, ut nebula
10 fumus ignis, a medio differantur, ut caelum petant. quid dicam de his nescio, qui cum semel aberrauerint, constanter in stultitia perseuerant et uanis uana defendunt, nisi quod eos interdum puto aut ioci causa philosophari aut prudentes et scios mendacia defendenda suscipere, quasi ut ingenia sua in
11 malis rebus exerceant uel ostendant. at ego multis argumentis probare possem nullo modo fieri posse ut caelum terra sit inferius, nisi et liber iam concludendus esset et adhuc aliqua restarent quae magis sint praesenti operi necessaria. et quoniam singulorum errores percurrere non est unius libri opus, satis

BRSHPV] 1 sinu eius] siue ius∗ *(s er.) V* conclusa *S* quid *H* esse *Heumannum secutus addidi* 2 enim — rotundo *om. V* posse *Thilo,* posset *C* ut *om. B* 3 esse *B* tenetur *P,* tenere teneretur *V* si — terra] si etiam rotunda terra *H* 4 esse] est *B*[1] *(corr. B*[3]*) P,* esset *H* ⌜in⌝ *B*[3], ad *H* omnis *R*[1]*V,* omnes *(sed* s *add. m. 3) P* 5 eadem *H* gerant *B* extendat *scripsi conl. p. 114, 15,* tendat *C* 6 si] si ita *R* iam *BV* 9 adinuenitur *V* iis *R,* his *cett.* portenta *V*[1] 10 ergo *om. P* cadunt *SHV* 11 respondent hanc *SH* respondeant (bu over a) *(a del., sic corr. m. 3) P* 12 ferantur et ad medium *om. B*[1] *(in inf. mg. add. B*[3]*) P* sint *(i ras. ex* u*) P* sicut *om. S* 13 rotã *B* laeuia *B* ut *om. BH* 14 differuntur *B,* differantur (l def over dif) *(corr. m. 2) R,* deferantur *P* 15 aberrauer̃ *S* 16 stultitiam *H* uanis *om. H* 18 inscios *B,* socios *H* defen⌞denda⌟ *B*[2] 19 at ego] adeo *B*[1], *corr. B*[3], at ergo *S,* ego *H* 20 possum *B,* possim *H* 21 nisi] ni *H* et] ut *(sed del. m. 3)* et *P* libe‖riam *B*[1], liber‖∗iam *B*[2] claudendus *S* 22 sunt *SP* opere *B,* operis *H* 23 per⌞currere⌟ *H*[2] unius *om. P*

sit pauca enumerasse, ex quibus possit qualia sint cetera intellegi.

25. Nunc pauca nobis de philosophia in commune dicenda 1
sunt, ut confirmata causa peroremus. summus ille noster
Platonis imitator existimauit philosophiam non esse uulgarem,
quod eam non nisi docti homines adsequi possint. *est inquit* 2
philosophia paucis contenta iudicibus multitudinem
consulto ipsa fugiens. non est ergo sapientia, si ab hominum coetu abhorret, quoniam sapientia si homini data est,
sine ullo discrimine omnibus data est, ut nemo sit prorsus qui
eam capere non possit. at illi uirtutem humano generi datam 3
sic amplexantur, ut soli omnium publico bono frui uelle uideantur, tam inuidi quam si uelint deligare oculos aut effodere
ceteris, ne solem uideant. nam quid est aliut hominibus 4
negare sapientiam quam mentibus eorum uerum ac diuinum
lumen auferre? quodsi natura hominis sapientiae capax est, 5
oportuit et opifices et rusticos et mulieres et omnes denique
qui humanam formam gerunt doceri, ut sapiant, populumque
⟨sapientium⟩ ex omni lingua et condicione et sexu et aetate
conflari. maximum itaque argumentum est philosophiam ne- 6
que ad sapientiam tendere neque ipsam esse sapientiam, quod
mysterium eius barba tantum celebratur et pallio. senserunt 7
hoc adeo Stoici, qui et seruis et mulieribus philosophandum

AUCTORES 6] Cic. Tusc. II 1, 4. § 4 s.] Epicuri frg. 227[a]; 'Senecae Exhortationes conpilare Lact. uidetur' Usenerus. 22—258, 2 (Epicurus)] ibid. (pag. 171, 14).

BRSHPV] 1 possint *BR*, possent *H* sunt *P* et cetera *SH* 3 uobis *R* 4 sint *V* confirmatam causam *B* summus] cicero summus *B* 5 philosophia *S* uulgare *S* 6 adsequi] ad se *V* possent *SH* 7 filosofiam *V* contempta *S*, contenda *V* 8 ipsam *BHP*, ipse *S* hominem *S* 9 c⌜o⌝etu (o *s. l. et* e *ex* r *m. 3) P* homini] soli homini *R* 11 ea *S* possint *(exp. m. 2) V* 12 f⌞ru⌟i *B*[2] uelle] illa *R* 13 delicare *B*[1], *corr. B*[3], diligere *S*, dilicare *V* 16 ⌜au⌝ferre *P*[2] quo⌜d⌝si *P*[3] hominum *B* 17 *pr.* et] ut *S* resticos *P*[1], *corr. P*[2] omnis *V* 18 docere *B* 19 sapientum *add. Heumannus conl.* § 7 ciuitatem de sapientibus, *probat Usenerus; scripsi* sapientium et *(ante* aetate) *s. l. P*[2] 20 e⌜s⌝t *P*[3] 21 ad *om. B* tendere* (t *er.) B*, tenere *R* 22 eius *om. H* barta *V*[1] 23 mu⟨li⟩erieribus *sic R*

esse dixerunt, Epicurus quoque, qui rudes omnium litterarum
ad philosophiam inuitat, item Plato, qui ciuitatem de sapien-
8 tibus uoluit conponere. conati quidem sunt illi facere quod
9 ueritas exigebat, sed non potuit ultra uerba procedi, primum,
quia multis artibus opus est, ut ad philosophiam possit accedi.
discendae istae communes litterae propter usum legendi, quia
in tanta rerum uarietate nec disci audiendo possunt omnia nec
10 memoria contineri. grammaticis quoque non parum operae
dandum est, ut rectam loquendi rationem scias; id multos annos
11 auferat necesse est. ne oratoria quidem ignoranda est, ut ea
quae didiceris proferre atque eloqui possis. geometria quoque
ac musica et astrologia necessaria est, quod hae artes cum
12 philosophia habent aliquam societatem. quae uniuersa per-
discere neque feminae possunt, quibus intra puberes annos
officia mox usibus domesticis profutura discenda sunt, neque
serui, quibus per eos annos uel maxime seruiendum est quibus
possunt discere, neque pauperes aut opifices aut rustici, quibus
in diem uictus labore quaerendus est. ob eam causam Tullius
13 ait abhorrere a multitudine philosophiam. at enim
rudes Epicurus accipiet. quomodo ergo illa quae de principiis
rerum dicuntur intellegent, quae perplexa et inuoluta uix etiam
14 politi homines adsecuntur? in rebus igitur obscuritate

AUCTORES 18—259, 4 Epicurus] frg. 227[a] (pag. 171, 19). 18 (Tullius)] cf. § 2.

BRSHPV] 1 duxerunt *P* 2 inuita|tiitem *B*[1], inuitat|i**tem *B*[3] idem (i *supra*) *R* platuiit (i *supra*) *ut uid.* *B*[1], plat⌊o⌋ *** *B*[3?] 3 conponere] cõp̃hendere *S* quidem illi sunt *SH*, sunt illi quidem *P* ⌜illi⌝ *V* 4 progredi *RSH* 6 discendendae *P* communis *V* 8 oper⌜a⌝e *B*[2], orere *P*[1], horae *part. s. l. corr.* *P*[3] 9 est *om.* *P* scias id] sciant *H* 10 *supra* auferat *add.* afferat *R*[2]; auferant *H* 11 possit (i *ex* e) *sic* *V* geometrica *B*[ar]*RS*, geumetria *H* quodque ad musicae (*om.* et) astrologia *H*, quoque ac musica (*om.* et) astroligia (*sic*) *in inf. mg. add.* *P*[2] 12 astrologia (n m *supra*) (*corr. m. 3*) *B* quo⌜d⌝ *P* ⌜hae⌝ *B*[3], eae *R*[1]*HV* habent cum philosophia *P* 13 habe⌜a⌝nt *B*[3] 14 infra *B* pubere *V* 15 mos *S* 16 annos *om.* *V* 18 labor (l *ex* i *corr.*) *V* ob eam] . Eam *V* 19 aborrere *HV*[ac] a *om.* *R* 20 principi⟨is⟩ *B* 21 rerum *om.* *P* intell⟨egent⟩ *B*, intellegunt *H* per ·/· propheta, *exp. et in mg.* ·/· plexa *add. m. 2* *V* 22 adsequntur *B*, adsequuntur *SPV* ⌜igitur⌝ *P*[1?]

inplicatis et ingeniorum uarietate confusis et eloquentium uirorum exquisito sermone fucatis quis inperito ac rudi locus est?
denique nullas umquam mulieres philosophari docuerunt praeter 15
unam ex omni memoria Themisten neque seruos praeter unum Phaedonem, quem male seruientem redemisse ac docuisse traduntur. enumerant etiam Platonem ac Diogenem, qui tamen 16
non serui fuerunt, sed his seruitus euenerat: sunt enim capti. Platonem quidem redemisse Anniceris quidam traditur sestertiis octo. itaque insectatus est conuiciis hunc ipsum redemptorem Seneca, quod Platonem paruo aestimauerit, furiosus, 17
ut mihi uidetur, qui homini fuerit iratus, quod non multam pecuniam perdidit: scilicet aurum appendere debuit tamquam pro mortuo Hectore aut tantum ingerere nummorum, quantum uenditor non poposcit. ex barbaris uero nullum praeter unum 18
Anacharsin Scytham, qui philosophiam ne somniasset quidem, nisi et linguam et litteras ante didicisset.

26. Quod ergo illi poscente natura faciendum esse senserunt, 1
sed tamen neque ipsi facere potuerunt neque a philosophis fieri posse uiderunt, sola haec efficit doctrina caelestis, quia sola sapientia est. illi scilicet persuadere cuiquam potuerunt, qui 2
nihil persuadent etiam sibi, aut cuiusquam cupiditates oppri-

AUCTORES 4—10] frg. 23; e Seneca fort. etiam Gell. II 18.

BRSHPV] 1 inplicitạtis *(exp. m. 1 ?) S,* inplicitis *P* confuisset *V* eloquentiam *H* 2 et exquisito *B* fugatis RP^{ac}, *ras. corr.* locutus $R^{ar}V^{ar}$ 3 denique *om. V* inquam B^1, unquam B^3 docuerant *R* 4 them̃stẽ *S,* themistem *H;* 'Themistam *scriptum oportuit*' *Usenerus* 5 Phaedonem *Betuleius conl. Gell. II 18, 1,* pythagoram *C (nisi quod* pythagorã *S,* phytagoran *V)* quȩ *S* tradunt *SH,* ⟨Cebetem⟩ tradunt *edd.; cf. Addenda* 6 diogen*em *(t er.) R,* diogenen *PV* 7 ^{h}iis *(h m. 2) R* euenerant *V* *cf. Gell. II 18, 9* Diogenes . . seruitutem seruiuit. sed is ex libertate in seruitutem uenum ierat; *Lactantii tamen locum mutare nolui; uerba* sunt enim capti *mihi suspecta* 8 annigeris *R,* aniceres *H,* aniceris *P* quidem *SV* 9 insecutus V^1 hinc *V* 10 paruo *(parua S)* platonem *SH* ⌊paruo existimauerit⌋ *B* paruos *V* ^{i}aestimarit *(sic corr. m. 3) P* 12 scilicet et *P* appendere *BP,* ponderare *R,* pendere *S,* perdere *H,* perdeḍere *(exp. m. 2) V* 14 nullum *om. P; an* nullum ⟨nominant⟩*?* 15 anacarsin *B,* anacharsim *RP,* anacharsen *H,* anacharsyn *V* scythiã, *sed* i *del., S,* scytan *V* 17 pos*cente *V* esse *om. P* 18 ṇẹq; *(exp. m. 2) S* facere] factis *H* 19 posse] non posse *BV* hoc *B* 20 sapiens *B* non potuerunt *H,* poterunt *V* quia *H* 21 cupiditatẽ *R*

ment, iram temperabunt, libidinem cohercebunt, cum ipsi et
3 cedant uitiis et fateantur plus ualere naturam? dei autem praecepta quia et simplicia et uera sunt, quantum ualeant in
4 animis hominum, cottidiana experimenta demonstrant. da mihi uirum qui sit iracundus maledicus effrenatus, paucissimis dei
5 uerbis tam placidum quam ouem reddam. da cupidum auarum tenacem, iam tibi eum liberalem dabo et pecuniam
6 suam plenis manibus largientem. da timidum doloris ac
7 mortis, iam cruces et ignes et Perilli taurum contemnet. da libidinosum adulterum ganeonem, iam sobrium castum conti-
8 nentem uidebis. da crudelem et sanguinis adpetentem, iam
9 in meram clementiam furor ille mutabitur. da iniustum insipientem peccatorem, continuo et aequus et prudens et inno-
10 cens erit: uno enim lauacro malitia omnis abolebitur. tanta diuinae sapientiae uis est, ut in hominis pectus infusa matrem delictorum stultitiam uno semel inpetu expellat: ad quod efficiendum non mercede, non libris, non lucubrationibus opus
11 est. gratis ista fiunt, facile, cito, pateant modo aures et pectus sapientiam sitiat. nemo uereatur: nos aquam non uendimus nec solem mercede praestamus. dei fons uberrimus atque plenissimus patet cunctis et hoc caeleste lumen uniuersis oritur

AUCTORES 6] Terent. Ad. IV 1, 18.

BRSHPV] 1 libidinem coercebunt *in mg. H*² cohercebunt *B*, coercebunt *cett.* 2 cadant *V*¹ 3 et *(ante* uera*) s. l. H*² 4 et experimenta *R* da ihi *V* 6 quam *C cum Terent. codd. G*¹*D*, quasi *reliqui codd. Terent.* ouem *(*u *ras. ex* b*) H* reddo *Terent.* 9 ignis *H* et pilli *(i. e.* perilli*)* taurum *V*, et periculum omne *B*, et pericula omnia *R*, et phalaris *(sic)* taurum *S*, *fort. ex c. 27, 5*, et pericula et aurum *H*, *om. P* contemn⌊et⌋ *H*² 10 adulter*um *(*i *er.) H* 11 sanguis *V* appe**tentem *(*d *m. 3,* ni *er.) P* 12 meram *Heumannus*, ueram *C* iustum *S* 13 continuo a et *sic P* et *om. H* aequs *B* innocu⌈u⌉s *B*³ 14 enim uno *V* abolebitur *(*a *ex* o *m. 2) R*, aboleuitur *H* tantae *H* 15 infusā *(˜ er.) B*, infusam *HP* 16 delictorem *P*ᵃᶜ, dilictorem *V* simul *edd.*, semel *defendit Buenemannus, cf. eius adn. ad V 4, 1* ad *eras. et* ex *corr. B*³ ad quod efficiendum] ad faciendum *H* quod non *(exp. m. 2) V* 17 *tert.* non] aut *H* 18 pateant *(pr.* t *ex* r*) V* ⌈et pectus⌉ *P*² 19 uindimus *V*¹ 20 sole *H* mercedem *(exp. m. 3) P* atque] aquae *B* 21 cuncti⟨set hoccaeleste⟩ *B*

quicumque oculos habent. num quis haec philosophorum aut 12
umquam praestitit aut praestare si uelit potest? qui cum aeta-
tes suas in studio philosophiae conterant, neque alium quem-
quam neque se ipsos, si natura paululum obstitit, possunt facere
meliores. itaque sapientia illorum, ut plurimum efficiat, non
excindit uitia, sed abscondit. pauca uero dei praecepta sic 13
totum hominem inmutant et exposito uetere nouum reddunt,
ut non cognoscas eundem esse.

27. Quid ergo? nihilne illi simile praecipiunt? immo per- 1
multa, et ad uerum frequenter accedunt, sed nihil ponderis
habent illa praecepta, quia sunt humana et auctoritate maiore
id est diuina carent. nemo igitur credit, quia tam se homi- 2
nem putat esse qui audit, quam est ille qui praecipit. prae- 3
terea nihil aput eos certi est, nihil quod a scientia ueniat, sed
cum omnia coniecturis agantur, multa etiam diuersa et uaria
proferantur, stultissimi est hominis praeceptis eorum uelle pa-
rere, quae utrum uera sint an falsa dubitatur: et ideo nemo
paret, quia nemo uult ad incertum laborare. uirtutem esse 4
Stoici aiunt, quae sola efficiat uitam beatam. nihil potest
uerius. sed quid si cruciabitur aut dolore adficietur? poteritne
quisquam inter carnifices beatus esse? immo uero inlatus cor-
pori dolor materia uirtutis est, itaque ne in tormentis quidem

AUCTORES 7 exposito — nouum] Ephes. 4, 22 s. ex interpretat. Itala, cf. Cyprian. Testim. III 11, pag. 124, 20 (Tertull. de resurr. c. 45, pag. 524. 525): exponite . . . ueterem hominem . . . et induite nouum hominem.

BRSHPV] 1 quicum⌜q.⌝ *B*² quicūque oculos habent *in mg. H*² aut umquam] autem quam *V* 2 et etates *S*, aetate *H* 3 in studio philosophiae] studio philosophorum *H* aliud *V* 4 paululum *R*, paulum *BSPV*, parum *H* 5 efficit *V* 6 excidit *HPV* absc̄dit *S* si *S* 7 hominem] hominem insipientem *H*, *om. V* mutant *B* et *om. BV* 9 nihilne] ne *S*, nihil *P*¹, ne *add. P*² simile *om. SH* 11 maioræ *(corr. m. 2) P* 12 carent] terrent⌜ur⌝ *B*² se *om. H* 13 praecepit *V* 14 ad scientiam *BSH*, a*|ˢcientia *(s er.) V* uenit *B*¹ *(corr. B*²*) S* 15 coniuncturis *V* aguntur *P* etiam diuersa] ⌜etiam⌝ *(add. m. 2)* et diuersa *H* 16 proferuntur *P* 17 et *om. SH* 18 uul⌜t⌝ *H*² esse] autem *S* 19 solam *R* efficit *P* 20 uerius] uerius dici *H edd.*, esse uerius *P* quid si] quid *P*¹, *in* cū *corr. P*³ adficitur *H* potesne *H* 21 esse *om. V* uerus *P* 22 ne *add. P*²

5 miser est. Epicurus multo fortius sapiens inquit semper
beatus est et uel inclusus in Phalaridis tauro hanc
uocem emittet: suaue est et nihil curo. quis eum non
inriserit, maxime quod homo uoluptarius personam sibi uiri
fortis inposuit et quidem supra modum? non enim fieri potest
ut quisquam cruciatus corporis pro uoluptatibus ducat, cum
satis sit ad officium uirtutis inplendum perferre ac sustinere.
6 quid dicitis Stoici? quid tu Epicure? beatus est sapiens,
etiam cum torquetur. si propter gloriam patientiae, non
fruetur: in tormentis enim fortasse morietur; si propter memo-
riam, aut non sentiet, si occidunt animae, aut si sentiet, nihil ex
7 ea consequetur. quis ergo alius in uirtute fructus est? quae
beatitudo uitae? aequo aiunt animo moriatur. bonum
mihi adfertis unius horae aut fortasse momenti, propter quod
8 non expediat in tota uita miseriis et laboribus confici. quan-
tum autem temporis mors occupat? quae cum uenit, utrum
aequo an iniquo animo subieris, iam nihil refert. ita fit ut
9 nihil aliut ex uirtute captetur nisi gloria. sed haec aut super-
uacua et breuis est aut prauis hominum iudiciis non sequetur.
nullus igitur ex uirtute fructus est, ubi uirtus mortalis est et
10 caduca. ita qui haec locuti sunt, umbram quandam uirtutis

AUCTORES 1—3] cf. Cic. Tusc. II 7, 17; V 10, 31; 26, 75 al. 1—5 (Epicurus)] cf. ad frg. 601 (pag. 339, 8). 4 uoluptarius] Cic. Tusc. II 7, 18; V 31, 88. 5—8] cf. ibid. II 7, 18. 8 s.] cf. ibid. V 26, 73 s.

B(G)RSHPV] 1 inquit *om. V* 2 uelut *HP* taurum *H* hanc (n *in ras. ex* e ? *m. 2) B* 3 emittet *V*, ⌈e⌉mittet *B*², mittet *B*¹*RSH*, mittit *P* et *om. B* 4 inriserit *edd.*, inrisit *C* sibi uiri fortis] uiri sibi uirtūtis *V*, *unde* uerae sibi uirtutis *coni. Schoellius* 8 est] et *V* 9 etiam *om. B* torqueatur *PV* 10 fr⌈a⌉u⌈d⌉etur *B*², fruatur *R* *hinc fere incepit codicis G pag. 63 (172), cuius in uerss. 18. 19 perpaucae litterae agnoscebantur* si *om. V* 11 sic̣ *(ante* occidunt*) H* sentie⌈n⌉t *B*² 12 consequeṇtur *(exp. m. 3) P* quae] quo *V* 13 uitae *om. P* aequo aiunt animo *H*, quo aiunt animo *BSV*, quo ut aiunt animo *R*, ut aequo animo *P* *an* morietur ? *Thilo* 14 affectis *V* 15 exped⌈i⌉at *P*³ in totam uitam *P* 16 tempori**s *(*bū *er.) B* ueniat *H* 17 an iniquo *om. B* subieris] eam su*bieris *(*u *? er.) P* iam *om. V* 18 aut *om. B*¹ *(s. l. B*³*) S* superuacua et] superbia *S*, superba *H* 19 est] et *B* 20 ex] rex *V* ubi *(*u *ex* ti *? m. 3) B* est mortalis *P* 21 ita qui] itaque *H*; itaque qui *edd.* umbram] ut umbram *V* quadam *H*

uidebant, ipsam uirtutem non uidebant. defixi enim fuerunt
in terram nec uultus suos in altum erigebant, ut eam possent
intueri, quae sese a caeli regionibus ostentabat. haec 11
causa est cur praeceptis eorum nullus obtemperet, quoniam
aut ad uitia erudiunt, si uoluptatem defendunt, aut si uirtutem
adserunt, neque peccato poenam minantur nisi solius turpitu-
dinis neque uirtuti ullum praemium pollicentur nisi solius ho-
nestatis et laudis, cum dicant non propter aliut, sed propter
se ipsam expetendam esse uirtutem. beatus est igitur sapiens 12
in tormentis: sed cum torquetur pro fide, pro iustitia, pro deo,
illa patientia doloris beatissimum faciet. est enim deus qui 13
solus potest honorare uirtutem, cuius merces inmortalitas sola
est. quam qui non adpetunt nec religionem tenent, cui aeterna
subiacet uita, profecto neque uirtutis uim sciunt, cuius prae-
mium ignorant, neque in caelum spectant, quod ipsi facere se
putant, cum res non uestigabiles quaerunt, quia ratio in cae-
lum spectandi nulla est alia nisi aut religionem suscipere aut
animam suam inmortalem esse credere. quisquis enim aut 14
deum colendum esse intellegit aut inmortalitatis spem propo-
sitam sibi habet, mens eius in caelo est et licet id non aspi-
ciat oculis, animi tamen lumine aspicit. qui autem religionem 15
non suscipiunt, terreni sunt, quia religio de caelo est, et qui
animam putant cum corpore interire, aeque in terram spectant,
quia ultra corpus, quod est terra, nihil amplius uident quod sit
inmortale. nihil igitur prodest ita fictum esse hominem, ut 16

AUCTORES 3] Lucr. I 64.

B(G)RSHPV] 1 *pr.* uidebat *S* 3 sese a] se *P* ⌊caelireg^ion^ib.⌋ (c*e****[n]ib *m. 1)* B^3 religionibus *RH* ostendebat *codd. Lucr.* 5 ad *om. V* uitam *H* uoluptatem (p *ex* n *m. 2) V* defendant B^1, *corr.* B^3 8 *hinc fere incepit codicis G pag. 64 (171), in qua nihil agnoscebatur* 9 expetenda *H* est *om. B* igitur est *SH* 13 quam] qua *H* aeternitas *V* 14 profe⌜c⌝to B^2, profectione, *om.* neque *V* 15 ignora⌜n⌝t B^2 expectant *H* 16 ^r^aes (a *del.) B* non uestigabiles *RV*, non inuestigabiles *BS*, ⌜non⌝ *(add. m. 2)* inuestigabiles *H*, ^in^uestigabiles (^in^ *m. 3) P; cf. Roenschium, Itala u. Vulgata pag. 112* in caelum *om. P* 17 alie P^1, *corr.* P^3 18 inmortale *H* enim *bis R* 20 id] inde *H* 21 lumen *H* 22 non *in mg. P* de] in *P* ⌜et⌝ *P* quia *V* 23 ae*qu*e (e*quae *m. 1)* B^3 expectant *H* 24 quia] qui *V* quod] quã *V* 25 prodeest *B*, prode · ẽ *H*

recto corpore spectet in caelum, nisi erecta mente deum cernat
et cogitatio eius in spe uitae perpetuae tota uersetur.
1 28. Quapropter nihil est aliut in uita quo ratio, quo condicio
nostra nitatur, nisi dei qui nos genuit agnitio et religiosus ac
pius cultus: unde quoniam philosophi aberrauerunt, sapientes
2 utique non fuerunt. quaesiuerunt illi quidem sapientiam, sed
quia non rite quaerebant, prolapsi sunt longius et in tantos
errores inciderunt, ut etiam communem sapientiam non tene-
3 rent. non enim tantum religionem adserere noluerunt, uerum
etiam sustulerunt, dum specie falsae uirtutis inducti conantur
animos omni metu liberare. quae religionis euersio naturae
4 nomen inuenit. illi enim cum aut ignorarent a quo esset
mundus effectus aut persuadere uellent nihil esse diuina mente
perfectum, naturam esse dixerunt rerum omnium matrem,
quasi dicerent omnia sua sponte esse nata: quo uerbo plane
inprudentiam suam confitentur. natura enim, remota prouidentia
5 et potestate diuina, prorsus nihil est. quodsi deum naturam
uocant, quae peruersitas est naturam potius quam deum no-
minare? si autem natura est ratio uel necessitas uel condicio
nascendi, non est per se ipsa sensibilis, sed necesse est mentem
esse diuinam, quae sua prouidentia nascendi principium rebus
omnibus praebeat, aut si natura est caelum atque terra et
omne quod natum est, non est deus natura, sed dei opus.
6 non dissimili errore credunt esse fortunam quasi deam quan-
dam res humanas uariis casibus inludentem, quia nesciunt unde

B(G)RSHPV] 1 respectet *S*, expectet *H* nisi] nisi ut *H* 3 est *om. R* in *om. H* *alt.* quo *om. H* 4 *a* Nostra nitatur *incipit codicis G pag. 65 (48) paene tota lecta* dĩ (ı *ras. ex* s) *P* generauit *BG* 5 philosophia *P*¹, a *del. P*³ aberrarunt *RSV* **sapientes (hi *er.*) *B* 6 ⸢non⸣ *B* quaesie⟨ru⟩nt *G* 7 quia] quoniam (qm̃ *V*) *BGV* in tantos] in altos *H*, intentos *V* 9 ⸤n⸥oluerunt (n *in ras. ex* u ? *m. 3*) *B*, [u]oluerunt *G* 10 sust⟨ull⟩erunt *G* speciem *H*, spetiae *P*¹ (a *del. P*³) *V* falsa⸢e⸣ *B*³, false *G* uirtutes *V*ᵃᶜ 12 aut *om. H* ignorent *S* 13 effectus mundus *B* 16 prudentia (*ante* et) *P* 19 esset *BG* uel *ante* necessitas] aut *H* 20 ipsam *edd.* sedsibilis *V* 22 ⸤p̃⸥///beat *V* si natura est] si naturae si *V* terram *P*¹, m *del. P*³ 23 deus] dĩ, *sed* ı *ras. ex* s, *P* 24 *in* esse fortuna[~] *desinit codicis G pag. 65 (48), sequitur pag. 66 (47), in qua nihil legi poterat* 25 reṣ (*exp. m. rec.*) *S* humanis *S*

sibi bona et mala eueniant. cum hac se compositos ad proe- 7
liandum putant nec ullam tamen rationem reddunt a quo et
quam ob causam, sed tantum cum fortuna se digladiari mo-
mentis omnibus gloriantur. iam quicumque consolati sunt 8
alios ob interitum amissionemque carorum, fortunae nomen
acerrimis accusationibus prosciderunt nec omnino ulla eorum
disputatio de uirtute est, in qua non fortuna uexetur. Marcus 9
Tullius in sua Consolatione pugnasse se semper contra
fortunam loquitur eamque a se esse superatam, cum
fortiter inimicorum impetus rettudisset; ne tum qui-
dem se ab ea fractum, cum domo pulsus patria caruerit:
tum autem, cum amiserit carissimam filiam, uictum
se a fortuna turpiter confitetur. cedo inquit et manum
tollo. quid hoc homine miserius, qui sic iaceat? insipienter 10
inquit, sed qui se profitetur esse sapientem. quid ergo sibi
uult adsumptio nominis? quid contemptus ille rerum, qui
magnificis uerbis praetenditur? quid dispar ceteris habitus?
aut cur omnino praecepta sapientiae datis, si nemo adhuc qui
sapiat inuentus est? et quisquam nobis inuidiam facit, quia
philosophos negamus esse sapientes, cum ipsi nec scire se
quicquam nec sapere fateantur? nam si quando ita defecerint, 11
ut ne adfingere quidem quicquam possint, quod faciunt in rebus

EPITOME 15—266, 2] c. 35, 1 s.
AUCTORES 8—14] Consol. frg. 16.
EXPILATORES § 6; c. 29, 1—11] Isidor. orig. VIII 11, 94.

BRSHPV] 1 et] aut *SH* ueniant *S* hanc *B*, haẹc *(exp. m. 1 ?) P* ⌊se⌋ H^2 2 ta∗∗m̃ *ex* talem V^2 /⌊reddunt⌋ *V* 3 fortunã S^1, ~ *del.* S^2 digladiari *(pr.* i *ex* e *m. 3) P* montis *V* 5 alios *edd.*, aliquos *C (nisi quod* ịnaliquos *P)* ab in⌊teritu⌋ *(in ras. m. 2)* amissioneque *H* interitus *P* 6 proṣiderunt (d *supra*) *S* eorum ulla *SH* 7 uersetur *(sic)* fortuna *B* 8 consolatio⌜ne⌝ B^2 se *om. RPV* 9 a *om. S* esse] semper esse *SH* 10 retudisset *SHP* 11 fructum *V* caruerit *Heumannus*, caruit *C* 13 caedo *HP* 14 iacet *B* insipientem *B* 15 sed *om. H* quis *RSPV* se profitetur se esse *R* 16 hominis *S* quid *ante* contemptus] quod H^1, qui *V* 17 abitus *H* 18 datas *(alt.* a *ex* i*)* S^2 20 sapientis V^1 nec scire] nescire *RSHP* ⌜se⌝ P^2 21 quicquam] quicquam possint *H* 22 quidem *om. SH* quod] quid *R*

ceteris, tum uero admonentur ignorantiae et quasi furibundi
12 exiliunt et exclamant caecos esse se et excordes. Anaxagoras pronuntiat circumfusa esse tenebris omnia; Empedocles angustas esse sensuum semitas queritur, tamquam illi ad cogitandum
13 reda et quadrigis opus esset; Democritus quasi in puteo quodam sic alto, ut fundus nullus sit, ueritatem iacere demer-
14 sam: nimirum stulte, ut cetera. non enim tamquam in puteo demersa ueritas est, quo uel descendere uel etiam cadere illi licebat, sed tamquam in summo montis excelsi uertice uel
15 potius in caelo, quod est uerissimum. quid est enim cur eam potius in imum depressam diceret quam in summum leuatam? nisi forte mentem quoque in pedibus aut in imis calcibus con-
16 stituere malebat potius quam in pectore aut in capite. adeo remotissimi fuerunt ab ipsa ueritate, ut eos ne status quidem sui corporis admoneret ueritatem illis in summo esse quaeren-
17 dam. ex hac desperatione confessio illa Socratis nata est, qua se nihil scire dixit nisi hoc unum, quod nihil sciat, hinc Academiae disciplina manauit, si tamen disciplina dici potest
18 in qua ignoratio et discitur et docetur. sed ne illi quidem qui scientiam sibi adsumpserunt, id ipsum, quod scire se puta-
19 bant, constanter defendere potuerunt. qui, quoniam ratio illis non quadrabat per ignorantiam rerum diuinarum, tam uarii, tam incerti fuerunt sibique saepe contraria disserentes, ut quid

EPITOME 2—7] c. 35, 3 s. 7—267, 15] c. 35, 4 quam — sapientem. 16 s.] c. 35, 3 mitto — sententia.

AUCTORES § 12 s.] cf. Cic. Acad. post. I 12, 44. § 17] cf. ibid. § 45.

BRSHPV] 2 exiliunt *C* exco⸢r⸣des P^3 anexagoras *S* 3 ⸢es⸣se B^2 4 sensu⸢u⸣m B^2 illi *om. H* 5 r$\overset{e}{a}$da *B*, redis *H*, raeda *P* esset] est *V* quaesi *V* 6 quodam — in puteo *(7) om. R* quodam *om. SH*, quoddam P^1, *pr.* d *del.* P^3 sit] sit sic *H* facere *V* 7 nimirum *(pr.* i *ex* e *m. 3) P* puteũ *SH* 8 etiam *om. P* 9 *supra* sed *add.* et non R^2, sed *om. V* uerticem P^1, m *del.* P^3 *an* caelo⟨conlocata⟩ ? *Thilo* 11 dicere *H*, diceres *(s add. m. 3) P* l*euatam *(a er.) B*; *malim* eleuatam 12 catcibus *V* 13 mallebat *P* 15 **ueritatem *(ui er.) B* illis *om. P* 16 ex] in *P* has *V* disperatione *P* socrates *V* 17 qua* *(e er.) H*, qui P^{ac}, *corr. m. 1 ?* 19 ignora*tio *(n er.) B* 20 *a* bi *(in* sibi*)* — ipsum quod *s. l.* P^2 se *om. H* putant *P* 21 quoniam] quã *V* illis ratio *R* 23 saepe] semper *P*

sentirent, quid uellent, statuere ac diiudicare non posses. quid 20
igitur pugnes aduersus eos homines qui suo sibi gladio pereunt?
quid labores ut eos destruas, quos sua ipsos destruit atque
adfligit oratio? Aristoteles inquit Cicero ueteres philoso-
phos accusans ait eos aut stultissimos aut gloriosis-
simos fuisse, qui existimauissent philosophiam suis
ingeniis esse perfectam: sed se uidere, quod paucis
annis magna accessio facta esset, breui tempore phi-
losophiam plane absolutam fore. quod igitur fuit illut 21
tempus? quando est aut a quibus absoluta? nam quod ait
stultissimos fuisse, qui putassent ingeniis suis per-
fectam esse sapientiam, uerum est: sed ne ipse quidem
satis prudenter, qui aut a ueteribus coeptam aut a nouis auctam
[aut] mox a posterioribus perfectuiri putauit. numquam enim 22
potest inuestigari quod non per uiam suam quaeritur.

29. Sed repetamus id quod omisimus. fortuna ergo per se 1
nihil est: nec sic habendum est, tamquam sit in aliquo sensu,
siquidem fortuna est accidentium rerum subitus atque inopi-
natus euentus. uerum philosophi, ne aliquando non errent, 2
in re stulta uolunt esse sapientes: qui fortunae sexum mutant
eamque non deam sicut uulgus, sed deum esse dicunt. eundem 3

AUCTORES 4] Tusc. III 28, 69.
EXPILATORES c. 29, 1—11] cf. ad c. 28, 6.

BRSHPV] 1 sentia⌜n⌝t *H²* uelint *H* statuere] satis statuere *P* posses *(corr. m. 2) B*, possis *SH edd.* 2 sibi-suo *S* 3 distruas *P¹*, *corr. P³* quos *(s in ras. ex* d *? m. 2) B* ipsa *H* distruit *P¹*, *corr. P³* 4 infligit *H*, adficit *P¹*, adfigit *P³* uteres *V* 5 aut *(ante* stultissimos*)* *om. S¹ (s. l. S²) P* aut gloriosissimos *om. P* 6 *uerba* qui existimauissent — perfectam *inter* accusans *et* ait *(5) codd. Cic.* existimassent *B* 7 perceptam *R* 9 plane *RHPV cum codd. Cic., om. BS* fore *om. V* 10 *inter* tempus *et* quando *hoc* quo more *P;* quo modo *Volkmannus, obseru. miscell. 1872 pag. 14* esset *B* ⌜a⌝ *H²* 11 fuisse] suis se *V* perceptam *R* 12 ipsi *S* 13 a *om. V* ueterioribus *H* actam *S* 14 aut *deleuit Heumannus* posteribus *H* perfectuiri *P¹* (perfectam *P³*) *V*, perfectum iri *BSH*, perceptũ iri *R; cf. ad p. 23, 4* 15 inuesti inuestigari *V* suam *om. H* 19 ⌜euentus⌝ *P³* errent] essent *B¹*, *corr. B³* 20 ⌜qui⌝ *B³* secum *V* 21 eamque — esse dicunt *in inf. mg. H²* non *om. V* dicant *B*

tamen interdum naturam, interdum fortunam uocant, quod
multa inquit idem Cicero efficiat inopinata nobis propter
obscuritatem ignorationemque causarum. cum igitur
causas ignorent propter quas fiat aliquid, et ipsum qui faciat
4 ignorent necesse est. idem in opere ualde serio, in quo prae-
cepta uitae deprompta ex philosophia filio dabat, magnam inquit
esse fortunae uim in utramque partem quis nescit?
nam et cum prospero flatu eius utimur, ad exitus per-
5 uenimus optatos, et cum reflauit, adfligimur. primum,
qui negat sciri posse quicquam, sic hoc dixit, tamquam et ipse
et omnes sciant. deinde, qui etiam quae clara sunt, dubia co-
natur efficere, hoc putauit esse clarum quod illi esse debuit
6 uel maxime dubium: nam sapienti omnino falsum est. quis
inquit nescit? ego uero nescio. doceat me, si potest, quae
sit illa uis, qui flatus iste et qui reflatus. turpe igitur, homi-
nem ingeniosum id dicere, quod si neges probare non possit.
7 postremo, quod is qui dicit adsensus esse retinendos, quod
stulti sit hominis rebus incognitis temere assentire,
is plane uulgi et inperitorum opinionibus credidit, qui fortunam

AUCTORES 1] Acad. post. I 7, 29. 6] de off. II 6, 19. 17] cf. Acad. post. I 12, 45; de nat. deor. I 1, 1.

B(G)RSHPV] 1 naturam interdum *om. P* 2 *a* Multa inquit *incipit codicis G pag. 67 (43) paene tota lecta* quod efficiat multa inprouisa et *(uel* haec*)* necopinata nobis *codd. Cic.* 4 propter — ignorent *om. R* propte⌜r⌝ P^{3} *post* et *s. l.* id B^{3} qui *in mg.* H^{2} 5 ignoret *G* ualde serio] uel des⌊i⌋derio H^{2} ualde serio in *om. P* 6 magnam — partem] magnam uim esse in fortuna in utramque partem, uel secundas ad res uel aduersas *codd. Cic.* 7 utrãque *(*rã *ex* ro *m. 2) S* nescit *scripsi,* nesciat *C, sed cf. 14;* ignorat *codd. Cic.* 8 peruenimus] peruehimur *codd. Cic.* 9 optat[oet] *G* et *BP cum codd. Cic., om. RSHV* reflauit *codd. Cic.,* respirauit *C, nisi quod* u *(sic) del. m. 2 S; cf. infra 15* qui reflatus 10 qui] quidem *B,* qui[d]| *sed post* d *per spatium* ẽ *fuisse potest, G* qu⌊ic⌋quam V^{2} si *S,* sic *om. H* et *(ante* ipse*) om. H* 11 clara] uera *P* conatur *edd.,* conetur *C* 12 putaui *S,* putauerit *P* 14 nescit] *cf. 7* uero *om. G* 15 et *om. BG* turpem *H* hom[i]ne *G* 16 it *B,* id *om. H* 17 quod is *SHPV, recepi conl.* deinde quod *IV 13, 26;* quid *(om.* is*)* B^{1}, quod *in ras. corr.* B^{3}, quid hi[s] *G,* is *(om.* quod*) R Heumannus* 18 s⌊it⌋ B^{3} hominis *ex* hominibus *ut uid.* B^{3}, homini *V* adsentiri *(*ass- *S) SH* 19 his *GH,* iis *R,* ĩs V^{2} opinionem *H* credit *SH*

putant esse quae tribuat hominibus bona et mala. nam simu-
lacrum eius cum copia et gubernaculo fingunt, tamquam haec
et opes tribuat et humanarum rerum regimen optineat. cui 8
opinioni et Vergilius adsentit, qui fortunam omnipotentem
uocat, et historicus, qui ait: sed profecto fortuna in omni
re dominatur. quid ergo ceteris diis loci superest? cur 9
non aut ipsa regnare dicitur, si plus potest, aut sola colitur,
si omnia? uel si tantum mala immittit, aliquid causae pro-
ferant cur, si dea sit, inuideat hominibus eosque perditos cupiat,
cum ab iis religiose colatur, cur aequior sit malis, iniquior autem
bonis, cur insidietur adfligat decipiat exterminet, quis illam 10
generi hominum uexatricem perpetuam constituerit, cur deni-
que tam malam sortita sit potestatem, ut res cunctas ex
libidine magis quam ex uero celebret obscuretque.
haec, inquam, philosophos inquirere oportuit potius quam temere 11
innocentem accusare fortunam: quae etiamsi sit aliqua, nihil
tamen adferri ab iis potest, cur hominibus tam inimica sit
quam putatur. itaque illae omnes orationes quibus iniquitatem 12
fortunae lacerant suasque uirtutes contra fortunam superbis-
sime iactant, nihil sunt aliut quam deliramenta inconsideratae
leuitatis. quare non inuideant nobis, quibus aperuit ueritatem 13

AUCTORES 4] Aen. VIII 334. 5] Sallust. Cat. 8, 1. 13] ibid.

B(G)RSHPV] 1 tribuit *H* 2 fingunt] pingitur fingunt *R* 3 rerum *om. P* cui] cuius *S*, ad cuius *H* 4 opinionem *H* et] adest et *P* uirgilius *SV* adsensit *RV*, *om. P* 5 sto⌜r⌝icus *B*³, stoi‖cus *G*; *in hoc desinit codicis G pag. 67 (43), sequitur pag. 68 (44) incipiens ab* [A]⟨i⟩[t] *(om.* qui*)*, *cuius in uerss. 1—25 pauca legebantur* 6 qui *P* diis ceteris *SH* locis *ex* locu *P* 7 aut ⌜cur⌝ sola *R*² 8 immo *B*¹, immittat *sic corr. B*³ profert *S*, proferat *H*, proferent *V*¹ 9 cur *om. G* 10 iis *R*, his *BGSHV*, *iis *(*h *er.) P* religio sola colatur *H* cur* *(*a *er.) S*, cum *V* fit *(uix* sit*) S* malis] in malis *H* malis — bonis] malis rebus bonis iniquior *(om.* autem*) P* 11 illam *om. H* 12 generis *H* hominem *V*¹ 13 multam *B*¹, malam *corr. B*³ 14 libidinem *P*¹, m *del. P*³ 15 philosophi *H*, filosofis *V* oportuit] fuit *H* timere *B*¹, *corr. B*³ 16 innocentem *bis P*^{ac}, *pr. del. m. al.?* etiam⌜si⌝ *P*³ 17 iis *R*, *iis *(*h *er.) P*, his *rell.* potest] tamen *R* 18 iniquitates *B* 19 sua⌜s⌝que *S*²?, se suasque *P* superbissimã *P* 20 qm̃ *(i. e.* quoniam*) in ras. ex* quã *S*² deliramentą *(alt.* a *ex* e *m. 3) P*, deliramen *V* 21 uideat (with superscript v) *(*v *i. e.* ur *m. 2?) S*, inuideat *H*, indeant *V*

deus: qui sicut scimus nihil esse fortunam, ita scimus esse prauum ac subdolum spiritum, qui sit inimicus bonis hostisque iustitiae, qui contraria faciat quam deus, cuius inuidiae causam
14 in secundo libro explicauimus. hic ergo insidiatur uniuersis: sed eos qui deum nesciunt errore inpedit, stultitia obruit, tenebris circumfundit, ne quis possit ad diuini nominis peruenire notitiam, in quo uno et sapientia continetur et uita perpetua;
15 eos autem qui deum sciunt dolis et astu adgreditur, ut cupiditate aut libidine inretiat, ut peccatis blandientibus deprauatos inpellat ad mortem, uel si dolo nihil profecerit, ui et uiolentia
16 deicere conatur. idcirco enim in primordiis transgressionis non statim ad poenam detrusus a deo est, ut hominem malitia sua exerceat ad uirtutem: quae nisi agitetur, nisi uexatione adsidua roboretur, non potest esse perfecta, siquidem uirtus est perferendorum malorum fortis atque inuicta patientia. ex
17 quo fit ut uirtus nulla sit, si aduersarius desit. huius itaque peruersae potestatis cum uim sentirent uirtuti repugnantem, nomen ignorarent, fortunae sibi uocabulum inane finxerunt: quod quam longe a sapientia sit remotum, declarat Iuuenalis his uersibus:

4 in secundo libro] c. 8, 4 s.

AUCTORES 13—18] cf. Senec. de prouid. 2, 4 (marcet — uirtus). 7 (fortunam]; 4, 16 (uexatione).

EXPILATORES 13s.] cf. Lucifer. Calar., moriend. esse p. dei filio c. 2 (pag. 287, 26 ss.): hinc est quod malis tuis quatientibus — roboremur.

B(G)RSHPV] 2 prauum] patruum *S* nobis *H* 3 quam] qm̃ *in ras. ex* quã S^2 causa *H* 5 stultitia — circumfundit *om. H* obruat *V* *a* [Ten]⟨ebris⟩ *incipit codicis G pag. 69 (45), cuius in uerss. 1—4 nonnulla legebantur* 6 notitiam peruenire *R* 7 in *om. H* *post* uno *s. l.* · s · dõ *m. recent. S* 8 dominum *P* nesciunt *V* ⸢dolis⸣ P^3 astu⸢tia⸣ P^3, aestu *V* adgreditur *om. H* ut] **ut *(et er.) B,* ut aut *H,* et *V* 9 aut] ac *B edd.* inretiat *om. P* ut] aut *HP* blanditibus *H* depratos B^1, *corr.* B^2 10 ⸤in⸥pellat $P^{1?}$ proficerit *H* ui *om. H* ui et *om. V* 11 decedere B^1, de⸢i⸣ce**re B^3, deiecere *V* in *om. SH* 13 ad] et *S* 14 non] non tam *R* 15 patientia] sapientia *V* 16 si] nisi *P* aduersarios *V* desit] detur *P* itaque] denique *S* 17 sentire⸢nt⸣ S^2 repugnarent *P* 18 nomen⸢q;⸣ S^2; nomenque *edd.* nomen ignorarent *om. P* igno⸢ra⸣rent *B* *post* ignorarent *s. l.* · s · pħ *(i. e.* scilicet philosophi*) S* fixerunt RV^{ac} 19 ⸢a⸣ P^3 20 in his *R* uer⸢si⸣bus *B,* uer⸢si⸣bus *ex* uerbis S^2

nullum numen habes, si sit prudentia: nos te,
nos facimus, fortuna, deam caeloque locamus.

stultitia igitur et error et caecitas et, ut Cicero ait, ignoratio 18
rerum atque causarum naturae ac fortunae nomina induxit.
sed ut aduersarium suum nesciunt, sic ne uirtutem quidem 19
sciunt, cuius scientia ab aduersarii notione descendit. quae si coniuncta est cum sapientia uel, ut ipsi dicunt, eadem ipsa sapientia est, ignorent necesse est in quibus rebus sita sit.
nemo enim potest ueris armis instrui, si hostem contra quem 20
fuerit armandus ignorat, nec aduersarium uincere qui in dimicando non hostem uerum, sed umbram petit. prosternetur enim qui alio intentus uenientem uitalibus suis ictum nec praeuiderit ante nec cauerit.

30. Docui, quantum mea mediocritas tulit, longe deuium 1
philosophos iter a ueritate tenuisse, sentio tamen quam multa praeterierim, quia non erat mihi propria contra philosophos
disputatio. sed huc necessario deuertendum fuit, ut ostenderem 2
tot ac tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta, ne quis forte a prauis religionibus exclusus ad eos se conferre uellet tam-
quam certi aliquid reperturus. una igitur spes homini, una 3

EPITOME 5 s. sic — sciunt] c. 35, 2 neque uirtutis — doctores. 14—272, 22] c. 35, 5. 20—272, 22] cf. c. 47, 1.

AUCTORES 1 s.] X 365 s. 3 s.] cf. pag. 268, 3. 20—272, 2] cf. Herm. Trismeg. Poemand. c. 10, 15 (pag. 76, 12 Parth.) τοῦτο μόνον σωτήριον ἀνθρώπῳ ἐστίν, ἡ γνῶσις τοῦ θεοῦ.

B(G)RSHPV] 1 numen *P cum codd. Iuuenal.*, nomen *cett.* nunc te *ex* nos te R^2, ˌnosteˌ $S^{1?}$, nostra *H* 2 nos *add.* R^2 fortunam B^1 (m *del. et expunx.* B^3) *H* 3 errore⸢t⸣ *B* et *(ante* ut) *om. H* 4 ac] atque *S*, acq: *sic H* 5 sic nec *SV*, sine (c c) *(corr. m. 3) P* 6 aduersari *V* notione] mentione *H* quae] idque *B* sic *H* 7 eandem ipsam sapientiaˌmˌ (m *in ras. ex 3 litt. m. 2), om.* est, *B* *ab* Eadem ipsa *incipit codicis G pag. 70 (46) paene tota lecta* 8 ignorant *V* sita *om.* B^1 *(s. l.* B^3*) G*, ita *V* 9 quem *om. V* 10 nec** *B* uinceret *S* qui⸢i⸣n $S^{2?}$ in *om. H* 11 proste[r]⟨ne⟩[r]etur *G* 12 hictum *S* ⸢nec⸣ H^2 13 ante nec cauerit *om. P* nec⸢c⸣auerit B^2, necauerti[t] *G* cauit *(a ex* ũ *?) V* 14 me⸢a⸣ P^3 deui*um *(u ? er.) B* 15 philosofis *R* scio *S*, senti *V* 16 praeterieris S^1 propria] pro patria *P* filosos *G* 18 ac tanta — esse con- *om. R* ingenia *om. V* 19 a *om. H* prauis] prauis [p]eius *G* uelle *H*, uellit *(exp. m. 3) P* 20 certi *om. P* hominis *SH*

salus in hac doctrina quam defendimus posita est, omnis sa-
pientia hominis in hoc uno est, ut deum cognoscat et colat:
4 hoc nostrum dogma, haec sententia est. quanta itaque uoce
possum, testificor proclamo denuntio: hic, hic est illut, quod
philosophi omnes in tota sua uita quaesierunt nec umquam
tamen inuestigare conprehendere tenere ualuerunt, quia reli-
gionem aut prauam retinuerunt aut totam penitus sustulerunt.
5 facessant igitur illi omnes, qui humanam uitam non instruunt,
sed turbant. quid enim docent aut quem instruunt qui se ipsos
nondum instruxerunt? quem sanare aegroti, quem regere caeci
possunt? huc ergo nos omnes, quibus est cura sapientiae, con-
6 feramus. an expectabimus, donec Socrates aliquid sciat aut
Anaxagoras in tenebris lumen inueniat aut Democritus uerita-
tem de puteo extrahat aut Empedocles dilatet animi sui semitas
7 aut Arcesilas et Carneades uideant sentiant percipiant? uox
ecce de caelo ueritatem docens et nobis sole ipso clarius lumen
ostendens. quid nobis iniqui sumus et sapientiam suscipere
cunctamur, quam docti homines contritis in quaerendo aeta-
8 tibus suis numquam reperire potuerunt? qui uult sapiens ac
beatus esse, audiat dei uocem, discat iustitiam, sacramentum
natiuitatis suae norit, humana contemnat, diuina suscipiat, ut
summum illut bonum ad quod natus est possit adipisci.
9 Dissolutis religionibus uniuersis et omnibus quaecumque in
earum defensionem dici uel solebant uel poterant refutatis,

EPITOME 23—273, 9] c. 36, 1.

B(G)RSHPV] 1 posita est] potaest si | (si *postea add. ab ead. manu) G* 3 est *om. H* quanta itaque] quantaque *H* possumuoce *ex* possumus *P* 4 *alt.* hic *om. SHV* 5 philofi *P* uita sua *R*, suauit'a' V^{2} quaesiuerunt (que- *S) SH* 6 conprendere *R* tenere conpraehendere (cō- *S) SH* qua *V* 7 poenitus *R* 8 *in* f[acessant i]gitur *desinit codicis G pag. 70 (46)* facessent *V* *om*nes (h *et* i *er.) P* instruunt (r *in ras. ex* it *uel fort. eodem* r *m. 3) B* 10 quam (*ante* sanare) V^{1} caeci (i *ras. ex* u) *P* 11 sapientiae *bis V* 12 expectauimus *HV* 14 'de puteo' B^{3} aut *om. H* animae suae B^{1}, *corr.* B^{3} 15 archesilas *SHPV* charneades (*pr.* e *ex* i *m. 3) P* 16 sele *V* ipsius *P* 17 simus R^{1} 18 dati *S* in quaerendo] inquirendo *P* 19 ac] aut *H* 20 uocam B^{ac} 21 norit] noscat *B*, *om. V* contempnat *BSHP* suspiciat *B* 22 illut *om. V* 23 uniuersis et omnibus *om. P* 24 eorum *R* defensione *SH*

deinde conuictis philosophiae disciplinis, ad ueram nobis religionem sapientiamque ueniendum est, quoniam est ut docebo utrumque coniunctum, ut eam uel argumentis uel exemplis uel idoneis testibus adseramus et stultitiam, quam nobis isti deorum cultores obiectare non desinunt, ut nullam penes nos, sic totam penes ipsos esse doceamus. et quamquam prioribus libris, cum falsas arguerem religiones, et hoc, cum falsam sapientiam tollerem, ubi ueritas sit ostenderim, planius tamen quae religio et quae sapientia uera sit liber proximus indicabit.

BRSHPV] 2 est *(ante* quoniam*) om. S* 3 uel *(ante* exemplis*) om. H* exempli⸢s⸣ S^2 4 adseram *P* et] ut *H* 6 et] ut *V* quamquam] quam *H* 7 falsas] $\overset{h}{s}$as *(corr. m. 2) S* hoc *om. H* 8 ostender⌊i⌋m⌋ *V* 9 s̄it *(— m. 3) B* L · CAELI FIRMIANI LACTANTI DE FALSA SAPIENTIA LIB · III · EXP · INC · DE VERA SAPIENTIA ET RELIGIONE LIB · IIII · FELICITER LEGENTI VITA IN XP̄O IH̄V *B;* L · CAELI FIRMIANI INSTITVTIONV̄ DIVINARVM LIB̄ III EXPL̄T · INCP̄T · LIB̄ · IIII · DE VERA RELIGIONE ET SAPIENTIA · V · N · II̅ DCCC · *(i. e.* Versus Numero duo milia octingenti*; cf. Omontium, Bibliothèque de l'École des chartes 1884, pag. 564)* HIC DICIT DE NATIVITATE ET DE PASSIONE DN̄I XP̄I ET IVDAEIS *R;* L CAELI firmiani de falsa sapientia philosophorum liber · III explicit · Incipit de uera sapientia & religione · liber · IIII · *S;* INCP̄ LIBER IIII · DE VERA RELIGION̄ ET VERA SAPIENTIA *H; subscriptione caret M;* DE FALSA SAPIENTIA LIBER TERTIVS EXPLICIT INCIPIT DE VERA SAPIENTIA LIBER QVARTVS *P;* DE FALSA SAPIENTIA LIB III EXPLIC INCIPIT DE VERA// SAPIENTIA · ET RELIGIONE LIB̄ · IIII · FELICIT̃ *V*

LIBER IV

DE VERA SAPIENTIA ET RELIGIONE.

1 1. Cogitanti mihi et cum animo meo saepe reputanti priorem
illum generis humani statum et mirum pariter et indignum
uideri solet, quod unius saeculi stultitia religiones uarias susci-
pientis deosque multos esse credentis in tantam subito ignora-
tionem sui uentum est, ut ablata ex oculis ueritate neque religio
dei ueri neque humanitatis ratio teneretur, hominibus non in
2 caelo summum bonum quaerentibus, sed in terra. quam ob
causam profecto saeculorum ueterum mutata felicitas est. coe-
perunt enim relicto parente et constitutore omnium deo insensi-
bilia digitorum suorum figmenta uenerari. quae prauitas quid
3 effecerit aut quid malorum adtulerit, res ipsa declarat. auersi
namque a summo bono, quod ideo beatum ac sempiternum
est, quia uideri tangi conprehendi non potest, et a uirtutibus
ei bono congruentibus, quae sunt aeque inmortales, ad hos
corruptos et fragiles deos lapsi et studentes iis rebus quibus
solum corpus ornatur alitur delectatur, mortem sibi perpetuam

B(G)RHSPV] 1 *ab initio libri incepit codicis G pag. 71 (42), in qua nihil legi poterat* 3 Cogitanti *PV edd., conl. Cic. de or. I 1, 1 (*cogitanti mihi saepenumero et memoria uetera repetenti perbeati fuisse . . . illi uideri solent*), p. Deiot. 13, 38 (*haec ille reputans et dies noctesque cogitans*), Minuc. Fel. c. 1, 1 (*cogitanti mihi et cum animo meo Octaui . . . memoriam recensenti*),* Consideranti *BRHS* *post* mihi *hoc* constantine imperator *R*, constanti imp̃. *S; cf. Prolegomena* 4 et *(ante* mirum*) del. Heumannus* 5 quod *om. H* saeculi *om. P* stultitiae *P*, stultitiam *V* suscipientes *BH* 6 credentes *(sed tert.* e *ex* i *B m. 2 uel 3) BH*P^1, -es *in* -is *corr.* P^3 ignorationes sui H^1, ignorationem ui H^2 ignorantiam *V* 7 ex] ab *H* ueritate* (m *er.) H* neque religio dei ueri *om. P* 8 ueri dei *B* tenetur *H* 9 caelum *RS*P^1, *corr.* P^3 terrã (˜ *er.) B* 11 insensibilia digitorum] insensibilium *P* 13 efficerit B^1 *(corr.* B^3*) H* 15 et B^{ar} *(nunc eras.) R, om. SP,* ut *HV* 16 et *ex* ei B^3, et *SP* quae sunt aeque inmortales *om. P* 17 faciles *R* iis R^1, iis R^2, his *cett.* 18 perpetuam P^3

cum diis et cum bonis corporalibus quaesierunt, quia morti
corpus omne subiectum est. insecuta est igitur huiusmodi 4
religiones iniustitia et inpietas, sicuti fuerat necesse. desierunt
etenim uultus suos in caelum tollere, sed deorsum mentes
hominum depressae terrenis ut religionibus, sic etiam bonis
inhaerebant. secutum est discidium generis humani et fraus 5
et nefas omne, quia spretis aeternis atque incorruptis bonis,
quae sola debent ab homine concupisci, temporalia et breuia
maluerunt maiorque hominibus ad malum fides fuit, qui pra-
uum recto, quia praesentius fuerat, praetulerunt. sic huma- 6
nam uitam prioribus saeculis in clarissima luce uersatam caligo
ac tenebrae conprehenderunt: et quod huic prauitati congruens
erat, postquam sublata sapientia est, tunc demum sibi homines
sapientium nomen uindicare coeperunt. tum autem nemo 7
sapiens uocabatur, cum omnes erant: utinamque nomen illut
aliquando publicum quamuis ad paucos redactum tamen uim
suam retineret. possent enim fortasse pauci illi uel ingenio 8
uel auctoritate uel adsiduis hortamentis liberare populum uitiis
et erroribus. sed adeo in totum sapientia occiderat, ut ex ipsa
nominis adrogantia nullum eorum qui uocarentur appareat fuisse
sapientem. et tamen prius quam haec philosophia quae dici- 9

AUCTORES 6 s.] cf. Ouid. Metam. I 128 ss. § 8] cf. Cic. Tusc. V 3, 7.

B(G)RHSPV] 1 *post* diis *excidisse* suis inanibus *(cf. V 12, 13) uel simile existimo,* ⟨his⟩ diis *Schoellius* corporbus *sic H,* corporibus *V* quaesiuerunt *H* 2 omne corpus *B* hui'u's mundi *S* 3 religionis *HP*[1], -is *in* -es *corr. P*[3] et inpietas *om. R* sicut *H* 4 enim *BSHP* suos *(pr.* s *add. m. 3) P* sed] et *B* muntes *B*[ac] *a* Mentes *incipit codicis G pag. 72 (41) paene tota lecta* 5 hominis *P* religioni'bu's *P*[3] 6 inh''eserunt *(a s. l. eras., quod add. m. 2) B*, [heserunt] *G* 7 omne *om. H,* omneṣ *(exp. m. 3) P* sp̃*tis *(e er.) S,* sp̱tis *(i. e.* spertis*) V* 8 temporalia] corporalia *H* 9 maior *H* malum] prauum *H* fide's' *P; impetus Heumannus* 10 rectõ *ex* rectũ *S*[2] quia] quoniam *S* praesentium *B*, presentis *H* 11 uersata *H* 12 cõ|praehenderunt (a *del. m. 3) B* hu'i'c *V*[2] 13 erit *R*[1] tum *(sed* m *ex* nc *B*[3]*) BS* homi·(n)esapientium *(corr. m. 2) V* 14 sapientiae *B*, s[a]pie[ntiae] *G* tũ *(˜ m. 2) H* 15 utinam *H* 16 aliquando *om. H* ad] apud *H* 17 retinere*t (τ *final. ras. ex* NT*) B* 18 uel adsiduis hortamentis *om. R* *alt.* uel *om. H* a uitiis *P* 19 occiderant *V* 20 adrogantia] adroganti adsumtione *R* uocaretur *GH* 21 et] sed *V* quaeque *V*

tur esset inuenta, septem fuisse traduntur, qui primi omnium
quia de rebus naturalibus quaerere ac disputare sunt ausi,
10 sapientes haberi appellarique meruerunt. o miserum calami-
tosumque saeculum, quo per orbem totum septem soli fuerunt
qui hominum uocabulo cierentur! nemo enim potest iure dici
11 homo nisi qui sapiens est. sed si ceteri omnes praeter ipsos
stulti fuerunt, ne illi quidem sapientes, quia nemo sapiens esse
12 uere iudicio stultorum potest. adeo ab iis afuit sapientia, ut
ne postea quidem increscente doctrina et multis magnisque
ingeniis in id ipsum semper intentis potuerit perfici ac ueritas
conprehendi. nam post illorum septem sapientium gloriam in-
credibile est, quanto studio inquirendae ueritatis Graecia omnis
13 exarserit. ac primum nomen ipsum sapientiae adrogans putaue-
runt seque non sapientes, sed studiosos sapientiae uocauerunt.
quo facto et illos qui temere sapientium sibi nomen asciue-
rant, erroris stultitiaeque damnarunt et se quoque ipsos igno-
14 rantiae, quam quidem non diffitebantur. nam ubicumque re-
rum natura ingeniis eorum quasi manus opposuerat, ne ratio-
nem possent aliquam reddere, testificari solebant nihil scire
se, nihil cernere. unde multo sapientiores inueniuntur qui se

B(G)RHSPV] 1 ẽēt *(i. e.* esset, *sed* t *add. m. 2) S,* esse *V* esset inuenta] inueniretur *P* semtem *V* 2 ac] aut *H* 3 *in* calamitosum *desinit codicis G pag. 72 (41), sequitur pag. 73 (178) ter scripta, in qua nihil agnosci poterat* 4 in quo *H* 5 hominis *H* iure potest *B* iuri *S* dici *(alt.* i *ras. ex al. litt.) V* 6 hominisi *(corr. m. 3) P* omnes] homines *H* 7 ne illi quidem sapientes *om. H* quia nemo sapiens *in spatio relicto add. V*[2] 8 his *BHSP* ⌜a⌝fuit *B*[2] sapientia *(*apien *in ras. ex* tulti *m. 3) B* 9 ne *om. P* increstente *V* 10 in id ipsum] in ipsam *R,* id in ipsum *H,* et id ipsum *V* potuerit *RS,* filosofia ⌜non⌝ *(s. l. m. 3)* potuerit *B,* non potuit *H,* non potuerit *PV* *ex* perfici *part. in ras.* percipi *corr. B*[3] ac *(sed del. m. 1)* ueritas et compraehendi *P* ueritas ac *edd.* 12 quanto] qu∗a nos *(*i *er.) H,* quantum *P*[1] *(corr. P*[3?]*) V* gratia *V* 13 nomen *om. V* ipsũ∗ *S* sapientiae] sapiens *B* 14 sapientes] sapientis *R*[1] *(in* -es *corr. R*[2]*) V* 15 asciuerunt *B,* adsciuerunt *H,* asiuerunt *(sic corr. m. 2) S* 16 stultitiaequae *P*[ar]*V* damnauerunt *B* 17 quidam *(*a *in ras. ex* e*) B*[3] diffidebantur *H,* diffitebantur *(*e *ex* a *m. 2) S* 18 naturam *H* opposuissent *(*isse *in ras. ex* erat*) B*[2], adposuerat *H,* opposuerat *(pr.* o *ex* a *m. 2) S* nec *BR* 19 aliquam possent *BSP* redde⌞re⌟ *S*[2] sci∗re *V* 20 multo∗ *S*

⟨insipientes esse⟩ aliqua ex parte uiderunt quam illi qui se
sapere crediderant.
2. Quare si neque illi fuere sapientes qui sunt appellati 1
neque posteriores qui non dubitauerunt insipientiam confiteri,
quid superest nisi ut alibi sit quaerenda sapientia, quia non
est ubi quaerebatur inuenta? quid autem putemus fuisse 2
causae cur tot ingeniis totque temporibus summo studio ac
labore quaesita non reperiretur, nisi quod eam philosophi extra
fines suos quaesierunt? qui quoniam peragratis et exploratis 3
omnibus nusquam ullam sapientiam conprehenderunt et alicubi
esse illam necesse est, apparet ibi potissimum esse quaerendam
ubi stultitiae titulus apparet: cuius uelamento deus, ne arca-
num sui diuini operis in propatulo esset, thensaurum sapientiae
ac ueritatis abscondit. unde equidem soleo mirari, quod cum 4
Pythagoras et postea Plato amore indagandae ueritatis incensi
ad Aegyptios et Magos et Persas usque penetrassent, ut earum
gentium ritus et sacra cognoscerent — suspicabantur enim
sapientiam in religione uersari —, ad Iudaeos tantum non ac-
cesserint, penes quos tunc solos erat et quo facilius ire potuis-
sent. sed auersos esse arbitror diuina prouidentia, ne scire 5
possent ueritatem, quia nondum fas erat alienigenis homini-
bus religionem dei ueri iustitiamque notescere. statuerat
enim deus adpropinquante ultimo tempore ducem magnum
caelitus mittere, qui eam perfido ingratoque populo ablatam

EPITOME 6—10] c. 35, 5. 22—278, 1] cf. c. 38, 5 ut alium — congregaret.

B(G)RHSPV] 1 insipientes esse *addidi; cf.* insipientiam confiteri *c. 2, 1* uiderunt] uidere *cum edd. quibusd. Heumannus* qui *om. S* 2 crediderunt *H* *hinc fere incepit codicis G pag. 74 (177) ter scripta, in qua nihil agnosci poterat* 7 cur *om. R* ac] et *HSP* 9 quaesiuerunt *H* 10 illam HV^1 aliubi *(sic)* illam necesse est *V* 12 stultitia *H* *post* cuius *add.* sub *m. recentiss. P* deus ne *om. H* ne* *(c ? er.) S,* nec, *sed* c *del. P,* de *V* 13 sui] summi sui *B* diuini sui *S* ⌜in⌝ B^3 esse *H* thensaurum *H,* tensaurum *B,* thesaurum *RSV,* theṇsaurum *(exp. m. 3) P* 14 e⌜o⌝quidem *sic* B^3, quidem *S* 15 inuestigandae *H* accensi *R* 16 et *ante* Magos] ac *R* 17 ritus et *om. V* suspicantur P^1 *(corr.* P^3*) V* 19 paenes *(*ae *ex* e*)* B^3 scire *ex* ire H^2 20 scire *om.* P^1, *sed s. l. post* ueritatem *add.* cognoscere P^3 21 qua *H,* quia *(*q *add. m. 3) P* 22 ueri dei *H* ⌜in⌝notescere P^3 24 perfido *(*o *in ras. ex 2 litt. m. 2) H, part. ras. ex* permitto ? *V*

exteris nationibus reuelaret. qua de re in hoc libro adgrediar disputare, si prius ostendero sapientiam cum religione sic cohaerere, ut diuelli utrumque non possit.

1 3. Deorum cultus, ut in primo libro docui, non habet sa-
pientiam, non modo quia diuinum animal, hominem, terrenis
fragilibusque substernit, sed quia nihil ibi disseritur quod pro-
ficiat ad mores excolendos uitamque formandam; nec habet
inquisitionem aliquam ueritatis, sed tantummodo ritum colendi,
2 qui non officio mentis, sed ministerio corporis constat. et
ideo non est illa uera religio iudicanda, quia nullis iustitiae
uirtutisque praeceptis erudit efficitque meliores. ita philosophia
quia religionem id est summam pietatem non habet, non est
3 uera sapientia. nam si diuinitas, quae gubernat hunc mundum,
incredibili beneficentia genus hominum sustentat et quasi pa-
terna indulgentia fouet, uult profecto gratiam sibi referri et
honorem dari, nec constare homini ratio pietatis potest, si caele-
stibus beneficiis extiterit ingratus, quod non est utique sapientis.
4 quoniam igitur ut dixi philosophia et religio deorum diiuncta
sunt longeque discreta, siquidem alii sunt professores sapien-
tiae, per quos utique ad deos non aditur, alii religiones anti-
stites, per quos sapere non discitur, apparet nec illam esse
5 ueram sapientiam nec hanc religionem. idcirco nec philoso-
phia potuit ueritatem conprehendere nec religio deorum rationem
6 sui, qua caret, reddere. ubi autem sapientia cum religione

EPITOME 13—17] c. 36, 3. 18—279, 14] c. 36, 4 s.

BRHSPV] 1 exteris *edd. conl. c. 2, 5* (alienigenis hominibus); *IV 11, 2; Epit. 38, 5; adde 'Cyprian.' III 138, 10 Hartel;* ceteris *(uel* caet-*)* *C* adgredior *H* 2 sapientia *H* religio⌜ne⌝ P^3 cohereret *H* 4 priore *SPV* 6 fragilibus *H* subternit *H* quia nihil — ueritatis sed *(8) om. S* disserit *B* proficiat⌜ur⌝ B^3 7 cole⌞n⌟dos *P* uitam *P* 9 restat *H* et *om. H* 10 religio uera *HS* 12 quia] quae *H* religionem] ueram religionem *B* 13 si *del.* P^3 diuin⌞i⌟tas *V* 14 incredibili*** *(*bus *er.) R* beneficientia *(sed alt.* i *s. l.* B^2*) BHV* hominũ *ex* humanũ *R* sustinuit B^1, *part. ras. corr.* B^3 15 uult] ut *H* gratia *H* 17 institerit *H* ingratus *(*tus *ex* tis *m. 2) R* utique *(*i *ras. ex* u*) B* sapienti *P* 18 diiuncta BR^1, disiuncta R^2HSPV 20 addịtur *P*, a*ditur *(*d *er.) V* antestites *HV* 21 ueram esse *H* ess&// *V*

inseparabili nexu cohaeret, utrumque esse uerum necesse est,
quia et in colendo sapere debemus, id est scire quid nobis et
quomodo sit colendum, et in sapiendo colere id est re et actu
quod scierimus inplere. ubi ergo sapientia cum religione 7
coniungitur? ibi scilicet ubi deus colitur unus, ubi uita et
actus omnis ad unum caput et ad unam summam refertur,
denique idem sunt doctores sapientiae qui et dei sacerdotes.
nec tamen moueat quemquam quia et saepe factum est et fieri 8
potest, ut philosophus aliquis deorum suscipiat sacerdotium:
quod cum fit, non tamen coniungitur philosophia cum religione,
sed et philosophia inter sacra cessabit, et religio, quando philo-
sophia tractabitur. illa enim religio muta est, non tantum 9
quia mutorum est, sed quia ritus eius in manu et in digitis est,
non in corde aut in lingua, sicut nostra, quae uera est. id- 10
circo et in sapientia religio et in religione sapientia est. ergo
non potest segregari, quia sapere nihil aliut est nisi deum
uerum iustis ac piis cultibus honorare. multorum autem deo- 11
rum cultum non esse secundum naturam etiam hoc argumento
colligi et conprehendi potest: omnem deum qui ab homine
colitur necesse est inter sollemnes ritus et precationes patrem
nuncupari, non tantum honoris gratia, uerum etiam rationis,
quod et antiquior est homine et quod uitam salutem uictum

EPITOME § 7. 11. 13—23] cf. c. 2, 2. 14—17] c. 36, 1 (et quidem — dicendum est). 5.

BRHSPV] 2 sapere debemus id est scire *in spatio relicto add.* V^2 idest *ex* idem S^2, *item 3* 3 in *om. B* colere *(alt.* e *ex* i *m. 2) V* re] et re *H* actum *P* 4 quod] qui *B* scimus *R* ibi *(pr.* i *ex* u*) S* sapienti⌜a⌝ P^3 5 ibi *om. B, eras. S* *an* uitae actus*? cf. VI 12, 3; III 19, 9; V 9, 23* 6 ad *(ante* unam*) om. B* 7 ⟨ubi⟩ denique *Heumannus* 8 et *(ante* saepe*) om. SP* 9 ut filosofus *in spatio relicto add.* V^2 deorum *om. P* suscitat *V* sacerdotum H^1V 10 fit] uiuit *S* philofia *P* 11 cessauit *S* 12 tractatur *H* est *ex* et *P* 13 se⌜d⌝ P^3 manu⌜s⌝ *(*s *m. 2)* digitis *R,* manu et digitis *H* 14 no⌜n⌝ P^3 in *(ante* lingua*) om. R* nostrae *Hartelius* 15 ⌜religio et in⌝ P^3 religio — segregari] religio sapientia est ergo et in religione non potest segregari *R* 16 potesit *P* 17 uerum deum *R* 18 cultus *P edd.* esset *V* 19 potest — colitur necesse] potest deum necesse est *R* cõ|praehendi *B* omnem deum] omne enim *H* qui] quod *H,* quia *(exp. m. 3) P* 21 gratia] causa *B* uerum etiam *om. P,* ⌜sed et⌝ P^3 22 et quod *V* homine∗ *(*m *er.) B* uictum⌜q.⌝ B^3

12 praestat ut pater. itaque et Iuppiter a precantibus pater uo-
catur et Saturnus et Ianus et Liber et ceteri deinceps: quod
Lucilius in deorum concilio inridet:

ut
nemo sit nostrum, quin aut pater optimus diuum
aut Neptunus pater, Liber, Saturnus pater, Mars,
Ianus, Quirinus pater siet ac dicatur ad unum.

13 quodsi natura non patitur ut sint unius hominis multi patres
— ex uno enim procreatur —, ergo etiam deos multos colere
14 contra naturam est contraque pietatem. unus igitur colendus
est, qui potest uere pater nominari: idem etiam dominus sit
necesse est, quia sicut potest indulgere, ita etiam cohercere.
15 pater ideo appellandus est, quia nobis multa et magna largitur,
dominus ideo, quia castigandi ac puniendi habet maximam
potestatem. dominum uero eundem esse qui sit pater etiam
iuris ciuilis ratio demonstrat. quis enim poterit filios educare,
16 nisi habeat in eos domini potestatem? nec inmerito pater
familias dicitur, licet tantum filios habeat: uidelicet nomen
patris conplectitur etiam seruos, quia 'familias' sequitur, et
nomen familiae conplectitur etiam filios, quia 'pater' antecedit.

AUCTORES 4 ss.] lib. I frg. IX.

BRHSPV] 1 et *om. H,* ut *S* iuppitur *V* a *om. R* 2 et *om. H* satur'nus' P^3, saturnis *V* *post* liber *hoc ex 6 s.* saturnus pater mars ianus quirinus pater *H* 3 lucillius *H* co(n)cilio V^2 4 ut *V, idem in fine uersus scr. Marxius, stud. Lucil. pag. 54,* uti *BRSP,* utine *H;* uti ⟨nunc⟩ *in fine uersus scr. Baehrensius (frg. 8);* nemo ut sit *initium insequ. uersus facit LMuellerus* 5 siet *BV, quod ex 7 sumptum esse existimo* 6 aut] atque *V* neptunus] neminus *P* pater *om.* B^1, *add.* B^3, pater**** *H* Liber *om.,* saturnus — quirinus pater *hic om., sed post* liber *2 intrusit H* pater *om. B* 7 siet *B,* si et *RSP,* et *H,* sic et *V* ac] hoc ac *R,* hoc *H,* hac *S* ad unum *om. P* 8 patietur *R* 9 e'r'go *V* etiam] et *B* 10 unius *V* colendum *V* 11 pater nominari] pominari *sic V* 12 qui *B* sic̃ *(~ m. 2 ?) S* cohercere *BS,* coercere *rell.* 14 dominus] dm̃ *H* ac] et *H* 15 uero *om. H* 16 demonstrat ratio BS^{ac} filios possit *B,* filios poterat *V* 18 tanti/// *ex* tantum *B* habet *H* 19 etiam et *H* seruos — conplectitur *(20) om. P* conplectitur etiam *om. B* familias] familiae *R,* familia *V* familias — filios quia *om. H* 20 filius *BV*

unde apparet eundem ipsum et patrem esse seruorum et do-
minum filiorum. denique et filius manu emittitur tamquam 17
seruus et seruus liberatus patroni nomen accipit tamquam
filius. quodsi propterea pater familias nominatur, ut appa-
reat eum duplici potestate praeditum, quia et indulgere
debet, quia pater est, et cohercere, quia dominus, ergo idem
seruus est qui et filius, idem dominus qui et pater. sicut 18
igitur naturae necessitate non potest esse nisi unus pater, ita
nec dominus nisi unus. quid enim faciet seruus, si multi
domini diuersa imperauerint? ergo contra rationem contraque 19
naturam sunt religiones multorum deorum, siquidem nec patres
multi possunt esse nec domini, deos autem et patres et domi-
nos nuncupari necesse est. teneri ergo ueritas non potest 20
ubi homo idem multis patribus dominisque subiectus est, ubi
animus in multa dispersus huc atque illuc diuagatur, nec 21
habere ullam firmitatem religio potest, quando certo et stabili
domicilio caret. cultus igitur deorum ueri esse non possunt, 22
eodem modo quo matrimonium dici non potest ubi mulier una
multos uiros habet, sed haec aut meretrix aut adultera nomi-
nabitur: a qua enim pudor castitas fides abest, uirtute careat
necesse est. sic et religio deorum inpudica est et incesta, 23
quia fide caret, quia honos ille instabilis et incertus caput at-
que originem non habet.

BRHSPV) 1 ⸢unde⸣ P^{2} 2 mittitur *RH* 3 a patrono *P* accepit *V* 4 quidsi B^{1}, *corr.* B^{3}, quod id *H* 5 dupplici *V* et *om. S* indu⸢l⸣gere $S^{2?}$ quia] ut *P*, qua *V* 6 est *om. P* cohercere *BS*, coepere R^{1}, capere R^{2}, coercere *HPV* quia] ut *P*, qua *V* ergo idem seruus est qui et filius *(om.* idem*)* dominus qui *(om.* et*)* pater *s. l. add.* B^{3} 7 eidem R^{1}, etidem R^{2} 9 domini∗ (s *er.) S*, do⸢mini⸣ $P^{1?}$ 10 inperauerint *B*, imp- *cett.* 11 de∗orum (e *er.) V* nec *om. P* pat⸢r⸣es V^{2} 12 possent *B* esse possunt *H* nec *del. et & s. l. add.* P^{3} 13 nuncupar⟨i⟩ *B* ergo] ergo uero *S* 15 *post* atque *uerba* subiectus est. Ubi animus *repetit V* diuulgatur *B*, uagatur *R*, diuigatur V^{1} 16 habe⸤re⸥ $P^{2?}$ potest∗∗∗ (ati ? *er.) P* cert⸤o⸥ S^{2} et *om. V* 17 possent V^{ac} 18 idem *V* 19 ⸢a⸣ut *(ante* meretrix*)* S^{2} aut adultera aut meretrix *P* 20 a∗ (t *er.) B* pudor (r *ras. ex* s*) V* 21 incesta] incerta est *V* 22 careȧt *(exp. m. 1 uel 2) B* caret quia] caret dum multis seruit quia *RS* b^h^onus (h *m. 3,* u *ex* o *m. 1, sic) B* et *om. H* incestus *S*

1 4. Quibus rebus apparet quam inter se coniuncta sint sapientia
et religio. sapientia spectat ad filios, quae exigit amorem, re-
ligio ad seruos, quae exigit timorem. nam sicut illi patrem
diligere debent et honorare, sic hi dominum colere ac uereri.
2 deus autem, qui unus est, quoniam utramque personam susti-
net et patris et domini, et amare eum debemus, quia filii
sumus, et timere, quia serui. non potest igitur nec religio a
sapientia separari nec sapientia a religione secerni, quia idem
deus est qui et intellegi debet, quod est sapientiae, et honorari,
3 quod est religionis. sed sapientia praecedit, religio sequitur,
quia prius est deum scire, consequens colere. ita in duobus
nominibus una uis est, quamuis diuersa esse uideantur: alterum
enim positum est in sensu, alterum in actu; sed tamen similia
4 sunt duobus riuis ex uno fonte manantibus. fons autem sa-
pientiae et religionis deus est, a quo hi duo riui si aberraue-
rint, arescant necesse est: quem qui nesciunt, nec sapientes
5 esse possunt nec religiosi. sic fit ut et philosophi et qui
deos colunt similes sint aut filiis abdicatis aut seruis fugitiuis,
quia neque illi patrem quaerunt neque hi dominum. et sicut
abdicati hereditatem patris non adsecuntur et fugitiui inpuni-
tatem, ita neque philosophi inmortalitatem accipient, quae est
regni caelestis hereditas, id est summum bonum, quod illi ma-
xime quaerunt, neque cultores deorum poenam sempiternae
mortis effugient, quae est animaduersio ueri domini aduersus

EPITOME c. 4] cf. c. 2, 2. 1—17] c. 36, 1. 2 s. 5.

BRHSPV] 1 se *ex* sit S^2 sit *H* 2 ⸢sapientia⸣ R^2 expectat *B* ⟨ad⟩ *B* quae] quia *H* amorem — exigit *om.* S^1, *in mg. hoc* amorem. cultus uero ad seruos qui exigit S^2 religio] sapientiae religio *R* 3 quae] quia *H* 4 hi] et hi *H*, hi∗ (i *er.*) *P* ac] et *H* uereri] uenerari *HP* 6 et (*ante* patris) *om.* *V* et (*ante* amare) *om.* *V* eundem *H* fili⸢i⸣ B^3 7 a *s. l.* *B*, *om.* *H* 9 sapientia *HV* 11 ita] ita ut *V* 12 uidetur *H* 13 sensum (*exp. m.* 3) *B*, sensu∗ (m *er.*) *P* actu∗ (m *er.*) *P* 14 riuos *V* et ex *H* ⟨et⟩ sapientiae *Heumannus* 15 hii *B*, hiị (*exp. m. 2?*) *P* riui (ui *in ras. ex 3 litt. m. 2*) *H* 17 et (*post* ut) *om.* *RP* 19 hiị (*exp. m.* 3) *P*, hi *ex* in V^2 et] sed *H* 20 adsequitur H^1, adsequuntur (ass- *S*) H^2SP impunitate *H* 21 philosophi neque *S* quae] ∗∗quae (ne *er.*) *B*, quæ (æ *ex* a *m.* 3) *P* 22 ille *V* 23 sempiternae *om.* *P* 24 effugiunt P^1, *corr.* P^3 animaaduersio *B* ueri *om.* *B*

fugitiuos suae maiestatis ac nominis. deum uero esse patrem 6
eundemque dominum utrique ignorauerunt, tam cultores deorum quam ipsi sapientiae professores, quia aut nihil omnino colendum putauerunt aut religiones falsas adprobauerunt aut, etiamsi uim potestatemque summi dei intellexerunt, ut Plato, qui ait unum esse fabricatorem mundi deum, et Marcus Tullius, qui fatetur hominem praeclara quadam condicione a supremo deo esse generatum, tamen ei debitum cultum tamquam summo patri non reddiderunt, quod erat consequens
ac necessarium. deos autem neque patres neque dominos 7
esse posse non tantum multitudo, ut supra ostendi, sed etiam ratio declarat, quia neque fictum esse a diis hominem traditur ne-
que deos ipsos antecedere originem hominis inuenitur, siquidem 8
fuisse in terra homines ante quam Vulcanus et Liber et Apollo et ipse Iuppiter nascerentur apparet; sed neque Saturno fictio
hominis neque Caelo patri eius adsignari solet. quodsi nullus 9
eorum qui coluntur formasse a principio atque instituisse hominem traditur, nullus igitur ex his pater hominis nuncupari potest, ita ne deus quidem. ergo fas non est uenerari eos a quibus non sit homo generatus, quia neque . . . . a
multis generari potest. unus igitur ac solus coli debet qui 10
Iouem, qui Saturnum, qui caelum ipsum terramque antecessit.

11 supra] c. 3, 11—23.

AUCTORES 6] cf. supra I 8, 1. 7] de legg. I 7, 22.

BRHSPV] 1 ac *om. H* numinis *Heumannus* ueru*(o) *V* esse patrem *om. V* patrem] parentem *B* 2 utrimque *H* ⌜deorum⌝ H^2 3 qui* (a *er.) B*, qui *H* ut *(ante* nihil*) S*, autem *P* 4 *alt.* aut(''') *(˜ er.) S* etiamsi uim] etiam suum *V* 5 intellexer̃ · *V* 6 · m · emtullius *sic S* 7 quadam] quuim *ut uid.* R^1, quidem *corr.* R^2, quidam S^1, a *in* e *corr.* S^2 contendicione *sic V* 8 summo *(ex* supremo *in B)* B^3 *V* 9 tãquã V^2 reddit̃ (˜ *m. 1?) sic S* 11 *post* esse *eras.* non *B* 12 fictu⌜m⌝ B^3, finctum *H* a diis] ab his *BP* 13 hominis originem *H* homines V^1 inuenitur — fictio hominis *(15) in inf. mg. add.* P^2 15 et *om. P (i. e.* P^2*)* *post* ipse *s. l.* q͡q *(i. e.* quoque*) add.* P^3 iuppitur *V* nasceretur *B* Saturno] ficturno *V* finctio *H* 16 patri eius] patritius *V* nulli *H* 18 i(h)is *R* 20 ⌜a⌝ H^2 *post* neque *(minus probabile est alio loco esse lacunam) intercidisse mihi uideri significabam fere haec* ab eis ante quos ipse iam fuit neque 21 unus — debet *add.* P^2 22 qui *(ante* Saturnum*) om. V* terramque] qui terramque *R*

is enim necesse est hominem figurauerit, qui ante hominem
11 caelum terramque perfecit. solus pater uocandus est qui
creauit, solus dominus nuncupandus qui regit, qui habet uitae
ac necis ueram et perpetuam potestatem: quem qui non ado-
rat, et insipiens seruus est, qui dominum suum aut fugiat aut
nesciat, et inpius filius, qui suum uerum patrem uel oderit uel
ignoret.

1 5. Nunc, quoniam docui sapientiam et religionem non posse
diduci, superest ut de ipsa religione ac sapientia disseramus.
2 sentio quidem quam sit difficilis de rebus caelestibus disputatio,
sed tamen audendum est, ut inlustrata ueritas pateat multique
ab errore atque interitu liberentur, qui eam sub uelamine stul-
3 titiae latentem aspernantur ac respuunt. sed priusquam in-
cipiam de deo et operibus eius dicere, pauca mihi de prophetis
ante dicenda sunt, quorum testimoniis nunc uti necesse est:
4 quod in prioribus libris ne facerem temperaui. ante omnia
qui ueritatem studet conprehendere, non modo intellegendis
prophetarum uocibus animum debet intendere, sed etiam tem-
pora per quae quisque illorum fuerit diligentissime requirere,
ut sciat et quae futura praedixerint et post quot annos prae-
5 dicta conpleta sint. nec difficultas in his colligendis inest
ulla. testati sunt enim sub quo quisque rege diuini spiritus
6 fuerit passus instinctum, multique scriptores libros de tem-
poribus ediderunt initium facientes a propheta Moyse, qui Troia-

EPITOME 8 s.] c. 37, 1.

BRHSPV] 1 ∗is *(h er.) R* f⌜ig⌝urauerit *(ig m. 1 uel 2) B* 3 dominus] deus *H* nuncupandus est *H* 4 ac necis ueram] necisue *V* et] ac *P* 5 est *om. V* dominum] deum *HP* 6 et] aut *H* 8 num *B* 9 diuelli *B ex c. 2, 6,* deduci *RHP*^{1}, de- *in* di- *corr. P*^{3} ut *om. P* ⌜de⌝ *S*$^{1?}$ 11 audiendum *V* pa⌞t⌟eat *B*^{3} 12 atque] atque ab *H*, ab *P* 14 eius *om. P* mihi pauca *S* 15 sunt *om. B* testimoni⌞is⌟ *V*^{2} 16 ⌜libris⌝ *P*^{2} ne facerem] facere *B* neç̣ *(exp. m. 2) V* temperari *V* 17 conprehendere] cognoscere *B* intellegend⟨i⟩s *B*, intellegendo *V*^{1} 19 ⌜quae⌝ *P*^{3} fuit *R* inquirere *B*, requisita cognoscere *R* 20 predixerit *P*^{1}*V*^{1}, -int *corr. P*^{3}*V*^{2} quod *BHP*^{1} *(corr. P*^{3}*) V* 21 nec difficultas *om. V* iis *R* 22 diuinis *H* 23 instinctu *S* multi∗que *(s er.) R* scriptores *Fasitelius*, scriptos *C (nisi quod* scribtos *RH)* 24 moyse *SP*, moysen *sic BH*, mose *R*, mse *sic V* quo *P*^{1}, *corr. P*^{3}

num bellum nongentis fere annis antecessit. is autem cum
per annos quadraginta populum rexisset, successorem habuit
Iesum, qui septem ac uiginti annis tenuit principatum. ex- 7
inde sub iudicibus fuerunt per annos trecentos septuaginta.
tum mutato statu reges habere coeperunt. quibus imperium
tenentibus per annos quadringentos quinquaginta usque ad Se-
deciae regnum obpugnati a rege Babylonio captique Iudaei
diuturnum seruitium pertulerunt, donec septuagesimo post
anno Cyrus maior terris ac sedibus suis redderet, qui per
idem tempus in Persas suscepit imperium quo Romae Tar-
quinius Superbus. quare cum omnis temporum series et 8
ex Iudaicis et ex Graecis Romanisque historiis colligatur, etiam
singulorum prophetarum tempora colligi possunt; quorum sane
ultimus Zacharias fuit, quem constat sub Dario rege, secundo
anno regni eius octauo mense cecinisse. adeo antiquiores etiam
Graecis scriptoribus prophetae reperiuntur. quae omnia eo 9
profero, ut errorem suum sentiant qui scripturam sacram coar-
guere nituntur tamquam nouam et recens fictam, ignorantes

AUCTORES 1 s.] cf. Theophil. ad Autolyc. 131 C (139 A). 14 (ultimus)] cf. Theophil. 132 D. 14 ss.] cf. Zach. 1, 1.

BRHSPV] 1 nongentis] nungentis *BV*, · DCCCC *S*, septingentis *RHP* *edd. plerique; illud recepi conl. loco Theophili (cf. Lact. I 23, 2) 131 C* ὥστε καὶ ἐκ τούτων τῶν ἀναγραφῶν δείκνυσθαι προγενέστερον εἶναι τὸν Μωσῆν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐνακοσίους ἢ καὶ χιλίους ἐνιαυτοὺς πρὸ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου; *cf. Tertull. Apol. c. 19 (pag. 190)* (Moses annis) mille circiter cladem Priami antecedit fere] f⌊ac⌋ere S^2 annos *V* ∗is (h *er.*) *P* 3 iesun *V* septem ac uiginti *BHV*, septem ac XX *R*, VII et XX *SP*; *semper fere uariant codices in scribendis numeris. aut post* principatum *excidisse* Iudaeorum *existimo aut* Iudaei *post* exinde 4 CCCLXXX *H* 5 tum] et *B* tenentibus imperium *H* 6 quadringentos///// *V* sedeciae *B*, se⌈de⌉ciae P^2, sedecia R^1, sedechiae R^2 (h *s. l.*) *HSV*, *sed* chi *s. l.* V^2 7 oppugnanti P^1, *alt.* n *del.* P^2 capti *B*, captiuique *S* Iudaei *haud scio an eiciendum* 8 septuagensimo P^{ac} (n *expunx. m. 1 ?*) *V* postea *H* 9 annos *S* ⌊cyrus⌋ H^2 *post* maior *hoc* captiuos iudaeos (iuda⌈e⌉os B^3, *sic saepe*) *BRHPV*, *omisi cum S* 10 persis $R^{ac}V$, persidis *H* 11 quare cum] qua regum *V* 12 iudaeis *B* ex *om. H* graegis *R*, caecis *V* colliguntur *B* 13 possent *V* sane] tamen *P* 14 za⌊c⌋carias B^3, zaccharias *RV* sub] cum *P* 15 adeo] ad haec *S*, *om. V* antiores *V* 16 gregis *H*, gre∗cis *V* 17 refero *B* sentia⌈n⌉t B^2 sanctam *BH* 18 nitu⌊n⌋tur V^2 re∗ens (g *er.*, c *m. 2*) *R* ignorant *V*

10 ex quo fonte religionis sanctae origo manauerit. quodsi quis collectis perspectisque temporibus fundamentum doctrinae salubriter iecerit, et ueritatem penitus conprehendet et errorem cognita ueritate deponet.

1 6. Deus igitur machinator constitutorque rerum, sicut in secundo libro diximus, antequam praeclarum hoc opus mundi adoriretur, sanctum et incorruptibilem spiritum genuit, quem
2 filium nuncuparet. et quamuis alios postea innumerabiles creauisset, quos angelos dicimus, hunc tamen solum primogenitum diuini nominis appellatione dignatus est, patria scilicet
3 uirtute ac maiestate pollentem. esse autem summi dei filium, qui sit potestate maxima praeditus, non tantum congruentes in unum uoces prophetarum, sed etiam Trismegisti praedicatio
4 et Sibyllarum uaticinia demonstrant. Hermes in eo libro

5 in secundo libro] c. 8, 3. *EPITOME* 5—8] c. 37, 1. 8—11] c. 37, 3.
AUCTORES 9 primogenitum] cf. Cyprian. Testim. II 1, p. 62, 1 s.
EXPILATORES 14] Ps.-Augustin. c. quinque haereses, uol. VIII appendic. p. 3 E Maur.: Hermes, qui latine Mercurius dicitur, scripsit librum qui λόγος τέλειος appellatur id est Verbum perfectum . . . audiamus quid loquatur Mercurius de uerbo perfecto. dominus inquit et omnium factor deorum secundum fecit dominum *(*deum *scribendum?).* (F) et post pauca ut ostenderet quid dixerit, repetiit et dixit: quoniam ergo hunc fecit primum et solum et unum, bonus autem ei uisus est et plenissimus omnium bonorum . . . et sequitur laetatus est. cui uel cum quo laetatus est? dicat ipsa sapientia dei, filius dei: ego eram cui adgaudebat (cf. supra § 8). ergo laetatus est et ualde dilexit tamquam unigenitum suum. — ibid. p. 4 B: Mercurius dixit: dilexit deus unigenitum suum.

BRHSPV] 1 fonte *om. V* 2 perfectisque *S*, perspectusque *V* 3 conprehendet et] conprehenderit *H* 4 ueritate∗ *(*m *er.) R* 5 Di *(*i *ex* s*?) P* constitutor machinatorque *B* constitutoque *H* sicuti *R*, sic̃ *(*˜ *m. 2?) S* 7 adoreretur *HS*, oriretur *V* sanct · *B* incorruptibilem] incorruptibilem et inrepraehensibilem *H* ⸢spm̃⸣ *B*³ spiritum genuit quem *om. P* 8 nuncupar⸢i⸣t *P*² et *om. P* postea alios *H* aliosị *P* innumerabiles *RP*, ⸢ĩ⸣numerabiles *S*², per ipsum innumerabiles *BV*, in M̄ · numerabiles per ipsum *H;* praeter ipsum *uir doctus, miscell. obseruat. uol. IV (a. 1734) p. 421; aut* per ipsum *eiciendum esse aut* per se ipsum *legendum censet Dauisius ad Epit. XLII, not. 3, sed* per ipsum *(i. e.* eundem, *cf. ad pag. 104,23) ad* filium *spectat, quae sententia aliena est a ratione Lactantii, cf. c. 8, 6 ss.* 9 creuisset *H* angelos] ante angelos *V* tamen∗ *(*ẽ *er.) S* 11 ac] et *H* 13 trismegesti *B* 14 et *om. R* uati⸤ci⸥ni⸤a⸥ *H*², uaticinationes *P*, uati-

qui λόγος τέλειος inscribitur, his usus est uerbis: ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητής, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν — αἰσθητὸν δέ φημι οὐ διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτόν, περὶ γὰρ τούτου, πότερον αὐτὸς αἰσθάνεται ⟨ἢ μή, εἰσαῦθις ῥηθήσεται⟩, ἀλλὰ ὅτι

EPITOME 1—288, 3] c. 37, 4 s.

AUCTORES 1] p. 51ª Patric.; cf. Ps.-Apulei. Asclep. c. 8 (p. 33, 16 Goldb.): dominus et omnium conformator, quem recte dicimus deum, quoniam a se secundum fecerit, qui uideri et sentiri possit — eundem secundum sensibilem ita dixerim non ideo, quod ipse sentiat (de hoc enim, an ipse sentiat an non, alio dicemus tempore), sed eo, quoniam uidentium sensus incurrit — quoniam ergo hunc fecit ex se primum et a se secundum uisusque ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus, amauit eum ut diuinitatis partem suae.

EXPILATORES 1—288, 4] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. p. 244 s.): hermes, qui et mercurius et trismegestus, dicit (sequuntur graeca).

cinia *(c ras. ex* g*?) V* demonstrauerant *ut uid. B*[1], *in ras. corr. B*[2], demonstrat *S* demonstrant Hermes *om. P* in libro *(om.* eo*) in mg. H*[2]

BRHSPV] 1 quia *B*, quibus *H* ΛΟCΟC ΙΙЄΛЄΙΟC *B*, logostelius *H*, sermo perfectus *(graecum om.) P*, ΛΟΓΟC ΤЄΙΙΟC *V* inscribtus est *R* *graeca omnia in H renouauit m. 2* ΟC *B*[1], ΓΟΚΥΡΙΟC *B*[2], ΟΚΥΡΟC *H* 2 καὶ] ΚΑΥ *H* ΤΩ *V* ΤΙΑΝΤΩΝ *V* ΠΟCΤΙΙC *H*, ΠΟΙΝΤῊC *S*, ⌊Φ⌋ΟΙΗΤΗC *P*[3], ΠΟΙΙΤΙΙC *Sedulius* ὃν] CΟ̈N *S*, *om. P*[1], Ο *add. P*[3], ΟΙΙ *V* θεὸν καλεῖν *om. P* ΚΑΛΙΝ *V*, ΚΑΛΙΝ *Sedulius* ΝΗΝΟΜΙΚΑΜЄΝ *B*, ΝЄΝΟΜΙΚΑΜΛΛΑΟЄΝ *R*, ΝЄΝΟΜΙΚΑΤΛЄΝ *H*, ΝЄΝΟΜΑΙΚΑΜЄΝ *V Sedulius* ЄΙΙΙ *BH Sedulius*, ἐπεὶ *om. R*, ЄΠ *P*, ЄΝΤΙΙ *V* 3 τὸν] ΟΝ *RP*[1], ΟΤΙ *add. P*[3], ΤΟΙΙ *V* ΛЄΥΤЄΡΟΝ *RH* ЄΚΠΟΙΙCЄΝ *B*, ЄΠΟΙΝCЄ *S*, ЄΙΙΠΟΦΙΙCЄC *P*, ЄΠΟΙΙCЄΝ *Sedulius* ΘЄΟΝ *add. P*[3] ΟΡΑΤΩΝ *Sedulius* καὶ] ΚΙ *V* *pr.* ΛΙCΘΗΤΟΝ *H*, ΛΙCΘΝΤΟΝ *V* *alterum* αἰσθητὸν *om. S*, ΛΙCΘΙΙΤΟΝ *V* *in H post prius* αἰσθητὸν *haec* ΛΙCΟΝΑΤΟΔЄΗΛΑΙΘΥΑΙΑΤΟΔΙΑ ÷ *et in mg. inf. haec* ΤΟUC UCЄΙΑΑΥΤΟΩCΟCЄΘΑΙΑ ΤΟΝ ΙΙЄΡ·ΥΠΑΑΡ · et cetera · *reliqua graeca usque ad* Sibylla *(288, 4) desunt* 4 ΦΙΙΜ⌊Ι⌋ *P*, ΦΙΙΜЄΙ *V Sedulius* οὐ *om. P* τὸ] ΤΟ◊Ι◊ *(sed litterae prope accedunt ad* ΤΟΟΙΟ*;* ◊ *autem in B alia forma litterae* Δ *esse solet) B*, ΤΊ *S*, ΤΟΥΤΟ *Sedulius* ΑΙCΘΑΝЄCΘΑΙ *B*, ΑΙCΘЄCΘΑΙ *RV Sedulius*, ЄCЄCΘΑΙ *S*, ΑΙCΘCΑΙ *P*; αἰσθέσθαι *edd.* αὐτόν, περὶ γὰρ] ΟΥΓΑΡΠЄΡΙ *B* αὐτὸν] ΛΥΙΙΟΝ *S* ΚΑΡ *P* τεύτου] ΤΟΥ̃ *B* πότερον] ΠΟΤЄ *S*, ΝЄ ΠΟΤЄΡΟΝ *Sedulius* 5 ΑΥΤΑC *B* αἰσθάνεται *scripsi*; ◊ΙCΘ◊ΙΤ◊Ι *B*, ΑΙCΘЄΤΑΙ *RSP Sedulius*, ΔΙCΘЄΤΑΙ *V*; αἴσθοιτο *edd.* *post* αἰσθάνεται *hoc* ΟΠЄΙCΑCΘ̃C *S* ἢ — ῥηθήσεται *suasit Wachsmuthius; lacunam codicum (eadem est ap. Sedulium) indicauit et uerbis* ἢ μή, ὕστερον ζητήσομεν *ex-*

εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς ὅρασιν — ἐπεὶ οὖν τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἠγάσθη τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον. Sibylla Erythraea in carminis sui

EPITOME 3—289, 4] c. 37, 6.

pleuit Struuius opusc. I 144 conl. Ps.-Apuleio de hoc enim — tempore ΑΛΛΑ ΟΤΙ *Sedulius*, ΑΜΑΟΤΙ *BR*, ΤΑΛΛΑ *(om.* ὅτι, *sed spat. relict.) S*, ΟΠ *(om.* ἀλλὰ*) P*, ΛΑΑΟΤΙ *V;* ἀλλ' ὅτι *edd.*

BRHSPV] 1 ЄΙ[Ι]C *B* ЄCΘΗCΙΝ *B*, *om. S, sed spat. relict.*, ΑΙCΘΗCΤΑΜΑ *P*, ЄΙCΑΙCΘΝCΓ *V* ΥΠΟΠЄΜΠЄΙ *R*, ΥΠΟΗЄΜΠΙ *B*, ΥΠΟΠЄΛΑΠЄΙ *S*, ΥΠΟΠЄΜΠΤЄΙ *P*, ΥΠΟΠЄΝΠЄΙ *V*, ΥΠΟΠΗΜΠЄΙ *Sedulius;* ὑποπέμπει *perperam Lactantium scripsisse ostendit Epit. 37, 5* sed quod in sensum mittat et uisum*; apud Trismegistum fuisse* ὑποπίπτει, *quod Struuius, uel* ὑποπέμπεται, *quod Wachsmuthius coniecit, apparet ex Ps.-Apuleio* sed eo quod uidentium sensus incurrit καὶ εἰς ὅρασιν *Wachsmuthius (uel* εἰς θ' ὅρασιν*) secutus* ΟΡΩCΙΝ *R;* ЄΙCΝΟΥΝ *B*, ЄΙCΝΟΥ *S*, ЄΙCΝΟΥ *P*, ЄCΝΟΥ *V*, ЄΚ: ΝΟΥΝ *Sedulius;* καὶ εἰς νοῦν *edd.*, καὶ εἰς ὄψιν *Struuius; cf. locos Epitomae et Ps.-Apulei modo adlatos* ἐπεὶ] ЄΠΙ *B*, ΟΤΙ *V Sedulius* ΤΟΥΤΩΝ *Sedulius* 2 ЄΚΠΟΙΗCЄ *B*, ΗΠΟΙΗCЄΝ *P*, ЄΠΟΥЄCЄ *V*, ЄΠΟΙΗCЄΝ *Sedulius* ΠΡΩΤΟΝ B^3, ΠΡΟΤΟΝ *Sedulius* ΚΑΛΩC B^1, ΚΑΘΩC B^2, ΚΑΛΟΙ *V* ΟΥΤΩ *B*, ΑΥΤΩ *RS*, ΑΥΤΩ *P*, ΑΥΤΩΥ *V*, ΑΥΤΟΥ *Sedulius* ЄΦΑΝЄ *P* 3 ΠΛΑΡЄCΤΑΤΟC *B*, ΠΗΡЄCΤΑΤΟC *S*, ΠΔΗΡЄCΤΑΤΟC *V* ΤΙΑΝΤΩΝ *B*, ΠΝΤΩΝ *R*, ΠΑΝΤΩ̃ *S* ΤΩ *V* ΑΤΑΘΩΝ *B*, ΑΓΑΙΘΟΝ P^3, ΑΓΑΤΘΩΝ *V* *inter* ΑΓΑΘΩΝ *et quod sequitur* ΗΓΑΠΗΤЄ *S habet uerba (p. 289, 1)* dei ducem — praedicat *et uersus Sibyll. p. 289, 3 s. cum interpret. lat.* ΗΓΑCΘΗ *R*, ΗΡΓΑCΘΗ *B*, ΗΓΑΠΗ *S*, ΗΓΠΗ *P*, ΗΓΙΑCЄΝ *V*, ΑΓΙΑCЄΝ *Sedulius;* ἠγάπησε *Struuius, sed cf. Ps.-Augustin.* laetatus est τε] ΓЄ *B*, ιЄ *R*, ΤЄΙΑ *V* ЄΦΙΛЄCЄΝ B^1 *(corr.* B^3*) Sedulius* 4 ΟC *Sedulius* ΙΔΙΟΝ B^1, *corr.* B^3, ΙCΑΙΟΝ *S*, ΤΙΔΙΟΝ *V*, ΙΔΙΩΝ *Sedulius* *interpr. lat. in S et P haec:* Dn̄s et omnium factor, quem dm̄ nominare uidemur *(sic)*, quia secundum fecit dm̄ uisibilem atque sensibilem — sensibilem autem dico non (non *om. S)* quia ipse sentit, neque enim quod utrum ipse sentiat (neque — sentiat *om. P)*, sed quod (quo *S)* ad sensum mentem suggerat — quia (qua *P)* igitur hunc fecit primum et solum (et solum *om. S)* et unum, bonus autem ei uisus est et plenissimus omnium bonorum (bono *S)*, gauisus est (est *om. P)* et nimis dilexit uelut suum partum*; in R interpretat. lat. add. m. 2 hanc:* dn̄s omnium rerum fabricator, quem dm̄ uocare decreuimus, quoniam secundum dm̄ fecit uisibilem et sensibilem — sensibilem uero dico non qui sentit ipse, nam de hoc, utrum ipse sentiat, sed quoniam sensum innotescit mente — quoniam igitur hunc primum fecit et solum et unum, bonus uero uisus est illi et plenissimus omnium bonorum, exultauit et ualde amauit tanquam suum natum; *ap. Sedulium interpretatio haec* dominus et omnium creator, quem deum

principio, quod a summo deo exorsa est, filium dei ducem et imperatorem omnium his uersibus praedicat:

παντοτρόφον κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμα ἅπασιν
κάτθετο χἡγητῆρα θεὸν πάντων ἐποίησεν.

et rursus in fine:

ἄλλον ἔδωκε θεὸς πιστοῖς ἄνδρεσσι γεραίρειν.

AUCTORES 3 s.] frg. I 5 s.; cf. Theophil. ad Autol. 112 B. 6] Orac. Sibyll. III 774.

EXPILATORES 3 s.] Sedulius (cf. Montefalcon., ibid. pag. 245). 6] Sedulius (cf. ibid.). — Ps.-August. ibid. p. 3 G: audiamus quid etiam Sibylla uates eorum *(legend. uidetur* Graecorum*)* de eodem dicat. alium inquit dedit deus fidelibus hominibus *(*filiis hominum *al. codd.)* colendum.

uocare censemus, quia secundum fecit deum uisibilem et sensibilem — sensibilem autem aio, non quia sentit ipse. de hoc enim non est, utrum ipse sentiat, sed quia in sensus submittit et mentem — quoniam ergo eum fecit primum et solum et unum, bonus autem ei uisus est et plenissimus omnium bonorum, sanctificauitque et ualde amauit quasi suum filium   carminibus *BR*, carmini**s *(*bu *er.) P*   suis *(alt.* s *add. B*[2]*) BR*

BRHSPV] 1 principium *H*   quo *B*   a *om. P*   ex⌜s⌝orsa *B*   est] sit *H*   2 is *(cf. ad p. 288, 3) S*   ⌜his uerbis⌝ *P*[3?]   3 ΠΑΝΤΟΝΤΡΟΦΟΝ *HP (sed alt.* N *add. P*[3]*)*, ΠΑΤΟΤΡΟΦΟΝ *V*, ΠΑΝΤΩΝ ΤΡΟΦΟΝ *Sedulius*   ΚΤΙϹΤЄΝ (H supra) *B*   παντοτρόφον, κτίστην *distinguit Struuius, opusc. I 66, sed cf. Sibyll. frg. I 36; II 17; lib. I 45. 158*   ὅστις] ΟЄΤΙΟ *B*   ΓΑΥΚΥ *(*-ΚῪ *S) BSV*, ΤΑΥΚΥ *P*, ΓΑΥΚΥΝ *Sedulius*   ΠΝЄΥΜΑΑΠΑϹΙΝ *RHSP*, ΠΝЄΥΜΑδΠΑϹΙΝ *B*, ΠΝЄΥΜΑΤΠΑϹЄΙΝ *V*, ΠΝЄΥΜΑ ΑΠΑϹЄΙΝ *Sedulius;* πνεῦμ' ἐν ἅπασι *codd. Theophili*   4 κάτθετο *Castalio*, ΚΑΘΗΤΟ *B*, ΚΑЄΘЄΤΟ *R*, ЄΘЄΤΟ *S*, ΚΑ*ΘЄΤΟ *P*, ΚΑΤЄΘЄΤΟ *V Sedulius*, κατέθετο *codd. Theophili*, ΚΑΘΟ et cetera *H, desunt quae sequuntur usque ad* γεραίρειν *(6)*   χἡγητῆρα *codd. Theophili*, ΚΑΙΗΓΗΤΗΡΑ *R*, Κ◊ΙΗΓΗΤΟΡ◊ *B*, ΚΑΙΗΓΗΤΟΡΑ *S*, ΚΑΗ ΓΗΤΟΡΑ *P*, ΚΑΥΗΓΗΤΟΡΑΤ *V*, ΚΑΙ ΗΓΗΤΟΡΑΝ *Sedulius;* καὶ ἡγήτορα *edd.*   ΘЄΟΝ *B*, Θ͂Ν *SP*, ΘЄΩΝ *RV Sedulius;* βροτῶν *codd. Theophili, sed cf. Epit. 37, 6* Sibylla quoque deum dicit ducem omnium a deo factum   ΠΑΝΤΟΝ *S*, ΤΙΑΝΤΩΝ *V*   ЄΠΟΝΟΙΗϹΗΝ *V*   *interpretatio lat. eadem in SP, simillima ap. Sedulium*   5 fine] fine eiusdem carminis *R*   6 *in R recte omnia, nisi quod non satis constat utrum* ΑΛΛΟΝ *an* ΑΛΛ ΟΝ *scriptum sit*   ΑΜΑΥΤΟΝЄΔΩΚΑΙΘЄΟϹΠΙϹ *(om.* -τοις*)* ΑΝΑΡΑϹϹΙΓΑΙΡЄΡЄΙΝ *B*, ⌝'ΑΜΟΝΔΩ͂ ΚΑΙΘ͡ϹΠΙϹ ΤΟΊϹΆΝΔΡΑ'ϹϹΙΓЄ ΡΑ ΙΡЄΙΝ *S*, ΑΜΟΝЄΔΩ ΚΑΙΘ͡ϹΠΙϹ ΤΟΙϹΑΝ ΑΡЄϹϹΙΓЄ ΡΑΡЄΙΝ *P*, ΑΑΑΟΝЄΔΩΚЄ͂ΟΗΟϹΠΙϹΤΟ ΙϹΔΗΔΡΑΙϹЄΤΙΓЄΡΑΙΡЄΙΝ *V*, ΑΛΛΟΝ ЄΔΟΚЄΝ ΘЄΟϹ ΠΙϹΤΟΙϹ ΑΝΔΡΑΙϹΙΝ ЄΙΓЄΡΑΙΡЄΙΝ *Sedulius*   ἄλλον

et alia Sibylla praecipit hunc oportere cognosci:

αὐτόν σου γίνωσκε θεὸν θεοῦ υἱὸν ἐόντα.

6 uidelicet et ipse est dei filius, qui per Solomonem sapientissimum regem diuino spiritu plenum locutus est ea quae subiecimus: dominus condidit me initium uiarum suarum in opera sua, ante saeculum fundauit me: in principio antequam terram faceret et antequam abyssos constitueret, priusquam procederent fontes aquarum, ante omnes colles genuit me. dominus fecit regiones

EPITOME 1 s.] c. 37, 6. 3—291, 7] c. 37, 7 (Solomon).

AUCTORES 2] VIII 329. 5] Prouerb. 8, 22—31; cf. Cyprian. p. 62, 3.

EXPILATORES 2] Sedulius (cf. ibid.). — Ps.-August. p. 4 A (idem 4 C): item Sibylla dicit: ipsum tuum cognosce deum (dominum *al. codd.)* dei filium esse.

recepi, quod non solum Ps.-Augustinus alium, *et Sedulius* alterum *interpretatus expressit, sed quod etiam efficit sententiam integram dilucidamque et ad argumentum totius capitis accommodatam, nisi forte statuitur excidisse uersum qui in Orac. Sibyll. subsequitur hunc* υἱὸν γὰρ καλέουσι βροτοὶ μεγάλοιο θεοῖο, *quem tamen ne Ps.-Augustinus quidem in Lactantio suo legit;* ἀλλ' ὃν *(quod etiam interpretatio lat. codicis P* sed quem *reddit, in cod. S coniuncta cum Sedulii* sed quem alterum*) codd. Sibyll., quod ad antecedens (u. 773)* οἶκος *spectat, unde Lactantium uel eius auctorem hunc uersum a contextu carminis solutum ad aliam sententiam deflexisse apparet. interpretatio lat. in SP et ap. Sedulium haec* alterum *(sic Sedul.,* sed quem *P,* sed quem alterum *S)* dedit deus fidelibus uiris honorare. *ad uers. Sibyll. cf. Struuium opusc. I 66.*

BRHSPV] 1 praecepit *H* 2 *in BV recte omnia, uersum om. H* σου] COI *S* ΓЄΙΝΩϹΚЄ *RS*, ΤЄΙΝΩϹΚЄ *P* θεὸν] ΟΝ *P*, ΘЄΩΝ *Sedulius* θεοῦ — ἐόντα] ЄΥΥΤΟΝ ЄΟΝ δῙ ΤΑ *S*, ΟΥΥΙΟΝConta *P* *interpretatio lat. eadem in SP et ap. Sedul., nisi quod ap. hunc uerba paulo aliter conlocata sunt. ad uers. Sibyll. cf. Struuium ibid.* 3 et *om. BHSP*[1], *add. P*[2] filius dei *H* solomonem *BP*, salomonem *RHSV* 4 plenus *HV* locutus *om. V* subiciemus *HP* 5 dominus *B Cyprian.*, deus *RSHPV;* κύριος *LXX* initium *BRSP Cyprian.*, initio *H*, in initiũ *V* 6 in *(ante* opera*) s. l. H*[2], et in *P* 7 et *om. V* antequam *om. H* 8 cons(tit)uer(&) *V* et priusquam *H* aquarum *om. R* *inter* aquarum *et* ante *omissum hoc* antequam montes conlocarentur, *cf. Prouerb. et Cyprian.* 9 religiones *P* *post* regiones *omissum hoc* et inhabitabilia, *cf. Prouerb. et Cyprian.*

et fines inhabitabiles sub caelo. cum pararet caelum, 7
aderam illi, et cum secerneret suam sedem: cum super
uentos faceret ualidas nubes et cum confirmatos po-
nebat fontes sub caelo, quando fortia faciebat funda-
menta terrae, eram penes illum disponens. ego eram 8
cui adgaudebat. cottidie autem iucundabar ante faciem
eius, cum laetaretur orbe perfecto. idcirco illum Tris- 9
megistus δημιουργὸν τοῦ θεοῦ et Sibylla σύμβουλον appel-
lat, quod tanta sapientia et uirtute sit instructus a deo patre,
ut consilio eius et manibus uteretur in fabricatione mundi.
7. Fortasse quaerat aliquis hoc loco, quis sit iste tam potens, 1
tam deo carus, et quod nomen habeat, cuius prima natiuitas
non modo antecesserit mundum, uerum etiam prudentia dispo-

EPITOME 7—10] c. 37, 2.

AUCTORES 7 s.] cf. frg. Hermet. ap. Lact. Inst. VII 18, 4: τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς θεοῦ δημιουργός, et Ps.-Apulei. Asclep. c. 26 (pag. 49, 1 Goldb.): deus primipotens et unius gubernator dei. 8 Sibylla] VIII 264.

EXPILATORES 5 s.] Ps.-August. pag. 3 F, cf. Expilatores ad pag. 286, 14. 7 s.] Sedulius (cf. ibid.) δημιουργὸν τοῦ θεοῦ adnectit ad uersum pag. 290, 2. 8] Ps.-August. pag. 4 A: alio loco filium dei σύμβουλον appellat *(sc.* Sibylla*)* id est consilium uel consiliarium.

BRHSPV] 1 pareret S^1V 2 segregaret *P* et cum *H* 3 faceret ualidas nubes] ualidas faceret desuper nubes *Cyprian.*, *cf.* τὰ ἄνω νέφη *LXX* facere *V* cumfirmatos *(om.* con-*) B* ponebat *C Cyprian.* 4 fontes *B Cyprian.*, montes *cett.;* καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγάς *LXX* quando fortia — ego eram cui] *eram *(a er.)* penes illum disponens . ego eram quando faciebat fortia fundamenta terrae . ego eram cui *B* fundamente (a *superscr.*) *(corr. m. 1 ?) P* 6 gaudebat *H* iocundabar, o *ex* u S^2P^2 7 eius] eius in omni tempore *Cyprian.*, ἐν παντὶ καιρῷ *LXX* laetaretur *(*ae *ex* a *et* a *ex* e *m. 2) P* *ad loc. Prouerbiorum cf. Roenschium, Zeitschr. f. d. hist. Theol., 1871, pag. 531 ss., 'Beiträge zur patristischen Bezeugung der biblischen Textgestalt und Latinität. II. Aus Lactantius', pag. 594* idcirco] idcirco autem *P* 8 *ante graecum hoc* creatorem dei *P* ΔЄΜΙΟΥΡ constitutorem dei creatorem . ΓΟΝΤΟΥΘЄΥ · *S* ΔЄΜΙΟΥΡΓΟΝ *H*, ΤΗΜΙΟΥΡΓΟΝ *V Sedulius* τοῦ θεοῦ] ΟΥΥΘЄΟC *H* *ante graecum hoc* consiliarium *P* CΥΜΒΟΥΛΟΝ *P*, CΥVΒΟΥΛΟΝ *sic B*, CΥΜΒΟΛΟΝ *R*, CΥΝΒΟΛΟΝ *H*, CΥΝΒΥΛΟΝ *S*, CΥΜΒΟΥΛΟΝ *V*, *om. Sedulius* appellat *om. P* 9 sit *om. P* 10 ut] ut et *HS* 11 ⸢hoc loco⸣ B^3 qui *HSPV* 12 habe⸢a⸣t B^3 13 ⸢non⸣ B^3 antecesserat *B* prudentia] potentia *B*, *om. S*

2 suerit, uirtute construxerit. primum scire nos conuenit nomen eius ne angelis quidem notum esse qui morantur in caelo, sed ipsi soli ac deo patri, nec ante id publicabitur, ut est sanctis
3 litteris traditum, quam dispositio dei fuerit impleta; deinde nec enuntiari posse hominis ore, sicut Hermes docet haec dicens: αἴτιος δὲ τούτου τοῦ αἰτίου ἡ τοῦ θεοῦ ἅτε τοῦ ἀγα-

EPITOME 1—3. 5—293, 1] c. 37, 8.

AUCTORES 6 et 293, 2] pag. 51ᵃ Patric.

EXPILATORES 6 et 293, 2] Ps.-Aug. p. 4 B: ipse (*sc.* Mercurius) dixit: filius benedicti dei atque bonae uoluntatis. et ne de eius nomine taedium interrogationis sustineret, secutus adiunxit: cuius nomen non potest humano ore narrari . . . loquitur (*sc.* Mercurius) autem ad filium suum dicens: est autem quis, fili, (*edd.* filii) inenarrabilis sermo sapientiae sanctus sanctus . . . sequitur: de solo deo domino est, omnibus dominante deo mortalibus . et quia ab hominibus indagari non potest, addit et dicit: super homines est. 6—293, 5] Sedulius (cf. ibid.).

BRHSPV] 1 uirtus *Heumannus, quod esse in cod. Regiomontano testatur Struuius, opusc. I 145;* uirtusque *coni. Buenemannus* primo *B* 2 eius] quis *V* moratur *H* caelis *S* 5 enarrari *B*, enuntiare *R* ore hominis *B* hominis* *(s ex* b *et* u *? er.) P* 6 αἴτιος — βούλησις] ΑΙΤΙΟΝΑΕ *(om.* τούτου*)* ΤΟΥΑΙΤΙΟΥΗΤΟΥΘЄΑΓЄΝЄΤΟΥΑΓΑΘΟΒΟΥ◊ЄCIC *B*, ait ΙΟCΑЄΤΟΥΤΟΥΤΟΥ ΑΙΝΟΥΗΤΟΥΑΤΑΘΟΥΒΟΥΛΗCΥC *R*, ΑΙΤΙΟCΑЄ ΤΟΥΤΟΥЄΑΙΟΥЄ ΤΟΥΘЄΤΟΥΑΤΑ ΤΟΥ ΒΟΥΒΟΥΛЄCIC *H*, ΛΙΓΙΟC ΑЄΤΟΥΙΟΥ ΤΟΥΑΙΑΙΟΓΗ ΤΟΥΘЄΑΓЄΤΟΥ ΑΓΑЄΟΥ ΒΟΥΛΗCIC *S*, ΗΔΙΚΗ *(in ras. m. 3)* ΔЄ ΤΟΥΤΟΥ *(del. m. 3)* ΤΟΥΔΙΚΙΟΥ · *(*Δ *ex* Λ *et* Κ *in ras. m. 3)* Η ΤΟΥΘЄΑΓЄΤΟΥΑΓΑΟΘΥ ΒΟΥΛΗCIC *P*, ΑΙΤΙΟΔЄΤΟΥΤΟΥ ΤΟΥΤΟΥ ΑΙΤΙΟΥ Η ΤΟΥΘЄΛΓЄ *(*Є *fin. ras. ex* Θ *ut uid.)* ΤΟΥΑΓΑΘΟΥ ΒΟΥΛΗCIC *V*, ΑΙΤΙΟC ΔЄ ΤΟΥΤΟΥ ΑΥΤΙΟΥ Η ΤΟΥ ΘЄΑΓЄΤΥ ΑΓΛΘΟΥ ΒΟΥΛΗCIC *Sedulius* ἡ τοῦ — ἀγαθοῦ *Stadtmuellerus, conl. Poemand. c. 14, 9 (pag. 133, 11 Parth.)* πᾶν δὲ τὸ γεννητὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ γέγονεν, ὅπερ ἐστὶν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ τὰ πάντα δυναμένου ποιεῖν; *edd.* τοῦ θείου ἀγαθοῦ, *Struuius, opusc. I 149* τοῦ θείου καὶ ἀγεννήτου ἀγαθοῦ *post* ἀγαθοῦ *add. edd.* ἢ θεὸν προήνεγκεν, *fort. interpretationem lat. qualis est in S et P secuti hanc* causa autem huius causae uoluntas boni quae deum prouexit, *sed extremis uerbis* ΘЄΑΓЄΤΟΥ *illud reddi ostendit etiam interpretatio ap. Sedulium haec* causa autem huius causae quae deum prouexit, diuini boni uoluntas*; lacuna locum corruptum esse etiam Struuius putat, sed Lact. proximum* οὗ *ad* τούτου τοῦ αἰτίου *traxisse uidetur; Ps.-Augustin.* filius benedicti dei atque bonae uoluntatis, *unde illum* εὐλογητοῦ *uel legisse in Lactantio suo uel ipsum e corrupta aliqua scriptura fort. ad similitudinem loci Marc. 14, 61* ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ *conflauisse suspiceris.*

θεοῦ βούλησις, οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λα-
ληθῆναι. et paulo post ad filium: ἔστιν γάρ τις, ὦ τέκνον,
ἀπόρρητος λόγος σοφίας ὅσιός τε περὶ τοῦ μόνου κυρίου πάν-
των καὶ ⟨πάντα⟩ προεννοουμένου θεοῦ, ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν
ἐστιν. sed quamuis nomen eius, quod ei a principio pater 4
summus inposuit, nullus alius praeter ipsum sciat, habet
tamen et inter angelos aliut uocabulum et inter homines aliut.
Iesus quippe inter homines nominatur. nam Christus non pro-
prium nomen est, sed nuncupatio potestatis et regni: sic enim
Iudaei reges suos appellabant. sed exponenda huius nominis 5

EPITOME 8—295, 3] c. 37, 9.
AUCTORES § 5 ss.] cf. Tertull. Apolog. c. 3 (pag. 125).
EXPILATORES 8 s.] Isidor. orig. VII 2, 4.

BRHSPV] 1 οὗ] OC *S* ΔΥΝΑΤЄ *B*, ΔΥΝΤΑΙ *R*, ΔΙΝΑΤΑΙ *S Sedulius*, ΑΥΝΑΤΑ *P* ΑΝΘΡΩΠΙΝΩ *RSV*, ΑΝΘΡΟΠΙΝΟ *B*, ΑΝΘΡΩΠ∗ΩΝ *(*Ν *er.) P*, ΑΝΘΡΩΠΙΝΟ *Sedulius* στόματι λαληθῆναι *om. P*, CΤΟΜΑΤЄΛΑΑΗΘΗΝΑΙ · *V* ΛΑΛΗΘЄΝΑΙ *B*, ΛΑΗΟΝΝΑΙ *S* οὗ — λαληθῆναι] ΟΥCΤЄΟ̃ΝΟΜΑΟΥΑΥΝΑΤЄ-ΑΝΤΡΟΠΙΝΟC ΤΟΜΑΤΙ ΛΑΛЄΟЄΝΑЄ *H* 2—5 *locum in breuius contractum latine interpretatur Lactantius c. 9, 3 interpretatio lat. eadem in SP, simillima ap. Sedul.* 2 ЄCΓΙΝ *S* τις ὦ] ΙΙCΩC *S*, ΤΙCΩ *V*, ΤΙCΟ *Sedulius* ΤЄΧΝΟΝ *V* 3 ΑΠΟΡΡЄΤΟC *B*, ΑΝΟΡΡΗΤΟC *S*, ΠΟΡΡΗΤΟC *V*, ΠΟΡΡЄΤΟC *Sedulius* ΛΟΓΟC *S* ἔστιν — ἀπόρρητος] ЄCΤΙΝΓΑΤΤΑΙΛΟЄC-ΝΟΝΑΠΟΡΡЄΟC *H* ὅσιός τε περὶ *scripsi secutus* ΟCΙΟCΙCΠЄΡΙ *R*, *conl. c. 9, 3* ineffabilem quendam sanctumque sermonem; ΟCΙΟCΟCΙΟΥ *B*, ΟCΙΟΟCCΙΟΙΚ *H*, ΟΥΙΟCΟCΙΟΙCΤΙЄΡΙ *(*-ΤЄΡΙ *P) SP*, ΟCΙΟC ΠЄΡΙ *V Sedulius*; ὅσιος περὶ *edd.*, ὅσιος ὁσίοις περὶ *Struuius* τοῦ μόνου — ἐστιν *(5)]* ЄΤΤΟΡΑΛΘ ΤΠΑΝΤΩ̃ΝΚΑΙΠΡΟЄΝΝΟΟΥΜЄΝΟΥЄΥΟΝЄΙΠЄΙΠΥΠЄ ΡΑΝΟΡΩΠΟ-ΝЄCΤΙΜ · *S*, ΤΟΥΜΟΚΥΡΙΟΠΑΝΤΩΝ · et cetr̃; *H*, ΤΟΜΟΝΟΥΚΥΠΑΝΡΩ ΚΑΙ-ΠΡΟЄΝΝΟΟΥ ΜЄΝΟΥΘΥΟΝ ЄΙΠЄΙΝΥΠЄΡ ΑΝΘΡΟΠΟΝЄCΤΙΝ *(*Ν *final. add. m. 3) P* μόνου] ΜΟΝΟΥΗ *R* ΠΑΝΤΟΝ *B*, ΠΑΤΩΝ *V*, ΠΑΝΤΟΥ *Sedulius* 4 πάντα *addidi, conl. fragm. Hermet. ap. Stob. ecl. I 35, 8 post med.* ὁ δημιουργὸς πάντα προϋπιστάμενος *et Ps.-Apul. Asclep. c. 28 (pag. 51, 14 Goldb.)* praescia omnium rerum diuinitate; *cf. interpretat. lat. in SP* de solo domino omnium et *(*et *om. S)* praesciente omnia deo *(*deo *om. S)*; *ap. Sedulium hoc* de solo domino omnium et qui ante mente capitur deo ΠΡΟЄΝΝΟΟΥΜЄΝ///ΟΥ *Sedulius* θεοῦ] ΘЄΥ *V* ΙΠЄΙΝ *BR*, ЄΤΠΙΝ *V*, ЄΙΠΙΝ *Sedulius* ΑΥΠЄΡ *B*, ΥΠΥЄΡ *R* ΑΝΘΡΟΠΟΝ *B*, ΑΗΘΡΩΠΟΝ *V*, ΑΝΘΡΩΠΩΝ *Sedulius* 5 ЄCΤΙ *V* *interpretatio lat. eadem in SP, similis ap. Sedul.* quam∗uis *(*q *er.) P* ei] et *V* 6 nullus — tamen et *om. V* sciat] nouerit *B*, ∗sciat *P* 7 uocabulum et inter] uocabulunt *(sic)* inter et *V* alium *B*, aliud *cett.* 8 Iesus] ihm *B*[1], *corr. B*[3] naminatur *P*[1], *corr. P*[3] 9 'enim' *B*[3] 10 appellant *P*

ratio est propter ignorantium errorem, qui eum inmutata littera Chrestum solent dicere.
6 erat Iudaeis ante praeceptum ut sacrum conficerent unguentum, quo perungi possent ii qui uocabantur ad sacerdotium uel ad regnum, et sicut nunc Romanis indumentum purpurae insigne est regiae dignitatis assumptae, sic illis unctio sacri unguenti nomen ac potestatem regium conferebat.
7 uerum quoniam Graeci ueteres χρίεσθαι dicebant ungui, quod nunc ἀλείφεσθαι, sicut indicat Homeri uersus ille:

τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμῳαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ,

ob hanc rationem nos eum Christum nuncupamus, id est unctum, qui Hebraeice Messias dicitur. unde in quibusdam Graecis scripturis, quae male de Hebraeicis interpretatae sunt, ἠλειμμένος scriptum inuenitur, ἀπὸ τοῦ ἀλείφεσθαι.
8 sed tamen utro-

AUCTORES 10] Od. δ 49; ρ 88. 12 ss.] ἠλειμμένος Aquila interpretatus est I Reg. 2, 35; Ps. 83, 10. 88, 39; Dan. 9, 26 (Origen. Hexapl. ed. Montf. I 276. 599. 607; II 336).

EXPILATORES 2—7] Isid. orig. VII 2, 2.

BRHSPV] 1 eum inmutata] mutata *R* 2 Chrestum] χp̄m *BH* 3 ungentum *R*, ung'u'entum *V* quod *(exp. m. 2) B, om. V* perungi *RHV*, perunge (i *s. l.*) *P* ii *edd.*, hi *BHSV, om. R*, hii *(exp. m. 3) P* 4 et] sed *B* sic̃ *(~ m. 2) S* 5 purpura* (e *er.) R* 6 adsum'p'tae *R*[2] sic̃ *(~ m. 2) S* ungenti *RH* 7 uerum *om. V* ΧΡЄΙЄϹΘЄ *B, spatio relicto om. R*, ungentum ΚΥΡΙΟϹЄϹΘЄ *H*, unguentum ΧΡЄΙϹΘΑΙ *S*, ΧΡЄΙЄΚΘΑΙ *P* 8 ungi *RHV* ΑΛΙΦЄϹΘЄ *B*, alifeste *H*, ΑΛЄΙΦЄЄϹΘΑΙ *S*, ΑΛЄΙΦЄϹΟΑΙ *P*, ΑΛΙΦЄϹΘΑΙ *V* sic̃ *(~ m. 2) S* homericus (om- *S) HS* 9 *inter* ille *et* τοὺς *hoc* quos propitiabant unxerunt oleo *P* 10 τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν] ΚΑΙΤΟΥϹΜЄΝ *B*, ΤΟΥΔЄΠΑΙΟΥΝ *P*, ΤΟΥϹΔЄΠ*ΟΙΝ (o *s. l.*) *(I ? er.) V* δμωαὶ — ἐλαίῳ] ΑΜΩΑΙΑΟΥϹ ΑΝΚΑΙΧΡЄΙϹΑΝЄΛЄΩ *S* ΔΜΩΑΙ *RS*, ⟨⟩ЄΜΟΑΙ *B*, ΑΜΩΙ *P*, ΑΜΩΙΑ *V* ΛΟΥϹΑΝ *V* Χ⟨ΡΙ⟩ϹΑΝ *B*, ΧΡΕΙϹΑΝ *RP* ЄΛΑΙΩ *RSV*, ЄΛЄΩ *B*, ЄΛΙΑΩ *P*, ЄΛΑΙΩΝ *V* tus de dee poiun moinusa ceobris anelin *H* 11 eum] cum *V* ch'r'istum *S*[2] id est *om. V* 12 hebraeice *RH*, hebreice *BP*, hebraice (ebr- *S) SV* messia *RSP*[1] (s *s. l. add. P*[2]*) V*, messian *H* 13 hebraeicis *H*, hebreicis (ebr- *P) BRP*, hebraicis *SV* interpraetatae (e *fin. add. m. 3) P* ἠλειμμένος *edd.*, ΗΛΩΜЄΝΟϹ *B*, ΗΛΙΜΜЄΝΟϹ *RV*, unctus elĩmenos *S*, unctus ΗΑΜΜЄΝΟϹ *P*, elimmenosy *H* 14 ΑΛЄΙΦЄϹΘЄ *B*, ΑΛΙΦЄϹΘΑ *V* *ante graecum hoc* ab unguendo *SP* *graecum sic* apotu alipheste *H*, apotualifesthe *S*

libet nomine rex significatur, non quod ille regnum hoc terrenum fuerit adeptus, cuius capiendi nondum tempus aduenit, sed quod caeleste ac sempiternum; de quo disseremus in ultimo libro. nunc uero de prima eius natiuitate dicamus.

8. In primis enim testificamur illum bis esse natum, primum 1
in spiritu, postea in carne. unde aput Hieremiam ita dicitur: priusquam te formarem in utero, noui te. item: beatus qui erat, antequam nasceretur; quod nulli alii contigit
praeter Christum. qui cum esset a principio filius dei, rege- 2
neratus est denuo secundum carnem. quae duplex natiuitas eius magnum intulit humanis pectoribus errorem circumfuditque tenebras etiam iis qui uerae religionis sacramenta
retinebant. sed nos id plane dilucideque monstrabimus, ut 3
amatores sapientiae facilius ac diligentius instruantur. qui audit dei filium dici, non debet tantum nefas mente concipere, ut existimet ex conubio ac permixtione feminae alicuius deum procreasse, quod non facit nisi animal corporale mortique sub-
iectum. deus autem cum solus adhuc esset, cui permiscere 4
se potuit? aut cum esset tantae potestatis, ut quidquid uellet

3 in ultimo libro] c. 20. 24.

EPITOME 5 s. 9 s.] c. 38, 2.

AUCTORES 7] Ier. 1, 5; cf. Cyprian. pag. 55, 16. 7 s.] locus in Sacra Scriptura non inuenitur, sed accedit quodammodo ad sententiam eorum uerborum quae apud Ierem. subsequuntur (ex interpret. Itala ap. Cyprian.): et priusquam exires de uulua, sanctificaui te et prophetam in gentibus posui te. 9 s.] qui cum — carnem] Cyprian. pag. 73, 3 s.

BRHSPV] 3 quod *del. R* sempiternum est *P* 4 libro *add.* H^2 uero *om. R* 5 illum *om. H* 6 inde *H* hieremian *RH,* hieremiã *S* 7 item *SV,* item alibi *B,* item apud eundem *R,* et item apud ipsum *P, om. H* creatus *Heumannus* 8 contingit RP^1, n *del.* P^3 9 $\overline{\chi\rho o}$ · *B* filius dei *om. PV, sed cf. Cyprian.* quod cum a principio filius dei fuisset, generari denuo haberet secundum carnem 10 *natiuitas *(e er.) S* 11 errorem] rorem *H* circumfu*dit⟨qu⟩ae *(n ? er.) B* 12 tenebris B^1, *corr.* B^2 iis *R,* h* (is supra) *(corr. m. 2) B,* his *HSP,* hi *V* quae B^1, *corr.* B^3 uerae] diuinae *R,* uera P^1, e *add.* P^3 13 id *om. V* lucideque *H,* dilucideque *(i ex e m. 3) P* monstrauimus *V* 14 amaiores *V* qa|uidit S^1, qaudi|uit** S^2 15 de⸢i⸣ B^2 conciperet *V* 16 extimet *S* alicuius] cuius⸢quã⸣ *R* 18 solus adhuc esset] solus sit *BSP* se permiscere *H* 19 cum *bis R*

efficeret, utique ad creandum societate alterius non indigebat: nisi forte existimabimus deum, sicut Orpheus putauit, et marem esse et feminam, quod aliter generare non quiuerit, nisi haberet uim sexus utriusque, quasi aut ipse secum coierit aut sine
5 coitu non potuerit procreare. sed et Hermes in eadem fuit opinione, cum dicit eum αὐτοπάτορα et αὐτομήτορα. quod si ita esset, ut a prophetis pater dicitur, sic etiam mater diceretur.
6 quomodo igitur procreauit? primum nec sciri a quoquam possunt nec enarrari opera diuina, sed tamen sanctae litterae docent, in quibus cautum est illum dei filium dei esse sermonem itemque ceteros angelos dei spiritus esse. nam sermo
7 est spiritus cum uoce aliquid significante prolatus. sed tamen quoniam spiritus et sermo diuersis partibus proferuntur, siquidem spiritus naribus, ore sermo procedit, magna inter hunc dei filium ceterosque angelos differentia est. illi enim ex deo taciti spiritus exierunt, quia non ad doctrinam dei tradendam,
8 sed ad ministerium creabantur. ille uero cum sit et ipse spiritus, tamen cum uoce ac sono ex dei ore processit sicut

EPITOME 10 s. sermonem] c. 37, 2.

AUCTORES 2—5] frg. 62 Abel; cf. frg. 123, uers. 3 Ab., frg. VI 11 ap. Hermannum et eundem ad Argonaut. 14; Lobeckii Aglaopham. I 492 s. 5 s.] cf. p. 26, 2 ss. § 6 ss.] cf. Tertull. Apolog. c. 21 (I p. 198 s.) 9 sanctae litterae] cf. infra § 13—16. 10 sermonem] cf. Cyprian. pag. 64, 16. 11 itemque — esse] Ps. 103, 4. 11 s.] cf. Tertull. adu. Prax. c. 7 (II pag. 660): quid est enim, dices, sermo eqs.

BRHSPV] 2 existimauimus *RV*, existimabamus *H* sic̃ *(˜ m. 2) S* orieus *V* 3 et *om. V* generari *V* non quiuerit] nequierit *H* 5 non *bis R* et *om. SH* fuerat *B*[1], fuerit *B*[3] 6 **opinione (in *? er.) B* eum] eum ΑΡϹЄΝΙΟΘΗΛΥΝ *B*, deum *H* ΑΥΤΟΠΑΤΡΑ *S*, ΑΥΤΟ⌜Ϲ⌝ΠΑΡΑΤΟΡΑ *(*Ϲ *add. et* ΡΑ *del. m. 3) P* autopatora autometora (et *om.) H* ΑΥ⌜Τ⌝ΟϹ⌝ΜΗΤΟΡΑ *P*[3] 7 ⌜a⌝ *P*[2?] profectis *H* pater dicitur] praedicitur pater *B* 8 primo *P* nec sciri] nesciri *R* 9 narrari *PV* sacra⌜e⌝ *B* 10 dicent *V* sermonem] sermonem siue etiam rationem *B* 11 *locus* itemque ceteros — nobis reuelaret *(297, 5) om. a B*[1] *(uerba* itemque ceteros *post* rationem *s. l., cetera in mg. inf. add. B*[3]*) V, sed defenditur loco Epit. 37, 3* ex omnibus angelis, quos idem deus de suis spiritibus figurauit; *cf. ad pag. 297, 9* 12 est] et *HS* significat ante *H* 14 ore sermo] sermo ex ore *RS* 15 ceterosque] et ceteros *S* 16 tacitu *(sic)* spiritu *H* tradendam *om. H* 18 sic̃ *(˜ m. 2) S*

uerbum, ea scilicet ratione, quia uoce eius ad populum fuerat
usurus, id est quod ille magister futurus esset doctrinae dei et
caelestis arcani ad homines perferendi. ipsum primo locutus
est, ut per eum ad nos loqueretur et ille uocem dei ac uolun-
tatem nobis reuelaret. merito igitur sermo ac uerbum dei 9
dicitur, quia deus procedentem de ore suo uocalem spiritum,
quem non utero, sed mente conceperat, inexcogitabili quadam
maiestatis suae uirtute ac potentia in effigiem, quae proprio
sensu et sapientia uigeat, conprehendit; et alios item spiritus
suos in angelos figurauit. nostri spiritus dissolubiles sunt, 10
quia mortales sumus, dei autem spiritus et uiuunt et manent
et sentiunt, quia ipse immortalis est et sensus ac uitae dator.
nostrae uoces licet aurae misceantur atque uanescant, tamen 11
plerumque permanent litteris conprehensae: quanto magis dei
uocem credendum est et manere in aeternum et sensu ac uir-
tute comitari, quam de deo patre tamquam riuus de fonte
traduxerit! quodsi quis miratur ex deo deum prolatione uocis 12
ac spiritus potuisse generari, si sacras uoces prophetarum co-
gnouerit, desinet profecto mirari. Solomonem patremque eius 13
Dauid potentissimos reges fuisse et eosdem prophetas etiam iis
fortasse sit notum, qui diuinas litteras non attigerunt: quorum
alter, qui posterius regnauit, Troianae urbis excidium centum

EPITOME 17—298, 2] c. 37, 7.
AUCTORES 9 et alios — figurauit] cf. ad pag. 296, 11.

BRHSPV] 1 ea scilicet ratione] scilicet e ratione *B (i. e. B³)* 2 magister] mg̃ *ex* m̃r *S²* 3 caelesti⸢s⸣ *S²* perferendo *B (i. e. B³)* quod ipsum *H,* ⸢ꝑ⸣ ipsum *S²* 4 est *om. H* ad nos] nobis *H* 5 igitur] autem *BHV* ac] et *V* uerum *V* 6 procreantem *R,* procedentẽ *(~ m. 2) S* ⸢uocalem⸣ *B³* 7 in⸢ex⸣cogitabili *B³* 8 uirtute* (m *er.) V* effigiem] effigiem similitudinis suae *B* qui *B* 9 et *ante* sapientia] ac *R* *locus* et alios item — traduxerit *(17) om. a B¹ (in mg. add. B³) V, sed una cum loco pag. 296, 11 ss. uerbis Epitomae defenditur* 10 suos *om. S* dissolu*biles *R,* solubiles *S* 11 manent] audiunt *S* 13 uocis *B* aura *B* 15 uocẽ *(~ m. 3) P* *pr.* et *om. RS* 16 *pr.* de *om. P* 17 transduxerit *H* ex deo *om. S* deo] duo *V* 17 cognouerat *B¹, corr. B²* 19 salomonem *HSV* 20 dauit *B* potissimos *H* ⸤i⸥is *P³,* his *BHSP¹V,* iis (h *superscr.*) *R* 21 notum sit *B* non diuinas litteras *B* 22 troianae *(e add. m. 3) P*

14 et quadraginta annis antecessit. huius pater diuinorum scriptor hymnorum in psalmo XXXII sic ait: uerbo dei caeli soli-

AUCTORES 2] Ps. 32, 6; cf. Cyprian. pag. 64, 18.

BRHSPV] 1 et *om. P* anni^{s} S^2 scriptor hymnorum *om. P* 2 uerbo *C cum Vulg. et Cypriani codd. AW,* sermone *Cypriani codd. LMB, Tertull. adu. Hermog. c. 45 (II p. 377), adu. Prax. c. 7 (II p. 660), c. 19 (p. 678). postulatur paene propter ea quae inde a § 6 et c. 9, 1—3 disputantur, unum saltem testimonium S. Scripturae quo* sermo dei *appelletur, cum praesertim et Epit. c. 37, 2* sermo *tantum* dei, *non* uerbum *nominetur et infra c. 29, 6 similis sit locus* cum igitur a prophetis . . sermo dicatur *et ap. Cyprianum, cuius Testimonia potissimum Lact. per totam hanc partem libri sequitur, p. 64, 16 lemma sit* quod Christus idem sit sermo dei *(cf. etiam Tertullianum de* sermone dei *disputantem et testimonia ab eo adlata adu. Prax. c. 5. 7 s. 11. 13. 15. 19 al.). grauissimum uero accedit illud, quod uestigia quaedam inueniuntur (cf. ad proxima uerba* solidati *et* eius, *p. 299, 11* fuit, *p. 302, 2* illum *et* illo, *al.), quibus indicatur Lactantium codice Testimoniorum Cypriani qui esset simillimus codicis L (Vindobonensis) usum esse, quo in codice L e recensione quadam Italae, quam Tertullianus quoque adhibere solet (cf. Roenschium, das Neue Testament Tertullians p. 250 s., Itala u. Vulg. p. 4 cum adn. 7) constanter* sermo *dicitur, non* uerbum. *atque etiam uno S. Scripturae loco nomen illud seruatum est in codice H, p. 299, 2* sermonem: *quod hoc ipso loco, quo exceptis Tertulliano et codicibus quibusdam Cypriani omnes testes* uerbum *habere uidentur (cf. Sabaterium II 91), a librario in codicem H inlatum esse minus credibile est, nisi forte uigente etiamtum Italae memoria in archetypo nostrorum codicum adscriptum inde in codicem H inrepsisse sumitur;* sermonem *autem hoc loco qui Lactantium scripsisse sibi persuadet, etiam p. 299, 4* sermo *et 6* sermonem *restituendum esse concedat necesse est. quare aut statuendum est Lactantium aliqua de causa in testimoniis nomine* sermo *uti noluisse et in locos S. Scripturae e Cypriano petitos nomen* uerbum *sua aetate fort. usitatius induxisse, id quod eo facilius fieri poterat, quod non solum uiginti fere locos S. Scripturae habet qui non inueniuntur apud Cyprianum, ex alio uidelicet auctore aut ex sua scientia additos, sed ne omnium quidem eorum quos cum illo communes habet locorum eandem quam ille formam exhibet [cf. adn. crit. ad c. 12, 4 (Is. 7, 14* accipiet in uterum*), 'Auctores' ad c. 12, 12 (Dan. 7, 13 s.), § 18 (Is. 45, 1—3), c. 13, 19 (Is. 11, 10), c. 14, 6 (Zach. 3, 1—8) al.]; aut id sumendum est, non solum omnibus illis locis eiecto* sermo *nomine* uerbum *ex Vulgata inlatum esse, sed etiam § 8* sicut uerbum, *§ 9* ac uerbum, *c. 9, 1* uerbum siue *additamenta esse interpolatoris: quod uiolentum sane remedium uix quisquam adhibere audeat (cf. infra c. 15, 10* cum ipse esset dei uerbum *et Tertull. Apolog. c. 21, I p. 201,* ostendens se esse uer-

dati sunt et spiritu eius omnis uirtus eorum. item
rursus in psalmo XLIIII: eructauit cor meum uerbum
bonum, dico ego opera mea regi, contestans uidelicet nulli
alii opera dei esse nota nisi filio soli, qui est uerbum dei et
quem regnare in perpetuum necesse est. item Solomon ipsum 15
uerbum dei esse demonstrat, cuius manibus opera ista mundi
fabricata sint. ego inquit ex ore altissimi prodiui ante
omnem creaturam. ego in caelis feci ut oreretur
lumen indeficiens, et nebula texi omnem terram. ego
in altis habitaui et thronus meus in columna nubis. Io- 16
hannes quoque ita tradit: in principio fuit uerbum et uer-

AUCTORES 2] Ps. 44, 2; cf. Cyprian. p. 64, 17. 7] Ecclesiastic. 24, 5ss. (3s. LXX); cf. Cyprian. p. 62, 15; Ecclesiastici locum Lact. cum Cypriano tribuit Salomoni, cf. Roenschium, Zeitschr. f. d. histor. Theol. 1871 p. 609 s. 10] Io. 1, 1—3; cf. Cyprian. p. 65, 2.

bum dei id est λόγον); *aut eo confugiemus, ut Lactantium testimonia tam* sermo *quam* uerbum *nominis dedisse dicamus ita, ut fort. p. 298, 2* sermone dei, *299, 2* sermonem *(cf. cod. H), 4* qui *(!)* est sermo, *5 s.* ipsum sermonem *scriberet, in loco autem celeberrimo notissimoque Ioannis (§ 16)* uerbum *adhibere uellet, quod quin pro nomine* sermo *in recensione quadam usitatissima Italae hoc loco fuerit, inde ab Hieronymo receptum, propter plurima testimonia (cf. Sabaterium III 385) dubitari non potest.* dĩ* (ı *in ras.) ex* dñi *ut uid.* H^2 solidati *RHSPV cum Cypriani codd. LMB,* firmati *B cum Vulg. et Cypriani codd. AW*

BRHSPV] 1 spũ *(*u *in ras. ex* s*? m. 1?) P* eius *PV cum Cypriani codd. LB et Tertulliano adu. Prax. c. 7 (cf. adu. Hermog. c. 45* ipsius, *om.* oris*)*, oris eius *BRHS cum Vulg. et Cypriani codd. AWM. ad loc. Psalmi cf. Roenschium, Zeitschr. f. d. hist. Theol. 1871 p. 588* idem *S* 2 quadragesimo quarto tertio *R*, XLIII · *H* eructuauit RP^{ac} *(alt.* u *expunx.* $P^{1?}$*), fort. recte; cf. Roenschium, l. c. p. 589 s., Itala u. Vulgata p. 362. 467* uerbum *BRSPV cum Cypriani codd. AWMB et Vulg.*, sermonem *H cum Cypriani cod. L et Tertull. adu. Hermog. c. 18 (II p. 355), adu. Prax. c. 7 (II p. 660), c. 11 (p. 665); cf. ad 298, 2* 4 ali *R*, alio *H* soli *om. B* uerbum] *cf. ad 298, 2* et quem — uerbum dei *om. R* 5 solomon *B*, sal- *cett.* ipse *BV* 6 uerbum] *cf. ad 298, 2* 7 fabricata *(tert.* a *ex* i *m. 3) P* sunt *BS (sed ex* sint S^2*)*, suunt *P* prodiui* *H* ante *bis P* 8 oreretur BR^1SV *cum Cypriani codd.* LWM^1, oriretur R^2 *(*i *ex* e*) HP cum rell. Cypriani* 10 *ad loc. Eccles. cf. Roenschium p. 609* iohannes *C* 11 ita *om. B* tradidit HP^{ar} fuit *R cum Cypriani codd. LB pag. 65, 3 et 70, 7,* erat *BHSPV cum Vulg. et rell. codd. Cypr.*

bum erat aput deum et deus erat uerbum. hoc fuit in
principio aput deum. omnia per illum facta sunt et
sine illo factum est nihil.
1 9. Sed melius Graeci λόγον dicunt quam nos uerbum siue
sermonem: λόγος enim et sermonem significat et rationem,
2 quia ille est et uox et sapientia dei. hunc sermonem diuinum
ne philosophi quidem ignorauerunt, siquidem Zenon rerum
naturae dispositorem atque opificem uniuersitatis λόγον prae-
dicat, quem et fatum et necessitatem rerum et deum et
animum Iouis nuncupat, ea scilicet consuetudine, qua solent
3 Iouem pro deo accipere. sed nihil obstant uerba, cum sen-
tentia congruat ueritati. est enim spiritus dei quem ille ani-
mum Iouis nominauit. nam Trismegistus, qui ueritatem paene
uniuersam nescio quo modo inuestigauit, uirtutem maiestatem-
que uerbi saepe descripsit, sicut declarat superius illut exem-

EPITOME 2 s.] c. 37, 4. 5 s.] c. 37, 2.

AUCTORES 3 s.] cf. Tertull. adu. Prax. c. 5, II p. 658 (hanc — appellamus); Apolog. c. 21 (I p. 198). 7 ss.] cf. Laert. Diog. VII 134. 135 extr. 147; Tertull. Apolog. ibid. 15 superius illut exemplum] p. 293, 2.

EXPILATORES 4 s.] Ps.-Augustin. c. quinque haeres. uol. VIII appendic. p. 8 D Maur.: melius Graeci dicunt λόγος *(λόγον scribendum uid.)*. λόγος quippe uerbum significat et rationem.

BRHSPV] 1 fuit *C (nisi quod* erat *in ras. ex* fuit B^{3} *cum Vulg.) cum Cypriani codd. LB* in] a *RV* 2 omnium R^{1} illum *B cum Tertull. adu. Hermog. c. 20 (II p. 357)*, ipsa R^{1}, ipsum R^{2}*HSPV cum omnib. codd. Cypriani et Vulgata; cf.* δι᾽ αὐτοῦ *LXX* 3 illo *B cum Cypriani codd. LWMB et Tertull. adu. Hermog. c. 20 (II p. 357), cf. adu. Prax. c. 7. 15 (II p. 660. 674), de resurr. carn. c. 5 (II p. 474)*, ipso *RHSPV cum Cypr. cod. A et Vulgata; cf.* χωρὶς αὐτοῦ *LXX* nihil est factum *R*, nihil factum est *V ad loc. Ioannis cf. Roenschium p. 615* 4 grecia *V* logon *BS*, logos *H* quam *om. V* si*e *(*n *er.) sic V* 5 sermonẽ *(˜ m. 2) S* logon *B*, logos *H* enim et sermonem *om. P* 6 dei *om. B* 7 nec *HS* siquidem *om. R* zeno *RSPV* 8 dispositionem B^{1}*, in ras. corr.* B^{2} logõ|*B*, logon *(*g *ex* c *m. 2) H*, ΛΟΓΟΝ *V* praedica**t *(*ui *er.) B* 9 et *om. H* factum $R^{ac}S^{ac}$ *(*c *expunct.) HV* necessitate *H* 10 consuetudine] condicione *B* 11 Iouem] iouem *(add. m. 3)* ˻eti˼am *(*eti *m. 2) B* dum *R* 12 ueritatis *H* 14 nescit *B* uirtutẽ *(˜ m. 2) S* uirtutemque, *om* maiestatem *V* 15 uerbis *B* sic̃ *(˜ m. 2) S*

plum, quo fatetur esse ineffabilem quendam sanctumque sermonem, cuius enarratio modum hominis excedat.

Dixi de natiuitate prima breuiter ut potui. nunc de secunda, 4
quoniam controuersia est in ea maxime, latius disserendum est, ut ueritatem scire cupientibus lumen intellegentiae praeferamus.

10. In primis igitur scire homines oportet sic a principio pro- 1
cessisse dispositionem summi dei, ut esset necesse adpropinquante saeculi termino dei filium descendere in terram, ut constitueret deo templum doceretque iustitiam, uerum tamen non in uirtute angeli aut potestate caelesti, sed in figura hominis et condicione mortali, et cum magisterio functus fuisset, traderetur in manus inpiorum mortemque susciperet, ut ea quoque per uirtutem domita resurgeret et homini, quem induerat, quem gerebat, et spem uincendae mortis offerret et ad
praemia inmortalitatis admitteret. hanc ergo dispositionem 2
ne quis ignoret, docebimus praedicta esse omnia quae in Christo
uidemus esse conpleta. nemo adseuerationi nostrae fidem 3
commodet, nisi ostendero prophetas ante multam temporum seriem praedicasse, fore aliquando ut filius dei nasceretur sicut homo et mirabilia faceret et cultum dei per totam terram seminaret et postremo patibulo figeretur et tertio die resur-
geret. quae omnia cum probauero eorum ipsorum litteris 4
qui deum suum mortali corpore utentem uiolauerunt, quid aliut

EPITOME 24—302, 2] c. 36, 1 (quid — religiosa).

B(G)RHSPV] 1 fateretur *B* 2 ⌞modu⌟m H^2 hominis] sermonis *H* 3 ⸢prima⸣ B^2 ut potui *om. H* 4 maxima BP^3 *(s. l. corr.,* maxime P^1*) V* 7 primis *(alt.* i *ras. ex* u*) H* precessisse *V* 8 adpropinquanteṣ *(exp. m. 1 ?) P* 10 rerum B^1, *in ras. corr.* B^3 11 non in uirtute] non modo quidem uirtutem *H* potestatem *H* in] et in *SH* figuram *V* 12 conditionem P^1, m *del.* P^3 et *ante* cum] ut *R edd.* fuisse *H* 13 traderet̃ *(˜ m. 2) S* ea* *(*m *er.) R* 14 et] ut *B*, ⸢et⸣ P^3 *a* ⟨quem indu⟩-[era]t *incipit codicis G pag. 75 (63), cuius in uerss. 1—5 pauca legebantur* 15 quem⸢que⸣ *(ante* gerebat*)* R^2 et] in B^{ar} *(nunc eras.) G* spẽ *(˜ m. 2) B* uincenda⸢e⸣ B^2 offerret *om. H,* afferret *edd.* 17 praedicata *V* 18 uidebimus P^1, bi *del.* P^3, uidebamus *V* 19 temporum] annorum *B* 20 ut aliquando *S* ut *om. P* sic̃ *(˜ m. 2) S* 21 homo *om. P* miralia *V* ⌞to⌟tam H^2 22 *pr.* et *om. H* et tertio die resurgeret *om. R* 24 summum *B,* suu⌞m⌟ V^2 utendum *B* uiolauerint V^1

obstabit quominus ueram sapientiam clarum sit in hac sola religione uersari?

5 Nunc a principio totius sacramenti origo narranda est. maiores nostri, qui erant principes Hebraeorum, cum sterilitate atque inopia laborarent, transierunt in Aegyptum rei frumentariae gratia ibique diutius commorantes intolerabili seruitutis
6 iugo premebantur. tum misertus eorum deus eduxit eos ac liberauit de manu regis Aegyptiorum post annos quadringentos et triginta duce Moyse, per quem postea lex illis a deo data est. in qua eductione ostendit uirtutem maiestatis suae deus.
7 transiecit enim populum medio mari rubro praecedente angelo et scindente aquam, ut populus per siccum gradi posset, quem uerius, ut ait poeta,

curuata in montis faciem circumstetit unda.

8 qua re audita tyrannus Aegyptiorum cum magna suorum manu insecutus et mare adhuc patens temere ingressus coeuntibus aquis cum omni exercitu deletus est. Hebraei uero ingressi
9 in solitudinem multa mirabilia uiderunt. namque cum sitim

EPITOME 3—10] c. 38, 3.
AUCTORES 14] Verg. Georg. IV 361.
EXPILATORES 15—18] cf. Sulpic. Seuer. Chron. I 15, 5 s.

B(G)RHSPV] 1 obstauit *V* clarum sit ueram sapientiam *R* sola* (m *er.*) *V* 3 sacramenti (i *ex* a) *V* maioris V^{ac} 4 nostris *V* hebreorum (hae- *H*) *BHSV*, haebraeorum *P* sterelitate B^1 (*corr.* B^2) *H* 5 aquae (et s. l.) B^1, aqu*e (t, m s. l.) B^3 6 intolerabilis *RS*, intollerabili *H*, intolerabiliṣ (-iṣ *ex* es) *P*, intolerabili (*tert.* i *ex* e) *V* 7 tunc *HP* miser*tus (i *er.*) *B* deduxit *P* 8 ⌜regis⌝ B^3 ann⌊o^s⌋ S^2 9 et *om. SP* ducem *V* mose *S*, moysen (n *ras. ex* m) *V* postea per quem *B* 10 educatione *H* ostenditur *V* magestatis P^1, *corr.* P^3 11 transiecit *B*, traiecit *cett.* antecedente *S* 12 et scindente] exscindentẽ (˜ *m. 2*) *S* transgredi *B* 13 *a* Gilius ut ait poeta *incipit codicis G pag. 76 (64) paene tota lecta* uerius] uergilius *B*, *idem fuerat in G*, uer*us (i *er.*) *P* ūt aīt poeta B^1, ūt aīt pōeta B^3 14 montibus *P*, monti⌊s⌋/// V^2 facie *BGH*, faciem, *sed* m *del. m. 3 P*; faciem *Verg.* circumstitit *S* ⌊un⌋da *V* 15 quam rem auditam *BG* 16 et] est et *H*, est *V* athuc *B*, ad|thuc *G* 17 exercitu* (m *er.*) *R* delusus *S* hebrei *BSPV*, haebrei *H* ingressi *BGP*, egressi *RHSV*; *cf.* ingressos eremum *Sulpic. Seuer. pag. 17, 13* 18 solitudinem *BGRP*, solitudine *HSV* multa *om.* B^1 (*s. l. add.* B^3) *G* siti͂* *V*

paterentur, ictu uirgae rupe percussa prosiliuit fons aquae po-
pulumque recreauit. quo rursus esuriente caelestis alimenti 10
pluuia descendit; quin etiam coturnices in castra eorum uentus
inuexit, ut non modo pane caelesti, sed etiam instructioribus
epulis saturarentur. pro his tamen diuinis beneficiis hono- 11
rem deo non reddiderunt, sed depulsa iam seruitute, iam siti
fameque deposita in luxuriam prolapsi ad profanos Aegyptiorum
ritus animos transtulerunt. cum enim Moyses dux eorum 12
ascendisset in montem atque ibi quadraginta diebus moraretur,
aureum caput bouis, quem uocant Apim, quod eos in signo
praecederet, figurarunt. quo peccato ac scelere offensus deus 13
inpium et ingratum populum pro merito poenis grauibus ad-
fecit et legi quam per Moysen dederat subiugauit. postea 14
uero cum in deserta quadam parte Syriae consedissent, ami-
serunt uetus nomen Hebraei, et quoniam princeps examinis
eorum Iudas erat, Iudaei appellati et terra quam incoluere
Iudaea. et primo quidem non dominio regum subiecti fuerunt, 15
sed populo ac legi ciuiles iudices praesidebant, non tamen in
annum constituti sicut Romani consules, sed perpetua iuris-
dictione subnixi. tum sublato iudicum nomine potestas rega-
lis inducta est. uerum iudicibus regimen eorum tenentibus 16

EPITOME 5—11] c. 38, 4. 16 (Iudaei)] c. 38, 3.
AUCTORES § 11 s.; c. 11, 1] Cyprian. pag. 38, 20 s.
EXPILATORES 10 s.] cf. Isidor. orig. VIII 11, 86.

B(G)RHSPV] 1 uirge *P*¹, uirgę *P*³, *sic saepissime corr. m. 3* rupe percussa] rupae percussa petra *G* prosiluit *HV* 2 quo rursus — pane caelesti *(4) om. S* rursum *B* caelesti *P* alumenti *B*, alimenti* *(s er.) V* 3 discendit *P* in castra in *P*¹, *alt.* in *del. P*³ 4 inuex̃ *P*, induxit *V* instructoribus *S* 5 aepulis *BHP*, [ae]pulis *G* saturentur *S* tam *P* 6 sed depulsa — transtulerunt *om. S.* sitim *B* 7 luxuriem *PV* 8 ri*tus *V* moses *S* 8 demoraretur *P* 10 aureũ *(˜ m. 2) S* [u]obis *G* apĩ *S* eos in signo] õ signo *V* 11 precederent *H* 12 pro *om. BG* meritis *H* 13 mosen *S* dedarat *V* 14 deserto *BG* conseddissent *H* 15 hebrei *BGV*, ebrei *S*, haebrei *P*; *in eiciendum?* *in* examinis *desinit codicis G pag. 76 (64)* exa‸minis‸ *V*² 16 iudei *SP* appellati] sunt appellati *H edd.* terra *S*, terram *BRHP*¹ (m *del. P*³) *V* 17 iudea *BP*, iuda *R*, iudaeam *H* dominio *P* regem *R*¹, regio *s. l. corr. R*² 18 praesidabant *P*¹, *corr. P*³ 19 iurisdicione *S*, iurisdictione, *sed* c *del. m. 3 P* 20 subnixa *H* tunc *H* 21 regimen *(i ex* e *m. 2) R*

prauas religiones saepe susceperant, atque offensus ab iis deus
totiens alienigenis subiugabat, donec rursus paenitentia populi
17 mitigatus liberaret eos seruitute. item sub regibus finitimo-
rum bellis ob delicta uexati, postremo capti abductique Baby-
lonem poenas inpietatis suae graui seruitio pependerunt, donec
Cyrus ueniret in regnum, qui statim Iudaeos restituit edicto.
18 exinde tetrarchas habuerunt usque ad Herodem, qui fuit sub
imperio Tiberii Caesaris: cuius anno quinto decimo id est
duobus Geminis consulibus ante diem decimum Kalendarum
19 Aprilium Iudaei Christum cruci adfixerunt. hic rerum textus,
hic ordo in arcanis sanctarum litterarum continetur. sed prius
ostendam qua de causa in terram uenerit Christus, ut funda-
mentum diuinae religionis et ratio clarescat.

1 11. Cum saepe Iudaei praeceptis salutaribus repugnarent
atque a diuina lege desciscerent aberrantes ad inpios cultus
deorum, tum deus iustos et electos uiros sancto spiritu inple-
bat, prophetas, in media plebe constituens, per quos peccata
ingrati populi uerbis minacibus increparet et nihilominus hor-
2 taretur ad paenitentiam sceleris agendam: quam nisi egis-
sent atque abiectis uanitatibus ad deum suum redissent, fore

EPITOME 14—305, 3] c. 38, 5.
AUCTORES 15—17. 305, 3—6] cf. Cyprian. pag. 39, 19.

BRHSPV] 1 susceperunt *B* ad *H* hiis *P*¹, h *del. P*³, his *cett.* 2 *post* totiens *hoc* eos *BRP,* dōs *S*¹, eos *ras. corr. S*² alienis *H* rursus *om. R* 3 seruitutē̈ *(~ er.) S* 4 adductique *V* babylone *B,* in babilonem *S* 5 poenos *B*ᵃᶜ ꝑpenderunt *P* 6 cọyrus *(exp. m. 1 ?) P* iudeos *BP; hinc uariae scripturae huius uocis non adferentur* 7 exin *B* tethrarcas *BV* 8 T. *S,* tiberi *V* · XV · *(puncta om. V) HSV* id est *om. B,* idem *H* 9 conss. *R*¹ *(s. l.* sulibus *add. R*²*) V,* cōns. *S,* CONSS · *P* X . (· X · *V)* Kal. *RPV,* XKł *S* 10 apriles *R,* ap̃. *S,* aprił *P,* apr. *V aut eundem atque Lact. aut alios dies tradunt ceteri auctores; cf. Lipsium, die Pilatus-Acten, ed. alt. (1886) p. 27* cruci (i *ex* e *m. 2) R* affigerunt *R*¹, *corr. R*², adfecerunt *H* hic] is *H* testus *R*¹, *corr. R*² 11 in *om. P* arc'h'anis *R,* arcani *P* san'c'tarum *R*² 12 terra *HS*¹ *(~ add. S*²*) V* **uenerit *(in er.) B,* uenerat *P* 15 a *om. H,* a* (d *er.) S* disciscerent *HP* ad *ex* ab *S*² cultis *H* 16 tunc *B* ui'r'os *S*² spiritu sancto *S* inplebat] reple'ba't iterum *H*² 17 plene *B*¹, *corr. B*² 18 ingrata *V* et] e *P* ortarentur *V* 20 atque] et *S* sum *R*

ut testamentum suum mutaret id est hereditatem uitae inmor-
talis ad exteras conuerteret nationes aliumque sibi populum
fideliorem ex alienigenis congregaret. illi autem a prophetis 3
increpiti non modo uerba eorum respuerunt, sed quod sibi
peccata exprobrarentur offensi eos ipsos exquisitis cruciatibus
necauerunt. quae omnia diuinae litterae signata conseruant.
dicit enim propheta Hieremias: misi ad uos seruos meos 4
prophetas. ante lucem mittebam, et non audiebatis
me neque intendebatis auribus uestris, cum dicerem
uobis: conuertantur unus quisque a uia sua mala et a
nequissimis adfectationibus uestris, et habitabitis in
terra ista, quam dedi uobis et patribus uestris a sae-
culo usque in saeculum. nolite ambulare post deos
alienos, ut seruiatis eis, et ne incitetis me in operi-
bus manuum uestrarum ad disperdendos uos. Hesdras 5
etiam propheta, qui fuit eiusdem Cyri temporibus a quo Iudaei

EPITOME 2—6] c. 38, 6.

AUCTORES 7] Ier. 25, 4—6; cf. Cyprian. p. 39, 20. 15] II Esdr. (Nehem.) 9, 26; cf. Cyprian. p. 40, 11.

BRHSPV] 1 hereditatẽ *(˜ m. 2) S,* heredilatem *(, m. 3) P* *post* uitae *add.* et H^2 inmortalitatis *H* 2 sibi populum *bis* V^1, *alt. del.* V^2 fideliorum *H* 3 a *postea add. P* 4 increpiti *RV,* increpeti *H,* increpati *BSP; cf. c. 14, 17; 16, 12* 5 exprob⌜r⌝arentur B^2 exquisitis *(tert.* i *ex* o *m. 1 ?) P* 6 negauerunt *V* conserbant B^1, *corr.* B^2 8 audiebatis *BRHV cum Cypriano,* obaudiebatis *SP* 9 auri⌜bu⌝s B^2 cum dicerem uobis] dicens *Cyprian.,* λέγων *LXX* 10 conuertantur *recepi,* conuerta∗tur *(*n *er.) B, cf.* conuerta∗tur *Cypriani cod. L,* conuertatur *cett. Lactantii et Cypriani codd., edd.;* ἀποστράφητε ἕκαστος *LXX* conuertantur — dedi uobis *(12) om. S* unus quisque uestrum *s. l. add.* B^3 a *post* et] a∗ *(*d *er.) H* 11 adfectationibus *BV cum Cypriani codd. paene omn.,* adfectionibus *RHP cum Cypriani cod. B* hab[bi]itatis *P* 12 ista *om. B* parentibus *B* 13 usque] et usque *S cum Cypriani cod.* M^1 *et Vulg.* 14 et *(ante* ne*) RHS cum omn. codd. Cypriani pag. 40, 5; pag. 324, 2; pag. 355, 3;* et *om. BPV (pariter Firmic. Mat., de err. prof. rel. c. 28, 12) ante* et ne incitetis *omissum hoc* et ne adoraueritis eos, *cf. Ierem. et Cyprian.* 15 manum *V* ⌜u⌝estrarum R^2, urãrum *(˜ m. 2) S* dispergendos *P* ∗uos *(*s *eras.) S* *ad locum Ieremiae cf. Roenschium p. 573* haesdras *B,* hesdra *P,* esdras *V* 16 fui⌜t⌝ P^3

sunt restituti, sic loquitur: desciuerunt a te et abiecerunt
legem tuam post corpus suum et prophetas tuos inter-
fecerunt, qui obtestabantur eos ut reuerterentur ad
6 te. item Helias in libro Basilion tertio: aemulando aemu-
latus sum domino deo omnipotenti, quia dereliquerunt
te filii Israhel, altaria tua demolierunt et prophetas
tuos interfecerunt gladio: et remansi ego solitarius
7 et quaerunt animam meam auferre eam. propter has
illorum inpietates abdicauit eos in perpetuum, itaque desiit
prophetas mittere ad eos. sed illum filium suum primoge-
nitum, illum opificem rerum et consiliatorem suum, de-
labi iussit e caelo, ut religionem sanctam dei transferret ad
gentes, id est ad eos qui deum ignorabant, doceretque iustitiam,
8 quam perfidus populus abiecerat. quod iam pridem denun-
tiauerat se esse facturum, sicut Malachiel propheta indicat di-
cens: non est mihi uoluntas circa uos, dicit dominus,
et sacrificium acceptum non habebo ex manibus ue-

EPITOME 8—14] c. 38, 6. 16—307, 2] c. 43, 5.

AUCTORES 4] III (I) Reg. 19, 10; cf. Cyprian. pag. 40, 7. 10 primogenitum] pag. 286, 9. 11 opificem rerum] τῶν πάντων ποιητής pag. 287, 2, cf. pag. 15, 20. consiliatorem] pag. 291, 8. 12 ss.; c. 13, 1; c. 20, 11] cf. Cyprian. pag. 54, 1; 58, 13. 15] Mal. 1, 10 s.; cf. Cyprian. pag. 50, 7.

BRHSPV] 1 restituti*is *(s er.), om.* sic, *S* a te *om. R* et abiecerunt — ad te *(3) om. S* 2 suum *om. R* 3 reuertarentur *V*[1] a te *H* 4 *ad loc. Esdrae cf. Roenschium pag. 601* helpas *R*[1] Basilion] regnorum *V* tertio] tertio ait *B* aemula*tus *V* 5 suum *B*[1], *pr.* u *del. B*[2] 6 ⌜te⌝ *B*[2], e *R*, ⌞te⌟ *H*[2] fili⌜i⌝ *B*[3] israhel *RH*, isdrahel *B*[1], istrael *B*[2], ihl *S*, isrł *PV* altaria *B*[1]*H cum Cypriano et Vulg., etiam in LXX copula deest;* et altaria *B*[3] *(s. l. add.) RSPV* demoliarunt *H* 7 solus *HV cum Cypriani codd. MB et Vulg.* 8 auferre] ut auferant *P cum Vulg.* eam *BRHSP cum Cypr. cod. L* (eam a me *Cypr. cod. M) et Vulgata,* a me *V cum Cypriani codd. AB, sed cf. LXX* ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου λαβεῖν αὐτήν *ad loc. Regum cf. Roenschium pag. 542* has] [s]uas *in ras. S*[2?] 9 eorum *H* *abdicauit *S* 10 ad *om., sed s. l. est rasura, S* 12 Labi *V* ecelo *S*, aecelo *P* 13 ad eos *om. V* doceret *V* 14 abiceret *R* se denuntiauerat *S* adnuntiauerat *V* 15 se esse] sese *B* sic *S* malachihel *H*, malachi⌞el⌟ *P* indicat dicens] adnuntiat dicens *H*, dicit *SP* iudicat *B*[1], *in ras. corr. B*[3] 17 et — manibus] sacrificia non accipiam de manibus *V* abeo *S* ex] in *H*

stris, quoniam a solis ortu usque in occasum clarifi-
cabitur nomen meum apud gentes. item Dauid in psalmo 9
XVII: constitues me in caput gentium: populus quem
non cognoui seruiuit mihi. Esaias quoque sic loquitur: 10
uenio colligere omnes gentes et linguas, et uenient
et uidebunt claritatem meam. et dimittam super eos
signum et mittam ex iis conseruatos in gentes quae
longe sunt, quae non audierunt gloriam meam, et
nuntiabunt claritatem meam in gentes. uolens igitur 11
deus metatorem templi sui mittere in terram noluit eum in
potestate et claritate caelesti mittere, ut ingratus in deum
populus in errorem maximum induceretur ac poenas pro faci-
noribus suis luerent qui dominum ac deum suum non recepissent:
quod olim prophetae cecinerant sic esse futurum. Esaias 12

EPITOME 4—6] c. 43, 6.

AUCTORES 3] Ps. 17, 44 s.; cf. Cyprian. pag. 55, 13. 4] Is. 66, 18 s.; cf. Cyprian. pag. 56, 14. 10 metatorem templi] Ezech. c. 40 ss.

BRHSPV] 1 quoniam *C cum codd. Cypriani et plerisque testibus Italae,* quia *Epit. 43, 5 cum paucis testibus Italae; cf. Sabaterium II 1006 s.* usque *C Epit. Cypriani codd. BM,* et usque *rell. Cypr., sed* καὶ *om. cod. Alexandr. LXX* in B^1 *cum cett. et codd. Cypriani (cf. Tertull. adu. Marc. III 22, II pag. 153),* ad B^3 *cum Vulg. (cf. etiam Tertull. ibid. IV 1, pag. 161)* clarificabitur *C Epit.,* clarificatum est *Cyprian.,* δεδόξασται *LXX* 2 apud] inter *B* *ad loc. Malach. cf. Roenschium p. 585* idem *H* 3 XVII *SP,* XV B^1, XVI B^3RV *(idem numerus in Cypriani codd. LMB, haud scio an Lactantio restituendus), numerum om. H ante* constitues *hoc* ait *B* 4 cognoui* (t *er.) S* seruiuit *V cum plerisque codd. Cypr. et Vulgata,* seruiet *BRHSP cum Cypr. cod. A, sed cf.* ἐδούλευσε *LXX* *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 587* eseias *BR,* et esaias *P* 6 demittam *B* 7 iis *R,* his *BHSPV cum codd. Cypriani post* gentes *graeca* εἰς Θαρσὶς — καὶ εἰς τὰς νήσους *cum Cypriano om. Lact., cf. Roenschium pag. 564. 619* 8 sunt quae] sunt quã *H,* sunt et que *P* *inter* audierunt *et* gloriam *omissa haec* nomen meum neque uiderunt, *cf. Cyprian. et Isai.* 9 nuntiauerunt *V* 10 sũmittere *(om.* sui*) S* 11 celesti et claritate *H* ut] et *V* eum *B* 12 errorem] rerum *H* poenas] ꝑoa *(*ꝑ *ex* p *m. 2)* ac poenas *V* 13 luerent] luerunt *(alt.* u *linea del.) B,* luċerent *(exp. m. 2) V,* lueret *RHSP edd.* ac] et *B, om. H* recepissent *BHSV,* recepisset *RP edd.* 14 cecinerunt *(-r̃ S) BHS* futurum *codd. recent.,* facturum *C edd., sed cf. c. 18, 13* haec autem sic

enim, quem ipsi Iudaei serra consectum crudelissime necauerunt, ita dicit: audi caelum et percipe auribus terra, quoniam dominus locutus est: filios generaui et exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. agnouit bos possessorem et asinus praesepem domini sui: Israhel autem me non agnouit et populus me non intellexit. Hieremias quo-
13 que similiter ait: cognouit tempus suum turtur et hirundo, et ruris passeres custodierunt tempora introitus sui, populus autem meus non cognouit iudicium domini. quomodo dicetis: sapientes sumus et lex domini nobiscum est? in cassum facta est metatura falsa scribae, confusi sunt sapientes, trepidauerunt

AUCTORES 2] Is. 1, 2 s.; cf. Cyprian, p. 40, 16. 7] Ier. 8, 7—9; cf. Cyprian. pag. 41, 11.

futura esse — denuntiatum est; *VII 18, 1* haec ita futura esse — cecinerunt; *Epit. 39, 1* haec sic futura — praedixerant; *41, 1* quae — sic futura esse praedixerant eseias *BR*, ᵢyᵢsaias *S*²

BRHSPV] 1 enim] quidem *V* ipsi *BH*¹, idem *in mg. add. H*², idem ipsi *RSP; cf. Sittelium, die lok. Verschied. d. lat. Spr. pag. 115* 2 auribus percipe *S* 3 generaui *H cum Cypriani (pag. 40, 17) codd. LM,* genui *BRSPV cum Cypriani codd. AB, fort. recte, eadem uarietas ap. Cypr. etiam pag. 273, 16; 430, 9 et ap. alios testes Italae, cf. Sabaterium II 515;* enutriui *Vulg.* extalui *B*¹, ex∗alˡtaˡui *B*² 4 spreuerunt me *P* spraeuerunt *B*, sᵢpreuᵢerunt *H*² adgnouit, *sed* d *del. m. 3 B* possessorem *BR cum Cypriani (pag. 40, 18) codd. LB (cf. pag. 273, 17),* possessorem suum *HSPV cum Cypriani rell. codd. et Vulg., sed cf. LXX* ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον 5 praesepem *BH*^{ar} (in *er.) cum Cypriani codd. LV,* praesepium *RSPV cum rell. Cypr. codd.,* praesepe *Vulg.; cf. Roenschium pag. 543 et Itala u. Vulgata pag. 260* 6 agnouit *H cum Cypr. codd. LM,* cognouit *BRSPV cum rell. Cypr. et Vulg.* populus meus *edd., sed ex Vulg., contra codices Lact. et Cypr. (exc. M*²*), cf. LXX* ὁ λαός με οὐ συνῆκεν ieremias *BP* 7 turtur tempus suum *P* hyrundo *H*, erundo *V* 8 et *(ante* ruris*) expunct. et cum punctis eras., B, om. Cypr. et Ambros., hexaem. VI 20 (I 119 F Maur.) et epist. 23, 6 (II 882 C), cf. Sabaterium II 659; etiam in LXX copula deest* rures *P*¹ *(corr. P*³*) V* 9 cognouit *BRSPV cum codd. Cypr. et Vulg.,* agnouit *H* 10 dicetis *BRSV cum Cypr. cod. L,* dicitis *HP*³ *cum cett. codd. Cypr. et Vulg.,* dicites *sic P*¹*;* πῶς ἐρεῖτε *LXX* 11 est *om. P* 12 falsa *H cum codd. Cypr.,* falsi *cett.* confusi *HSP cum codd. Cypr. et Vulg., deest copula in LXX,* et confusi *BPV* *cf. LXX* εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν. ᾐσχύνθησαν σοφοί sapientes] et sapientes *H* trepidauerunt *om. R*

et capti sunt, quia uerbum domini reprobauerunt.
ergo, ut coeperam dicere, cum statuisset deus doctorem uirtutis 14
mittere ad homines, renasci eum denuo in carne praecepit et
ipsi homini similem fieri, cui dux et comes et magister esset
futurus. sed tamen quoniam clemens et pius est erga suos 15
deus, ad eos ipsos eum misit quos oderat, ne illis in perpetuum salutis uiam clauderet, sed daret iis liberam facultatem sequendi deum, ut et praemium uitae adipiscerentur, si secuti fuissent, quod plurimi eorum faciunt atque fecerunt, et culpa sua in poenam mortis incurrerent, si regem suum repudiassent.
aput illos igitur et ex eorum semine regenerari eum iussit, 16
ne si fuisset alienigena, iustam possent excusationem de lege praetendere, quod eum non suscepissent, simul, ut nulla omnino gens esset in terra cui spes inmortalitatis negaretur.

12. Descendens itaque de caelo sanctus ille spiritus dei 1
sanctam uirginem cuius utero se insinuaret elegit. at illa diuino spiritu hausto repleta concepit et sine ullo adtactu uiri
repente uirginalis uterus intumuit. quodsi animalia quaedam 2
uento et aura concipere solere omnibus notum est, cur quis-

EPITOME 2—18] c. 38, 8 s.

AUCTORES § 1 ss.] cf. Cyprian. pag. 73, 18. 18 s. (uento et aura)] cf. Verg. Georg. III 274 s.

B(G)RHSPV] 1 captiui *V* quia] quoniam *H* *ad loc. Ieremiae cf. Roenschium pag. 566* 2 ⸢ut⸣ B^3 3 carnem *(exp. m. 1 ?) P* 4 fieri *om. R* esse *H* 5 quoniam *om. S* est et pius *H* est *om. V* suos] nos *P* 6 ipsos eum] ipsum *P* ⸢ne⸣ P^3 im *S* 7 salu∗tis (s *er.) V* clau-de⸤re⸥t S^2 ʰiis *R*, his *BHSPV* libenter *S* *a* Facultatem *incipit codicis G pag. 77 (21), cuius in uerss. 1—10 fere omnia, 11—15 perpauca legebantur* 8 dei BP^1 (dm̃ *corr.* P^3) *V* et *om. H* 9 et] aut *H* culpa — mortis] pōenam sūa∗ (m *er.)* in̄ cūlpam ⸢mortis⸣ *(s. l. m. 2), ordin. uerbor. significauit m. 1 B*, culp[am] sua[m poenam] in culpa m[ortis] *G* culpa] pulchra *V* 10 poena *V* *post* repudiassent *hoc* quod sciebat esse facturos *B*, [qu]od scieba[nt] ⟨esse⟩ facturos *G* 12 ne si] nisi R^1, nisi ⸢enim⸣ R^2 13 quod *om. R* *ex* eum non suscepissent *hoc* eum se non suscipere debere R^2 14 in] et in *H* cui — negaretur *om.* B^1 *(s. l.* B^3*) G* necaretur *H* 15 scãtus *(~ m. 2) sic H* 16 uir⸤gin⸥em B^2 17 diuina P^{ac}, di∗uno (e *s. l.*) *ex* diuino V^2 hausto] sc̃o *V* et *om. H* tactu *S* 19 et] aut *SP* quisquam — cui] quisquam spiritu (spũ *S*) cui *SP*

quam mirum putet, cum dei spiritu, cui facile est quidquid
3 uelit, grauatam esse uirginem dicimus? quod sane incredibile posset uideri, nisi hoc futurum ante multa saecula prophetae cecinissent. Solomon in ode undeuicesima ita dicit: infirmatus est uterus uirginis et accepit fetum, et grauata est et facta est in multa miseratione mater
4 uirgo. item propheta Esaias, cuius uerba sunt haec: propter hoc dabit deus ipse uobis signum: ecce uirgo accipiet in uterum et pariet filium, et uocabitis nomen
5 eius Emmanuel. quid hoc manifestius dici potest? legebant ista Iudaei qui eum necauerunt. si quis nos haec fingere arbitratur, ab his requirat, ab his potissimum sumat: satis

EPITOME 3—7] c. 39, 1 s. 7—10] c. 39, 3.

AUCTORES 4] locus in psalmis 'Salomonis' quae quidem extant non inuenitur: cf. Roenschium, Zeitschr. f. d. histor. Theol. 1871 pag. 610 et Oscarium de Gebhardt in prolegomenis Psalterii Salomonis mox prodituri. 7] Is. 7, 14 (cf. Cyprian. pag. 74, 4).

B(G)RHSPV] 1 spiritum *H,* sp̄s *V* quidquid] quidquid *(corr. m. 3)* es* *(t er.* se *add. m. 3) P* 2 grauata *V* dixerit *ex* dicin̄ *S², pro* dicimus *hoc* neget *P* incredibile *H²* 3 posset et *P¹,* et *del. P³,* posse *V* 4 solomon *H²,* salomon *S,* salomoni *(a ex* o*) P* in ode undeuicesima *RS,* in ode undeuicesimo *B¹,* in eode undeuicesimo *B³,* in libro *H,* in psalmo undeuicensimo *(*n *exp. m. 3?) P,* in odeū XX *V* dixit *V* 5 föetum *(*o *exp. et del. m. 2) B* 6 in multā miseratione *S* miseratio *H* 7 eseias *BR* propter hoc] propterea *V* 8 dabit *V²* uobis deus ipse *V* accipiet in uterum *RSV, quod, cum consentiat Epit. c. 39, 3, recepi;* in utero accipiet *B et codd. Cypriani (cf. LXX* ἐν γαστρὶ λήψεται*), nisi quod* uterum *L², sed quoniam Lact. locum antecedentem 'Salomonis', deinde locos Ps. 84, 12; Is. 63, 10 s.; 45, 8, qui § 7 s. sequuntur, non ex Cypriano habet, hunc quoque ex alio auctore sumpsisse uidetur, ualde autem uariant hoc in loco testes Italae (cf. Sabaterium II 531);* accipiet in utero *HP;* uirgo concipiet *Vulg.* 9 pari*et *(*g *er.) H* uocabitis *BRSPV Epit.,* uocabis *H; cf. LXX* καλέσεις, *sed hac quoque in uoce magna est dissensio testium Italae, cf. Sabaterium l. c. et Roenschium pag. 545;* uocabitur *Vulg.* 10 emmanuhel *HSPV* quod *P¹, corr. P³* 11 iusta *V* necauerunt *R,* negauerunt *cett. et edd., sed cf. c. 18, 23; Epit. 43, 1; Augustin. de ciu. dei XVIII 46 (II 328, 23)* Iudaei . . . qui eum occiderunt et in eum credere noluerunt quis] qui *B* *in* ⟨haec fin⟩ *desinit codicis G pag. 77 (21), sequitur pag. 78 (22), cuius in uerss. 1. 2 perpauca legebantur* haec nos *H* 12 ab his requirat — probandam *(311, 1) om. P* iis *utroque loco R alt.* his *S²* sumat] petat *H*

firmum testimonium est ad probandam ueritatem quod ab ipsis
perhibetur inimicis. Emmanuel autem numquam uocitatus 6
est, sed Iesus, qui latine dicitur salutaris siue saluator, quia
cunctis gentibus salutifer uenit: sed propheta declarauit hoc
nomine quod deus ad homines in carne uenturus esset. Em- 7
manuel enim significat 'nobiscum deus', scilicet quia illo per
uirginem nato confiteri homines oportebat deum secum esse
id est in terra et in carne mortali. unde Dauid in psalmo
LXXXIIII ueritas inquit de terra orta est, quia deus, in
quo ueritas est, terrenum corpus accepit, ut terrenis uiam sa-
lutis aperiret. item Esaias ipse: ipsi autem non credide- 8
runt et exacerbauerunt spiritum sanctum et conuersus
est eis ad inimicitiam. et ipse expugnauit et recorda-
tus est dierum saeculi, qui suscitauit de terra pasto-
rem ouium. quis autem futurus esset ille pastor, declarauit 9
alio loco dicens: exsultent caeli desuper et nubes in-
duant iustitiam, aperiatur terra et pullulet salua-

EPITOME 3 s.] c. 37, 9. 5—7] c. 39, 3 Emman. — deus. 10 terrenum corpus] c. 38, 8.

AUCTORES 9] Ps. 84, 12. 11] Is. 63, 10 s. 16] Is. 45, 8.

EXPILATORES 3 s.] Augustin. de ciu. dei XVII 18 (II 245, 13 s.); Isidor. orig. VII 2, 7. 3—8. 10 s.] Isidor. ibid. § 10.

B(G)RHSPV] 1 est testimonium *B* est] et *R, om. V* 2 perhiberetur *H* inimicis *(quart.* i *ras. ex* u*) H* emmanuhel *V* uocatus *BV* 3 siue] suae (i *m. 2) H* 5 nomen *V* ad *ex* ab *S*[2] uenturus esset in carne *B* emmanuhel *HV* 6 enim] autem *V* quia] et *S* illo *om. V* 7 nato *(corr. m. 2) V* 'deum' *P* sec//////um *(3 uel 4 litt. er.) B* 8 terra *P* inde *SP,* unde et *V* 9 ·XXXIIII· *(*L *add. m. 3) B* *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 591* quia] et quia *V* 11 ipse *om. B, sed cf. c. 17,9* item Moyses ipse eseias *BR* 13 'eis' *P* 14 quia *B* sus'ci'tauit *B* de] deus de *B* 15 *ad loc. Isaiae cf. Roenschium pag. 562* esset] est *B*[1], *corr. B*[3] 16 induant *C; LXX* αἱ νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην, *Vulg.* nubes pluant iustum, *unde ap. Lact. fort.* impluant *scribendum esse existimat Roenschius p. 554* 17 et aperiatur *S* saluator *BHSV,* saluatorem *RP cum Vulg.* germinet saluatorem; *LXX* ἀνατειλάτω ἡ γῆ καὶ βλαστησάτω ἔλεος καὶ δικαιοσύνη *(sic cod. Alexandr., quocum potissimum congruit recensio Italae a Lact. adhibita [cf. Roenschium p. 623, adn. 33 al.; adiciendum tamen id eis potissimum ap. Lact. locis obseruari quos non habeat*

tor. ego enim dominus deus creaui eum. saluator uero
10 est, ut supra diximus, Iesus. sed et alio loco idem propheta
sic praedicauit: ecce natus est uobis puer, et datus
est uobis filius, cuius imperium super umeros eius:
et uocatum est nomen eius 'magni consilii nuntius'.
11 idcirco enim missus est a deo patre, ut uniuersis gentibus
quae sub caelo sunt singularis et ueri dei sanctum mysterium
reuelaret ablatum perfido populo, qui aduersus deum saepe
12 deliquit. Daniel quoque similia praelocutus est. uidebam
inquit in uisu noctis: et ecce in nubibus caeli ut filius
hominis ueniens et usque ad uetustum dierum perue-
nit. et qui adsistebant, obtulerunt eum: et datum est
ei regnum et honor et imperium, et omnes populi tri-
bus linguae seruient ei, et potestas eius aeterna, quae

2 supra] pag. 311, 3.

EPITOME 1 s.] cf. ad 311, 3. 9–313, 1] c. 42, 4.

AUCTORES 3] Is. 9, 6; cf. Cyprian. pag. 89, 8. 9] Dan. 7, 13 s.; Lact. locum non ex Cypriano pag. 92, 17, qui habet aliam eius formam, sumpsit; uersus 13 redit § 15. 16 et c. 21, 1, u. 14 c. 12, 19.

e Cypriano; cf. Prolegomena], δικαιοσύνην *cett.)* ἀνατειλάτω ἅμα: *quae extrema uerba quamquam ap. Lact., fort. librariorum culpa, omissa sunt, tamen propter* δικαιοσύνη *nominatiuum etiam* ἔλεος *(cuius accuratam interpretationem fort. alia illa Vulgatae expulsam esse censet Roenschius pag. 554) nominatiuum intellegendum et* saluator *potius recipiendum quam* saluatorem *cum Vulg. scribendum esse existimaui.*

B(G)RHPV] 1 eum *C, fort. ex Vulg.* ego dominus creaui eum *sumptum esse Roenschio uid., LXX* ἐγώ εἰμι κύριος ὁ κτίσας σε 2 et *om. R* idem — sic] ita propheta *R* 3 uobis *BRSHV cum codd. Cypriani,* nobis *P cum Vulg.,* ἡμῖν *LXX* ⌜puer⌝ B^3 4 uobis est *P* uobis *C,* nobis *codd. Cypr. et Vulg.,* ὑμῖν *cod. Alex. LXX,* ἡμῖν *cett. codd.* humerõs *ex* humerũ *S* 5 uocatum est *BRHSP cum codd. Cypriani,* uocabitur *V cum Vulg. ad loc. Isaiae cf. Roenschium pag. 546* 6 *in* ⟨idcirco⟩ *desinit codicis G pag. 78 (22), sequitur pag. 79 (35), cuius in uersu 1 pauca legebantur* enim *om. H* 8 deum *om. R* s⌊a⌋epe B^3 9 reliquit *V* danihel *HSPV* uideba⌊m⌋ $P^{1?}$ 10 uiso *B,* uisũ *S* ut *om. V* 11 ueniens — peruenit] ueniens uenit usque ad uetustum dierum *P* uetustum *hic et c. 21, 1 C,* anticum *infra § 16 bis C, Epit. 42, 4 cum Vulg.* 12 adsistabant *R* est *om. R* 13 et honor *om. R* omnis populus *(sed -lus ex -li S^2) HS* 14 *ante* linguae *add.* et R^2 potestates eius aeternae *B*

numquam transibit et regnum eius non corrumpetur.
quomodo igitur Iudaei et confitentur et sperant Christum dei, 13
qui hunc idcirco reprobauerant, quia ex homine natus est?
nam cum ita sit a deo constitutum, ut idem Christus bis ad- 14
ueniat in terram, semel ut unum deum gentibus nuntiet, deinde
rursus ut regnet, quomodo in secundum eius aduentum credunt
qui in primum non crediderunt? atquin propheta utrosque 15
aduentus eius paucis uerbis comprehendit. ecce inquit in nubibus caeli ut filius hominis ueniens. non dixit ut filius dei, sed ut filius hominis, ut ostenderet quod carne indui haberet in terra, ut suscepta hominis figura et condicione mortali doceret homines iustitiam et cum mandatis dei functus ueritatem gentibus reuelasset, multaretur etiam morte, ut inferos quoque uinceret ac resignaret atque ita demum resurgens
ad patrem proficisceretur in nube sublatus. adiecit enim pro- 16
pheta et ait: et usque ad anticum dierum peruenit et oblatus est ei. anticum dierum appellauit deum summum, cuius aetas et origo non potest conprehendi, quia solus a sae-
culis fuit, ut erit semper in saecula. Christum autem post 17
passionem ac resurrectionem ascensurum esse ad deum patrem Dauid in psalmo CVIIII contestatus est his uerbis: dixit do-

EPITOME 21—314, 3] c. 42, 5.
AUCTORES 21] Ps. 109, 1; cf. Cyprian. pag. 93, 3.

B(G)RHSPV] 1 transibunt (*-bit* B^1) B^2 *post* eius *s. l.* quod R^2 *ad loc. Danielis cf. Roenschium pag. 598* 2 *an* Christum ⟨filium⟩ dei? *nisi forte conferendus est loc. Luc. 2, 26* πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν κυρίου 3 quia *ex* qui S^2 6 in *om. B* in sclm S^1, ĩ*scdm S^2 credunt *in mg.* H^2 7 in *om. S* 8 adpraehendit *B* Eecce *H* 9 *pr.* ut *om. P* filius hominis *bis,* ueniens — dei sed ut *om. V* 10 carnem *B* 11 in terra *om. B* ut] aut *V* homines] homines ut ostenderet hominibus *B* 12 dei functus] diffunctus *H* 13 releuasset *R* mul⌈c⌉taretur S^2 14 *in* ⟨uinceret⟩ *desinit codicis G pag. 79 (35), sequitur pag. 80 (36) paene tota lecta* 16 ad *om.* S^1P anticum *GR,* antiquum *BHSPV; cf. ad 312, 11;* antiquum *ex Vulgata inlatum esse suspicatur Haussleiterus, Theolog. Literaturblatt 1885 pag. 458* peruenit — anticum dierum *om. V* 17 ∻ (*i. e.* est) *s. l. add.* P^3 anticum *GR,* antiqum *B,* antiquum *HSPV* appellabat *BG* 19 ut B^1P^1V, et B^3GRHSP^3 20 ac] a[ut] *G* esse *om. V* 21 · CVIII · B^1 (· CVIIII B^3) *GHS* dixit *BGRSPV Epit. 42, 5 cum codd. Cypr. LW et Vulg.,* dicit *H cum rell. codd. Cypr., sed cf.* εἶπεν ὁ κύριος *LXX*

minus domino meo: sede ad dexteram meam, quoadusque ponam inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum. qui propheta cum rex esset, quem appellare dominum suum posset qui sederet ad dexteram dei nisi Christum filium dei, qui est rex regum et dominus dominorum?
18 quod Esaias apertius ostendit dicens: sic dicit dominus deus Christo domino meo, cuius tenui dexteram obaudire ante eum gentes, et fortitudinem regum disrumpam, aperiam ante illum portas et ciuitates non cludentur. ego ante te ibo et montes deplanabo, et fores aereas conteram et seras ferreas confringam. et dabo tibi thensauros absconditos et inuisibiles, ut

AUCTORES 5] I Timoth. 6, 15. 6] Is. 45, 1—3; Lact. locum non ex Cypriano pag. 56, 10 sumpsit, qui primum tantum habet uersum et huius ipsius aliam recensionem.

B(G)RHSPV] 1 ad] a *P* ad *(sic)* dextris meis *V, ex Vulg.* a dextris meis quoadusque *RHSPV cum Cypriani codd. LM,* donec *B Epit.,* don⟨ec⟩ *G, cum rell. codd. Cypriani, sed ex Vulg.* 2 subpedaneum *HSPV Epit.,* su[b]pe[d]an⟨eum⟩ *G,* suppedaneum *BR ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 592* 3 qui∗ *B* rex esset] resurrexisset *B*[1], *corr. B*[3], rex esset *(alt.* e *ex* i*) R* deum *H,* ⌜dñm⌝ *P*[3] 4 suum *om. V* sederat *V* nisi Christum filium dei *V* [χ]ρ̃[s] filius *G* 5 ⟨qu⟩i *B* rex *in mg. P* dominantium *H cum Vulg.* 6 eseias *BGR*[1], *pr.* e *in* a *corr. R*[2] ostendit] docet *P* 7 domino *om. V* meo *om. P* cuius — gentes *C, nisi quod post* obaudire *s. l.* faciam *S*[2]; *cf. LXX* οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη 8 disrumpam *HSPV (idem Cypr. et 'Tertull.' adu. Iud. c. 7, II p. 713),* dirrumpam *BGR* 9 non cludentur *BRP,* non c[lu]⟨de⟩ntur *G,* concludentur *H,* non claudentur *SV cum Vulg.; an Lact.* non concludentur *scripserat? cf. H et LXX* οὐ συγκλεισθήσονται 10 te *om. BSP*[1], *add. P*[3] 11 fores] portas *V cum Vulg.* serras *B*[ar] *(pr.* r *er.) GV* 12 theṇsauros *RP,* tensauros *B,* the⌜n⌝sauros *H*[2], thesauros *SV* inuisibiles *(*e *ex* i *R*[2]*) RHSPV,* inuisibiles aperiam tibi *B, idem fuisse in G uestigia et spatia indicant;* aperiam tibi, *quod quis fort. in RHSPV secundum Vulgatam* et dabo tibi thesauros absconditos et arcana secretorum, ut scias *deletum suspicetur, cum talis librariorum licentia in locis S. Scripturae a Lact. adlatis perraro obseruetur ac ne sic quidem locus ad formam Vulgatae redactus sit (adde quod pag. 315, 1* deus Israhel *in RSPV uel contra Vulgatam omissum est), ab eodem homine non plane inerudito, qui non nullis locis eum codicem e quo B et G deriuati sunt interpolauit (cf. Der St. Galler Palimpsest pag. 253 ss.),*

scias quia ego dominus deus, qui uoco nomen tuum.
denique ob uirtutem ac fidem, quam deo exhibuit in terra, 19
datum est ei regnum et honor et imperium et omnes
populi tribus linguae seruiunt ei, et potestas eius
aeterna, quae numquam transibit, et regnum eius non
corrumpetur. quod quidem duobus modis intellegitur, quia 20
et nunc habet perpetuam potestatem, cum omnes gentes et
omnes linguae nomen eius uenerantur, maiestatem confitentur,
doctrinam secuntur, uirtutem imitantur, habet imperium atque
honorem, cum omnes tribus terrae praeceptis eius obtemperant,
et idem postea, cum rursus aduenerit in claritate ac potestate, 21

EPITOME 11—316, 1] c. 43, 1.
AUCTORES 3—6] cf. pag. 312, 12. 3.

cuius etiam plurimae illae uidentur esse interpolationes, quas, ubi G deest, B solus habet, inlatum esse existimo e cognitione interpretationis illius, qualis est ap. Tichon. regul. I, Patrolog. tom. XVIII pag. 17 B Migne (cf. Sabaterium II 592) et dabo tibi thesauros absconditos et inuisibiles aperiam tibi *(cf. similem ap. Tertull. adu. Marc. IV 25, II p. 226; V 14, pag. 317), quae proxime accedit ad graecam LXX* καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς ἀποκρύφους, ἀοράτους *(*ἀορ. *om. cod. Alex.)* ἀνοίξω σοι; *cf. mox ad* dominus deus *et* tuum *adnotata.*

B(G)RHSPV] 1 *post* ego *hoc* sum *SP, Tichonius l. c., edd., repugnante interpret. LXX, etiam apud Vigil. Taps. de trinit. lib. V pag. 243 ed. Aufflet. (1664) et in Vulg.* sum *om.* dominus deus *RHSPV Vigilius l. c.,* dominus deus tuus *B, idem fuisse in G uestigia et spatia indicant; LXX* ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ θεός σου, *sed* σου *om. cod. Alex. Vatic. Sinait., id quod maxime auget suspicionem interpolationis; pariter in* ego autem *unus B contra codicem Alex.* autem *addidit infra c. 18, 27; cf. modo ad* inuisibiles *adnotata; ap. Tichon. l. c.* dominus *cum Vulg.* quo *H* tuum *RSPV,* tuum deus israhel *B,* tum *(sic)* deus [is]⟨rahel⟩ *G,* tuum 'deus' *(s. l. m. 2)* israhel *H,* deus Israhel *add. etiam Tichonius l. c., Vigilius l. c., Vulg., LXX* ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου ὁ *(*ὁ *om. cod. Alex.)* θεὸς Ἰσραήλ, *sed cf. p. 314, 12 ad* inuisibiles *et modo ad* dominus deus *adnotata* *ad loc. Isaiae cf. Roenschium pag. 552* 2 ac] et *H* deo *om. S* exibuit *B*[1] *(corr. B*[3]*) P* in] de *V* terrã *(~ er.) B,* terram *H* 3 inperium *G* 4 *post* tribus *s. l.* et *R*[2] seruient *HSV edd., ex pag. 312, 14* 5 et *om. H* *in* et regnũ *desinit codicis G pag. 80 (36)* & quia & *V* 7 cum *om. V* 8 omnes *(ante* linguae*), e ex i m. 3 P* maiestate *H* 9 sequuntur *HSP* im⟨itan⟩tur *B*[1], mirantur *B*[2] atque] habet *V edd.* 10 terrae] linguae *V* 11 euenerit *R,* aduenerint *P* potestate ac claritate *V*

ut omnem animam iudicet et iustos restituat ad uitam, tunc
uere totius terrae regimen obtinebit: tunc sublato de rebus
humanis omni malo aureum saeculum ut poetae uocant, id est
22 iustum ac pacificum tempus orietur. sed haec uberius in
ultimo libro disseremus, cum de secundo aduentu loquemur:
nunc de primo ut coepimus explicemus.

1 13. Summus igitur deus ac parens omnium cum religionem
suam transferre uoluisset, doctorem iustitiae misit e caelo, ut
nouis cultoribus nouam legem in eo uel per eum daret, non
sicut ante fecerat per hominem, sed tamen nasci eum uoluit
tamquam hominem, ut per omnia summo patri similis existe-
2 ret. ipse enim pater deus, origo et principium rerum, quo-
niam parentibus caret, ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ a Trismegisto
uerissime nominatur, quod ex nullo sit procreatus. idcirco
etiam filium bis nasci oportuit, ut et ipse fieret ἀπάτωρ atque
3 ἀμήτωρ. in prima enim natiuitate spiritali ἀμήτωρ fuit, quia
4 sine officio matris a solo deo patre generatus est, in secunda
uero carnali ἀπάτωρ fuit, quoniam sine patris officio uirginali
utero procreatus est, ut mediam inter deum hominemque sub-
stantiam gerens nostram hanc fragilem inbecillamque naturam

4 in ultimo libro] c. 20. 24.

EPITOME 7—11] c. 38, 8. 14—317, 3] c. 38, 8 s. 19—317, 1] c. 39, 7.

AUCTORES 9 s. 317, 7 (deum)] cf. Cypr. p. 68, 10. 13 s. a Trismegisto] cf. pag. 26, 2.

EXPILATORES 14—19] cf. Isidor. orig. VII 2, 12.

BRHSPV] 1 et] ut B^1, *corr.* B^3, *om.* *HV* tunc] cum *H*, tum *P* 2 uero *H* obtinet *B* 5 libro *om.* *S* disseremus *(alt.* e *ex* i *m. 2)* *H* loquamur B^1, *corr.* B^2 8 *ante uel post* transferre *fort. excidit* ad gentes, *cf. pag. 306, 12* noluisset P^1, *corr.* P^3 de caelo *H* 9 nobis B^1 *(corr.* B^3*)* *H* uel *om.* *P* 10 nasci *om.* *V* 11 patri] deo patri *H*, patri∗ (s *er.)* *S* 12 deus pater *V*; deus pater et origo *edd.* 13 apatora *H* ametora *(om.* a*)* *H*, ΑΜЄΤΩΡ *V* trismegistos *H*, trismegistro SV^{ac} 14 ex *om.* *H* 15 et *om.* *BSV* fieret *om.* *S* apator atque ametor *(*e *in* ametor *ex* i P^3) *BHPV*, amater atque ametur *sic* *S* 16 spũali∗ *(*a *er.)* *S* ametor *C* 17 patre deo *H* 18 apator *C* fuit *om.* *P* ⟨e⟩ uirginali *Heumannus* 19 est utero procreatus *R* 20 nr̃ã *(alt.* ˜ *m. 2)* *S* hanc nostram *B* inbecillemque *P*

quasi manu ad inmortalitatem posset educere. factus est 5
et dei filius per spiritum et hominis per carnem, id est et deus
et homo. dei uirtus in eo ex operibus quae fecit apparuit,
fragilitas hominis ex passione quam pertulit: quam cur susce-
perit paulo post docebo. interim et deum fuisse et hominem 6
ex utroque genere permixtum prophetis uaticinantibus disci-
mus. Esaias deum fuisse testatur his uerbis: fatigata est 7
Aegyptus, et negotiatio Aethiopum et Sabain uiri alti
ad te transgredientur et tui erunt serui et post te ambulabunt uincti conpedibus et adorabunt te et in te precabuntur: quoniam in te deus est, et non est deus alius praeter te. tu enim es deus, et nos nesciebamus, deus Israhel saluator. confundentur et reuerebuntur omnes qui aduersantur tibi, et cadent in confessionem.

5 paulo post] c. 16.

EPITOME 3—7] 39, 3 s. fuit—praedictum est. 7. 10—14] c. 39, 4.

AUCTORES 1—6 (ex utroque genere permixtum)] Cyprian. p. 73, 19; 74, 15 s. (ex utroque genere concretus). 7] Is. 45, 14—16; pars uersus 14 redit c. 29, 10; cf. Cyprian. pag. 68, 14.

BRHSPV] 1 manuṁ *(*m *exp. et del. m. 1 ?) B* ĩ|mortalitatem *B* educere, factus et dei filius *Heumannus* 2 et *(ante* dei*) om. V* id est] idem *S* 4 hominũ *S* quam cur cęperit *S,* qua coeperit *(om.* cur*) V* 5 et *(ante* hominem*) om. R* 6 gene⌜re⌝ *H*² uatiginantibus *R*¹*H* diximus *S* 7 eseias *BR*¹ *(alt.* e *in* a *corr. R*²*) P* deum *om. V* 8 sabain *HPV,* sabao[c]h in *B*¹, sabain in *B*², sabaĩ *S;* sabain uiri] saba ⌜h⌝ii *(*h *m. 2)* muri *R; malim* Sabaim *cum edd. et cod. Cypr. L; LXX* σαβαείμ, *cod. Alex.* σεβωείμ 9 at te *B,* at *P*¹, at ⌜te⌝ (d *supra*) *P*³, a te *V* 10 et in te precabuntur *om. R* in *om. V* 11 praecabuntur *BP, ut saepissime* est *(ante* et*) om. H* deus alius *R cum codd. Cypriani,* alius deus *BHPV (recte?),* deus *om. S; cf. infra c. 29, 10; eadem uarietas ap. alios, cf. Sabaterium II 594 col. 1;* non est absque te deus *Vulg.* 12 es deus *H cum codd. Cypriani et Vulgata (*tu es deus*),* deus es *BRSPV; eadem uarietas ap. alios, cf. Sabat. ibid. col. 2;* σὺ γὰρ εἶ θεός *LXX* et] set *R* nos nesciebamus *BV Epit. 39, 4,* non sciebamus *R cum codd. Cypriani,* nos non *(*ñ *S)* sciebamus *SP, magna ap. alios quoque uarietas, cf. Sabat. ibid.;* καὶ οὐκ ᾔδειμεν *LXX* 13 istrahel *B,* isrł *RPV,* irł *S* 14 cadunt *V* confessionem *RP*¹, *quod cum Epit. quoque habeat, non casu inlatum uidetur (adde quod ne in Cypriani quidem codd. is casus ualuit),* confessione *B,* confęssionem (v *supra*) *corr. P*³, confusionem *H cum Cypriani codd. LMB,*

8 item propheta Hieremias sic ait: hic deus noster est et non
deputabitur alius absque illo, qui inuenit omnem
uiam prudentiae et dedit eam Iacob puero suo et Isra-
hel dilecto sibi. post haec in terris uisus est et cum
9 hominibus conuersatus est. item Dauid in psalmo XLIIII:
thronus tuus, deus, in saecula saeculorum, uirga ae-
quitatis uirga regni tui. dilexisti iustitiam, odio ha-
buisti iniustitiam. propterea unxit te dominus deus
tuus oleum exultationis. quo uerbo etiam nomen ostendit,
siquidem, ut supra docui, ab unctione appellatus est Christus.
10 deinde hominem fuisse eundem Hieremias docet dicens: et homo

10 supra] c. 7, 5 ss.

EPITOME 1—5] c. 39, 5. 11—319, 3] c. 39, 6.

AUCTORES 1 Hieremias] Baruch 3, 36—38; cf. Cyprian. pag. 69, 6. 5] Ps. 44, 7 s.; cf. Cyprian. pag. 69, 18. 11] Ier. 17, 9; cf. Cyprian. pag. 74, 17.

confusione *SV cum Cypriani codd. AW, sed uox* confusio *ex Vulg.* abierunt in confusionem *petita esse potest;* πορεύσονται ἐν αἰσχύνῃ *LXX. ad loc. Isaiae cf. Roenschium pag. 555*

BRHSPV] 1 sic ait] dicit *B* hieremias *HSV Epit.*, ieremias *BRP* est *BRSV Epit., om. HP cum plerisque codd. Cypriani;* οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν *LXX* 2 ullo *V* uiam prudentiae omnem *B, sed cf. Epit.* 3 eam] illam *S* iocob *S* su⟨oe⟩t *B* suo *om. H* istrahel *BRH,* irł *S,* isrł *P* 4 sibi *BRHPV Epit. cum Cypriani codd. LWMB,* suo *S cum 'Vulg.' et Cypr. cod. A* cum hominibus conuersatus *BRHSP Epit. cum codd. Cypriani,* inter homines uersatus *V* 5 est *om. HP ad loc. Baruchi cf. Roenschium pag. 602* XLIII *RHV* 7 *post* iustitiam *hoc* et *V cum Cypriani codd. AWM,* δικαιοσύνην καὶ *LXX, sed* et *ex Vulg. sumptum uid.,* et *om. BRHSP cum Cypriani codd. LB* odio habuisti *RSPV cum Cypriani cod. LWMB,* odisti *B cum Cypr. cod. A et Vulg.* odio habuisti iniustitiam *om. H* 8 iniustitiam *SPV cum Cypr. codd. LWB,* ἀδικίαν *LXX cod. Alex.,* iniquitatem *BR cum Cypr. codd. AM et Vulg.,* ἀνομίαν *LXX cett. codd.* dñs deus *(*dš *R) RHSP^{1}, quod propter adsensum Cypriani codicum LWMB recepi,* deus deus *BVP^{3} (*n *in* dñs *del.) cum Cypr. cod. A,* ὁ θεὸς ὁ θεός σου *LXX, sed illud* deus deus *ex Vulg. sumptum uid.* 9 oleum *BP cum Cypr. codd. L^{1}AW (*oleu∗ *M),* ἔχρισέ σε — ἔλαιον *LXX,* oleo *(sed ex* deum *m. 1? R) RHSP cum Cypr. codd. L^{2}B et Vulg.* exultationis *(sic script. in BRHSP)*] unctionis *V ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 590* quo∗ (d *er.) H* etiam et ∗∗∗ (iam *er.) B* 10 quidem *H* unctio⌜ne⌝ *B^{2}* appellatus] dilatus *V* Christus] ·χ̄· *in ras. S^{2}* hieremias *HV Epit.,* ieremias *BRSP*

est et quis cognouit eum? item Esaias: et mittet eis dominus hominem, qui saluabit eos et iudicans sanabit eos. sed et Moyses in Numeris ita loquitur: orietur stella ex Iacob et exsurget homo ex Israhel. propterea 11
Milesius Apollo consultus utrumne deus an homo fuerit, hoc modo respondit:

θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις,
ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίοισι δικασπολίαισιν ἁλώσας,
γομφωθεὶς σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέπλησε τελευτήν.

AUCTORES 1] Is. 19, 20. 3] Num. 24, 17; cf. Cyprian. p. 74,18. 7 ss.] cf. G. Wolffium, Porphyrii de philosophia ex oraculis haurienda librorum reliquiae pag. 184 s.

EXPILATORES 7 ss.] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 245).

BRHSPV] 1 et *om. H* cognouit *C Epit. c. 39, 6* (cognoscet *codd. Cypr. [*-cit *M] Vulg.*, γνώσεται *LXX) a Lact. fort. consulto scriptum esse existimat Roenschius pag. 572* eseias *R* eis] ipse *R, sed cf. Epit.* 2 dominus (dñs *RS) BRS Epit. c. 39, 6,* κύριος *LXX cod. Alex. Sinait. (om. cett.),* deus *PV, om. H cum Vulg.* saluauit *R*[1] *(alt.* u *in* b *corr. R*[2]*) S* et *B, om. RHSPV, sed defenditur loco Epit. c. 39, 6 (unde* et *a Lact. scriptum in archetypo codicum Instit. e cognitione aut interpretationis graecae LXX aut accuratioris latinae deletum in uno B mansisse conicias),* κρίνων *(deest* καί*) LXX,* qui liberet eos *(deest* et*) Vulg.* sanauit *BS* 3 *ad loc. Is. cf. Roenschium pag. 548* et *om. H* moses *S* 4 stel'la' *B*[2], stellae *H* exurget *S* isdrael *B*, isrł *SV* propterea] ꝑpt̃, *sed* t̃ *del., S* 5 consultus *om. SP* 7 ΟΝΗΤΟϹ *(sed pr.* Ο *ras. ex* Θ *in P) PV* ΤΟΦΟϹ (c *supra* Τ) *V* ΤЄΡΑΤΟΛЄϹΙΝ *B*, ΤΕΡΑΓΩΔЄϹΗΝ *S*, ΤΕΡΑΤΩΛЄϹΙΝ *P* ЄΡΟΙϹ *R*, ЄΓΓΟΙϹ *S*, ЄΓΟΙϹ *P* thenetoseen catacarca sofos teratodesi nertuis *H* 8 ΑΛΛΑ *Sedulius* ἀλλ' ὑπὸ] ΑΛ'ΛΥΠ *S*, ΔΛΛΟΥΠΟ *V* Χ'Α'ΛΔЄΟΙϹΙ *B*[3], ΧΑΜΑΙΟΙϹΙ *S*, ΧΑΛΔΑΙΙΟϹΙ *P*, ΧΑΛΔΑΙΟΙϹΙ *V;* Χαλδαϊκαῖσι *uel* Χαλδαίαισι *Wolffius* δικασπολίαισιν *(uel* δίκαις σκολιαῖσιν*) Struuius opusc. I 151,* ΔΙΚΚΑϹΠΟΛΙΔϹΙΝ *B*, ΔΙΚΑϹΠΟΛΙΗϹΙΝ *R*, ΔΙΚΑϹΤΑΙϹ ΠΟΛΙΑΙϹΙΝ *S*, ΑΙΚΑϹΠΟΛΙΔΙϹΙΝ *P*, ΔΙΚΑϹΠΟΑΙΕΤΙΝ *V* Χαλδαίοισι δικασπολίαισιν] ΧΑΛΔΑΙΟΙϹ ΙΔΙΚΑϹ · ΠΟΛΙЄΤΙΝΑ *Sedulius* ΑΛΩϹΑϹ *BSP*, ΑΟϹΑϹ *R*, ΛΛΩϹΑϹ *V;* ἁλώσας *defendit Struuius; ap. Sedulium* ΑΟЄΑϹ *est, Montefalconius* ἁλωκώς *ex sua coniectura ut uid. edidit, quod recepit Wolffius conl. Pindar. Pyth. 3, 57* allypo chaldeosi dicas epoliens inaos *H* ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίων κριτῶν ὅπλοις συναλωθείς *ante Struuium edd. cf. interpretationem lat. in SP et ap. Sedulium hanc* sub iudicibus chaldeis (chaldaeis iudicibus *Sedul.)* comprehensus *(uel* -praeh-) 9 ΓΟΜΦΟΘЄΙϹ *B*,

12 primo uersu uerum quidem dixit, sed argute consultorem fefellit sacramentum ueritatis penitus nescientem: uidetur enim negasse illum deum. sed cum fatetur secundum carnem fuisse mortalem, quod etiam nos praedicamus, consequens est ut secun-
13 dum spiritum deus fuerit, quod nos adfirmamus. quid enim fuerat necesse carnis facere mentionem, cum satis esset dicere fuisse mortalem? sed ueritate pressus negare non potuit quemadmodum se res haberet, sicut illut, quod ait sapientem fuisse.
14 quid ad hoc, o Apollo, respondes? si sapiens fuit, ergo doctrina eius sapientia est nec ulla alia, et sapientes qui secuntur nec ulli alii. cur igitur uulgo pro stultis et uanis et ineptis habemur, qui sectamur magistrum etiam ipsorum deorum con-
15 fessione sapientem? nam quod ait portentifica illum opera fecisse, quo maxime diuinitatis fidem meruit, adsentiri nobis
16 iam uidetur, cum dicit eadem quibus nos gloriamur. sed colligit se tamen et ad daemoniacas fraudes redit. cum enim uerum necessitate dixisset, iam deorum ac sui proditor uidebatur, nisi quod ab eo ueritas expresserat, mendacio fallente ⟨obs⟩curasset. ait ergo illum fecisse quidem opera miranda,
17 uerum non diuina uirtute, sed magica. quid mirum, si hoc

ΓΩΜΦΩCЄIC *V*, ΓΟΜΦΩCЄIC *Sedulius* CKΟΛΟΠΗCCI *B*, CKΟΛΟΠICCI *SP*, CKΟΛΙΠЄCI *V Sedulius* ΠΙΚΡΝ|ΝЄΝ *B*[1], ΠΙΚΡΗΝ|ΝЄΝ, *sed* ΝЄΝ *del.*, *sic corr. B*[3] ΑΝЄΠΛΗCЄ *Sedulius*, ΑΝЄΠΛЄCЄ (Η *m. 3*) *B*, ΑΝЄΠΑΝC *R*, ΑΝ' ЄΠΑΥCЄ *S*, ΑΠΛЄCЄ *P*, ΑΝЄΠΑΗCЄ *V* ΤЄΛЄΛЄΥΤΗΝ *V* iyntofothise . colopessi picrena nepese caestem *H* *interpretat. lat. in mg. inf. add. B*[3]*; communis in SP et ap. Sedulium*

BRHSPV] 1 uersu *om. P* argu*te (i *er.*) *S*, arguto *V* 2 nescientem *P*[1], *pr.* c *del. P*[3] negasse] negasse se *V* 3 fateretur *BH* 4 est *om. V* 5 deus fuerit *om. H* 6 dicere fuisse] fuisse (*sed* e *ras. ex* &) *V* 8 se *ex* si *S*[2] sicutͭ *H*[2], sic *S* ait] ut *S* 9 qui (i *ras. ex* o) *H* ad *bis R* opollo (a *supra* o) *B*, o apollo *V*, apollo *rell.* respondens *HV*[ar] 10 aliena *H* sequuntur *HSP* 11 nec ulli] nulli *R* cur] cur id *H* et (*ante* uanis) *om. H* 12 sectamur] sectamquę *V* confessionem *H*[ar]*P*[1], m *del. P*[3] 14 adsentire *H* 15 eadem] ea *B* 16 collegit *B* demonicas *SPV* tum *H* 17 uerum] earum *V* necessitatẽ *H* iam] etiam *R* 18 fallente (a *ex* e *m. 2*) *R* 19 obscurasset *scripsi*, curasset *BRHSV*, celasset *P edd.*, furasset *coni. Hartelius* quidem fecisse *H* quidem *om. P* 20 uirtute* (s *er.*) *S* hoc *om. V*

Apollo ueritatem ignorantibus persuasit, cum Iudaei quoque,
cultores ut uidebantur summi dei, hoc idem putauerint, cum
ante oculos eorum cottidie fierent illa miracula? nec tamen
tantarum uirtutum contemplatione inpelli potuerunt ut deum
crederent, quem uidebant. propterea Dauid, quem praeter 18
ceteros prophetas uel maxime legunt, in psalmo XXVII sic
eos damnat: redde illis retributionem eorum, quoniam
non intellexerunt in operibus domini. ex huius ipsius
domo Christum generatuiri secundum carnem et ipse Dauid et
alii prophetae adnuntiauerunt. aput Esaiam ita scriptum est: 19
et erit in illa die radix Iesse et qui exsurget princi-
pari in nationes: in eum gentes sperabunt et erit re-
quies eius in honore. et alio loco: exiet uirga de radice 20

AUCTORES 1—5] Cyprian. pag. 40, 14 s. 7] Ps. 27, 4 s.; cf. Cyprian. pag. 41, 19. 9 s. (secundum carnem)] Cyprian. pag. 75, 19. 11] Is. 11, 10; hunc loc. Lact. non ex Cypriano pag. 56, 5, qui nonnulla aliter conuersa habet, sumpsisse uidetur. 13] Is. 11, 1—3; cf. Cyprian. pag. 76, 4.

B(G)RHSPV] 2 putauerunt B^1 (-int B^2, -unt *restituit* B^3) *V* 3 cottidie *om. R* illa miracula *om. V* miracula] miracula quae eis profetae caelesti potentia futura esse praedixerant *B* 4 potuerunt *C;* miracula, nec — potuerint *Heumannus* ut *om. V* deum *om. R* 5 praeterea B^1, *in ras. corr.* B^3 praeter] propter *H* 6 XXVI *HV* 7 eorum *HSPV cum codd. Cypr. et Vulg.*, ipsorum *B (ex altera parte uersus a Lact. cum Cypr. omissa* et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum *Vulg.), om. R;* αὐτῶν *LXX* 8 domini *RHS*P^{pc} (-ni *ras. ex* -nm) *V cum Cypr. codd. omnibus exc. V* (dominum), οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα κυρίου *LXX;* deum *B*, dm̃ *H* *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 588* ex huius ex ipsius *V* 9 generatu⸢i⸣ri B^2, generatuiri R^1 (generat uirgo R^2) *V*, generatum iri *H*, negatum iri *S*, generat ‖ uiri P^1, generatu ‖ *iri P^3; *cf. ad pag. 23, 4* et — Dauid] et ⸢filium⸣ *(s. l. m. 2)* ipsius dauid ⸢hoc⸣ *(m. 2) R* 10 propheta *P* adnuntiauerant *(*ann- *S) SP* esaiam *(pr.* a *ex* e *m. 2) R*, seiam *V* ita *om. H* *ab* est et erit *incipit codicis G pag. 81 (57) paene tota lecta* est] esse *H* 11 et *om. S* in *om. H* illa dix *(sic)* iesse R^1, illa die radix iesse R^2 ex[urget] *G*, exsurgeret *H*, exurget *S* principiri *H*, principari (ri *in ras. ex* tum *ut uid.) P* 12 in nationes *RSPV*, in nationibus *BG*, nationes *H;* ἄρχειν ἐθνῶν *LXX;* imperare gentibus *uel* gentes *codd. Cypriani, magna etiam ap. alios uarietas, cf. Sabaterium II 540, Roenschium pag. 548* gentes] et *R* requies] req̃ *S* 13 honorem *B*, honore[m] | *G; recte? plane alia in LXX et Vulg.* *ante* exiet *fort.* et *intercidit, quod habent codd. Cypriani exc. A;* καὶ ἐξελεύσεται *LXX*

Iesse et flos de radice ascendet: et requiescet super eum spiritus dei, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et
21 pietatis: inplebit illum spiritus timoris dei. Iesse autem fuit pater Dauid, ex cuius radice ascensurum esse florem praelocutus est, eum scilicet, de quo Sibylla dicit

ἀνθήσει δ' ἄνθος καθαρόν.

22 item in Basilion libro secundo propheta Nathan missus est ad Dauid uolentem deo templum fabricare. et fuit uerbum domini ad Nathan dicens: uade et dic seruo meo Da-

AUCTORES 7] VI 8. 9] II Reg. (II Sam.) 7, 4. 5. 12—14. 16; cf. Cyprian. pag. 49, 7; 75, 20.

EXPILATORES 7] Sedulius, qui hunc locum coniungit cum uersu Sibyll. pag. 331, 3 (cf. Montefalconium, palaeogr. graec. pag. 245).

B(G)RHSPV] 1 radice *BGRSP¹V codd. Cypriani*, radice eius *H*, radice ⌜eius⌝ *P³*, *sed* eius *ex Vulg.;* ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται *LXX* ⌜et⌝ *P³* super eum *om. H* 2 ⌜eum⌝ *B²* dei *BH*, [d̃]i *G*, *om. R*, dñi *S*, dn̦ĩ *(exp. m. 1 ?) P*, dnĩ *V;* dei *(sic etiam Cypriani codd. AWM) propter* πνεῦμα τοῦ θεοῦ *LXX recepi, sed dubitanter, cum* domini, *quamquam in Vulg. est, tamen etiam in Cypriani codd. LB (cf. ad p. 298, 2) legatur;* domini *Haussleitero quoque l. c. placere uidetur* spiritus *om. R* 3 consili *G* 4 pietatis] ueritatis *P* inplebit] implebit *SP*, inpleuit *(im- V) BV*, [in]⟨pleb⟩it *G*, inplebit *codd. Cypriani (exc. M²)*, ἐμπλήσει *LXX* (και ενπλησι *cod. Sinait.)*, et implebit *RH*, *sed* et *ex Vulg.* et replebit *sumptum uidetur* illum *RHPV cum Cypriani codd. LMB*, illam *B¹*, *in ras. corr. B³*, [i]ll[um] *G*, eum *S cum Vulg.*, αὐτὸν *LXX* timoris *om. B* dei *BRHPV*, d̃⟨i⟩ | *G, cum Cypriani codd. LAWM*, θεοῦ *LXX*, dñi *S cum Vulg.* *ad locum Isaiae cf. Roenschium pag. 547* 5 radicem̦ *V* 6 prolocutus *P* 7 *locum graec. om. BG, in B spatium non relictum est, in G pars uersus 11 et toti uersus 12. 13 paginae 81 (57) uacui sunt* ΑΝΘΗϹΙ *P*, ΑΝΘΗCΙ *V Sedulius* ΔΑΝΘΟC *R*, ΔЄ ΑΝΘΟC *S Sedulius*, Δ^ε (^ε *addidit m. 3 ex* I *correctum)* ΑΝΘΟC *P*, ΔΑΝΟC *V* ΦΦΑΡΤΩ̃, *sed alt.* Φ *del. m. 1 S*, ΚΑΘΑΤΟΝ (^Ρ *m. 2) V*, ΚΑΘΑΡΩΝ *Sedulius* anthesidantes catharon *H* *in P et ap. Sedulium interpretatio lat. haec* florescet autem flos purus, *in S eadem, nisi quod pro* purus *est* putrum *ad loc. Sibyll. cf. Struuium opusc. I 70* 8 basilio *V* prophan *P¹*, prophæn^{ta} *P²* est] et *P^{ac}*, *del. m. 1 uel 2* 9 uolente *S* templum deo *B*, templu[m dõ] *G* fabricare *RSP*, aedificare *BGHV*, *sed ex p. 323, 1 et 5 ut uid.* 10 natham *H*, nathã *P*

uid: haec dicit dominus deus omnipotens: non tu aedi-
ficabis mihi domum ad inhabitandum, sed cum in-
pleti fuerint dies tui et dormieris cum patribus tuis,
suscitabo semen tuum post te et parabo regnum eius.
hic aedificabit mihi domum in nomine meo et erigam 23
thronum eius usque in saeculum, et ego ero ei in patre
et ipse erit mihi in filio. et fidem consequetur domus
eius, et regnum eius usque in saeculum. sed haec ut 24
Iudaei non intellegerent, illa fuit causa, quod Solomon filius
Dauid templum deo aedificauit et ciuitatem, quam de suo no-
mine Hierosolymam nuncupauit. itaque ad ipsum quae a pro-
pheta dicta sunt rettulerunt. Solomon autem ab ipso patre

B(G)RHSPV] 1 dominus (dñs *G)* deus *(*ds̃ *GSV) BGHSV,* dominus *RP cum codd. Cypriani duobus locis pag. 49, 8; 75, 21 et Vulg.,* κύριος *LXX; illud recepi, quoniam si* deus *secundum Vulgatam in RP esset deletum, etiam* omnipotens, *quod ipsum deest in Vulg. (pariter in Cypriano, ac ne in LXX quidem in hoc uersu simile quicquam), extinctum esset;* omnipotens *Lact. ex uersu 8* τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ *LXX (*dominus exercituum *Vulg.) addidisse uidetur* mihi aedificabis *BG* 2 ad *om.* B^1 *(s. l.* B^2*) G* sed cum *C, fort.* erit *intercidit,* sed erit cum *codd. Cypriani utroque loco,* καὶ ἔσται ἐάν *(u. 12) LXX* 3 et — patribus tuis *s. l.* P^2 dormieris *BGHP cum codd. Cypriani utroque loco et Vulgata,* ἐὰν . . . κοιμηθήσῃ *LXX,* dormies *RSV, fort. recte* 4 poste B^1 (t *s. l. add.* B^2) *S inter* te *et* et *hoc* qui erit de utero tuo *codd. Cypriani utroque loco,* ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου *(u. 12) LXX,* quod egredietur de utero tuo *Vulg.; fort. consulto Lactantium omisisse existimat Roenschius pag. 539* et *om. R* 5 aedificabit mihi *RHSPV cum codd. Cypriani omnibus pag. 49, 12, cum LBM pag. 76, 1 (rell.* fabricabit mihi *uel* fabricabit*),* οἰκοδομήσει μοι *(u. 13) LXX,* aedificabit *BG cum Vulg.* in nomine meo *C, Cypriani utroque loco plerique codd.* nomini meo *(idem Vulg.), alii* nomine m., τῷ ὀνόματί μου *LXX; illud Lactantius propter antecedens* mihi *ut concinnius scripsisse uidetur Roenschio l. c.* 6 patre *BGSPV,* patrem *RH cum codd. Cypriani utroque loco et Vulgata;* εἰς πατέρα *(u. 14) LXX* 7 erit mihi *BHPV,* [erit] mihi *G, cum codd. Cypriani utroque loco et Vulgata,* ἔσται μοι *LXX,* mihi erit *RS* filio *BSPV, idem in G fuisse spatium in* fil⟨io⟩et *indicare uid.,* filio *(corr. m. 2) R,* filium *H cum codd. Cypriani utroque loco et Vulgata;* εἰς υἱόν *LXX* 8 et regnum eius *om. P post* in saeculum *hoc* in conspectu meo *Cyprian. utroque loco,* ἐνώπιόν μου *LXX,* ante faciem tuam *Vulg.* 9 salomon *HS* 11 hyierosolimam *H in* ad ipsũ *desinit codicis G pag. 81 (57), sequitur pag. 82 (58) paene tota lecta* 12 retulerunt *HSP* salomon *HS*

25 suo imperii regimen accepit. prophetae uero de eo loquebantur qui tum nasceretur, postquam Dauid cum patribus suis requieuisset. praeterea Solomonis imperium perpetuum non
26 fuit: annis enim quadraginta regnauit. deinde, quod numquam filius dei dictus est, sed filius Dauid, et domus quam aedificauit non est fidem consecuta sicut ecclesia, quae est uerum templum dei, quod non in parietibus est, sed in corde ac fide hominum qui credunt in eum ac uocantur fideles: illut uero Solomonium templum quia manu factum est, manu
27 cecidit. denique pater eius in psalmo CXXVI de operibus filii sui prophetauit hoc modo: si dominus non aedificauerit domum, in uanum laborauerunt qui illam aedificauerunt: si dominus non custodierit ciuitatem, in uacuum uigilauit qui eam custodiuit.

1 14. Quibus ex rebus apparet prophetas omnes denuntiasse de Christo, fore aliquando ut ex genere Dauid corporaliter

AUCTORES 11] Ps. 126, 1.

B(G)RHSPV] 1 eodem *B*, [eo]d⟨em⟩ *G* loqueba⌜n⌝tur S^2 2 t[un]c *G*, cum *H* dauit *B* 3 et praeterea *H* salomonis *HS* perpetuitu *sic V* 4 *ad* deinde quod *cf. pag. 152, 21; VII 12, 11* 5 dei filius *B*, [d̃]⟨if⟩[ilius] *G* est] sit *V* filius] fuit *B*, fui[t] *G, sed Lactantium* Dauid *tantum scripsisse,* fuit filius *additum esse conicio* dauit P^1, *corr.* P^3 6 sic̃ *(˜ m. 2) S* aeclesia *B*, [ae]c[l]es⟨i⟩a *G, sic saepius BG* 7 ⌜non⌝ H^2 est *om. V* 9 salomonis *H*, salomonium $SP^{3?}$ (so- P^1) *alt.* manu∗ *(s er.) V* 10 CXXVII · *V* 11 fili *G* 12 in uanum *BRSPV*, in[u]⟨anu⟩[m] *G*, sine causa *H;* in uanum *etiam alii testes Italae (cf. Sabaterium II 255) et Vulg.*, in uacuum *fort. scribendum putat Haussleiterus l. c.; cf. Woelfflinum, Archiu. lexicogr. et gramm. lat. II 21* laborauerunt] laborant hi *H* aedificauerunt illam *B, idem fuisse in G uestigia et spatia indicant,* aedificauerunt eam *H cum Vulg.*, οἱ οἰκοδομοῦντες *LXX, add.* αὐτόν *codd. Alex. et Sinait. (sed expunx. m. 1)* 13 *supra* si *rasura in B* in uacuum *BRS*, in [ua]cuum *G*, sine causa *H*, in uanum *PV; et hic et supra* εἰς μάτην *LXX; Lact. fort. uariationis causa supra* in uanum, *hic* in uacuum *scripsit uel aliam secutus memoriam, quae subest fort. etiam in Vulgata priore loco* in uanum, *altero* frustra *exhibente* 14 uigilauit *BRHS, idem in G fuisse spatium indicare uidetur,* laborabit *P*, laborauit *V*, ἠγρύπνησεν *LXX*, uigilat *Vulg.;* laborauit *fort. recipiendum esse existimat Haussleiterus l. c., cf. Augustin., enarrat. in Ps. 126 c. 3, uol. IV 1429 E Maur.* in uanum laborauit qui custodit eam *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 593* 15 denuntiau⟨isse⟩ *G*, ⌜de⌝nuntiasse H^2 16 c⌜h⌝risto B^2 dauit *B*

natus constitueret aeternum templum deo, quod appellatur
ecclesia, et uniuersas gentes ad religionem ueram dei conuo-
caret. haec est domus fidelis, hoc inmortale templum, in quo 2
si quis non sacrificauerit, inmortalitatis praemium non habebit.
cuius templi et magni et aeterni quoniam Christus fabricator 3
fuit, idem necesse est habeat in eo sacerdotium sempiternum,
nec potest nisi per eum qui constituit ad templum et ad con-
spectum dei perueniri. Dauid in psalmo CVIIII id ipsum 4
docet dicens: ante luciferum genui te. iurauit domi-
nus et non paenitebit eum: tu es sacerdos in aeter-
num. item in Basilion libro primo: et suscitabo mihi 5
sacerdotem fidelem, qui omnia quae sunt in corde
meo faciet, et aedificabo ei domum fidelem, et trans-
ibit in conspectu meo omnibus diebus. quis autem 6
futurus esset cui deus aeternum sacerdotium pollicebatur, Za-
charias etiam nomine posito apertissime docuit. sic enim
dixit: et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem ma-

AUCTORES 6 s. (sacerdotium sempiternum). 14 s.] Cyprian. pag. 50,13. 9] Ps. 109, 3 s.; cf. Cyprian. pag. 50, 15. 11] I Reg. (I Sam.) 2, 35; cf. Cyprian. pag. 50, 18. 17] Zach. 3, 1—8; hunc locum non totum certe ex Cypriano pag. 78, 16, qui habet tantummodo uersus 1 et 3 s. atque in eis nonnulla alia interpretatione exhibita, sumpsit; pars uersus 7 redit pag. 328, 8.

B(G)HRSPV] 1 constituet *H* 2 dei ueram *B, idem in G fuisse uestigia et spatia indicant* ueri *ex* ueram *sic* R^2 4 haberet *V* 5 et *(ante* magni*) om. BG* et *(ante* aeterni*) s. l. BP* *in* ⟨f⟩[ab]ricator ⟨fuit⟩ i⟨d⟩[e]m ne *desinit codicis G pag. 82 (58)* 6 idem] quidem *H* sacer-dotīum S^2 7 constitui *H* ad templum et ad] templum aditum tem-plum et ad *H,* ad *(sed del. m. 3)* templum ad *P* 8 perueniri *(alt.* i *ex* e *m. 2) S* dauit *B* C & VIII *R,* CVIII *HV, recte? cf. Cypriani cod. L* centesimo octauo ipsud P^1, *corr.* P^3 9 iurabit *V* dominus *RHP cum Cypriani codd. (exc. M) et Vulg.,* κύριος *LXX;* deus (ds̃ *SV) BSV* 10 aeter-num] aeternum secundum ordinem melchisedech *V cum Psalmo et Cy-priano ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 593* 11 basilio *P* primo *om. S, in ras. V* 13 faciet *BHV cum codd. Cypriani et Vulg.,* ποιήσει *LXX;* faciat *RSP* 14 in conspectu meo *C,* in conspectu christorum meorum *Cyprian.,* ἐνώπιον χριστοῦ μου *LXX,* coram christo meo *Vulg. ad locum Reg. cf. Roenschium pag. 538* 15 cuius B^1, *corr.* B^3 aeter-nũṣ *(s exp. et ~ add. m. 2) S,* aeternũ* *(s er., ~ add. m. 3) P* zacarias *B,* zaccharias *RV* 16 sic enim dixit *om. B* 17 dominus *BRHP et Vulg.,* κύριος *LXX;* dominus deus *SV* iesun R^1, *corr.* R^2

gnum stantem ante faciem angeli domini, et diabolus
7 stabat ad dexteram ipsius, ut contradiceret ei. et
dixit dominus ad diabolum: imperet dominus in te,
qui elegit Hierusalem: et ecce titio eiectus ab igni.
et Iesus erat indutus uestimenta sordida, et stabat
ante faciem angeli. et respondit et dixit ad circum-
8 stantes ante faciem ipsius dicens: auferte uestimenta
sordida ab eo et induite eum tunicam talarem et impo-
nite cidarim mundam super caput ipsius. et cooperue-
runt eum uestimenta et imposuerunt cidarim super
caput eius. et angelus domini stabat et testificabatur
9 ad Iesum dicens: haec dicit dominus omnipotens: si
in uiis meis ambulaueris et praecepta mea seruaueris,
tu iudicabis domum meam, et dabo tibi qui conuer-
sentur in medio horum circumstantium. audi itaque,

BRHSPV] 1 stantẽ *(˜ m. 2) S* dn̄m · *B*[1], dm̄ni *B*[2] zabulus *P* 2 ipsius *BRHV,* eius *SP cum Vulg.,* αὐτοῦ *LXX* 3 diabulum *P* imperet *C, nisi quod* imperet tibi *(non om.* in te*) V,* ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ διάβολε, καὶ ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοί *LXX,* increpet *Vulg. et edd., sed cf. epist. Iudae u. 9* ἐπιτιμήσαι σοι κύριος, *Vulg.* imperet tibi dominus*; cf. Roenschium pag. 582 s.* 4 et *om. BR*[1] *(s. l. R*[2]*) S;* οὐκ ἰδού *LXX,* numquid non *Vulg.* citio *V*[1] abiectus *B,* e*iectus *(i er.) P;* ἐξεσπασμένος *LXX,* erutus *Vulg.; cf. pag. 327, 14* igne *B* 5 erat indutus *BRSP, idem Cyprian. pag. 78, 19, Ambros. de spir. sanct. lib. I, uol. II 624 B Maur., Vulg.,* ἦν ἐνδεδυμένος *LXX,* indutus erat *HV, recte?* uestimenta sordida *BRHSV Cyprian. Ambros.,* ἱμάτια ῥυπαρά *LXX,* uestimentis sordidis *P ex Vulg.* uestibus sordidis 8 *inter* ab eo *et* induite *omissa sunt quae Cyprianus exhibet interpretatione hac* et dixit ad eum: ecce abstuli iniquitates tuas induit *S* ⁽ᵉ⁾um *V* tunicam talarem *BHSV, dubitanter recepi,* tunica talari *P,* tunicam poderem *R, recte?* poderem *Cyprian.,* podere *alii (cf. Sabaterium II 988),* ποδήρη *LXX,* mutatoriis *Vulg.* ĩ|ponite *B* 9 cy⁽ᵢ⁾dari⁽ᵤ⁾m *B,* cidarĩ *S* ipsius — super caput *om. PV* et cooperuerunt — super caput *om. B* et cooperuerunt eum uestimenta *et* imposuerunt — caput eius *eodem ordine in cod. Alex., inuerso in cett. LXX* 10 uestimento *S, sed* ἱμάτια *LXX* posuerunt *H cum Vulg.,* ἐπέθηκαν *LXX* cidarim] cidarĩ mundam *S, fort. recte;* κίδαριν καθαράν *LXX* 11 testificabatur] *post* διεμαρτύρατο *iterum* ὁ ἄγγελος κυρίου *LXX* 13 et praecepta mea seruaueris *s. l. S*[2] seruaberis *V* 14 tu] *sic etiam pag. 328, 10,* καὶ σύ *LXX,* tu quoque *Vulg.* iudicaberis *S* domum — dabo] *inter* τὸν οἶκόν μου *et* καὶ δώσω *haec* καὶ ἐὰν διαφυλάσσῃς τὴν αὐλήν μου *LXX, sed corrupta in cod. Alex.* conuertentur *V* 15 circum astantium *S, recte?*

Iesu sacerdos magne. quis non igitur captos mentibus 10
tum fuisse Iudaeos arbitretur, qui cum haec et legerent et
audirent, nefandas manus deo suo intulerunt? atquin ab eo 11
tempore quo Zacharias fuit usque ad annum quintum decimum
imperii Tiberi Caesaris, quo Iesus fixus est, prope quingenti
anni numerantur, siquidem Darii et Alexandri adoleuit aetate,
qui fuerunt non multo post quam Tarquinius Superbus exactus
est. sed illi rursus eodem modo falsi deceptique sunt putan- 12
tes haec de Iesu esse dicta filio Naue, qui successor Moysi fuit,
aut de sacerdote Iesu filio Iosedech: in quos nihil congruit
eorum quae propheta narrauit. non enim sorditati umquam 13
illi fuerunt, cum alter eorum potentissimus princeps fuisset,
alter sacerdos, aut perpessi sunt aliquid aduersi, ut tamquam
titio eiectus ex igni putarentur, aut aliquando in conspectu
dei et angelorum steterunt aut propheta de praeteritis loque-
batur potius quam futuris. locutus est igitur de Iesu filio 14
dei, ut ostenderet eum primo in humilitate et carne uenturum.

BRHSPV] 1 iesu *RP Vulg.*, iesus *B*, ihs *HSV*, Ἰησοῦ *LXX except.* ἴησους *cod. Vatic.* magna*e *(a er.) B*, magnę *V* *ad loc. Zachariae cf. Roenschium pag. 580* 2 tunc *H* 3 nefarias *V* at quia *S* *abeo *(h er.) H* 4 quod P^1, d *del.* P^2 quo Zacharias] cozacharias *H* za*carias *(c er.) B*, zaccharias *R* ad *om. H* 5 imperi'i' *B* tiberi B^1H, *om. R*, tiberi'i' B^3, tiberii *SPV* Iesus *om. R* crucifixus *P* 6 Darii et Alexandri *C*, Cyri et Artaxerxi *Volkmannus, obseru. misc. 1872 pag. 14; an* Darii et Cyri *(cf. Sulpic. Seu. Chron. II 9, 4* post Darium Medum . . . Cyrus uno et triginta annis rerum potitus est*)? nisi rectius* Cyri et Darii, *cf. Theophil. ad Autolyc. 133 A (cf. Lact. I 23, 2 et ad IV 5, 6)* γέγονεν *(sc.* Σόλων*)* κατὰ τοὺς χρόνους Κύρου καὶ Δαρείου τῶν βασιλέων, κατὰ τὸν χρόνον Ζαχαρίου τοῦ προειρημένου προφήτου; *cf. etiam 'Cyprian.' de pasch. comput. c. 13. 16, III p. 260. 263, et interpolationem codicis Fuldensis Tertull. Apolog. c. 19, I p. 188,* Cyri enim et Darii regno fuit Zacharias *post* adoleuit *add.* temporibus B^2 aetatem *B* 8 prorsus *V* su⟨nt⟩utantes (p over u) *(p m. 3) B* 9 ⟨deie⟩su *B* 'ie'su H^2 filium *H* na⟨ue⟩ *B* successor fuit] successerat *H* mosi *S* fuit moysi *P* 10 iessei B^1, iossedec B^2, iosedec *R*, sedec *H* quo *P* 11 illi umquam *B*, illi umquamquam, *exp. m. 1? P* 12 princeps] rex *H* fuerit *P* 13 perpessi sunt] perpessis *S* ut] aut *H* 14 eiectus *(i ex l) S*, ei'i'ectus *P* 16 de futuris *H* est *om. V* igitur *om. R* 17 oste'nde'ret P^2 carne] a carne *H* esse uenturum *edd.*

haec est enim uestis sordida, ut pararet templum deo et sicut titio igni ambureretur id est ab hominibus cruciamenta perferret et ad ultimum extingueretur. titionem enim uulgus
15 appellat extractum foco torrem semiustum et extinctum. quomodo autem et cum quibus mandatis a deo mitteretur in terram, declarauit spiritus dei per prophetam docens futurum ut cum uoluntatem summi patris fideliter et constanter inples-
16 set, acciperet iudicium atque imperium sempiternum. si in uiis meis inquit ambulaueris et praecepta mea seruaueris, tu iudicabis domum meam. quae fuerint uiae dei et quae praecepta eius, nec ambiguum nec obscurum est.
17 deus enim cum uideret malitiam et falsorum deorum cultus per orbem terrae ita inualuisse, ut iam nomen eius ex hominum memoria fuisset paene sublatum — siquidem Iudaei quoque, quibus solis arcanum dei creditum fuerat, relicto deo uiuo ad colenda figmenta inretiti daemonum fraudibus aberrassent nec increpiti per prophetas reuerti ad deum uellent —, filium suum principem angelorum legauit ad homines, ut eos conuerteret ab inpiis et uanis cultibus ad cognoscendum et colendum deum uerum, item ut eorum mentes a stultitia ad sapientiam,
18 ab iniquitate ad iustitiae opera traduceret. hae sunt uiae dei in quibus eum ambulare praecepit, haec praecepta quae ser-

AUCTORES 8] cf. pag. 326, 12.

BRHSPV] 1 est *om.* *B* pa⌜ra⌝ret P^3 sic S^1, sicu⌜t⌝ P^3 2 igi *S*, ⌜igni⌝ P^2 ambu**reretur *(la er.)* *H*, ambureretur *(pr.* r *ex* l *m. 2)* *S* cru⌜ci⌝amenta H^2 referret B^1, pe⌜r⌝ferret B^2 3 et *om.* *H* 4 extracto P^1, *corr.* P^3 torrens emi · us≡tum *V* et *om.* *HPV* 5 cum *om.* *H* qui⟨bus⟩ *B* 6 terra *R* declara⟨ui⟩t *B* profe⟨tamdoc⟩ens *B* dicens *V* 7 ut] et *H* u⟨olun⟩tatem *B* fi⟨delite⟩r *B* et] ac *R* c⟨ons⟩tanter *B*, constant̃ *(˜ m. 2)* *S* 8 sempiternũ *(ũ ex* a *m. 2)* *H* 9 seruaberis *H* 10 iudicaberis *S* fuerunt *(-r̃ S)* *BRS* 11 et *om.* *H* eius *om.* *R* ambigium V^{ac} 13 ⌜per orbem⌝ B^3 iam] etiam *BP* 14 fuisset *om.* *P* sublatum] aboleretur *P* ut siquidem *V* quoque *om.* *H* 15 relict* *(ũ er.)* *sic* *S* ⌜dõ⌝ P^3 18 principem angelorum *om.* *BP* 19 cognoscendum et colendum *BPH*, agnoscendum *R*, cognoscendum *SV* 20 *ante* item *eras.* item ut duorum *P* mentes eorum *R* ab *(ante* stultitia*)* *HSP*, ad *V* 21 ⌜ad⌝ P^3 operam duceret *S* haec $RHSP^1$, c *del.* P^3 22 praecepit haec *om.* *P*

uanda mandauit. ille uero exhibuit deo fidem: docuit enim
quod unus deus sit eumque solum coli oportere, nec umquam
se ipse deum dixit, quia non seruasset fidem, si missus ut deos
tolleret et unum adsereret, induceret alium praeter unum.
hoc erat non de uno deo facere praeconium nec eius qui mise- 19
rat, sed suum proprium negotium gerere ac se ab eo quem in-
lustratum uenerat separare. propterea quia tam fidelis extitit, 20
quia sibi nihil prorsus adsumpsit, ut mandata mittentis inpleret,
et sacerdotis perpetui dignitatem et regis summi honorem et
iudicis potestatem et dei nomen accepit.

15. Quoniam de secunda natiuitate diximus, qua se hominibus 1
in carne monstrauit, ueniamus ad opera illa miranda, quae
cum essent caelestis indicia uirtutis, magum Iudaei putauerunt.
cum primum coepit adolescere, tinctus est ab Iohanne propheta 2
in Iordane flumine, ut lauacro spiritali peccata non sua, quae uti-
que non habebat, sed carnis quam gerebat aboleret, ut quem-
admodum Iudaeos suscepta circumcisione, sic etiam gentes
baptismo id est purifici roris perfusione saluaret. tum uox 3
audita de caelo est: filius meus es tu, ego hodie genui
te. quae uox aput Dauid praedicta inuenitur. et descendit

EPITOME 11—13. 330, 2—4] c. 40, 1.

AUCTORES 14 ss.] Luc. 3, 21 s. 18—20] locus ex Luc. 3, 22 et Ps. 2, 7 conflatus; quod apud alios quoque factum esse ostendunt Sabaterius III 275, Roenschius pag. 614, Otto ad Iustin. dialog. c. Tryphone 316 D (ed. III pag. 325).

BRHSPV] 2 deus unus *V* oporteret *V* 3 se *om. H* seuasset *H* dõ *P*[1], dos (e *suprascr.*) *P*[3], ds̃ *V* 6 suum *om. R* ab eo] habeo *H* inlustraturus *BP*, inlustrandum *H* 7 ueneraret *B*[1], *corr. B*[2] separaret *B*[1] (t *erasum restituit B*[3]) *HP* qui(a) *B*[3] 8 et quia nihil sibi *H* mandatum *B* 9 summum *H* 10 iudici *V* 11 qua se] quae *H* 12 ueniam *H* illa opera *S* mi**randa *(se er.) S* perq̃: *(˜ m. 3)* cum essent ea caelestis *P* 13 tum *V* magnum S^{ar}*V* putauerunt iud(a)ei *((a) m. 3) B* 14 a *BHS* propheta *om. V* 15 in *om. B* iordano BR^{ac} lacro *R* non *om. B* 16 gestabat *B*, habebat *H* ablueret *B*, *sed cf. III 26, 9* 18 baptis**mo *(si er.) P* tunc *HSP* 19 audita de caelo est *BHSP*, de caelo audita est *RV*, *sed fort. secundum Vulg.* de caelo facta est; φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι *Luc.* 20 *ad loc. Lucae cf. Roenschium pag. 614* uox *om. V* praedicata aput dauid *B* praedicata *BRH* et *om. V*

super eum spiritus dei formatus in specie columbae candidae.
4 exinde maximas uirtutes coepit operari, non praestrigiis magicis,
quae nihil ueri ac solidi ostentant, sed ui ac potestate caelesti:
5 quae iam pridem prophetis nuntiantibus canebantur. quae
opera tam multa sunt, ut unus liber ad conplectenda omnia
satis non sit. enumerabo igitur illa breuiter atque generatim
sine ulla personarum ac locorum designatione, ut ad exponen-
dam passionis eius crucisque rationem possim peruenire, quo
6 iam dudum festinat oratio. uirtutes eius fuerunt quas Apollo
portentificas appellauit, quod quacumque iter faciebat, aegros
ac debiles et omni morborum genere laborantes uno uerbo
unoque momento reddebat incolumes, adeo ut membris omni-
bus capti receptis repente uiribus roborati ipsi lectulos suos
7 reportarent, in quibus fuerant paulo ante delati. claudis uero
ac pedum uitio adflictis non modo gradiendi, sed etiam cur-
rendi dabat facultatem. tum quorum caeca lumina in altissimis
tenebris erant, eorum oculos in pristinum restituebat aspectum.
8 mutorum quoque linguas in eloquium sermonemque soluebat.
item surdorum patefactis auribus insinuabat auditum, pollutos
9 et aspersos maculis repurgabat. et haec omnia non manibus

EPITOME 10—331, 8] c. 40, 2.

AUCTORES 1 columbae candidae] 'columbae' tantum mentionem facit Lucas, 'candidae' Orac. Sibyll. VI 7, unde Lact. fort. sumpsit; cf. Alexandrum ad hunc uersum. 9 Apollo] cf. pag. 319, 7. 13 lectulos] cf. Matth. 9, 6. § 7 s.] cf. Is. 35, 5 s.

BRHSPV] 1 speciem *(sed* m *expunx.* $P^{1?}$) *RP edd., sed cf.* figurare in *c. abl. Epit. 15, 2; Inst. I 17, 8; V 8, 2* 2 exinde — operari] exinde coepit uirtutes multas *V* prestrigiis *P*, praestigiis *BRS*, praestigis *H*, praestigii⸢s⸣ *V* magis *H* 3 ostendant V^{ac} caelesti] solidi *V* 4 *pr.* quē *S* canebatur *P* 6 illa igitur *B* 7 sine ulla] siñ *S* ac] et *H* ad *om. V* exponenda *H*, exponendã (~ *m. 2*) *V* 8 possim *post* peruenire *in mg.* R^2 quod *V* 9 ia⟨m⟩dudum (n *m. 3*) *B*, ian dudum R^1, iãdudum *V* festinat oratio] festinator acies *sic V* eius] etiam eius *H* 11 genera *H* 12 incolomes *H* menbris *SV* 13 receptis ^re^ repente et uiribus (re *s. l. m. 2*) *sic H* ipse *H* lectos *B*, lectulos (o *ex* u *m. 2*) *R* 15 aflictis *B*; affectis *Heumannus* gradientis *V* 16 t⸢um⸣ B^3, tunc *H* caeta V^1 17 erant tenebris *H* resti⸢tu⸣ebat H^2 18 sermonemque *om. R* olebat *S* 19 insuabat *V* 20 aspersis *R* repu⸢r⸣gabat H^2, repugnabat *V*

aut aliqua medella, sed uerbo ac iussione faciebat, sicut etiam Sibylla praedixerat:

πάντα λόγῳ πράσσων πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων.

nec utique mirum quod uerbo faceret mirabilia, cum ipse esset 10
dei uerbum caelesti uirtute ac potestate subnixum. nec satis 11
fuit quod uires inbecillis redderet, quod debilibus integritatem, quod aegris et languentibus sanitatem, nisi etiam mortuos suscitaret uelut e somno solutos ad uitamque reuocaret. quae 12
uidentes tunc Iudaei daemonica potentia fieri arguebant, cum omnia sic futura ut facta sunt arcanae illorum litterae continerent. legebant quippe cum aliorum prophetarum tum Esaiae 13
uerba dicentis: confortamini, manus resolutae, et genua debilia, consolamini. qui estis pusilli animi, nolite timere, nolite metuere. deus noster iudicium retri-

EPITOME 8—10] c. 40, 1. 11—335, 6] c. 40, 3.
AUCTORES 3] VIII 272. 13] Is. 35, 3—6; cf. Cyprian. pag. 71, 17.
EXPILATORES 3] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 245).

BRHSPV] 1 medela *RSP* iussu *B* 3 ΛΟΓΩ *BRSPV Sedulius* ΠΡΑCЄΩΝ *V Sedulius* ΠΑC(Α)Ν P^3 τε] δὲ *codd. Sibyll. integriores HMQV, om. rell.* ΟCΟΝ *V,* νοῦσον *codd. quidam Sibyll.* ΘΑΡΑΠЄΥΩΝ *B,* ΤЄΡΑΠЄΥΩΝ *V Sedulius* ΠΑΝΤΑΝΛΟΤΟΝΗΡΑCCΟΝΠΑΘΑΝΤЄΝΝΟCΩΝΤЄΡΑΠΤЄΥΟΝ *in mg. inf. add.* H^2 *interpretatio lat. paene eadem in S et P, simillima ap. Sedulium ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 70* 5 caelestis *H* 7 languentibus] laborantibus *B* 8 ex *H* solutis *B* solutos — tunc Iudaei *om. S* uitam *B,* uitam quae *(exp. m. 2) V* 9 tunc *om. V* daemoniaca *H,* daemoni*ca *ex* daemoniaco *(sic) P* 10 factae *V* continere^nt (e^nt *add. m. 2) P* 11 legabant V^1 cum] etiam cum *V* tum *om. V* eseia(e) B^2, esaiae *(pr.* a *ex* e *m. 2) R* 12 dicentis *(alt.* i *ex* e *m. 2) H* resolutae *BRHSP cum codd. Cypriani,* dissolutae *V secundum Vulg.* manus dissolutas 13 consoldamini *R;* exhortamini *codd. Cypriani,* παρακαλέσατε *LXX,* roborate *Vulg.* pusilli animi *RHSP,* pusillo animo *B et Cypriani cod. A,* pusillo (i) animo *(sed* -mo *ex* -mi*) V;* οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ *LXX,* pusillianimes *Cypriani codd. LW,* pusillanimes *MB, uel hoc uel illud testes Italae a Sabaterio II 573 adhibiti; alterum utrum fort. Lactantium scripsisse a librariis in* pusilli animi *mutatum existimat Roenschius pag. 551;* dicite pusillanimis *Vulg.* nolite metuere *bis* S^{ac}, *prius del.* S^1 14 deus *RHSPV cum codd. Cypriani,* ecce deus *B, sed ex Vulg. ut uid.;* ἰδοὺ ὁ θεός *LXX* iudicio *V*

14 buet, ipse ueniet et saluos faciet nos. tunc aperientur oculi caecorum et aures surdorum audient: tunc saliet clodus sicut ceruus et plana erit lingua mutorum, quia rupta est in deserto aqua et riuus in terra
15 sitienti. sed et Sibylla eadem cecinit his uersibus:

νεκρῶν δ' ἐπανάστασις ἔσται
καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύτατος καὶ κωφὸς ἀκούσει
καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες.

16 ob has eius uirtutes et opera diuina cum magna illum multitudo sequeretur uel debilium uel aegrorum uel eorum qui curandos suos offerre cupiebant, ascendit in montem quendam desertum, ut ibi adoraret. ubi cum triduo moratus esset ac fame populus laboraret, uocauit discipulos suos quaerens quantos secum cibos gestarent. at illi quinque panes et duos pisces

AUCTORES 6 ss.] VIII 205 ss. 9—333, 7] Matth. 14, 13 ss.
EXPILATORES 6 ss.] Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

BRHSPV] 1 ipse ueniet *om. R* ipse] et ipse *H* aperiæntur *(æ ex a m. 2) H* 3 salliet *H* clodus *BRP cum Cypriani codd. paene omnibus,* claudus *HSV; cf. VII 27, 13* sicut] uelut *V* 5 *ad loc. Isaiae cf. Roenschium pag. 549* sed et Sibylla — uersibus *et uersus graecos om. H* uerbis *SP* 6 ΔΕΙΤΑΝΑΣΤΑΣΙΣ *B, i. e.* δ' ἐπανάστασις *(coniecerant Struuius, opusc. I 71, Volkmannus de orac. Sibyll. dissert. pag. 34),* ΔΕΤΑΝΑΣΤΑΣΙΣ *R,* ΔΕ ΑΝΆΣΤΑΣΙΣ *S Sedulius (sed sine accentu),* ΔΕΠΑΑΝΑΣΤΑΣΙΣ, *sed* ΠΑ *del. m. 3 P,* ΔΕ////ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ *V; om. codd. Sibyll.; cf. Sibyll. I 355* ἔσται] **ΣΤΑΙ *(ΑΙ er.) V* 7 καὶ] ΚΘΑ *B,* Κ *P*[1], ΚΑΙ *P*[3] ΧΟΛΩΝ *B,* ΧΩΛΟΝ *Sedulius* καὶ χωλῶν] χωλῶν δὲ *codd. Sibyll.* ΔΡΩΜΟΣ *V Sedulius* ΟΚΥΤΑΤΟΣ *BP Sedulius* ΚΟΦΟΣ *P* ΑΚΟΥΣΙ *B,* ΑΚΟΚΟΥΣΕΙ *P,* ΑΚΟΙΣΕΙ *Sedulius* 8 ΚΑΙΤ|ΤΟΙΦΛΥ *B* ΤΕΦΛΟΙ *P,* ΤΥΦΛΟΥ *Sedulius* ΑΝΑΒΛΕΨΟΥΣΙ *S,* ΒΛΕΨΟΥΣΙ/// *V,* ΒΛΕΨΟΥΣΙΝ *Sedulius* λαλήσουσ' οὐ] ΛΑΛΗΣΟΥΣΟΥ *V,* ΛΑΛΗΣΟΥΣΙ ΔΟΥ *B,* ΛΑΛΗΣΟΥΣΙΟΥ *RP,* ΛΑΛΗΣΟΥΣῙ *(om.* οὐ*) S,* ΛΑΛΛΕΣ ΣΟΥ *Sedulius* λαλέοντες] ΛΑΛΛΟΙ *S,* ΛΑΛΕΟΝΤΕΣ *V interpretatio lat. eadem in S et P, similis ap. Sedulium ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 70* 9 hac *V* multitudo] turba *B, sed ex Vulg. Matth. 14, 14. 15. 19. 23* 11 descendit *R,* asendit *S* quendam] quidem (a *suprascr.*) *V* 12 ut ibi] ubi *V* moratus esset] moraretur *P* ac fame — cibos gestarent *bis S*[1], *alt. del. S*[2] 13 uocauit] interrogauit *H* suos *om. P edd., cf. c. 19, 7; 21, 1; Epit. 42, 3 et infra c. 19, 6; 20, 1* quaerens *om. H* 14 cibos secum *H*

in pera se habere dixerunt. adferri ea iussit ac multitudinem per quinquagenos distributam discumbere. quod dum discipuli 17
faciunt, frangebat ipse panem minutatim carnemque piscium comminuebat: et utraque in manibus eius augebantur. et cum adponere illa populo discipulis imperasset, saturata sunt quinque milia hominum et insuper duodecim cophini de residuis fragminibus inpleti. quid aut dici aut fieri potest mirabilius? at id futurum Sibylla cecinerat olim, cuius uersus tales feruntur: 18

ἔκ τ' ἄρτων ἅμα πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει
καὶ τὰ περισσεύοντα λαβὼν μετὰ κλάσματα πάντα
δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.

AUCTORES 9 ss.] VIII 275 ss.
EXPILATORES 9 ss.] Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

BRHSPV] 1 peras *RP*[ar] habere se *H* 2 distributam *om. B* dum *R*, cum *cett. et edd.* 4 augeba(n)tur *H*², augebant *P* 5 apponi *V edd.* saturati *P*¹, *corr. P*² quinque *in mg. H*² 6 hominum milia *RHSP* de *om. RP* 7 impleri *S* 8 ad *BP*¹, *corr. P*³, aut *V* at id futurum — feruntur *et uersus graecos om. H* caecinerit *B*¹, -at *corr. B*² feruntur] fuerunt *R* 9 ἔκ τ'] ἐκ δ' *codd. Sibyll.* ЄΞ · ΑΡΤΩΝ *Sedulius* ΙΝΑΛЄΙΟΙΟ *B* ΙϹΑῚ ЄΙϹ ΠЄ́ΝΤЄ ἈΡΤΩΝ ὉΜΟΥ͂ ΙϹΑΪ́Ι ΧΘΎΩΝΘΑΛΑΤΤΙΩΝ *S*, ΚΑΙ *(add. m. 3)* ЄΚΓ *(exp. m. 1 ?)* ΑΡΤΩΝΑΜΑ ΠΗΝΤΗ ΚΑΗΧΘΥΗϹΙΝΑΛΙΟΥϹ *P*, ЄΚΓΙΑΡΤΩΝΔΜΔΠЄΝΤЄΚΑΗΧΘ *(Θ ex Ο ? m. 2)* ΥЄϹΙΝΑΛ · ΙΟΙϹ *V* ΙΧΘΙЄϹΙΝ ΑΛΙΟΙϹ *Sedulius* ἰχθύος εἰναλίοιο *Lact. cum codd. antiquioris recensionis Sibyll. HMQV;* ἰχθύων ἁλίοιο *uel* ἰχθυαλίοιο *(*ἰχθιαλ-, ἰχθαλ-*) rell. codd.* 10 ΧЄΙΛΙΑΔΑϹ *BR* ЄΡΗΜΩ *BR*, ΗΡЄΜΟ *P*, ЄΡΗΜΟ *V Sedulius* ΠΗΝΤΗ *P* ΚΟΡЄϹϹΙ *BP Sedulius*, ΚΟΡЄϹЄΙ *(alt.* Є *ex* Ϲ *m. 2) V* ἈΝΘΡΩΠΩΝΧΙΛΙΑΔΑϹΠЄΝΤЄ ЄΝЄΡΗΜΩ ΚΟΡЄ́ϹЄΙ · *S* 11 ΠЄΡΙϹϹЄΥЄΝΤΑ *B*, ΠЄΡΙϹϹЄΥ · ΩΝΤΑ *Sedulius* περισσεύοντα *Lact. cum codd. HMQV (*περιττ-*) Sibyll., rell.* περισσεύσαντα *uel* περισσεύματα ΛΑΒΩΙΝ *R*, ΛΑΒΩ *V*, ΛΑΒΩ *Sedulius* μετὰ] τότε *codd. Sibyll. HMQV*, ἅμα *rell.* ΚΛΑϹΜΑΤΔ *V*, ΚΛΑϹΜΑΤΑ *Sedulius* πάντα *om. V Sedulius* ΙΥϹΥΝΑΧΘЄΝΤΑΠЄΡΙϹϹЄΥΘЄΝΤΑΚΛΑϹΜΑΤΑΠΑΝΝ *(extrem.* Ν *del.)* ΤΑ *S*, ΚΑΙΤΑΠΗΡΙϹΗΥΟΝ ΤΛΛΑΒΟ me ΘΑΚΛΑϹΜΑΤΑ *(om.* πάντα*) P* *cf. interpretat. lat. in P et ap. Sedulium hanc* et quae superfuerunt *(*-rint *Sedul.)* frusta tollens *(*tollens frusta *Sedul.)* duodecim *eqs.*, *in S hanc* et collectis reliquis fragminum omnium duodecim *eqs.* 12 ΔΩΔЄRΑ *V* ΗΛЄΡΩϹЄΙ *B*, ΠΑΝΡΏϹЄΙ *S*, ΠΛΗΡΩϹΙ *V*, ΠΛΗΡΟϹΙ *Sedulius* ΚΟΦЄΙΝΟΥΟ *B*, ΡΟΦΙΝΟΥϹ *V*, ΚΟΦΥΝΟΥϹ *Sedulius* ЄΙϹΙ *B*, ΙϹ *Sedulius* ЄΛΗΙΔΟϹ *S* ΛΛΛΩΝ *V*, ΛΑΟΝ *Sedulius* ΔΟΔΗΚΑΠΑΝΡΟϹΙΚΟ(Φ)ΙΝΟΙϹ ЄΙϹΤΑΡΙΔΑΛΛΑΩΝ *P* *interpretationes lat. simillimae in P et ap. Sedulium, in nonnullis discrepat quae est in S* *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I* 71

19 quaero igitur quid hic potuerit ars magica moliri, cuius peritia
20 nihil aliut quam ad circumscribendos oculos ualet. idem secessurus orandi gratia, sicut solebat, in montem praecepit discipulis, ut nauiculam sumerent seque praecederent. atque illi urguente iam uespera profecti contrario uento laborare coepe-
21 runt. cumque iam medium fretum tenerent, tum pedibus mare ingressus consecutus est eos tamquam in solido gradiens, non ut poetae Orionem mentiuntur in pelago incedentem, qui
22 demersa corporis parte umero supereminet undas. et rursus cum obdormisset in naui ac uentus usque ad extremum periculum saeuire coepisset, excitatus e somno silere uentum protinus iussit et fluctus qui maximi ferebantur conquiescere:
23 statimque sub uerbo eius tranquillitas insecuta est. mentiuntur fortasse litterae sanctae docentes tantam fuisse in eo potestatem, ut imperio suo cogeret uentos obsequi, maria seruire,
24 morbos cedere, inferos oboedire. quid quod eadem Sibyllae carminibus suis ante docuerunt? quarum una, cuius supra fecimus mentionem, sic ait:

17 una — mentionem] § 9. 15. 18 ut uid., qui loci ut hic ex lib. VIII Orac. Sibyll. sumpti sunt, cf. p. 335, 3 ss. (ex lib. VI) et p. 336, 10 ss. (ex lib. III).

AUCTORES 2—7] Matth. 14, 22 ss. 8 poetae] praeter locum Vergilii cf. schol. Arat. Germanici (cf. Lact. I 11, 64) pag. 92, 16; 163, 4. 14 Breysig, ubi Hesiodus (cf. frg. 17 Rzach) auctor appellatur. 9] Verg. Aen. X 764. 9—13] Matth. 8, 23 ss. 15 s.] cf. Cyprian., Quod idol. d. n. s. 13 (pag. 29, 13 s.).

BRHSPV] 1 ⸢quid⸣ *B*² his *V* potuit *S* ar*s *(i er.) S* periata *V* 2 nihil] ad nihil *H* oculos *om. V* item *H* secessit rursus *H*, secessuros *P*¹, *corr. P*³ 3 sic̃ *(˜ m. 2) S* solebant *P*¹, n *del. P*³ montẽ *(˜ m. 2) H* discupulis *B*^ac, discipuli⸢s⸣ *S*² 4 uti nauicula *V* seque praecederent *om. B*¹, ⸢seque praepararent⸣ *B*³ praecederent *(-ent ex -ant m. 2) R* 5 urgente *BHS* uespere *P* contraria *V* 6 iam] in *V* 7 est *om. PV* solo *H* 8 Orionem] de origine *H*, opinionẽ *V* incedente *H* quide*mersa *(m er.) P* 9 umeros (i supra o) *(o del. et corr. m. 3) B* undas et] unda sed *RH* 10 rursum *B* obdormissent *H*, obdormis⸢set⸣ *P*² ⸢ad⸣ *B*² 11 saeuire coepisset] desaeuiret *P* ⸢cepisset⸣ *S*² 12 maxime *V* 13 uerbum *Heumannus* subsecuta *B* 14 fortae *H* sante (c a supra) *ex* sunt *(u minus cert.) B*³ dicentes *H* in eo fuisse *S* 15 obsequi *om. S* mari *H* saeuire *(se- S) RS* 16 a sibyllae *H* 17 suis *in mg. H*² supra *om. P*

τοὺς ἀνέμους παύσειε λόγῳ, στρώσει δὲ θάλασσαν
μαινομένην ποσὶν εἰρήνης πίστει τε πατήσας.

et rursus alia, quae dicit:

κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει,
στήσει τεθνηῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλά,
ἐκ δὲ μιῆς πήρης ἄρτου κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν.

AUCTORES 1 s.] VIII 273 s. 4 ss.] VI 13 ss.

EXPILATORES 1 s.] Sedulius (cf. Montefalconium ibid. pag. 245 s.). 4 ss.] Sedulius (cf. Montefalconium ibid. pag. 246).

BRHSPV] 1 τοὺς ἀνέμους — ἀνδρῶν *(6) om. H* τοὺς *om. B* ἀνόμους *plerique (etiam HMQV) codd. Sibyll.* ΠΑΥCЄΙЄ *R*, ΠΑΫ CЄΙЄ *S cum codd. Sibyll.* (παύσειε) *paene omnibus*, ΠΑΥCΙЄ *B*, ΠΑΥCЄΗЄ *P*, ΠΑΥCΙЄΝ *V*, ΠΑΥCΙ · ЄΝ · *Sedulius;* παύσει τε *edd.; de hoc optatiui usu cf. Struuium, opusc. I 75* ΛΟΓΩ *BRSPV Sedulius* CΤΡΩCЄΙΔЄ *BR*, CΤΡΩCΙΔЄ *SV Sedulius*, CΤΡΩCΙΔ *P;* παύσει δὲ *(sic) codd. Sibyll. HMQV*, στορέσει (-σεις, -σειε) δὲ *rell.* ΘΛΛΑCCΑΝ[1] *S*, ΘΑΛΑCCΑΝ *V* 2 ΜЄΝΟΜЄΝΗΝ *BP*, ΜЄΝΟΜЄ̃ΝΗΝ *S*, ΜЄΝΟΜЄΝΗЄΝ *V Sedulius* ποσὶν] ΠΑΤΗΙCΤ *P* ЄΙΠΗΝΗC *P*, ЄΙΡΗΝΝC *V*, ЄΙΡЄΝΗC *Sedulius;* εἰρήνῃ *plerique codd. Sibyll.* πίστει τε] ΠΙCΤЄΙΤЄΙΤЄ *V* ΚΡΑΤΗCΑC *B*, ΠΑCΑC *P* εἰρήνην ποτὶ δὲ κρατήσει *codd. Sibyll. HMQV*, εἰρήνῃ πίστει τε πατήσας *rell.* *interpretatio lat. eadem in S et P, alia ap. Sedulium ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 72* 3 et rursus alia que dicit *in interpretationem lat. insertum habet S* alia, quae] aliqua *P; an* alia aliqua? *cf. pag. 25, 1* 4 ΠЄΖЄΥCΙ *PV, sed pr.* Є *in ras. ex* Η *V*², ΠΑΥΖЄΥCΙ *Sedulius;* πεζεύσει *Lact. cum duobus codd. Sibyll., cett.* πεζεύσειε νόσον *Lact. cum uno cod. Sibyll., cett.* νόσους *uel* νόμους *uel* νόμοις ΑΝΤΡΩΠΩΝ *B*, ΑΝ̅Ω̅ *Sedulius*, δ' ἀνδρῶν *(uel* τ'-) *aut* τ' ἀ̅ν̅ο̅υ̅ς̅ *(i. e.* τ' ἀνθρώπους) *codd. Sibyll.* ΑΠΟΔΥCΙ *V*, ΑΠΟΛΥCΙ *Sedulius;* ἀπολύει *codd. Sibyll. HMQV* 5 CΤΗCЄ *R*, ΔΑCΤΗCЄΙ *S*, ΖΗCЄΙ *V* ΤЄΘΝЄΩΤΑC *S*, ΤЄΤΗΝΩΤΑC *P*, ΤЄΘΝΝΩΤΑC *V* ΖΗCЄΙΤЄ · ΘΝΗΩΤΑC *Sedulius* ΑΠΩCЄΤЄ *B*, ΑΤΑΠΩCЄΤΑΙ *R*, ΑΠΩCЄΤΑ *P;* κἀπώσεται *uel* ἀποίσεται *codd. Sibyll.* ΑΛΓЄ◊ *B*, ΑΝΠ̃ΑC *S*, ΑΛΙΑΓЄΑ *P*, ΑΛΓЄΑ *V* πολλά] ΙΤΟΛ *B*, ΠΟΛΛΑC *S*, ΙΤΟΛ · ΛΑ *P;* λυγρὰ *codd. deteriores Sibyll.* 6 ἐκ δὲ μιῆς] ЄΚΑЄΜΙCΗ *P* πήρης] ΠVΡΗC *S*, ΠΗΓΗC *V Sedulius;* σπείρης *aut* ῥίζης *codd. Sibyll.; ad* πήρης *cf. pag. 333,1* in pera; *cf. Alexandrum ad h. uers.* κόρος] ΚΫΟC *(Υ expunx. et linea del. m. 1) B*, ΚΟΡЄ *S*, ΚΟΡΟЄC *V* ЄCCЄΤЄ *B*, ЄCЄ *S*, ЄCCЄΤ ΤΑΙΟ *V* ΚΟΡΟCЄC · ЄCΤΑΙ *Sedulius* ΑΝΑΡΩΝ *P* ЄΚЄΜΗCΠΗΡΗCΑΡΤΟΚΟΡЄCCЄΤΑΙΑΡΩΝ *R* *interpretatio lat. eadem in S et P, in qua tertius uersus sic* et de *(de om. P)* pane unius perionis *(ṣụperionis, exp. m. 1 ? P)* saturatio erit uirorum, *alia ap. Sedulium ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 73*

26 his testimoniis quidam reuicti solent eo confugere, ut aiant non esse illa carmina Sibyllina, sed a nostris ficta atque con-
27 posita. quod profecto non putabit qui Ciceronem Varronemque legerit aliosque ueteres, qui Erythraeam Sibyllam ceterasque commemorant, quarum ex libris ista exempla proferimus: qui auctores ante obierunt quam Christus secundum carnem nasce-
28 retur. uerum non dubito quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramentis habita sint, cum ea nemo intellegeret. denuntiabant enim monstruosa quaedam miracula, quorum nec
29 ratio nec tempus nec auctor designabatur. denique Erythraea fore ait ut diceretur insana et mendax. ait enim:

φήσουσι Σίβυλλαν
μαινομένην, ψεύστειραν· ἐπὰν δὲ γένηται ἅπαντα,
τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε κοὐκέτι μ' οὐδεὶς
μαινομένην φήσειε, θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν.

AUCTORES 3 Ciceronem] de diu. I 18, 34 (Sibulla Erythraea); cf. II 54. Varronemque] cf. pag. 20, 9. 12 ss.] III 814 ss.

EXPILATORES 12 ss.] Sedulius (cf. Montefalconium ibid. pag. 246).

BRHSPV] 1 testiminis *B*[1], testimonis *B*[2], testimoni⌜i⌝s *B*[3] aiunt *B*[1] *ut uid. (corr. B*[2]*) S,* ⌜a⌝iant *H*[2] 2 sibyllae *P* conficta *S* atque conposita *om. H* 3 qu$\overset{o}{i}$d *V* profectio *V* putauit *V* sceronem *V* 4 ceterosque *V*[1] 6 ob//////ierunt *(2 uel 3 litt. er.) H,* ob⌜i⌝er̃ *ex* oner̃ *P*[2] ante *post* ob⌜i⌝er̃ *s. l. P*[3] 7 ⌜temporibus⌝ *B*[3], temporalibus *S*[1], al *del. S*[2] 8 deliramento *ut uid. B*[1], *in ras. corr. B*[3], deliramento *(pr. e ex i m. 2) P,* delerementis *H* sunt *S* ea nemo cum intellegeret *S* 9 denuntia⌜ba⌝nt *B*[3] enim *om. H* monstruosa∗ *(t er.) B,* monstrosa *RS,* monstru⌜o⌝sa *P* 10 autor *H* designabitur *S* denique *(i ex e m. 2) R* erytream *H* 11 u⌜t⌝ *R*[2] insan∗a *(i er.) H* et *om. S* ´ait enim *et uersus graecos om. H* 12 CIBYΛΛΑ *S,* CIBYΛΛΑ⌜Μ⌝ *P*[1?], CYBIΛΛAN *Sedulius* 13 MЄNOMЄNHN *B,* MAINOMЄΉN *S,* MAINOMЄNH *P,* MΔINOMЄNHNN *V* ΨЄYCTPЄIAN *B,* ΨЄYCTЄIPAN, *sed* Ψ *addidit rubro scriptum man. recentiss. R,* ΨЄCTЄIPAN *S,* ΨЄICTPIAN *V Sedulius* CΠAN *B,* ЄI *(sed del. m. 1)* ЄΠAN *S,* ἐπήν *uel* ἐπ' ἦν *codd. Sibyll.* δὲ] ΛЄ *P* ΓЄNHTЄ *B,* ΓЄNNTAI *V,* ΓЄNЄTAI *Sedulius* 14 THNIKA *B cum codd. Sibyll.,* tum *(cf. interpretat. lat. in SP* tunc demum reminiscentur mei*)* NIKA *R,* HNIKA *SPV Sedulius,* ἡνίκα *Struuius, opusc. I 75* MЄNMHN *P* ποιήσετε *codd. quidam Sibyll., alii* ποιήσουσι; ΠOIHCONTЄ *B,* ΠOIHCATЄ *RP,* ΠOIHCTЄ *S,* ΠO⌜Φ⌝NCTHTAI *V,* ΠOIЄCTHTAI *Sedulius;* ποιήσεται *Struuius* KOYKЄTI *B cum codd. Sibyll.,* $\overset{v}{O}$KЄTI *S,* KЄYKЄTI *P,* KAIOYKЄTI *V Sedulius;* οὐκέτι *Struuius* μ' οὐδεὶς] MOY *S,* MOYΛЄIC *P,* MЄOYΔЄIC *V Sedulius,* δ' οὐδείς *codd. quid. deterior. Sibyll.* 15 MAINOMЄNH́ *S,*

iacuerunt igitur multis saeculis, postea uero animaduersa sunt 30
quam natiuitas Christi et passio patefecit arcana, sicut etiam
uoces prophetarum. quae cum per annos mille quingentos et
eo amplius lectae fuissent a populo Iudaeorum, nec tamen in-
tellectae ⟨sunt⟩ nisi postquam illas Christus et uerbo et operi-
bus interpretatus est — illum enim prophetae adnuntiauerant 31
— nec ullo modo poterant quae illi loquebantur intellegi, nisi
fuissent uniuersa conpleta.

16. Venio nunc ad ipsam passionem, quae uelut obprobrium 1
nobis obiectari solet, quod et hominem et ab hominibus insigni
supplicio adfectum et cruciatum colamus, ut doceam eam ipsam
passionem adeo cum magna et diuina ratione susceptam et in
ea sola et uirtutem et ueritatem et sapientiam contineri. ne- 2
que enim si beatissimus in terra fuisset et per omnem uitam
in summa felicitate regnasset, quisquam illum sapiens aut
deum credidisset aut honore diuino dignum iudicasset: quod
faciunt uerae diuinitatis expertes, qui caducas opes et fragilem
potentiam et alieni beneficii bona non tantum suspiciunt, uerum
etiam consecrant et scientes memoriae mortuorum deseruiunt
fortunam iam extinctam colentes, quam ne uiuam quidem prae-
sentemque sapientes colendam sibi umquam putauerunt. nec 3

ΜΑΙΟΜЄΝΗ *P*, ΤΜЄΝΟΜЄΝΗΝ *V*, ΤЄΝ ΜЄΝΟΜЄΝΗΝ *Sedulius* ΦΗϹЄΤЄ *S*, ΦΗϹЄΙΤЄΝ *V; de hoc usu optatiui cf. Struuium I 75* θεοῦ] ΘΥ *SP* ΜЄΓΑΛΟΥΟ *B*, ΜЄΓΑΔΟΙΟ *V*; μεγάλην δέ *codd. Sibyll.* ΠΡΟΦΗΤΗΝ *B*, ΠΡΦΤΙΝ *P*, ΠΡΟΦΗΤЄΙΝ *V Sedulius* *interpretatio lat. eadem in S et P, alia ap. Sedulium* *ad loc. Sibyll. cf. Struuium I 74*

BRHSPV] 1 latuerunt *P edd.* aduersa *P* 2 na'ti'uitas P^2 patefacit *R* arcani *H* sicuta *sic H*, sic *S* 3 propheta⁊ *(⁊ i. e.* rum *add. m. 2) S* cũ *(initio uersus add. m.2)* per cũ *S*, tum *V* *pro* mille quingentos *hoc* NA · *in ras.* H^2 et] uel *P* 4 fuessent *S* populo* *(⁊ er.) S* intellecta *P* tamen nec *coni. Thilo* 5 sunt *add. edd.* illa *S* 6 illud *R* adnuntiauerunt (ẽ) *BHV* 9 uel *V* 10 et hominem — hominibus] et *(sed del. m. 3)* hominib. *(*ib. *del. et corr. m. 3) P* omnibus V^{ac} insigno *V* 11 excruciatum *P* calamus *V* eam *om. RS* 12 adeo] ab eo *H* suscepta *V* 13 uiritatem B^1, *corr.* B^2 14 omne'm' B^3 15 quisquam — iudicasset *om. V* 16 credidisse *H* 17 uere *BHSV* diuinae ueritatis *P* diuinitates V^{ac} expartes *V* 18 bona* *(m er.) H* suspiciunt *ed. Romana a. 1474*, suscipiunt *C* 19 memoriã *S* 20 quam] quod *V* ne *om. H* uiam *H* praesentemqu*e *(a er.) B*

enim potest aliquid in rebus terrenis esse uenerabile caeloque
dignum, sed sola est uirtus, sola iustitia quae potest uerum
bonum et caeleste et perpetuum iudicari, quia nec datur cui-
4 quam nec aufertur. qua uirtute ac iustitia quoniam Christus
instructus uenit in terram, immo uero quoniam ipse uirtus et
ipse iustitia est, descendit, ut eam doceret hominemque formaret.
quo magisterio ac dei legatione perfunctus ob eam ipsam uir-
tutem, quam simul et docuit et fecit, ab omnibus gentibus et
5 meruit et potuit deus credi. ergo cum magnus populus ad
eum uel ob iustitiam quam docebat uel ob miracula quae
faciebat subinde conflueret et praecepta eius audiret et a deo
missum deique filium crederet, tum primores Iudaeorum ac
sacerdotes et ira stimulati, quod ab eo tamquam peccatores
increpabantur, et inuidia deprauati, quod confluente ad eum
multitudine contemni se ac deseri uidebant, et, quod caput
sceleris illorum fuit, stultitia et errore caecati et inmemores
praeceptorum caelestium ac prophetarum coierunt aduersus eum
inpiumque consilium de eo tollendo cruciandoque ceperunt:
6 quod prophetae multo ante descripserant. nam et Dauid in
principio psalmorum suorum prouidens in spiritu quantum
facinus admissuri essent, b e a t u m e s s e ait q u i n o n a b i e r i t

EPITOME 9—19] c. 40, 4 s.

AUCTORES 3 s.] cf. Sallust. Iug. 1, 3: fortuna . . probitatem . . . . neque dare neque eripere cuiquam potest. 21] Ps. 1, 1.

BRHSPV] 1 ⸢es⸣se B^2 2 sola⸢q.⸣ (*ante* iustitia) B^3 3 caeleste et] caeleste esse et *H* perpetu⸢u⸣m B^2 quia] quae *B* 4 auferetur *V* qua] quia $H^{ar}P^1$ (i *expunx.* P^2) *V* quoniam *om.* *H* 5 uirtus] uerus *V* 6 descendit (*pr.* e *ex* i *m. 3*) *P* 7 quod HV^{ar} 8 et (*ante* meruit) *s. l.* H^2 10 quam docebat *om.* *V* 11 praecepta (cep *in ras. ex* cem *m. 2*) *S* ⸢et⸣ H^2 a deo] ad *S* 12 missum] ipsum missum *V* tunc *RSP* primo rex *B*, prim⸢i⸣ores S^2 13 ét (*exp. m. 3*) *B* stimulatio *V* 14 inuidua *H*, inuia| S^1, inui*|dia S^2 deprauata P^{ac} confluerent *H*, confluent *V* 15 multitudines *H* se *om.* B^1, *s. l. post* deseri *add.* B^2 ⸤se ac dese⸥ri *V* destrui *H* 16 ⸢fuit⸣ P^2 stultitiae *RP* 16 terrore (*om.* et) *R* in⸢me⸣mores *B* 17 coiecerunt *R*, coierunt *om.* *V* 18 cruciandoque (a *ex* e *m. 2*) *R* cruciandoque ceperunt] quae *H* coeperunt (o *s. l.* P^3) *RPV* 19 multi B^1, *corr.* B^3 discripserant *P*, d⸤e⸥scripserant *V* 20 in *om.* *V* spiritum *H* 21 ⸢ait⸣ B^3 habierit *S*

in consilio inpiorum. et Solomon in libro sapientiae his 7
uerbis usus est: circumueniamus iustum, quoniam insuauis est nobis et exprobrat nobis peccata legis. promittit scientiam dei se habere et filium dei se nominat. factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, grauis est nobis etiam ad uidendum, quoniam dissimilis est aliis uita illius et mutatae sunt uiae
illius. tamquam nugaces aestimati sumus ab eo, 8
continet se a uiis nostris quasi ab inmunditiis et praefert nouissima iustorum et gloriatur patrem dominum. uideamus ergo si sermones illius ueri sunt, et temptemus quae euentura sunt illi. contumelia et tormenta 9

EPITOME 2—340, 5] c. 40, 5.

AUCTORES 2] Sap. 2, 12 (sed initium tantum uersus 12) — 17. 19—22; cf. Cyprian. pag. 79, 11.

BRHSPV] 1 consilio *BHSPV Vulg.*, ἐν βουλῇ *LXX*, consilium *R ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 586* salomon *HSP*^{3} (so- *P*^{1}) 2 quoniam insuauis — promittit] quoniam inutilis est nobis et contrarius est operibus nostris et inproperat nobis peccata legis et diffamat in nos peccata disciplinae nostrae . promittit *sic H totum uersum 12 habet cum 'Vulg.'; uerba* et contrarius est operibus nostris *etiam ap. Cyprian., sed Epitome non habet* 3 peccata nobis *B, sed cf. Epit.* nobis *om. V* leges *B*^{1}, *corr. B*^{2} 4 scientiam dei se *(sed* dī *s. l. m. 3) B Epit. codd. Cypriani,* scientiam se dei *RHS,* se scientiam dei *P cum 'Vulg.',* scientiam dei *(om.* se*) V* et] ut *P*^{1}, *in ras. corr. P*^{3} se dei *V* 5 traductione* (m *er.) B,* traductione *S,* contraductionem *(exp. m. 2) P* cogitationum] animarum *H* 6 etiam *om. V* uiuendum *R* quoniam] quia *H* 7 ⌜est⌝ *H*^{2} inmutatae *H cum 'Vulg.', sed cf. Epit.* ui*ae (t *er.) H* 8 illius] eius *H cum 'Vulg.'* exstimati *sic R* eo *BRSPV cum codd. Cypriani,* illo *H Epit. cum 'Vulg.'* 9 continet] et continet *H* (et abstinet *'Vulg.'), sed cf. Epit.* se] autem se *V* profert *H,* praef⌜e⌝ret *V,* preferet *Epit.* 10 gloriantur *S* patrem dōm *R*^{1} *(s. l.* dn̄m *R*$^{2?}$*),* patrem dn̄m se habere *(*se habere *cum 'Vulg.') B,* patrem d*m̄ (n *er.), s. l. post* patrem *add.* se habere *S,* patrem deum *HP*^{1} *(post* patrem *s. l.* se habere *P*^{3}*) V;* patrem deum *codd. Cypriani,* πατέρα θεόν *(u. 16) LXX,* patrem se habere deum *'Vulg.', sed* patrem dominum *Epitome quoque habet* 11 sint *H cum 'Vulg.'* 12 euentura *BP Epit.,* uentura *RHSV cum 'Vulg.'* quae euentura — errauerunt *(340, 3)*] quae uentura sunt illi et sciemus patientiam illius . si enim est uerus filius dei suscipiet illum. et liberabit illum de manibus contrariorum . Iniuriae tormento castigemus

interrogemus eum, et sciamus reuerentiam illius et probemus patientiam illius. morte turpissima con-
10 demnemus eum. haec cogitauerunt, et errauerunt: excaecauit enim illos stultitia ipsorum et nescierunt sacramenta dei. nonne ita descripsit nefarium illud consilium ab inpiis initum contra deum, ut plane interfuisse uideatur? atquin a Solomone qui haec cecinit usque ad id tempus quo
11 gesta res est mille ac decem anni fuerunt. nihil nos adfingimus, nihil addimus: habebant haec qui fecerunt, legebant in quos haec dicta sunt. sed et nunc heredes nominis ac sceleris illorum et habent et damnationem suam prophetarum uoce praedictam cottidianis lectionibus personant nec aliquando in

EPITOME 7 s.] c. 40, 5 quod — amplius.

illum . ut sciamus reuerentiam illius . et probemus patientiam eius . morte turpissima condempnemus eum erit . ⌜enim⌝ *(s. l. m. 2)* respectus ex sermonibus illius . haec cognouerunt et errauerunt . *H (add. uersus 18 et alt. part. uersus 20 ex 'Vulg.')* sint *P* contumelias *(corr. m. 3) P* tormenta *V, quod cum habeat Epitome quoque et Cypriani cod. L m. 1 (cf. supra ad pag. 298, 2) recepi, cf. Archiu. lexicogr. et gramm. lat. V 286;* tormentis *BRHSP,* tormento *codd. Cypriani (excepto* L^1*) 'Vulg.',* βασάνῳ *(u. 19) LXX*

BRHSPV] 1 et *(ante* sciamus*) BRHSP,* ut *V, codd. Cypriani, 'Vulg.',* ἵνα γνῶμεν *codd. LXX excepto tamen cod. Sinait. m. 1* καὶ εἴδωμεν, *sed* et *Epitome quoque habet* et probemus patientiam illius *om.* B^1 *(add.* B^3*, sed* eius *pro* illius*)* P^1*, add.* P^2 2 condemus *B* 3 eum] illum *B* 4 excaecauit *RHSV,* ** (ėt *er.)* excaecauit *B,* &̣ *(exp. m. 2)* excauit *P, etiam Cypriani cod. L* et excaecauit *exhibet, unde* et *fort. recipiendum, quamquam om. etiam Epit., sed fort. casu uel ex 'Vulg.';* ἀπετύφλωσε γάρ *LXX* stultitia *BRSPV,* malitia *H, sed ex 'Vulg.', idem Cypriani codd. et Augustin. de ciuit. dei XVII c. 20 (II p. 248, 5),* ἡ κακία αὐτῶν *LXX* ipsorum *BRSPV cum Cypriani codd. et Augustin. ibid.,* illorum *H,* eorum *Epit. ex 'Vulg.'* 5 sacramenta *BRSPV, Epit., codd. Cypriani, 'Vulg.',* mysteria *H,* μυστήρια θεοῦ *(u. 22) LXX ad loc. Sapientiae cf. Roenschium pag. 604* discripsit *P* illum B^1 *(*illut B^3, illud *alia man. recentiss.) H* 6 initium *V* uideretur *R,* uideba*tur *(*n *er.) H, om. V* 7 aquin *V* salomone HS^2P^2*, in utroque* a *ex* o *corr.* haec *add.* R^2 quod P^1*,* d *del.* P^3 8 ac] et *H* anni] añ *S* fingimus *H,* affi⌜n⌝gimus S^2 10 herodes *V* ac] et *B* 11 et *ante* habent] haec et *H, om. P* uocem *H* uoce praedictam cottidianis *om. V* 12 praedictã *(˜ m. 2) H,* praedictam et P^1*,* et *del.* P^3

cor suum, quae pars est et ipsa damnationis, admittunt. in- 12
crepiti ergo a Christo saepe Iudaei exprobrante illis peccata et
iniustitiam et a populo paene deserti concitati sunt ad eum
necandum: cuius rei audaciam dedit illis humilitas eius. nam 13
cum legerent cum quanta uirtute et claritate filius dei uenturus
esset e caelo, Iesum autem cernerent humilem sordidum in-
formem, non credebant filium dei esse ignorantes duos eius
aduentus a prophetis esse praedictos, primum in humilitate
carnis obscurum, secundum in fortitudine maiestatis manifestum.
de primo Dauid in psalmo LXXI sic ait: descendet sicut 14
pluuia in uellus, et orietur in diebus eius iustitia et
abundantia pacis, donec extollatur luna. sicut enim
pluuia si descendat in uellus, animaduerti non potest, quia
strepitum non facit, ita Christum in terram sine cuiusquam
suspicione uenturum esse dixit, ut iustitiam doceat et pacem.
Esaias quoque ita tradidit: domine, quis credidit auditui 15
nostro et bracchium dei cui reuelatum est? adnun-
tiauimus coram ipso sicut pueri et sicut radix in terra

EPITOME 1—4] c. 40, 4.

AUCTORES 4 (humilitas). 6 (humilem) cf. c. 22 ss.] cf. Cyprian. pag. 77, 12. 10] Ps. 71, 6 s. 16] Is. 53, 1—6; cf. Cyprian. pag. 77, 13.

BR(—4)HSPV] 1 increpati *S*, increpịti (a superscr.) *V; cf. c. 11, 3; 14, 17* 2 sepe a christo *V* et iniustitiam — deserti *om. R* 3 iniustitiam *(-tiã S) BSP Epit. c. 40, 4,* iniustitia *H,* iniustitias *V edd.* paene *(*a *in ras. ex eodem* a *m. 3) B* 4 *a* cuius rei *statim in eadem pagina ad* moyses per quem *(p. 344, 8) transilit R* 6 de caelo *H,* ȩcelo *S* *inter* humilem *et* sordidum *add.* quietum *P* 7 dei *om. V* 8 in *om. H*[1]*V* 9 in *om. V* manifesta *V* 10 de primo aduentu dauid in psalmo LXXII sic ait *in inf. mg. add. H*[2] dauit *B* descendit *BV*[1] 11 *inter* uellus *et* et orietur *ap. Lact. omissa sunt quae graece sunt haec* καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν et *om. H* eius *om. S* 12 *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 591* 13 ⸢si⸣ *V*[2] descendit *V*[1] anĩauerti *S* 14 ⸢ita⸣ *P*[3] Christum *om. B* in terra *BH* cuiusquam] ulla *V* 15 suspitione *S* doceret *H* 16 eseias *B* tradit *B,* tradịḍit *(exp. m. 2 ?) P* dñe *(*e *ex* s*) S* 17 bracchium *B,* brachium *cett.* dei *PV cum codd. Cypriani paene omn., dubitanter recepi,* domini *BHS cum Cypr. cod. L et Vulg., sed* κυρίου *LXX* 18 et *C, suspectum, nam idem in Vulg., sed om. codd. Cypriani omnes,* ὡς ῥίζα *(deest* καί*) LXX* sic**ut *(ante* radix*), eras.* ut *B* r⸤adexn⸥ (i superscr.) *(in ras. ex 4 litt., quarum prima* i *?) B*[3]

sitienti. non est figura eius neque claritas: et uidi-
mus illum, et non habuit figuram neque decorem, sed
figura eius sine honore et deficiens praeter ceteros
homines. homo in plaga positus et sciens ferre inbe-
cillitatem, quia auersus est et non est conputatus.
16 hic peccata nostra portat et pro nobis dolet, et nos
putauimus ipsum esse in dolore et in plaga et in uexa-
tione: ipse autem uulneratus est propter facinora
nostra et infirmatus est propter peccata nostra. doc-
trina pacis nostrae super illum, liuore eius nos sanati
sumus. omnes sicut oues errauimus, et deus tradidit
17 illum pro peccatis nostris. et Sibylla eodem modo:

οἰκτρὸς ἄτιμος ἄμορφος, ἵν' οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει.

AUCTORES 13] VIII 257.
EXPILATORES 13] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 246).

BHSPV] 1 sitienti non est figura *om. H* neque claritas — habuit figuram *om. B* 2 decorem] speciem *codd. Cypriani, sed omnino hoc loco ualde uariant testes Italae (cf. Sabaterium II 608)* 3 ceteros *SP cum codd. Cypriani, om. BHV;* παρὰ πάντας ἀνθρώπους *(u. 3) LXX cod. Alex.,* παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων *cett.* 4 ĩ|beccillitatem *B* 5 quia auersus — conputatus] quia auersa est facies eius, inhonoratus est et non est conputatus *Cyprianus secundum LXX* qui *V* aduersus *HV* 6 nos] non *H*[1], *in ras. corr. H*[2] 7 ipsum] illum *codd. Cypriani, idem uel* eum *alii testes Italae,* eum *Vulg.* et *(ante* in plaga*) om. B* uex*atione *(s er.) V* 8 facinora — est propter *om. V* 10 ˹su˺per *P*[3] libore *B* ˹nos˺ *P* 11 erramus *H* *inter* errauimus *et* et deus *hoc* homo uia sua errauit *Cyprianus secundum LXX* deus *C cum Cypriani cod. A, an* dominus *cum LMB Vulg. scribendum?* κύριος *LXX* 12 *ad loc. Is. cf. Roenschium p. 557* et Sibylla — δώσει *om. H* sybille *S* modo] modo dicit *(*dicit *add. m. 3) B,* modo locutus *(sic)* est *V* 13 ΑΜΟΡΦΟϹ ΑΤЄΙΜΟϹ *B* ΙΝΑ *B,* ЄΝ *(sed cf. interpretat. lat.) S,* ΙΝ with ε above *(*ε *m. 2) V;* ἵν' *codd. Sibyll. HQV,* ἐν *M, uerba* ἵν' — δώσει *om. rell.* ΑΜΟΡΦΟϹΙΝ *Sedulius* ΟΙΚΤΡΟϹ *B,* ΟΙΚΤΟΟΙ͡Ϲ *S,* ΟΚΤΡΟΙϹ *V,* //////ΟΚΤΡΟΙϹ *Sedulius;* οἴκτοις *codd. Sibyll. HMV,* οἴκτος *Q* ЄΑΠΙΔΑΝ *B* οἰκτρὸς — ἐλπίδα] ΟΙΚΤΡΟϹ ΑΜΟΡΦΟϹ ΑΜΟΡΦΙ ϹΙΝϹΑΠΙ ΔΑ *P, sed cf. interpretat. lat.* ΔΩϹЄΙ *BSP,* ΔΩϹΙ *V;* δώσει, *quod etiam in codicibus Sibyll., qui quidem haec uerba habent, scriptum est, quamquam non paucis locis Oraculorum Sibyll. coniunctionem* ἵνα *secundum legitimam constructionem aut coniunctiuus aut (perraro) optatiuus sequitur,*

propter hanc humilitatem deum suum non adgnoscentes inierunt consilium detestandum, ut priuarent eum uita qui ut eos uiuificaret aduenerat.

17. Sed irae atque inuidiae suae, quam in cordibus suis gere- 1
bant intus inclusam, alias causas praeferebant: quod legem dei
per Moysen datam solueret, id est quod sabbatis non uacaret
operans in salutem hominum, quod circumcisionem uacue-
faceret, quod abstinentiam suillae carnis auferret: in quibus 2
rebus Iudaicae religionis sacramenta consistunt. ob haec ita-
que cetera pars populi, quae nondum ad Christum secesserat,
a sacerdotibus incitabatur ut inpium iudicaret eum, quod legem
dei solueret, cum hoc ille non suo iudicio, sed ex dei uolun-
tate et secundum praedicta faceret prophetarum. Micheas 3
enim nouam legem datuiri denuntiauit hoc modo: lex de Sion

EPITOME 1 s.] c. 40, 6 harum—legebant. 2 s:] c. 41, 9. 5—13] c. 40, 7.
AUCTORES 5 s. 14 (nouam legem)] Cyprian. pag. 46, 3. 9. 14] Mich. 4, 2 s.; cf. Cyprian. pag. 46, 10.

tamen, cum loco VIII 409 ἵνα — δώσω *optimis codd. HMQV (in deterioribus* δώσει *uel* δώσῃ*) defendatur (nam uersum I 161* τετραπόδων πτηνῶν τε κτλ., *post Castalionem Volkmannus, specim. nouae Sibyll. oracul. editionis, 1854, pag. 10 et 21 e codd. PrAB emendauit), hoc quoque loco retinui; pariter Lactantium infra c. 18, 17 in uersu Sibyll. VIII 293* ἵνα φθιμένοισι λαλήσει *scribere potuisse concedendum est interpretatio lat. eadem in SP haec* miserabilis inhonestus informis ut miseris spem praebeat *(*pre- *P), ap. Sedulium haec* uilis ignominiosus informis uilibus spem dabit *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 76*

BHSPV] 1 pro hañc humilitateḿ *(exp. m. 3) B* 2 de*testandum *(*s *er.) H* ut priuaret eos uita qui iudeos uiuificare aduenerat *V* 4 iraẹ atque inuidiẹͣ suaẹ *(exp. et corr. m. 3) P* 5 inclusa *HS,* inclausam *P* alias] malitia *S* praeferebam't *V* 6 per moysen] moyse *B*[1], moysi *B*[2] datam] traditam *BV recte? ad* datam *cf. pag. 344, 4. 8; pag. 345, 9; 347, 7; Cyprian. pag. 46, 3* quod lex prior, quae per Moysen data est, cessatura esset quod] ut *H* uacaret *(pr.* a *ex* o *m. 3) P* 7 salute *S* circumcisionẽ *(˜ m. 2) S* uacu⟨e⟩faceret *B* 9 iudaeicarae *sic H,* iudaẹicae *(exp. m. 1?) P,* iudeae *V* constituunt *H* haec itaque] hanc itaque causam *V* 10 ad] a *H*[1]*V* christo *V* accesserat *B* 11 *ut *(*a *er.) B* ĩ|pium *B* iudicarent *(*n *s. l. B*[3]*) BH* 12 hoc *om. V* 13 et *om. BH* miceas *B* 14 datuiri *PV,* datuṁiri *(*m *exp. m. 2) B,* daturum *H,* dari *S; cf. ad pag. 23, 4* enuntiauit *H,* denuntiabit *V* homo *S*[1], ho'c'mõ *S*[2] lex] quoniam lex *Cyprianus secundum LXX* syon *S, item pag. 344, 3*

proficiscetur et sermo domini ab Hierusalem. et iudicabit inter plurimos populos et reuincet et deteget
4 ualidas nationes. illa enim prior lex quae per Moysen data est, non in monte Sion, sed in monte Choreb data est; quam Sibylla fore ut a filio dei solueretur ostendit:

† ἀλλ' ὅτε δὴ ταῦτα πάντα τελειωθῇ ἅπερ εἶπον,
εἰς αὐτὸν τότε πᾶς λύεται νόμος.

5 sed et ipse Moyses, per quem sibi datam legem dum pertinaciter tuentur, exciderunt a deo et deum non adgnouerunt, praedixerat fore ut propheta maximus mitteretur a deo, qui sit

AUCTORES 6 s.] VIII 299 s. 8—345, 1] cf. Cyprian. 51, 5–7.
EXPILATORES 6 s.] Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

BR(ab 8)HSPV] 1 domini *HSPV cum codd. Cypriani et Vulg.*, κυρίου *LXX*, dei *B* ab *HS cum codd. Cypriani*, ex *BPV, Augustin. de ciu. dei XVIII 30 (II p. 296, 26)*, de *Vulg.* 2 populos *om. S* reuincet et deteget *ex codd. Cypriani recepi*, reuincet et *(et s. l. B²)* deliget *(dil- H) BHS*, reuincet *P*, reuincet et religet *V;* καὶ ἐξελέγξει *(ἐλέγξει cod. Alex.)* ἔθνη ἰσχυρά *LXX; alterum membrum* et deteget *uel quae aliae eius formae sunt, quod praeter Cypr. et Lact. nullus testis Italae exhibet, cum Buenemanno glossema uidetur Roenschio pag. 580; locus Michaeae isdem fere uerbis legitur ap. Isaiam 2, 2 ss., ubi graeca (u. 4)* καὶ ἐξελέγξει *(*ἐλέγξει*)* λαὸν πολὺν *Cyprianus Test. II 18 (pag. 84, 25) interpretatione hac* et redarguet populum multum *exhibet* 4 coreb *B*, chore *H* 5 quam Sibylla — νόμος *(7) om. H* solueret *S* 6 † ἀλλ' — πάντα] *uerba corrupta certe, fort. sic ut dedi (cf. SPV) iam Lactantium scripsisse ex hoc apparet, quod etiam in codd. Sibyll.* ἀλλ' ὅτε ταῦτα *(uel* ταῦτά γε, *sic etiam edd.)* πάντα *exhibentibus turbata sunt;* AMATЄTAYTAAΠANTA *B*, ἈΛΛ' ὅTЄ ΔΉ TAYTAΠANTA *S*, AMOΓЄ ANTAYTAΠANTA *P*, AΛΛOTЄ ATXYTAAΠANTA *V*, AΛΛ' *(sed in ras. ex* AMA*)* TOTЄ ΔЄ TAYTA ΠANTA *Sedulius;* ἀλλ' ὅτε δὴ τάδ' ἅπαντα *Struuius, opusc. I 78,* ἀλλ' ὅτε ταῦτα ἅπαντα *temptaueram (secutus cod. B), sed cum hiatu non legitimo; uerum ostendisse uidetur mihi Rzachius, Sibyllistam* ἀλλ' ὁπόταν δὴ ταῦτα *scripsisse ex Sibyll. IX (XI) 172; X (XII) 201 probans cf. interpretat. lat. in SP hanc* sed cum haec omnia fuerint perfecta TЄΛЄIΩΘH *(-ΘΗ̑ S) BS*, TЄΛЄIΩOH *P*, TЄΛIOΘЄ *Sedulius* τελειωθῇ ἅπερ] TЄΛ(IΩΘH)AΠЄP *V* AΠЄP *P* 7 *in S recte omnia;* ЄICATAON TOICIΠЄΛЄTЄNOMOC *B*, ЄIC AYTONTOΓЄΠA CAYCЄTAINOMOC *P*, ICAYTONTY AΠACAYЄTAINOMOC *V*, IC AYTON TYΠACA · YЄTAI//NOMOC *Sedulius interpretatio lat. eadem in S et P, alia ap. Sedulium* 8 *a* moyses *denuo incipit R, cf. pag. 341, 4* moses *S* legem datam *H* ʳdum *B³* pertinaci|ter *(alt.* i *aut addidit aut renouauit m. 3) B* 9 ʳaʾ *H²* cognouerunt *S* 10 mitteretur *HP*, mittatur *BRSV, uix recte, cf. c. 14, 1. 15; 15, 29; 17, 4; 18, 3. 21; 26, 4. 6. 7. 21; VII 18 5*

supra legem, qui uoluntatem dei ad homines perferat. in Deu- 6
teronomio ita scriptum reliquit: et dixit dominus ad me:
prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut te
et dabo uerbum meum in os eius, et loquetur ad eos
ea quae praecepero ei. et quisque non audierit ea
quae loquetur propheta ille in nomine meo, ego uindi-
cabo in eum. denuntiauit scilicet deus per ipsum legiferum 7
quod filium suum id est uiuam praesentemque legem missurus
esset et illam ueterem per mortalem datam soluturus, ut denuo
per eum qui esset aeternus, legem sanciret aeternam. item 8
de circumcisione soluenda Esaias ita prophetauit: haec dicit
dominus uiris Iuda et qui inhabitant in Hierusalem:
renouate inter uos nouitatem et ne seminaueritis in

AUCTORES 1] Deuteron. 18, 17—19; cf. Cyprian. pag. 51, 8. 8–10] cf. ad pag. 343, 5 s. 14. § 8—18] cf. Cyprian. pag. 45, 7 circumcisio prima carnalis . . . et secunda spiritalis . . 11 Esaias] scil. Ieremias 4, 3 s.; cf. Cyprian. pag. 45, 9.

BRHSPV] 1 hominem B^1, *corr.* B^3 perfe**rat (ce *er.) V* deuteronomium *H*, deuteronomiũ S^1, -mio *(~ del.)* S^2 2 *inter* ad me *et* prophetam *Lact. quae graece sunt* ὀρθῶς πάντα ὅσα ἐλάλησαν πρός σέ *cum Cypriano omittit* 4 os *C, nisi quod* ore *corr.* B^3, *recte?* ore *etiam codd. Cypriani et Vulg.*, ἐν τῷ στόματι *(u. 18) LXX* 5 cepero *R* quisque (quisq: *HP*, quisq; *V) BRHPV cum codd. Cypriani (excepto* M^2*)*, quisquis *S edd.* ea *om. codd. Cypriani* 6 loquitur *B* 7 in eum *om. codd. Cypriani*, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ *(u. 19) LXX ad loc. Deuteron. cf. Roenschium pag. 534* denuntiat *V* scilicet] igitur *B*, autem scilicet *R* deus scilicet *H* 8 uiuum B^1, *corr.* B^3 presentemqui P^1, -que *corr.* P^3 9 per mortalem *RSV*, per moysen *BP*, mortalem per moysen *H* soluturũ *(~ m. 2) B* ⌜ut⌝ B^3, et *HP* 10 aeternum *(ante* legem*) V* aeternum *(ante* item*) H* item de circumcisione tollenda aeseias ita profetauit *in mg. add.* B^3 11 circumcisione* soluenda* *(utroque loco* m *er.) V* eseias R^1 *(alt.* e *in* a *corr.* R^2*) P; fort.* Hieremias *ex Cypriano corrigendum* ita *om. H*, item *P* prophauit *R* 12 uiris *HSP cum codd. Cypriani*, τοῖς ἀνδράσιν *LXX*, uiri *BRV, fort. ex uersu 4 Ierem.* uiri Iuda *Vulg.* et qui *BH cum codd. Cypriani*, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν *LXX*, qui *RSPV* inhabitant BR^1HP *cum codd. Cypriani*, inhabitatis *corr.* R^2, inhabitabant *S*, habitant *V* in hierusalem *BRP cum Cypriani cod. L ante ras. (*in *eras.)*, hierusalem *HSV cum cett. Cypriani et Vulg.*, Ἰερουσαλήμ *LXX, uerba desunt hoc in uersu 3 Ieremiae in cod. Alex., sed in uersu 4* ἐν Ἰερουσαλήμ *exhibet* 13 nouitatem] no| R^1, no|ualia R^2 *(secundum* nouale *Vulg.)* ne] non *P*

spinis. circumcidite uos deo uestro et circumcidite praeputium cordis uestri, ne exeat ira mea sicut ignis
9 et non sit qui extinguat. item Moyses ipse: in nouissimis diebus circumcidet deus cor tuum ad dominum deum tuum amandum. item Iesus Naue successor eius: et dixit dominus ad Iesum: fac tibi cultellos petrinos nimis acutos et sede et circumcide secundo filios
10 Israhel. secundam circumcisionem futuram esse dixit non carnis, sicut fuit prima, qua etiamnunc Iudaei utuntur, sed cordis ac spiritus, quam tradidit Christus, qui uerus Iesus
11 fuit. non enim propheta sic ait 'et dixit dominus ad me', sed 'ad Iesum', ut ostenderet quod non de se loqueretur, sed
12 de Christo, ad quem tum deus loquebatur. Christi enim

AUCTORES 3] Deuteron. 30, 6; cf. Cyprian. pag. 45, 14. 5] Ios. 5, 2; cf. Cyprian. pag. 45, 16.

BRHSPV] 1 deo] domino *(fort. additum ex Vulg. contra Cyprianum et LXX)* deo *H* 2 *inter* uestri *et* ne exeat *Lact. quae graece sunt* ἄνδρες Ἰούδα καὶ οἱ κατοικοῦντες *(*ἐν *cod. Alex.)* Ἱερουσαλήμ *cum Cypriano omisit* sicuti *R* sicutigis *P* sicut ignis ira mea *codd. Cypriani,* ὡς πῦρ ὁ θυμός μου *LXX* *post* ignis *s. l.* et exurat *add. B*³*, quod fort. casu in archetypo intercidit, exhibent codd. Cypriani,* καὶ ἐκκαυθήσεται *LXX* 3 *ad loc. Ierem. cf. Roenschium pag. 565* mo⌊i⌋ses⌋ *H*², moses *S* ipse *om. HP, sed cf. ad c. 12, 8* Esaias ipse in nouissimis diebus *Lact. cum Cypriano et aliis testibus Italae (cf. Sabaterium I 382), nihil simile hoc loco neque in textu hebraico neque in LXX neque in Vulg., cf. Roenschium pag. 535, adiciendum tamen uidetur simili in sententia Is. 2, 2 esse eadem illa uerba* ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις *LXX,* in nouissimis diebus *Vulg., pariter Act. Apost. 2, 17, similia Deuter. 4, 30* ἐπ' ἐσχάτῳ τῶν ἡμερῶν *LXX,* in nouissimo tempore *Vulg.* 4 tuum *om. SPV contra codd. Cypriani LXX Vulg.* *inter* cor tuum *et* ad dominum *ap. Cyprian. secundum LXX* et cor seminis tui, *quae uerba, cum etiam* tuum *post* cor *in SPV desit, haud scio an cum illo* tuum *(in BRH fort. ex Vulg. restitutum) in archetypo codicum nostrorum interciderint* 5 tuum *om. codd. Cypriani contra LXX et Vulg.* amandatum *V* *ad loc. Deuteron. cf. Roenschium pag. 535* ///Iesus *V* naüue (u *exp. et del. m. 1) B* succe⌊s⌋sor (s *in ras. ex* n*) V* 7 sede et] sedens *H* secundoṃ *ex* secundum *P*³ 8 istrahel *B,* israel *S,* isrł *PV* *ad loc. Iosuae cf. Roenschium pag. 536* 9 qua] quę *S*¹, quą *S*² 10 quam] quẽ *V* tradidit] t (i s. l.) *(i. e.* tibi*) S* ue***rus *(*ntu *er.) H* fuit ihs *V* 11 sic̃ *(˜ er.) S* et *om. S* 12 iesun *R* de se non *R* de] ad *H* 13 de *om. H* tum *B,* tunc *cett.* deus *om. R* loquebatur] sic loquebatur *B*

figuram gerebat ille Iesus. qui cum primum Auses uocaretur,
Moyses futura praesentiens iussit eum Iesum uocari, ut quoniam
dux militiae delectus esset aduersus Amalech, qui obpugnabat
filios Israhel, et aduersarium debellaret per nominis figuram
et populum in terram promissionis induceret. et idcirco etiam 13
Moysi successit, ut ostenderetur nouam legem per Christum
Iesum datam ueteri legi successuram, quae data per Moysen
fuit. nam illa carnis circumcisio caret utique ratione, quia 14
si deus id uellet, sic a principio formasset hominem, ut prae-
putium non haberet: sed huius secundae circumcisionis figura
erat significans nudandum esse pectus, id est aperto et simplici
corde oportere nos uiuere, quoniam pars illa corporis quae
circumciditur habet quandam similitudinem cordis et est pu-
denda. ob hanc causam deus nudari eam iussit, ut hoc argu- 15
mento nos admoneret, ne inuolutum pectus habeamus, id est
ne quod pudendum facinus intra conscientiae secreta uelemus.
haec est cordis circumcisio, de qua prophetae loquuntur: quam 16
deus a carne mortali ad animam transtulit, quae sola mansura
est. uolens enim uitae ac saluti nostrae pro aeterna sua 17
pietate consulere, paenitentiam nobis in illa circumcisione pro-
posuit, ut si cor nudauerimus, id est si peccata nostra confessi

AUCTORES 1 Auses] Num. 13, 9. 17 (LXX).

BRHSPV] 1 figura *B* ⸢ille⸣ *P*^2? primo *BH* ausúses (su *exp. et del. m. 1) B* 2 moysei *H*, moses *S* futura praesentiens] fuerat praesens *H* iesun *R* ut] et *B* quoniam *om. P* 3 dux *in mg. H*^2 d⟨electu⟩s *B* amalec *RH* 4 istrahel *B*, israel *S*, isrł *PV* et *om. R* debe⟨lla⟩re⟨tpern⟩ominis *B* debellarit et per *R*^1 5 et *(ante* populum*) del. S*^2 et *(ante* idcirco*) om. H* ⸤&iã⸥ *P*^1? 6 mosi *S*, moyse⸤o⸥ *sic P* 7 iesum *(*m *ex* n *m. 2) R* legis *P^ar V* datä *(~ er.) H* mosen *S* 8 ca⸤r⸥nis *P*, sanguinis *cett.* *post* circumcisio *s. l.* non *H*^2 ratione* *(*m *er.) H* quia si] quasi *R*^1*H* 9 a *om. H* 10 figura erat] figuraret *H* 11 aperto *ex* operato *S*^2 simpli⸢ci⸣ *H*^2 12 p⸤ar⸥s *V*^2 13 *et *P* pudenda *ex* pudentia *V* 14 ab hac causa *H* e⸤a⸥m *B*^3 15 haberemus *SP* 16 quot *B* facinus] facinus admittimus *H* conscientia *H* 17 ⟨circu⟩mcisio *B* prof⟨etael⟩oquntur *sic B* 18 tra⟨n⟩stulit *B*, *om. V* ⟨ma⟩nsu⟨ra⟩ *B* 19 salutis *HV* 20 consulere ṣụạẹ *(exp. m. 2 ?) P* nobis *om. B* illam *H* circumcisione proposuit *ex* circumcisionem posuit *H*^2 circisione *R* 21 si *(ante* peccata*) s. l. H*^2*P*

satis deo fecerimus, ueniam consequamur, quae contumacibus
et admissa sua celantibus denegatur ab eo qui non faciem
18 sicut homo, sed intima et arcana pectoris intuetur. eodem
spectat etiam carnis suillae interdictio. qua cum eos abstinere
deus iussit, id potissimum uoluit intellegi, ut se peccatis atque
19 inmunditiis abstinerent. est enim lutulentum hoc animal et
inmundum nec umquam caelum aspicit, sed in terram toto et
corpore et ore proiectum uentri semper et pabulo seruit, nec
ullum alium cum uiuit praestare usum potest sicut ceterae
animantes, quae uel sedendi uehiculum praebent uel in cultibus
agrorum iuuant uel plaustra collo trahunt uel onera tergo
gestant uel indumentum exuuiis suis exhibent uel copia lactis
20 exuberant uel custodiendis domibus inuigilant. interdixit ergo
ne porcina carne uterentur, id est ne uitam porcorum imitarentur,
qui ad solam mortem nutriuntur, ne uentri ac uoluptatibus
seruientes ad faciendam iustitiam inutiles essent ac morte ad-
21 ficerentur; item ne se foedis libidinibus inmergerent sicut
sus, qui se ingurgitat caeno, uel ne terrenis seruiant simulacris
ac se luto inquinent. luto enim se oblinunt qui deos id est
lutum terramque uenerantur. sic uniuersa praecepta Iudaicae
legis ad exhibendam iustitiam spectant, quoniam per ambagem
data sunt, ut per carnalium figuram spiritalia noscerentur.

BRHSPV] 1 consequemur *H* 2 denegatur] denegantur et *H* 3 intima] in intima *H* 4 quae *H*, ˹a˺qua P^3 eo SP^1, *corr.* P^3 5 deos R^{ac} iusserit *H* a peccatis *RHP* 6 ab inmunditiis *H*, munditiis *S* abstineret *V* est *in ras. ex* sit *?* B^3 7 inmundum *(alt.* n *s. l. et* d *in ras. m. 2 ?) P* terra *H* et *om. HP* 8 ˹et ore˺ P^2 profectum *R* et] ac *R* 9 ullam P^1, *corr.* P^3 dum *edd.* ˹ui˺uit S^2 et caetere *H*, cetera *P* 10 uegiculum *S*, ue*hicullum *(*l *er.*, l *exp. m. 3) P* 11 iuuant] alunt *H* onerata *R*, honera $H^{ar}P$, honera/// *V* tergo] Ergo *H* *post* tergo *haec* ne porcina carne uterentur exuuiis R^1, *del. et s. l. add. hoc* quaeque necessaria uehunt uel calciamenta R^2 12 gestent *V* adhibent *H* 13 exuberant *in mg.* H^2 custodiendos *V* 14 portina *H* 15 qui ad — nutriuntur *om. P* uoluptates *s. l. ex* uoluptatib: P^3 16 ac *(*c *ras. ex* d*)* faciendam *H* 18 sus *(*u *s. l. er., quod add. m. 2) B*, ęsus *S*, suus P^1, *alt.* u *del.* P^3 qui se] quis R^1 ingurgitet *V* 19 *alt.* se *om. R* obliniunt *B* 20 sicut *SP* iudaeicae *BH*, iuda*icae *(*e *er.) R* 21 hibendam *B*, exigendam *(*a *ex* u *m. 3) P* expectant *H* 22 spiritaliam nosceretur *H*

18. Cum igitur ea quae deus fieri uoluit quaeque per pro- 1
phetas suos multis saeculis ante praedixit, Christus inpleret,
ob ea incitati et diuinas litteras nescientes coierunt, ut deum
suum condemnarent. quod cum sciret futurum ac subinde 2
diceret oportere se pati atque interfici pro salute multorum,
secessit tamen cum discipulis suis, non ut uitaret quod necesse
erat perpeti ac sustinere, sed ut ostenderet quod ita fieri opor-
teat in omni persecutione, ne sua quis culpa incidisse uideatur;
ac denuntiauit fore ut ab uno eorum proderetur. itaque Iudas 3
praemio inlectus tradidit eum Iudaeis. at illi conprehensum 4
ac Pontio Pilato, qui tum legatus Syriam regebat, oblatum cruci
adfigi postulauerunt obicientes ei nihil aliut nisi quod diceret
se filium dei esse, regem Iudaeorum; item quia dixerat: si
solueritis hoc templum, quod aedificatum est annis
XLVI, ego illut in triduo sine manibus resuscitabo,
significans futuram breui passionem suam et se a Iudaeis
interfectum tertio die resurrecturum. ipse enim fuerat uerum
dei templum. has uoces eius tamquam infaustas et inpias 5

EPITOME 3 diuinas — nescientes] c. 40, 6. 10 (conprehensum)] c. 40, 6. 11 (Pilato)] c. 40, 8. 12 s.] c. 40, 7. 18—350, 18] c. 40, 8 s.

AUCTORES § 2. 4 s.] cf. Tertull. Apolog. c. 21 (I pag. 201 s.); Cyprian., Quod idola dii non sint c. 13 s. (pag. 30, 2—7); cf. omnino eos locos ad c. 18—20. 13] locus ex Io. 2 u. 19 et 20 et Marc. 14, 58 ('sine manibus': ἀχειροποίητον sc. ναόν) conflatus. 17 ipse — templum] Cyprian. pag. 49, 5.

BRHSPV] 1 deus *om. S* 3 ob ea — coierunt] *uix* Iudaei *intercidit, cf. Epit. 40, 6.* caecati *ex* eaincitati *B*³ ea] eam *H* coiecerunt *R* 7 ac sustinere *om. R* quo'd' *R*² ita *om. P* oporteret *BPV* 8 ne *om. HP*¹ *(s. l. P*³*) V* 10 proemio *R* iniectus *H* eum *om. R*, filium *P*¹, *s. l.* dei *add. P*³ 11 tunc *HV* ablatum *H* 12 adfici *R* obicientes ei] obicientesque *P* 13 ita *S* 14 hoc] hunc huc *V* quod] quę *S* quod — XLVI *om. P* ante (ni *s. l.*) (te *del.) sic S* 15 XLVI *HV*, quadraginta *B*, XL *R*, XL 7 *(i. e.* et*)* VI *S;* τεσσεράκοντα καὶ ἕξ *Io.* resuscitabo *RSPV*, suscitabo *BH*, *uariant etiam testes Italae, cf. Sabaterium III 394;* ἐγερῶ *Io.*, excitabo *Vulg.* *ad loc. Io. cf. Roenschium pag. 615* 16 breui futuram *H* futurũ *V* et se] ēē *(i. e.* esse*) V* 17 surrecturum *B* erat *P, recte?* uerum *om. S* 18 'h'as *H*² faustas *S*

insectabantur. quae cum Pilatus audisset et ille in defensionem sui nihil diceret, pronuntiauit nihil in eo damnatione dignum uideri. at illi iniustissimi accusatores cum populo, quem incitauerant, subclamare coeperunt et crucem eius uiolentis uocibus
6 flagitare. tum Pontius et illorum clamoribus et Herodis tetrarchae instigatione metuentis, ne regno pelleretur, uictus est, nec tamen ipse sententiam protulit, sed tradidit eum Iudaeis,
7 ut ipsi de illo secundum legem suam iudicarent. duxerunt igitur eum flagellis uerberatum et priusquam cruci adfigerent, inluserunt: indutum enim coloris punicei ueste ac spinis coronatum quasi regem salutarunt et dederunt ei cibum fellis et
8 miscuerunt ei aceti potionem. post haec conspuerunt faciem eius et palmis ceciderunt. cumque ipsi carnifices de uestimentis eius contenderent, sortiti sunt inter se de tunica et
9 pallio. et cum haec omnia fierent, nullam uocem ex ore suo, tamquam si mutus esset, emisit. tum suspenderunt eum inter duos noxios medium, qui ob latrocinia damnati erant, crucique
10 fixerunt. quid ego hic in tanto facinore deplorem aut quibus uerbis tantum nefas conquerar? non enim Gauianam crucem describimus, quam Marcus Tullius uniuersis eloquentiae suae neruis ac uiribus uelut effusis totius ingenii fontibus prosecutus est, facinus indignum esse proclamans ciuem Romanum

AUCTORES 20] Verr. V 61, 158 ss. 22 s.] cf. ibid. § 170.

BRHSPV] 1 ⸢ille⸣ P^2 defensione *H* 2 diceret — nihil *om.* P^1, dicit *s. l. add. m. recentiss.* dicere *V* demnatione *V* 3 uideret (et *ex* i) P^3 iustissimi R^1SV, iustissimi *(2 hastae er.)* *H* ⸢cum⸣ P^3 5 he|rodis *ex* he|dis R^2 tethrarcae *B*, *pro* tetrarchae *hoc* tempore ac *H* 6 instigationē *S* metuentis] inet uentis *S*, metuentis *(exp. m. 3)* *P* pellere*tur *(n er.)* *B* 7 eum] illum *H* 8 ipse *H* 9 uerberantes *V* adfigerent eum *H* 10 punice uestem *H* 11 salutauerunt *B* 12 ei *om.* *P* aceti potionem] acceptionem *S* consputauerunt *B* in faciem *HV* 13 palmas *H* ceciderunt eum cumque *H* 15 palleo *V* cum (c *ras. ex* e) *P* ⸢haec⸣ B^3 suo (s *in ras. ex 1 uel 2 litt., fort.* n, *et* o *in ras. m. 2)* *B* 16 tunc *HV* 17 ob latrocinio *V* fuerant *H* 18 ergo *HV* hinc *V* 19 gabianam *BHP*, gauinianam R^1, gab- *corr.* R^2, grauianam SV^{ar} crucem] crux trucem *S* 20 uniuersi⸢s⸣ S^2 21 neruis] uerbis *P* uel *R* frontibus *V* prosequutus *V* 22 proclamans (s *del.*, *sic corr. m. 3)* *P*

contra omnes leges in crucem esse sublatum. qui 11
quamuis innocens fuerit et illo supplicio indignus, mortalis
tamen et ab homine scelesto qui iustitiam ignoraret adfectus.
quid de huius crucis indignitate dicemus, in qua deus a culto- 12
ribus dei suspensus est atque subfixus? quis tam facundus et
tanta rerum uerborumque copia instructus existet, quae oratio
tantae affluentiae ubertate decurrens, ut illam crucem merito
deploret, quam mundus ipse et tota mundi elementa luxerunt?
haec autem sic futura esse et prophetarum uocibus et Sibyl- 13
linis carminibus denuntiatum est. aput Esaiam ita scriptum
inuenitur: non sum contumax neque contradico: dorsum
meum posui ad flagella et maxillas meas ad palmas,
faciem autem meam non auerti a foeditate sputorum.
similiter Dauid in psalmo XXXIIII: congregata sunt in 14
me flagella et ignorauerunt, dissoluti sunt nec con-
puncti sunt: temptauerunt me et deriserunt derisum,

EPITOME 9—13] c. 41, 1. 14—352, 1] c. 41, 2.
AUCTORES 11] Is. 50, 5 s.; cf. Cyprian. pag. 78, 3. 14] Ps. 34, 15 s.

B(G)RHSPV] 1 omnes *(*e *ex* i *m. 2) R* cruce *H* 2 nocens *R* indignus, *sed* in *del. m. 1 ? R* 3 et *om. V, pro* et *coni.* est *Heumannus* adfectus est *SP* 4 quid de] inquit *V* 5 //s̈uffixus *V* 6 copiã *S* existeret *S* 7 tantae affluentiae *SP,* tanta afluentiae *B,* tantae afluentiae *R (recte?),* tanta fluentiae *H,* tanta ea fluentia *V* 8 mundi tota *B* ⌜elementa⌝ *P*² duxerunt *SV* 9 esse *scripsi,* fuisse *BRHSP,* fuisset *V*; *cf. Epit. 41, 1* quae omnia prophetae sic futura esse praedixerunt *et locos ad pag. 307, 14* (futurum*), 344, 10* (mitteretur*) adlatos* et Sibyllinis carminibus *om. H* 10 pronuntiatum *H* est *add. S*² eseiam *BR*¹ *(alt.* e *in* a *corr. R*²*) P* scriptum *om. H* 12 pono *V contra Epit. et codd. Cypriani,* ἔδωκα *LXX* et *om. H* *ad locum Isaiae cf. Roenschium pag. 556* 13 ⌜autem⌝ *H*² mea *S* 14 dauid similiter *H* ///XXXIIII *B,* XXXIII *R* *hinc fere incepit codicis G pag. 83 (164) ter scripta, in qua nihil legi poterat* in *ex Epitome recepi, idem ap. alios testes Italae (cf. Sabaterium II 69),* super *C, sed ex Vulg., ut uid.;* ἐπ' ἐμέ *LXX* 15 ⌜me⌝ *H*² ignorauerunt *BRHSP*¹*V*² *Epit.,* ignoraui *P*³*V*¹ *cum Vulg.,* οὐκ ἔγνων *LXX* 16 me *eras. H* deriserunt derisum *P*¹, *dubitanter recepi,* derisuṃ *P*³, deriserunt derisu *S, fort. recte,* deriserunt me *BRHV, uerba om. Epit.; an* deriserunt me derisum *scribendum? aut hoc aut ut P*¹ *aut ut S (hoc plerique) testes Italae, cf. Sabater. ibid.;* ἐξεμυκτήρισάν με μυκτερισμόν *LXX,* subsannauerunt me subsannatione *Vulg.*

striderunt super me dentibus suis. Sibylla quoque eadem futura monstrauit:

εἰς ἀνόμους χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει,
δώσουσιν δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις
καὶ στόμασιν μιαροῖς ἐμπτύσματα φαρμακόεντα,
δώσει δ' εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον.

AUCTORES 3 ss.] VIII 287 ss.

EXPILATORES 1] Augustin. de ciu. dei XVIII 23 (II pag. 287, 16. 288, 1): inserit etiam Lactantius operi suo quaedam de Christo uaticinia Sibyllae, quamuis non exprimat cuius. sed quae ipse singillatim posuit, ego arbitratus sum coniuncta esse ponenda, tamquam unum sit prolixum, quae ille plura commemorauit et breuia . . . ista Lactantius carptim per interualla disputationis suae, sicut ea poscere uidebantur quae probare intenderat, adhibuit testimonia Sibyllina, quae nos nihil interponentes, sed in unam seriem conexa ponentes solis capitibus, si tamen scriptores deinceps ea seruare non neglegant, distinguenda curauimus. 3 ss.] Augustin. ibid. pag. 287, 20: in manus iniquas, inquit, infidelium postea ueniet; dabunt autem deo alapas manibus incestis et inpurato ore exspuent uenenatos sputus; dabit uero ad uerbera simpliciter sanctum dorsum. — Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 246).

BGRHSPV] 1 *ante* striderunt *hoc* et *BRHV (sed in isdem codd.* deriserunt derisum *mutatum est) Epit. (sed hoc* et *ante* deriserunt derisum, *quae uerba in Epit. casu intercidisse uidentur, fuisse potest), om. SP cum testibus Italae (cf. Sabater. ibid.) et Vulg.; non est* καί *in LXX* striderunt *HSP Epit.*, striduerunt *BRV* super *RHSPV Epit., sed fort. ex Vulg.*, in *B fort. recte (cf. ad* in *pag. 351,14) cum duobus testibus Italae ap. Sabater.;* ἐπ' ἐμέ *LXX* ⸢suis⸣ V^2 *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 588* Sibylla — monstrauit *et uersus graecos om. H* quoque *om. S* 3 ANOMOIC *S*, ANOMOY *P*; ἀνόμων *codd. Sibyll., sed cf.* in manus iniquas infidelium *Augustin.* AΠEICTΩN *B*, PICTΩN *P* ЄCTЄPON *P*, ICTЄPON *Sedulius*, ὕστατον *codd. deterior. Sibyll.* IIZЄI *Sedulius* 4 ΔΩCOYCI *B*, ΔΩOCOYCIN *R*, ΔΩCOYCN *P*, ΔÔCOYCIN *(^ man. recent.) Sedulius* δώσουσι δὲ *codd. Sibyll. HMQV,* καὶ *(uel om.)* δώσουσι *rell.* ΘЄΩ *BV Sedulius*, ΘΩЄΩ *R*, ΘΩ͂ *SP* ῥαπίσματα] ЄMΠTVĆMATA *S* XЄPC͂I *S*, XHPCIN *Sedulius* ANAΓNOYC *Sedulius* 5 CTOÏMACIN *B*, CTOMACI *V* MЄIAPOIC *R*, MIAPOICIN *Sedulius;* στόμασι μιαροῖς *(uel* μιεροῖς*) codd. Sibyll. HMQV, om. rell.* ЄNΠTYCMATA *BRP*, ЄMΠIYCMATA *V*, ΠTOYCMATA *Sedulius;* ἐμπτύσματα *plerique codd. Sibyll.*, ἔκπτυσματα *rell., inter quos HMQV* ΦAPMAKЄNTA *R*, ΦAPMAKOЄMTA *S*, ΦAPMAK⸢O⸣ЄNTA *P hunc uersum et eum qui sequitur in eodem quo Lactantius loco habent codd. Sibyll. HMQV, reliqui post uers. 274 libri VIII Sibyll.* 6 ΔΩCΩ *B*, AΩCЄI *V* δ' εἰς]

item de silentio eius, quod usque ad mortem pertinaciter tenuit, 16
Esaias iterum sic locutus est: sicut ouis ad immolandum adductus est et sicut agnus coram tondentibus sine uoce, sic non aperuit os suum. et Sibylla supra dicta: 17

καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μή τις ἐπιγνῷ
τίς λόγος ἢ πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσει,

EPITOME 1—4] c. 41, 1.
AUCTORES 2] Is. 53, 7; cf. Cyprian. pag. 80, 8. 5 ss.] VIII 292 ss.
EXPILATORES 5 ss.] Augustin. ibid. II pag. 287, 24: et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat quod uerbum uel unde uenit, ut inferis loquatur et corona spinea coronetur. — Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

ΔЄЄIC *S*, ΔЄ · IC *Sedulius; δ' εἷς cum Lact. codd. Sibyll. HMQV, rell.* τ' εἷς *uel* κ' εἷς ΜΑϹΤЄΙΓΑϹ *B*, ΜΑϹΠΙΓΑϹ *P* ἁπλῶς — νῶτον] ΑΠϹΟϹ ΟΤΝΟΝΤΟΙЄΝϹΩΤΟΝ *R*, ΑϹΑ ΠΛΩϹΑΓΝΟΝ ΤΩΤЄΝΟΓΟΝ *P*, ἀναπλώσας τότε νῶτον *codd. Sibyll. HMQV,* ἁπλώσει θ' ἁγνὸν νῶτον *rell.* ΑΠΑΩϹ *V* ἁγνὸν] ΑΙΟΝ *B* ΝΟΤΟΝ *V*, ΝΟ̂ΤΟΝ *(^ m. recent.) Sedulius interpretatio lat. Augustini in SP, alia ap. Sedulium non neglegendum uidetur, cum in codd. Sibyll. HMQV hunc uersum statim sequatur is qui ap. Lact. quoque sequitur § 17* καὶ κολαφιζόμενος κτλ., *reliquos codices Sibyll. inter hos duos insertum habere hunc* αὐτὸς γὰρ κόσμῳ παραδώσει παρθένον ἁγνόν. *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 78*

BRHSPV] 1 silentia *H* quo *H* 2 eseias *BRP* loquutus *H* immolandum *(ĩ|molandum B) C Epit. cum testibus quibusd. Italae (cf. Sabaterium II 610),* uictimam *cum aliis codices Cypriani,* occisionem *Vulg.* 3 adductus *BRS Epit. cum plerisque codd. Cypriani et testibus quibusd. Italae,* abductus *H*, ductus *P cum Cypriani codd. MB et plerisque testibus Italae,* sic adductus *V;* ἤχθη *LXX et Act. Apost. 8, 32,* ducetur *Vulg.; cf. etiam ad pag. 356, 10 et 357, 9* tondentibus *(*tund- *P) BHPV Epit.; an in his inter* -bus *et* sine *intercidit* se*?* tondentibus se *RS, cf.* ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτόν *(sic cod. Alex.,* κείροντος, *om.* αὐτόν *cett.) LXX et Act. Apost. ibid. (nisi quod uel* κείραντος *uel* κείροντος *codd.);* coram tondente se *(sic etiam Vulg.) uel om.* se *codd. Cypriani; ceterum inter permultos illos quos Sabaterius producit testes unus Lactantius plurali numero utitur* 4 uoce** (ce *er.) V* ⌜non⌝ *B*² *ad loc. Isaiae cf. Roenschium pag. 560* et Sibylla supra dicta *et uersus graecos om. H* 5 κολαφιζόμενος] ΚΟΛΑΦΙΖΟΛΑЄΗΟϹ *S*, ΚΟΛΑΦΙΖΟΜЄΝΟϹ *V* ϹЄΙΓΗϹЄΙ *BSP*, ϹЄΓΗϹЄΙ *R*, ϹΙΤΗϹЄΙ *V* μή] ΜЄ *BS*, ΜΝ *V* ΓΙϹ *S* ЄΠΙΓΝΩ *BRSP Sedulius,* ЄΙΠΤΝΩ *V* 6 λόγος] ΛΟϹΟϹ *S*, ΛΟΤΟϹ *P*, ΔΟΓΟϹ *V; pro* λόγος *hoc* τίνος *codd. Sibyll., sed cf. Augustin.* quod uerbum ἢ] Є *S*,

καὶ στέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον.

18 de cibo uero et potu, quem antequam figerent ei obtulerunt, Dauid in psalmo LXVIII sic ait: et dederunt in escam meam fel
19 et in siti mea potum mihi dederunt acetum. idem hoc futurum etiam Sibylla contionata est:

εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν κεἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν,
τῆς ἀφιλοξενίης ταύτην δείξουσι τράπεζαν.

20 et alia Sibylla Iudaeam terram his increpat uersibus:

EPITOME 2—4] c. 41, 2.
AUCTORES 3] Ps. 68, 22. 6 s.] VIII 303 s.
EXPILATORES 6 s.] Augustin. ibid. II p. 287, 26: ad cibum autem fel et ad sitim acetum dederunt; inhospitalitatis hanc monstrabunt mensam. — Sedulius (cf. Montefalconium ibid.). 8 ss.] Augustin. ibid. pag. 287, 28: ipsa enim insipiens tuum deum non intellexisti ludentem mortalium mentibus, sed et spinis coronasti et horridum fel miscuisti. — Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

⌊H⌋ V^2, Ê *(^ m. recent.) Sedulius;* ἣ *cum Lact. codd. Sibyll. HMQV, rell.* ὧν *uel* ὅς   ΝΟΘΕΝ *S*   ΗΑΘΕΝ *S*, ΕΛΘΕΝ *V Sedulius*   φθιμένοισι λαλήσει] ΦΘΙΜΕΝΟΙΛΑΛΗCΕΙ *B*, ΦΘΙΜΕΝΟΙCΑΝCΕΙ *R*, ΦΕΙΜΕΝΟΙCΑΛΑΝCΕΙ *S*, ΦΘΙΜΕΝΟΝC ΑΜΗCΕΙ *P*, ΦΘΙΜΕΝΟΙCΙΛΑΑΝCΕΙ *V*, ΦΟΥΜΕΝΟΙCΙΝ ΛΑΛΕΙCΕΙ *Sedulius*   λαλήσει *cum Lact. cod. Sibyll. recentior L, cett.* λαλήσῃ, *sed cf. quae ad c. 16, 17 (*ἵν' — δώσει*) exposita sunt*
B(G)RHSPV] 1 CΤΕΦΔΝΟΝ *V*   φορήσει *cum Lact. cod. Sibyll. B, cett.* φορέσῃ   *interpretatio lat. Augustini in S*   *ad loc. Sibyll. cf. Struuium I 79*   2 quem *om. H*, quã *S*   figerent] eum figerent *H*   ei] illi *R*, illo *H*   3 XVII *R*, · LXVI · H^1, LIIII *V*   *escam *(t ? er.) B*   fel *om. H*   4 potum — acetum] potauerunt me aceto *H cum Vulg., sed cf. Epit.* acetum *(exp. m. 3) P*   *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 590*   item *B*   idem hoc — ἐκέρασσας *(355, 3) om. H*   6 χολὴν *om. S (cf. ad 7)*, ΧΟΛΕΝ *V Sedulius*   ΚΕΙCΔΙΨΑΝ *B*, ΚΑΙ ΕΙCΔΙΑΝ *R*, ΨΑΝ *S (cf. ad 7)*, ΚΕΙCΑΙΨΑΝ *P*, ΚΑΙΕΙCΔΙΨΑΝ *V Sedulius;* καὶ πιεῖν *codd. Sibyll.; cf. Addenda*   ΕΛΩΚÃ *S*, ΕΔΩ̃ΚÃ *P*, ἐπέδωκαν *codd. quidam Sibyll.*   7 τῆς ἀφιλοξενίης] ΤΚCΑΟΙΛΟ-ΞΕΝΙΗC *R*, ΤΗC ΑΦΙΛΟΞΕΝΙΕC (Η *supra*) *P*, ΤΗCΑΙΦΑΟΞΕΝ⌊ΙΑC⌋ *(*ΙΑC *in ras. ex* Ν *m. 2) V*, ΑΦΙΛΟΞΕΝΙ̅ *Sedulius;* ἀφιλοξενίης *cum Lact. codd. Sibyll. HMQV,* δὲ *(uel om.)* φιλοξενίης *rell.*   ΤΑ⌊ΥΤ⌋ΗΝ V^2, ταύτην *edidit Montefalconius in Sedulio addens 'uox dubia', sed ap. Sedul.* ΗΤΑΝ · ΗΝ *est;* ταύτης *codd. Sibyll.*   ΔΕΙΞΩCΙ *B*, ΔΕΙΞΟΙCΙ *P*, ΑΙΞΟΙCΙ *V*, ΔΙΞΟΙCΙ *Sedulius;* τίσουσι (τίξ-) *codd. Sibyll., sed cf. Augustin.* monstrabunt   *post* τράπεζαν *hoc* ΧΟΛΕΝΚΕΙCΔΙ *ex uersu 6 S*   *interpretatio lat. Augustini in SP, alia ap. Sedulium*   *ad loc. Sibyll. cf. Struuium I 79*   8 hiis *R*   uerbis *B*   *hinc fere incepit codicis G pag. 84 (163) ter scripta, in qua nihil legi poterat*

αὐτὴ γὰρ δύσφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας
παίζοντα θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλ' ἀπ' ἀκάνθης
ἔστεψας στεφάνῳ φοβερήν τε χολὴν ἐκέρασσας.

fore autem ut Iudaei manus inferrent deo suo eumque inter- 21
ficerent, testimonia prophetarum haec antecesserunt. aput 22
Hesdram ita scriptum est: et dixit Hesdras ad populum: hoc pascha saluator noster est et refugium nostrum. cogitate et ascendat in cor uestrum, quoniam habe-

EPITOME 6—356, 2] c. 43, 2.

AUCTORES 1 ss.] VI 22 ss. 6] locus non inuenitur in libro Esdrae; cf. Iustin. dial. c. Tryph. 297 D: ἀπὸ μὲν οὖν τῶν ἐξηγήσεων, ὧν ἐξηγήσατο Ἔσδρας εἰς τὸν νόμον τὸν περὶ τοῦ πάσχα, τὴν ἐξήγησιν ταύτην ἀφείλοντο· καὶ εἶπεν Ἔσδρας τῷ λαῷ· τοῦτο τὸ πάσχα ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ ἡ καταφυγὴ ἡμῶν· καὶ ἐὰν διανοηθῆτε καὶ ἀναβῇ ὑμῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν, ὅτι μέλλομεν αὐτὸν ταπεινοῦν ἐν σημείῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλπίσωμεν ἐπ' αὐτόν, οὐ μὴ ἐρημωθῇ ὁ τόπος οὗτος εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, λέγει ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων· ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσητε αὐτῷ μηδὲ εἰσακούσητε τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ, ἔσεσθε ἐπίχαρμα τοῖς ἔθνεσι. 'Patet ista uerba ab aliquo Christiano (I Cor. 5, 7: καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός — cf. c. 111) conficta esse . . . minime ab Iudaeis deleta.' Otto ad l., cuius cf. pleniorem adnotationem, praeterea expositionem Roenschii pag. 612.

BRHSPV] 1 ΑΥΤ[Η] V^2 δύσφρων] Ἀ'ΦΡΩΝ *S*, ΑΥCΦΡΩΝ *P*, CΥ///ΦΡΩΝ *V*, CΙΝΦΡΩΝ *Sedulius* τὸν *om. SP*, Τ///Ν *V*, ΤΩΝ *Sedulius* τὸν σὸν *codd. Sibyll. PrFL*, τόσσον *HMV* θεὸν] ΘΝ *S*, ΘΟÑ *P*; θεὸν *codd. Sibyll. HMV*, νόμον *rell., sed cf. Augustin.* tuum deum ЄΝΟΝCΑC *P*; ἐνόησας *cum Lact. codd. Sibyll. PrABFL*, ἐνόησεν *HMQV* 2 ΠЄΖΟΝΤΑ *SP*, ΠЄΞΟΝΤΑ *V Sedulius*, πταίοντα (παί- *L) codd. Sibyll. PrABFL*, ἐλθόντα *HMV* θνητοῖσι *(uel -σιν) codd. Sibyll.*; ΘΝΝΤΟΙC *V*, ΘΝΗΤΟΙΟ *BRSP*, ΘΝΗΤΟΥC *Sedulius; cf. Augustin.* ludentem mortalium mentibus; παίζοντ' ἐν θνητοῖο *cum edd. Struuius, opusc. I 81* νοήμασιν *cum Lact. codd. Sibyll. PrABFL*, ἐν ὄμμασιν *HMQV, sed cf. Augustin.* ἀλλ' ἀπ' ἀκάνθης] ΑΛΛΑΑΚΑΝΘΑΙC *B*, ΑΛΛΑΑΠΑΚΑΝΘΗC *R*, ΑΛΛΑ ΑΚΑΝΘЄC *S*, ΑΜΑΠΑΚΑΝΟΗC *P*, ΑΛΛΜ · ΑΚΑΝΘΝC *V*, ΑΛΛΑ · ΑΚΑΝΘΗC *Sedulius* 3 ЄCΤЄΨΑЄ *B*, ЄCΤЄЄCΨΑC *S* CΤЄΦΑΝΩ *BRPV Sedulius, om. S* ΦΟΒЄΡΗΚ *S*, ΦΟΒЄΡЄΝ *V Sedulius* τε] ΤΗ *V*; δὲ *codd. Sibyll.* ΧΟΑΗΝ *V* ЄΚЄΡΑCΑC *BP*, ЄΡΑCΑC *S interpretatio lat. Augustini in SP, alia ap. Sedulium* 4 ut *om. HS* deo suo *om. S* suo *om. P* deumque *S*, cũque V^1 interfecerunt P^1, *part. ras. corr.* P^3 5 antecessarunt B^1, *corr.* B^2, antecessuerunt *(corr. m. 3) P* 6 hesdram *RP*, hesdran *B*, esdram *H*, hesdra *S*, hesdrã *V* hesdras] esdra *H*, hesdras *(alt. s postea add. m. 1) P* 7 pasca *S*

mus humiliare eum in signo: et post haec sperabimus
in eum, ne deseratur hic locus in aeternum tempus,
dicit dominus deus uirtutum. si non credideritis ei ne-
que exaudieritis adnuntiationem eius, eritis derisio
23 in gentibus. unde apparet Iudaeos nullam aliam spem
habere nisi se abluerint a sanguine ac sperauerint in eum
24 ipsum quem necauerunt. Esaias quoque facinus eorum de-
signat et dicit: in humilitate iudicium eius sublatum
est. natiuitatem eius quis enarrabit? quoniam aufe-
retur a terra uita eius, a facinoribus populi mei ab-
ductus est ad mortem. et dabo malos pro sepultura
eius et diuites pro morte eius, quia facinus non fecit
25 neque insidias ore suo locutus est. propterea ipse

EPITOME 5—7] c. 43, 1.

AUCTORES 5 s. unde — sanguine] Cyprian. pag. 59, 1—3. 8] Is. 53, 8. 9. 12; cf. Cyprian. pag. 80, 9.

BRHSPV] 1 eum *om. V* sperauimus B^1 *(corr.* B^3*)* $R^{ac}V$, sperabis *H*, ἐλπίσωμεν *Iustin.; cf. Epit.* 2 des[e]ratur *P* 3 dicit dicit dicit *R* ei *om. H*, et *V* 5 inde *V* 6 se nisi *V* se *om. H* a *om. P* sperauerint *(*i *ras. ex* u*) H* 7 necauerunt *B*, negauerunt *cett., cf. ad pag. 310, 11* eseias *BRP* 8 iudicium *(*um *in ras. ex 3 uel 4 litt., quarum extremae* lũ *? m. 2) B* 9 *post* natiuitatem *hoc* autem *codd. Cypriani excepto B contra LXX et Vulgatam* enarrabit R^2*HP cum plerisque codd. Cypriani et Vulg.*, διηγήσεται *LXX*, ennarauit BR^1SV*, cum Cypriani codd. MB* 10 atterra *S* uita* *H* à *(exp. m. 3) P* abductus *H, recepi propter adsensum codicum Cypriani L (cf. ad pag. 298, 2)* A^{pc} *(corr. m. 1) M, dubitanter tamen,* adductus *BRSPV cum Cypriani codd.* $A^{ac}B$, ἤχθη *LXX, plane aliter Vulg.; cf. etiam ad pag. 353, 3* 12 diuites] ipsos diuites *Cyprianus unus inter omnes testes Italae a Sabaterio II 611 adhibitos;* τοὺς πλουσίους *LXX*, diuitem *Vulg.* 13 neque insidias ore suo locutus est *(*ex ore *R*, est *om. H) BRHSP*, neque insidias ore suo *codd. Cypriani omnes excepto M, in quo* dolus fuit in ore eius *secundum Vulg., cf. LXX, quorum codd. plerique totum locum sic praebent* ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν οὐδὲ δόλον ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. *illud recepi, non tamen sine omni dubitatione, quae eo maxime mouebatur, quod pro uerbis* neque insidias ore suo locutus est *(quam formam loci fort. Lact. ipse, eiecto illo* in *minus grato, ex interpretatione Cypriani et alia antiqua conposuit illa quae est ap. Faustin. de trinit. 3, 4, uol. 13 p. 66 C Migne* neque dolum in ore suo locutus est*) in codice V haec* neque inuentus est dolus in ore eius *sunt, quae non solum ab aliis auctoribus (uelut 'Tertull.' adu. Iud. c. 10, II p. 730,*

consequetur multos et fortium diuidet spolia, prop-
terea quod traditus est ad mortem et inter facinerosos
deputatus est: et ipse peccata multorum pertulit et
propter facinora illorum traditus est. Dauid quoque 26
in psalmo XCIII: captabunt in animam iusti et sangui-
nem innocentem condemnabunt, et factus est mihi
dominus in refugium. item Hieremias: domine, signi- 27
fica mihi, et cognoscam. tunc uidi meditationes eorum:
ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad uicti-

AUCTORES 5] Ps. 93, 21 s. 7] Ier. 11, 18 s.; cf. Cyprian. pag. 80, 18; 87, 17.

nec dolus in ore eius inuentus est*) confirmantur, sed etiam reddunt graeca, qualia in cod. Alex. (cf. ad pag. 311, 17) et m. 2 in Sinait. sunt haec* οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ: *uerum haec existimauerim errore procliui uel librarios in codices, atque sic etiam in codicem V intulisse uel scriptores ipsos sumpsisse ex loco I Petr. 2, 22* οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, nec inuentus est dolus in ore eius *Vulg.*

BRHSPV] 1 consequetur *BRHSP, recepi propter adsensum omnium codicum Cypriani,* hereditabit *V, quod tamen non solum graecum* κληρονομήσει *LXX accuratius exprimit, sed etiam ab aliis testibus Italae (uelut Augustin. de ciuit. dei XVIII 29, II p. 295, 26,* propterea ipse hereditabit plures*) defenditur; alii* in hereditatem *(*hereditati, hereditate, hereditatem*)* habebit *uel* possidebit, *Vulg. hoc* ideo dispertiam ei plurimos*; inter omnes qui inueniuntur antiquae interpretationis testes apud Sabaterium II 611 nullus* consequetur *praebet nisi Cyprianus et Lactantius* moltos *R*^{ac} 2 traditus est *(*est *om. H)* ad mortem *unus Lactantius inter testes Sabaterii, ceteri, inter quos Cyprianus, hoc* tradita est ad *(uel* in*)* mortem anima eius *secundum LXX* ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ facinerosos *RHP cum codd. Cypriani,* facin$\overset{o}{e}$rosos *V*, facinerosos *(i. e.* e *ex* o *m. 1) B,* facinorosos *S* 3 peccata *BV cum codd. Cypriani et Vulg.,* ἁμαρτίας *LXX,* peccatum *RHSP, recte an fort. ex Io. 1, 29* qui tollit peccatum mundi *(Vulg.) ductum? ad loc. Isaiae cf. Roenschium pag. 560* ei *ex* et *P* 4 quoque] etiam *B* 5 in animam *HSPV Vulg., recepi propter LXX* θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου, animam *BR, uix recte;* in *habent testes quidam Sabaterii II 188, pauci omittunt* 7 *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 592* ieremias *RSP* 8 tunc *RHSPV cum codd. Cypriani et Vulg.,* tum *B, recte?* 9 ego *RHSPV cum codd. Cypriani,* ego autem *B, quod tamen nullus habet ex testibus Sabaterii II 666, cf.* ἐγὼ δὲ *LXX, sed* δὲ *om. cod. Alex. et Friderico-Augustanus (pariter* tuus *unus B contra codd. Alex. Vat. Sin. addidit pag. 315,1)* et sicut *Vulg.* sine malitia *RHSPV*

mam: in me cogitauerunt cogitationem dicentes: uenite, mittamus lignum in panem eius et eradamus a terra uitam eius et nomen eius non erit in memoria amplius.
28 lignum autem crucem significat et panem corpus eius, quia ipse est cibus ac uita omnium qui credunt in carnem quam
29 portauit et in crucem qua pependit. de qua tamen apertius ipse Moyses in Deuteronomio ita praedicauit: et erit pendens uita tua ante oculos tuos, et timebis die ac nocte et non credes uitae tuae. idem rursus in Numeris: non quasi homo dominus suspenditur neque quasi filius hominis minas patitur. Zacharias etiam sic tradidit: et
30 intuebuntur in me, quem transfixerunt. item Dauid in

EPITOME 7—12] c. 41, 4 s. 12 - 359, 4] c. 41, 3.

AUCTORES 7] Deuteron. 28, 66; cf. Cyprian. pag. 87, 19. 9] Num. 23, 19; cf. Cyprian. pag. 88, 15. 11] Zach. 12, 10; cf. Cyprian. pag. 88, 12.

cum codd. Cypriani, sine macula *B, quam lectionem, cuius nullum testem habet Sabaterius, inductam esse existimo ex loco I Petr. 1, 19 (*ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ, agni immaculati Christi et incontaminati *Vulg.);* ἄρνιον ἄκακον *LXX,* agnus mansuetus *Vulg.* perductus *BRHSP cum codd. Cypriani,* adductus *V cum duobus testibus Sabaterii, quod ex Is. 53, 7 (cf. pag. 353, 3) inrepsisse existimo;* ἀγόμενος *LXX,* qui portatur *Vulg.*

BRHSPV] 1 cogitationem *(-ne H) C cum uno teste Sabaterii,* cogitatum *codd. Cypriani* 2 in pane *S cum quibusdam Cypriani utroque loco codd.,* εἰς τὸν ἄρτον *LXX* *post* eradamus *10 fere litt. eras. H* a terra *BRPV cum codd. Cypriani utroque loco paene omnibus,* etera *H,* de terra *S cum cod. Cypriani M, sed ex Vulg.* 3 *ad loc. Ieremiae cf. Roenschium pag. 569* 4 panem *C,* panis *cum Heumanno edd., sed* significat *scil.* Hieremias*; cf.* domum — significat *p. 366, 8* ⌊ei⌋ *P*[3] 5 est] ut *H* credunt *om. S* carne *P* 6 et *om. B* in *om. H* cruce *SP* qua *(ante* pependit*) HP,* quam *B*[1], m *del. B*[3], in qua *R, fort. recte,* qua *ex* quę *S,* quä *(˜ er.) V* qua *ante* tamen] quo *R, sed cf. Epit. 41, 3* item de cruce Christi 7 moses *S* pendens] pendens uidens *H* 8 ac *C,* et *Epit. 41, 4 cum codd. Cypriani, sed fort. ex Vulg.* nocte et die 9 uitæ tuæ *(duo* æ *ex* a *m. 3) P* *ad loc. Deuteron. cf. Roenschium pag. 535* item *HP Epit. c. 41, 4, recte?* non] quod ⌜neque⌝ *(s. l. m. 2) B* 10 dñs *C Epit.,* deus *codd. Cypriani Vulg.,* ὁ θεὸς *LXX* 11 *ad loc. Num. cf. Roenschium pag. 533* zaccharias *R* tradit *B* 12 intuebantur *H, sed cf. Epit. 41, 5,* ἐπιβλέψονται *LXX* quem *BRSPV Epit., uix ex*

psalmo XXI: effoderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi autem contemplati sunt et uiderunt me et diuiserunt uestimenta mea sibi
et super uestem meam sortem miserunt. quae utique 31
propheta non de se locutus est. fuit enim rex et numquam illa perpessus est, sed spiritus dei per eum loquebatur, qui fuerat illa passurus post annos mille et quinquaginta. tot enim
colliguntur anni a regno Dauid usque ad crucem Christi. sed 32
et Solomon filius eius, qui Hierosolymam condidit, eam ipsam perituram esse in ultionem sanctae crucis prophetauit: quodsi auertimini a me, dicit dominus, et non custodieritis ueritatem meam, reiciam Israhel a terra quam dedi illis, et domum hanc quam aedificaui illis in nomine

EPITOME 9 s. 360, 1—8] c. 41, 8.

AUCTORES 1] Ps. 21, 17—19; cf. Cyprian. pag. 87, 21. 10] III (I) Reg. 9, 6—9.

Vulg. quem confixerunt *inlatum,* in quem *H cum omn. codd. Cypriani, sed fort. ex Io. 19, 37* uidebunt in quem transfixerunt *Vulg.;* ἐπιβλέψονται πρός μὲ ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο *LXX* *ad loc. Zachar. cf. Roenschium pag. 585* dauid *om. H*

BRHSPV] 1 *XXI *(X? er.) H* pedes meos *BRHSP Epit. 41, 3 cum Cypriani codd. LW et Vulg.;* pedes *V cum rell. Cypriani;* ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας *LXX, sed* πόδας μου *cod. Alex.* 2 ossua *B*[1], *corr. B*[2] contempla⌜ti⌝ *P*[2] 3 me *om. B* et *RHSPV cum Cypriani cod. M, om. B (sed cum antecedente* me*) Epit. codd. Cypriani paene omnes, sine dubio secundum Vulg.;* διεμερίσαντο *(sine* καὶ*) LXX* uestimenta mea sibi *BRHV Epit. cum Cypriani codd. LWM;* τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς *LXX,* sibi uestimenta mea *SP cum rell. Cypriani et Vulg.* 4 sortem miserunt *RSP Epit. cum Cypriani codd. LW,* miserunt sortem *BHV cum rell. Cypriani et Vulg.;* ἔβαλον κλῆρον *LXX* *ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 587* 5 de se non *S* *et**numquam *(a et* er *er.) P* 6 perpessus est illa *S* quae *H* 7 ill⟨a⟩ *B,* illa *(a ex* e*) P* mille et quinquaginta] · XL · *H* 8 colligunt *P*[1], ur *add. P*[3] a regnis *(sic)* dauid anni *H* ⌜ad⌝ *B*[2] 9 salomon *HSP* (a *ex* o *P*[1?]) eam *om. S* 10 ulti*onem *(*m *er.) B* ⌜crucis⌝ *P*[2] 11 a me] ὑμεῖς καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἀπ' ἐμοῦ *LXX* custodieritis] ostenderitis *V, sed* φυλάξητε *LXX,* custodientes *Vulg.* 12 ueritatem meam] *multo plenior locus in LXX et Vulg.* istrahel *B,* israel *S* 13 domum hanc — ex omnibus] *uerba nonnihil discrepant a LXX et Vulg.*

meo, proiciam illam ex omnibus, et erit Israhel in per-
ditionem et in inproperium populo. et domus haec
erit deserta, et omnis qui transiet per illam admira-
bitur et dicet: propter quam rem deus fecit terrae huic
33 et huic domui haec mala? et dicent: quia reliquerunt
dominum deum suum et persecuti sunt regem suum
dilectissimum deo et cruciauerunt illum in humilitate
magna: propter hoc inportauit illis deus mala haec.
1 19. Quid amplius iam de facinore Iudaeorum dici potest
quam excaecatos tum fuisse atque insanabili furore correptos,
qui haec cottidie legentes neque intellexerunt neque quin face-
2 rent cauere potuerunt? suspensus igitur et adfixus exclamauit
ad deum uoce magna et ultro spiritum posuit. et eadem
hora terrae motus factus est et uelum templi quod separabat
duo tabernacula scissum est in duas partes et sol repente sub-
ductus est et ab hora sexta usque in nonam tenebrae fuerunt.
3 qua de re Amos propheta testatur: et erit in illo die, dicit

EPITOME 13—16] c. 40, 10. 17—361, 3] c. 41, 5.

AUCTORES § 2] cf. Tertull. Apolog. c. 21 (I p. 202) et tamen — subducta est. 16 s. tenebrae] Cyprian. pag. 91, 1. 17] Am. 8, 9 s.; cf. Cyprian. pag. 91, 3.

BRHSPV] 1 hominibus *ex* omnibus R^2 istrahel *B*, israel *S* 2 in inproperium *Epit.*, ĩ|properium *B*, improperium *SP*, in obproprium *HV* populo *C Epit.*, εἰς πάντας τοὺς λαούς *LXX* 3 per eam mirabitur *H*, *sed ad hanc et omnino eas quae sequuntur lectiones discrepantes cf. Epit.* admirabitur] ἐκστήσεται καὶ συριεῖ *LXX* 4 dicet *C (nisi quod* dicent, *exp. m. 3 P, cf.* καὶ ἐροῦσιν *LXX) Epit.* O propter *V* fecit deus *R* 5 et huic *om.* P^1, et *s. l. add.* P^3 domui huic *V* derelinquerunt *(sic) Epit.*, *sed ex Vulg. ut uid.* 6 deum *om. B* et persecuti — suum *om. S* *uerba* et persecuti — humilitate magna *cum plane alia sint in textu hebraico LXX Vulg., ex apocrypho aliquo libro inducta esse existimat Roenschius pag. 541; cf. locum 'Esdrae' pag. 355, 6* 7 illum] eum *V* 9 q⟨u⟩id *B* iam *om. H* facinoribus *H* 10 tunc *SP* at⌜q:⌝ P^2 insatiabili *V* 11 quin] qui non *B* facerent — potuerunt] facere canere uoluerunt *V* 12 et *om. H* 13 dominum *P* et *(ante* eadem*) om. P* 14 ⌜et uelum templi⌝ P^2 et] ut *V* 15 duo *(*o *in ras. ex* a *m. 2) S* 16 in] ad horam *V* 17 amos] moyses B^1, *corr.* B^3 et erit *om. Epit. c. 41, 5* in *om. H* die illo *S, sed cf. Epit.* ⌜die⌝ P^2

dominus, occidet sol meridie et obtenebrabitur dies
lucis: et conuertam dies festos uestros in luctum et
cantica uestra in lamentationem. item Hieremias: ex- 4
territa est quae parit et taeduit anima, et subiuit sol
ei, cum adhuc medius dies esset, contusa est et male-
dicta: reliquos eorum in gladium dabo in conspectu
inimicorum eorum. et Sibylla: 5

ναοῦ δὲ σχισθῇ τὸ πέτασμα καὶ ἥματι μέσσῳ
νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥραις.

EPITOME 3—6] c. 41, 6.

AUCTORES 3] Ier. 15, 9; cf. Cyprian. p. 91, 6. 8 s.] VIII 305 ss.

EXPILATORES 8 s.] Augustin. (cf. supra ad pag. 352, 1) ibid. II pag. 287, 30: templi uero uelum scindetur et medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis. — Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

BRHSPV] 1 occidit *R*[1], occidet *(*t *in ras. ex* s *m. 2 ?) S* sol meridie et] solet medio *H* obtenebratur *B*[1], obtenebrabuntur *s. l. corr. B*[3], obtenebricabitur *R*, tenebrabitur *PV, sed cf. Epit.* 2 festos *om. S* 3 *ad locum Amos cf. Roenschium pag. 578* ieremias *BSPV* exterritata *V* 4 t^{a}ediauit *(*^{a} *m. 3) sic B* anima *RHSPV cum codd. Cypriani excepto M*[1] *(*animae*)*, anima *B* subibit *BH*, occidit *V cum Vulg.; cf. Epit. 41, 6* 5 ei] et *B, om. HV* contusa *RHV, quod cum in Epit. quoque sit, non errore ortum uidetur (adde quod is error neque hoc loco in codd. Cypriani neque supra p. 317, 13 in uoce* confundentur *aut Lactantii aut Cypriani in codd. inuenitur)*, confusa *BSP cum codd. Cypriani, sed fort. ex Vulg.* confusa est; κατῃσχύνθη *LXX* est *om. V* et *s. l. B, om. H* 6 gladio *V* 7 eorum *RV cum Cypriani codd. LB et Vulg.*, meorum *BH*, *eorum *(in utroque cod.* m *er.) SP*, ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν *LXX ad loc. Ier. cf. Roenschium pag. 571* et Sibylla *et uersus graecos om. H* 8 NA$\overset{V}{O}$ *S*, NAY *P* ΔЄCXICΘΗ *BRSP*, ΔЄCXI CЄN *V*, ΔЄ · CXICΘΗ *Sedulius;* δὲ σχισθῇ *cum Lact. codd. Sibyll. HMQV (*σχισθῇ *uel* σχισθῇ τε *rell.) edd. Sibyll. (alii* δὲ σχίσθη*), inprobat Struuius, opusc. I 82* δ' ἐσχίσθη *commendans, coniunctiuum aoristi pro futuro positum defendunt Alexander in curis poster. ad Sibyll. VIII 305 et Volkmannus, de orac. Sibyll. dissert. pag. 21 ad I 186* τὸ] TOICATA *S*, TO *in unam uocem cum* CXICΘΗ *coniunctum habet Sedulius* ΠЄTACM⌜A⌝ *B*, τὰ πετάσματα, *om.* καὶ *codd. Sibyll. meliores,* τὸ καταπέτασμα καὶ *deteriores* καὶ] ЄN *B* HMЄPA *S*, NMATI *V* MЄCCΩ *BRPV*, MЄCH *S*, MЄCCO *Sedulius* 9 NIΞ *P* ἔσται σκοτόεσσα] AЄCTCT|*KOTΩЄCCA *(ante* K *exters.* C*) B*, ЄCTAIHЄKOTOC *S*, ЄCTAI · CKOTOЄCA *Sedulius* πελώριος] ΠAIΛΩPIOC *B*, CΦOΔPΩC *S*, ΠЄAΩPIOC *V* PICIN *P* *interpretatio lat. Augustini in SP, simillima ap. Sedulium*

6 cum haec facta essent, ne prodigiis quidem caelestibus facinus suum intellegere quiuerunt, sed quoniam praedixerat se tertio die ab inferis resurrecturum, metuentes ne a discipulis subrepto et amoto corpore uniuersi resurrexisse eum crederent et fieret multo maior in plebe confusio, detraxerunt eum cruci et conclusum in monumento firmiter militari custodia circum-
7 dederunt. uerum tertio die ante lucem terrae motu repente facto patefactum est sepulcrum et custodibus quos adtonitos obstupefecerat pauor nihil uidentibus integer e sepulcro ac uiuus egressus in Galilaeam profectus est, ut discipulos suos quaereret, in sepulcro uero nihil repertum est nisi exuuiae, quibus
8 conuolutum corpus incluserant. illum autem aput inferos non remansurum, sed die tertio resurrecturum prophetae cecinerant. David in psalmo XV: n o n d e r e l i n q u e s a n i m a m m e a m a d i n f e r o s n e q u e d a b i s s a n c t u m t u u m u i d e r e i n t e r i t u m.

EPITOME 5—12] c. 42, 1. 12—363, 8] c. 43, 2.

AUCTORES § 6 s.] Tertull. Apolog. c. 21 (I pag. 202 s.): tunc — iactitauerunt. 13 remansurum, die tertio] Cyprian. I pag. 91, 11; 92, 5. 14] Ps. 15, 10; cf. Cyprian. pag. 91, 13.

BRHSPV] 1 ne⌜c⌝ *P*[3] prodigiis] prodigiis eorum *H* 2 nequiuerunt *H* tertia *SP* 3 ad *(sic)* discipulis suis *H* 4 et amoto *om. RH*[1] *alt.* ⌜et⌝ *P*[3] 5 im plebe multo maior *V* 6 concluso *B* firmiter in monumento *V* 7 moto *H* 8 facto *om. V* sepulcrum *V*, sepulchrum *B (qui tamen 9 et 11* sepulcro *habet) cum rell.* 9 obstupefacerent *R*, obstupefaceret *V* intege|re *B*[1], integer|*e *B*[2], intellegere *V* ac] et *S* uiu⌜u⌝s *B*[2] 10 galilea *S* 11 receptum *H*[1] 12 inuolutum *P* autem *om. S* 13 tertia *S* propheta *P* cecinerunt (cae- *B*) *BH*, cecinerat *S*[1] (-ãt *S*[2]) *P* 14 dauit *B* XV *BP Epit.*, quinto decimo *S*, XIIII *RH (quod cum etiam unus Cypriani cod. L (cf. ad pag. 298, 2) praebeat, haud scio an Lact. quoque scripserit),* XXIIII *V* derelinques *RSHP Epit. codd. Cypriani plerique Vulg.*, ἐγκαταλείψεις *LXX*, relinquens *BV, mirum quod etiam in Cypriani cod. L* derelinquens *est* meam *om. B* 15 ad *RHV Epit. codd. Cypriani excepto A (*in infernum *secundum Vulg.* in inferno*)*, aput *B*, apud *SP* neque *BRHV cum codd. Cypriani paene omn.*, nec *SPV Epit. cod. Cypriani A, sed cum Vulg., quae idem* nec *etiam Act. Apost. 2, 27 habet* interitum *RHSP (sed in ras. P*[1]*) V, Cypriani cod. L,* corruptionem *B Epit. cett. codd. Cypriani, sed cum Vulg., quae idem Act. Apost. 2, 27. 31; 13, 35 habet;* interitum *confirmatur etiam loco Paciani de bapt. 4, uol. 13 pag. 1092 B Migne ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 587*

item in tertio: ego dormiui et somnum cepi, et surrexi,
quoniam dominus auxiliatus est mihi. Osee quoque 9
primus duodecim prophetarum de resurrectione eius testificatus
est: hic filius meus sapiens, propter quod nunc non
resistet in contribulatione filiorum suorum: et de
manu inferorum eruam eum. ubi est iudicium tuum,
mors, aut ubi est aculeus tuus? idem alio loco: uiuifi-
cabit nos post biduum die tertio. et ideo Sibylla inpo- 10
siturum esse morti terminum dixit post tridui somnum:

καὶ θανάτου μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας·
καὶ τότ' ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξει
πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας.

AUCTORES 1] Ps. 3, 6; cf. Cyprian. pag. 91, 16. 4] Os. 13, 13 s.; pars uersus 14 redit c. 29, 11. 7] Os. 6, 3; cf. Cyprian. pag. 92, 6. 10 ss.] VIII 312 ss.

EXPILATORES 10 ss.] Augustin. ibid. II pag. 287, 31: et morte morietur tribus diebus somno suscepto: et tunc ab inferis regressus ad lucem ueniet primus resurrectionis principio reuocatis ostenso. — Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

BRHSPV] 1 tertio] tertio psalmo et *R*, secundo *HV* somnum *S cum Cypriani codd. plerisque*, somnium *BV*, somn*um *(i er.) RHP* coepi *H*, accepi *V* surrexi *PH, quod cum Cypriani cod. L habeat, recepi*, exsurrexi *BRV*, exurrexi *S, sed cum Vulg.* 2 quoniam] q͞m *V*² est *om. B ad loc. Psalmi cf. Roenschium pag. 586* ose'e' *P*² 3 *post* primus *s. l.* de *B*³ surrectione *P* eius *om. H* 4 non *om. B* 5 re⌊si⌋stet *H*², resistet et *V* tribulatione *P, sed cf. Epit.* 7 aut *C; cum Epitome eiciendum an fort. in hac ipsa secundum I Cor. 15, 55 (Vulg. et graec.) omissum?* ποῦ *LXX ad loc. Osee cf. Roenschium pag. 577* item *BH*¹ (t *in* d *corr. H*²) *V, sed cf. Epit.* uiuificabit *S*, uiuifica'bi't *B*², uiuificauit *RHP*¹ *(u in* b *corr. P*³*) V Epit.;* ὑγιάσει *LXX* 8 nos] me *R, sed cf. Epit.* tertia *S ad loc. Osee cf. Roenschium pag. 576 uerba* et ideo — somnum *et uersus graecos om. H* 9 dixit *(*d *ex* f*) B* post tridui somnum *om. B* triduis omnium *V* somn*um *(i er.) P* 10 θανάτου] ЄNATOC *V*, ΘΑΝΑΤΟC *Sedulius* MÓPAN *(sine accentu P) SP*, MΥPAN *V*, MOΥPAN *Sedulius* TЄΛ̓ЄCЄI *(sine spiritu V) SV*, TЄΛЄCЄ *P* TPITΩN *B*, ΓPIΓON *P* HMA *P* HΠNΩCAC *Sedulius* 11 καὶ τότ'] KATOT *P*, KAI·TOTЄ *Sedulius* ἀπὸ] AΠЄI *V Sedulius* ΦЄIMЄNΩN *SV*, ΦΘIMЄ̂NΥ̑ *(^ m. recent.) Sedulius* ANAAΥCAC *V*, ANAΛICAC *Sedulius; ἀναλύσας cum Lact. codd. Sibyll. recentioris recensionis,* ἀναστήσας *(uel* ἀνάστασις*) HMQV* εἰς] ЄN *B* ΦAOOC *V*, ΠΛOOC *Sedulius* ЄΞЄI *P* 12 ΠPOTOC *V*

11 uitam enim nobis adquisiuit morte superata. nulla igitur spes
alia consequendae inmortalitatis homini datur, nisi crediderit
in eum et illam crucem portandam patiendamque susceperit.
1 20. Profectus ergo in Galilaeam — noluit enim se Iudaeis
ostendere, ne adduceret eos in paenitentiam atque inpios resa-
naret —, discipulis iterum congregatis scripturae sanctae litteras
id est prophetarum arcana patefecit, quae antequam pateretur
perspici nullo modo poterant, quia ipsum passionemque eius
2 adnuntiabant. idcirco Moyses et idem ipsi prophetae legem
quae Iudaeis data est testamentum uocant, quia nisi testator
mortuus fuerit, nec confirmari testamentum potest nec sciri
quid in eo scriptum sit, quia clausum et obsignatum est.
3 itaque nisi Christus mortem suscepisset, aperiri testamentum
4 id est reuelari et intellegi mysterium dei non potuisset. uerum
scriptura omnis in duo testamenta diuisa est. illut quod ad-
uentum passionemque Christi antecessit, id est lex et prophetae,
uetus dicitur, ea uero quae post resurrectionem eius scripta

EPITOME 4—6] c. 42, 3.

AUCTORES § 1] cf. Tertull. Apol. c. 21 (I pag. 203): nam nec — docerent. 10] 'testamentum' interpretatio Itala, διαθήκη *LXX* ('pactum' uel 'foedus' Vulg.) Exod. 19, 5; Deuter. 5, 2 s. et saepissime; cf. loc. Ieremiae § 6.

ΑΝΑCΤΑCΕΩ *R* ΚΑΗΤΟΙC *R*, ΥΑΗΤΟΙC *SP*, ΚΑΝΤΟΙC *V*, ΘΝΗΤΟΙC *B*, ΚΑΗΤΟΥC *Sedulius* ἀρχὴν] ΧΗΝ *SP* κλητοῖς ἀρχὴν *cum Lact. idem illi codd. Sibyll.*, ἀρχὴν θνητοῖς *alteri, sed ad* κλητοῖς *et* θνητοῖς *(quod in B est) cf. Augustin.* reuocatis ΥΠΟΔΕΙΞΑC *R*, ΥΠΟΔΕΙΞΑΤ *B*, ΠΟΔΕΙΞΑC *SP*, ΥΠΟΔΙΞΑC *V Sedulius;* ὑποδείξας *cum Lact. idem illi Sibyll. codd.*, ἐπιδείξας *alteri interpretatio lat. Augustini in SP, dissimilis ap. Sedulium. ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 82*

B(G)RHSPV] 1 uitã *(˜ m. 3) B* adquaesiuit B^1, *in ras. corr.* B^3 2 aliae *H* ni *R* cre⌈di⌉derit P^3 3 in eum *om. P* et *om.* S^1 *(7 add.* S^2*)* P^1, *add.* P^3 portanda *H* 4 profectus est *R* iudaeis se *P* 5 in] ad *V* sanaret *V* 6 iterum] igitur *H* litteras *(*r *et* s *in ras. m. 2) B*, litteris *H* 7 patefacit *R* 8 respici B^1, *corr.* B^3 9 adnuntiabat *H*, indicabant *V* moses *S* et] ut *V* ipsi *om. V* 10 quae] q (e superscr.) *in ras.* S^2 est] erat *B* testator *(*o *ex* u*) H*, testatus *V* 13 ⌈nis⌉i P^2 Christus] scriptus *H* 15 om̃⌊is⌋ S^2 dua *H* quod *om. H* 17 *hinc fere incepit codicis G pag. 85 (158) ter scripta, in qua nihil legi poterat*

sunt, nouum testamentum nominatur. Iudaei uetere utuntur, 5
nos nouo: sed tamen diuersa non sunt, quia nouum ueteris adinpletio est et in utroque idem testator est Christus, qui pro nobis morte suscepta nos heredes regni aeterni facit abdicato et exheredato populo Iudaeorum, sicut Hieremias propheta testatur, cum loquitur talia: ecce dies ueniunt, dicit domi- 6
nus, et consummabo domui Israhel et domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die, qua adprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti, quia ipsi non perseuerauerunt in testamento meo, et ego neclexi eos, dicit dominus. idem alio loco similiter ait: dere- 7
liqui domum meam, dimisi hereditatem meam in manus inimicorum eius. facta est hereditas mea mihi sicut leo in silua, dedit ipsa super me uocem suam, idcirco odiui eam. cum sit hereditas eius caeleste regnum, 8
non utique ipsam hereditatem se dicit odisse, sed heredes, qui aduersus eum ingrati et inpii extiterunt. facta est inquit 9

EPITOME 12—16] c. 43, 4.

AUCTORES 1 ss. nouum testamentum] Cyprian. pag. 46, 17. 6] Ier. 31 (38 *LXX*), 31 s.; cf. Cyprian. pag. 46, 19; 134, 17. 12] Ier. 12, 7 s.

BRHSPV] 1 nominātur *(˜ m. 2) S* ueteri *(*-re *B*[1]*) B*[3] 2 diuersa non] uniuersa unum *B* 3 est] *ẽ *S* testatus *V* 4 morte* *(*m *er.) B* fecit *edd.* 5 sicuti *H* ieremias *S* propheta *om. H* 7 domum *H* istrahel *B*, israel *S* domum *H* iudae *B* 8 nouum non secundum testamentum *om. V* 9 quo *H* 10 ut] et *P*[1], *corr. P*[2] *educerem *(*a *er.) B* qui *H* 11 in *BRHSP codd. Cypriani p. 135, 1 (haec pars uersus om. p. 46, 23)*, hoc *V*; testamento meo *V codd. Cypriani p. 135, 1*, testamento *(*testamentũ *S) cett.*; ἐν τῇ διαθήκῃ μου *LXX* et *om. B* ego *om. H* neglexit *(*g *ex* c *R*[2]*) RHSPV* 12 dixit *R* *ad loc. Ierem. cf. Roenschium pag. 575* idem *B*, item *cett.* 13 ⌜meam⌝ *P*[2] ⌜in⌝ *H*[2] manus *RHSP Epit.*, manu *BV, sed cum Vulg.*; εἰς χεῖρας *LXX* 15 supra *P, sed cf. Epit., ut omnino ad proximas uarias lectiones* suam] meam *ut uid. V*[1], *in ras. corr. V*[2] 16 idcirco *Epit.*, ideo *C, quod quin ex Vulgata potius inlatum sit quam a Lact. ex alia antiqua interpretatione scriptum, quamquam alii huius loci testes, qui quidem ad hanc quaestionem expediendam aliquid ualeant, non extant (cf. Sabaterium II 667), uix dubium uidetur* odi *P* 17 ipsã *(˜ m. 2) S* hered⌊e⌋s** *(*⌊e⌋ *m. 2) S* 18 ⌜eum⌝ *S*[2]

hereditas mea mihi sicut leo, id est praeda et deuoratio
factus sum heredibus meis, qui me immolauerunt sicut pecus.
dedit super me uocem suam, id est sententias aduersus me
10 mortis crucisque dixerunt. nam quod superius ait consummaturum se domui Iuda testamentum nouum, ostendit
uetus illut testamentum quod per Moysen datum est non fuisse
perfectum, id autem quod per Christum dari haberet consum-
11 matum fore. domum autem Iuda et Israhel non utique Iudaeos significat, quos abdicauit, sed nos, qui ab eo conuocati
ex gentibus in illorum locum adoptione successimus et appellamur filii Iudaeorum: quod declarat Sibylla, cum dicit:

Ἰουδαίων μακάρων θεῖον γένος οὐρανιώνων.

12 quod autem futurum esset id genus, Esaias docet, apud quem
pater summus ad filium loquitur dicens: ego dominus deus
uocaui te in iustitiam, et tenebo manum tuam et confirmabo te, et dedi te in testamentum generis mei, in

EPITOME 8—11] c. 43, 3. 13—367, 3] c. 43, 7.

AUCTORES 7 dari haberet] Cyprian. pag. 46, 17: quod—testamentum nouum dari haberet. 12] V 249. 14] Is. 42, 6 s.; cf. Cyprian. pag. 72, 3.

EXPILATORES 12] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 246).

B(G)RHSPV] 1 mihi hereditas mea *HS* 2 *post* meis 7 *fere litt. eras. H* 3 sententiam *H*, sententiã *(~ m. 3) P* 4 mortis *om. H* crucisq;*** *S* 5 se domui — nouum *om. H* *a* [Se dom]ui *incipit codicis G pag. 86 (157) ter scripta, cuius in uerss. 1. 2 perpauca legi poterant* 6 uetus *bis, sed pr. eras. V* 7 perpetuum *H* 8 domum *BHSV*, domus *RP edd., sed* significauit *scil.* deus; *cf. ad pag. 358, 4* panem iudae *H*, iudam *P* et *om. H* istrahel *B*, isrł *PV* 9 abdicauit *(b m. 1, ui m. 3) B* congregati *H* 10 adoptionemque *P* 11 quod] quae *H* sibylla declarat *V* Sibylla cum dicit *et uersum graecum om. H* 12 ΙΟΥΔΩΝ *P* ΜΑΚΑΡΙΩΝ *B*, ΜΑΚΑΡΙΟΝ *SPV (I s. l. V¹)* ΘΕΙΩΝ *B*, *om. S* γένος] μένος *codd. Sibyll.* ΟΥΡΑΝΙΟΝΤΕ *B*, ΟΥΡΑΝΙΩΝ *RS*, ΟΥΡΑΝΙΩΝΩΜ *V* ΤΩΝΙΔΑΙΩΜΑΚΑΡΙΩΝΘΕΙΩΝΓΕΝΟC ΟΙΡΑΝΙΟΝΩΝ *Sedulius interpretatio lat. eadem in S et P, similis ap. Sedulium ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 83* 13 esset] fuisset *H²* docet *H²* eseias *BR* apud] per *in ras. ex 2 litt. B* 15 in] ad *P, sed cf. Epit.* iustitiam *BRHSP Epit.*, ἐν δικαιοσύνῃ *LXX*, iusti//tia *(1 uel 2 litt. er.) H*, iustitia *codd. Cypriani, sed fort. ex Vulg.; nonnulla tamen hoc loco ap. Cyprianum diuersa interpretatione exhibentur* 16 et *om. Epit. contra codd. Cypriani LXX Vulg.*

lucem gentium, aperire oculos caecorum, producere ex uinculis alligatos et de domo carceris sedentes in tenebris. cum igitur nos antea tamquam caeci et tamquam 13
carcere stultitiae inclusi sederemus in tenebris ignorantes deum et ueritatem, inluminati ab eo sumus, qui nos testamento suo adoptauit et liberatos malis uinculis atque in lucem sapientiae productos in hereditatem regni caelestis adsciuit.

21. Ordinata uero discipulis suis euangelii ac nominis sui 1
praedicatione circumfudit se repente nubes eumque in caelum sustulit, quadragesimo post passionem die, sicut Daniel fore ostenderat dicens: et ecce in nubibus caeli ut filius hominis ueniens ⟨et⟩ usque ad uetustum dierum peruenit. discipuli uero per prouincias dispersi fundamenta ec- 2
clesiae ubique posuerunt facientes et ipsi in nomine magistri dei magna et paene incredibilia miracula, quia discedens instruxerat eos uirtute ac potestate, quo posset nouae adnuntiationis ratio fundari et confirmari. sed et futura illis aperuit omnia: quae Petrus et Paulus Romae praedicauerunt et ea praedicatio in memoriam scripta permansit. in qua cum multa alia mira tum etiam hoc futurum esse dixerunt, ut post breue

EPITOME 8—17] c. 42, 3 s. 19—368, 13] c. 41, 7.

AUCTORES 8 ss.] cf. Tertull. Apolog. c. 21 (I pag. 203): dehinc ordinatis eqs. (Cyprian. pag. 30, 14 ss.) 10] Dan. 7, 13; cf. Cyprian. pag. 92, 17. 17—368, 11] Nouum Testament. extra canonem receptum coll. Hilgenfeld, ed. 2, fascic. IV, 'Petri et Pauli praedicatio', pag. 58, 7; 64.

BRHSPV] 1 et producere *S* 2 uinclis *H* sedentes *(tert.* e *ex* i *m. 2) R* 3 *ad loc. Isaiae cf. Roenschium pag. 551* 4 carcere∗ (s *er.) B* in tenebris sederemus *R* *post* tenebris *repetit* inclusi *V* 6 mali *Volkmannus, obseru. misc. 1872 pag. 14* uinclis *H* in luce sapientia *S*, insipientiae, *om.* in luce *P* 7 hereditate *H* 8 Ordinato *H*, Post ordinata *P* suis *om.* H^1V; *cf. ad pag. 332, 13* euangelii *R*, euangelia *BPV*, euangelica *S*, euangelio *H* 9 circumdedit *V* nube *V* cumque] seque *V* 10 quinquagesimo *R*, quadrage⌜n⌝simo *V* 11 et *om. S* ut *om. HV* 12 et *addidi ex Epit. et pag. 312, 11* uetustum] *cf. ad pag. 312, 11; 313, 16* 14 facientes *om. H* ipsi in] ipsius *H*, ipsi *S* nomen *H* 15 et] ac *H* p⌞a⌟ene B^3 miracula] miracula fecerunt *H* qua *V* descendens BH^1S 16 qua *BSPV* ratio] traditio *B* 17 aperuit illis *R* 18 romam *H* im *P* 19 memoria *HV* 20 breue tempus] magisterium *P*

tempus inmitteret deus regem, qui expugnaret Iudaeos
et ciuitates eorum solo adaequaret, ipsos autem fame
3 sitique confectos obsideret. tum fore ut corporibus
4 suorum uescerentur et consumerent inuicem, po-
stremo ut capti uenirent in manus hostium et in con-
spectu suo uexari acerbissime coniuges suas cernerent,
uiolari ac prostitui uirgines, diripi pueros, allidi par-
uulos, omnia denique igni ferroque uastari, captiuos
in perpetuum terris suis exterminari, eo quod ex-
ultauerint super amantissimum et probatissimum dei
5 filium. itaque post illorum obitum, cum eos Nero inter-
emisset, Iudaeorum nomen et gentem Vespasianus extinxit fecit-
que omnia quae illi futura praedixerant.

1 22. Confirmata sunt ut opinor quae falsa et incredibilia pu-
tantur ab iis quos uera caelestium litterarum doctrina non in-
buit. sed tamen ut refellantur a nobis etiam illi qui nimium
non sine malo suo sapiunt rebusque diuinis fidem detrahunt,
argumentis quoque illorum coarguamus errorem, ut tandem
aliquando peruideant ita fieri oportuisse, sicut nos ostendimus
2 factum. et quamquam aput bonos iudices satis habeant firmi-
tatis uel testimonia sine argumentis uel argumenta sine testi-
moniis, nos tamen non contenti alterutro sumus, cum subpetat

EPITOME c. 22—25] c. 45. 22—369, 5] c. 45, 1.

BRHSPV] 1 mitteret *P* 3 sitimque *HV* confectos obsideret] consederet *V* dum *H* foret *V* 4 consumerent (with v above) (*v i. e.* ur *add. m. 2) R* se *(add. s. l. B³)* inuicem *BSP* 5 manibus *B* 6 aceruissime *B¹ (corr. B²) PV*, acseruissimae *H* 7 paruulos *om. V* 8 ferro ignique *R*, igniq: ferroque *H* 9 suis *om. P* 10 amatissimum *Hilgenfeldius ed. I pag. 66*, amantissimum *uulgarem formam superlatiui nominis* amandus *interpretatur Roenschius, Itala u. Vulg. pag. 456* ⌜et probatissimum⌝ *P²* probantissimum *H* 11 *post* cum *2 uel 3 litt. eras. H* n**ero (um *er.) B* interemississet *H* 12 uespessianus *R¹*, uespassianus *H* extincxit *H* 13 praedixerunt *V* 14 ut *om. B¹ (s. l. B³) PV* 15 iis *R*, his *cett.* quod *H* quos uera *om. V* 16 refella⌜n⌝tur *R²*, repellantur *S* illi] ii *R* 17 non sine *om. R* fidem] eidem *V* detrahant *V* 18 errore *S* 19 peruideant] pueri* (i *uel* s *er.)* uideant *H*, per⌜ui⌝deant *P²*, credant *V* sicut — factum *om. H* 20 iudices bonos *V* habeant (nt *in ras. ex* m ?) *B* 21 argumen|menta sines *H* 22 alterut⌞r⌟o*sumus *ex* alterutpossumus *S* sum' (*' i. e.* us *m. 2) S* suppetant *H*

nobis utrumque, ne cui peruerse ingenioso aut non intellegendi
aut contra disserendi locum relinquamus. negant fieri potuisse 3
ut naturae inmortali quicquam decederet, negant denique deo
dignum ut homo fieri uellet seque infirmitate carnis oneraret,
ut passionibus, ut dolori, ut morti se ipse subiceret —
quasi non facile illi esset ut citra corporis inbecillitatem
se hominibus ostenderet eosque iustitiam doceret, siquidem id
uolebat, maiore auctoritate ut professi dei —: tunc enim 4
cunctos fuisse praeceptis caelestibus parituros, si ad ea uirtus
ac potestas dei praecipientis accederet. 'cur igitur' aiunt 'ad 5
docendos homines non ut deus uenit? cur se tam humilem
inbecillumque constituit, ut ab hominibus et contemni et poena
adfici posset? cur uim ab inbecillis et mortalibus passus est?
cur non manus hominum aut uirtute reppulit aut diuinitate
uitauit? cur non maiestatem suam sub ipsa saltem morte
patefecit, sed ut inualidus in iudicium ductus est, ut nocens
damnatus, ut mortalis occisus?' refutabo haec diligenter 6
nec quemquam patiar errare. illa enim magna et mirabili
ratione sunt facta: quam quicumque perceperit, non tantum
mirari desinet deum ab hominibus esse cruciatum, uerum etiam
facile peruidebit ne deum quidem potuisse credi, si ea ipsa quae
arguit facta non essent.

23. Quicumque praecepta dat hominibus ad uitam moresque 1
fingit aliorum, quaero debeatne ipse facere quae praecipit an

EPITOME 23—371, 4] c. 45, 1 s.

BRHSPV] 1 peruerse] per|se *B* non *om. S* intellegenti *H* 2 posse *H* 4 seque uellet *V* honeraret *R*, *onerare (h *er.) H*, onerare *V* 5 doloris *H* subi*ceret (a *er.) S* 6 cor'poris' *S*² 8 ualebat (uol- *m. 1) R*², uolebant *S* maiore* (m *er.) P* professi] praeceptis *B*, professio *H* deum *H* 9 eas *P* 10 'accederet' *P*² 11 **humilem (in *er.) V* 12 inbecillemque *R* constituit] constauit *S*¹ omnibus *S* 13 posse't' *B*² 14 manibus *V* 15 ui,tauit (ui *in ras. ex* mu? *m. 2) B*, ditauit, *sed* d *minus cert., V* quur *R* ipsã *V* saltim *HV* morte* (m *er.) H* 16 sed ut] sicut *R*, sed *V* dictus *V* 17 haec] haec omnia *R* 18 nec quemquam] nequam *S* paciarer rera *R*¹ pati'a'r *S*² magna *om. S* 19 ratione* (m *er.) B* quae *R*, quę *ex* quã *S*² 21 nec *H* potuisse] potuisse se *V* 23 quicum'q.' *B*² hominis *V* ad] ac *S* 24 debe'a'tne *B*², debeat *H* facere ipse *H* facere* (t *er.) S* praecepit (pre- *H) HV*

2 non debeat. si non fecerit, soluta praecepta sunt. si enim
bona sunt quae praecipiuntur, si uitam hominum in optimo
statu collocant, non se debet ipse praeceptor a numero coetu-
que hominum segregare inter quos agit, et ipsi eodem modo
uiuendum est quo docet esse uiuendum, ne si aliter uixerit,
ipse praeceptis suis fidem detrahat leuioremque doctrinam suam
3 faciat, si re ipsa resoluat quod uerbis nitatur adstringere. unus
quisque enim cum audit praecipientem, non uult inponi sibi
necessitatem parendi, tamquam sibi ius libertatis adimatur.
4 respondet itaque doctori hoc modo: ‘non possum facere quae
iubes, quoniam sunt inpossibilia. uetas me irasci, uetas cupere,
uetas libidine commoueri, uetas dolorem, uetas mortem timere,
sed hoc adeo contra naturam est, ut his adfectibus animalia
uniuersa subiecta sint: uel si adeo putas repugnari posse natu-
5 rae, tu ipse qui praecipis fac, ut sciam fieri posse. cum autem
ipse non facias, quae insolentia est ut homini libero inponere
uelis leges quibus ipse non pareas? prius disce qui doces et
6 antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige.’ quis neget
iustam esse hanc responsionem? quin etiam in contemtum
ueniet huiusmodi doctor et deludetur uicissim, quia uidebitur
7 et ipse deludere. quid ergo faciet ille praeceptor, si haec ei
fuerint obposita? quomodo adimet excusationem contumaci-

EPITOME 22 s. contumacibus, praesentibus factis] c. 45, 3.

BRHSPV] 2 si *om. V* uita *H* 3 colloca⌜n⌝t B^2 ⌜se⌝ H^2 a numerum *V* quaetuque *H*, coeptuque P^1, p *del.* P^3 4 inter *(in initio uersus add. m. 2) P, s. l.* H^2 agit] habit *sic V* et] sed *Volkmannus, obseru. miscell. 1872, pag. 14* ipsi] ipse et ipsi *V* 5 est quo — uiuendum *om. P* esse] ipse *V* ne si] nisi HP^1 *(corr.* P^3*) V* 7 faciat *om. V* nititur *(alt.* i *ras. ex* a *S) HS* 8 enim] autem *B* 9 tam *H* ius sibi *V* liber⌜t⌝atis S^2 adimitatur R^1 10 respondit B^1, *corr.* B^2; *an* respondebit *scribendum?* 11 iub⌞es⌟ P^3 uetas *(ante* cupere*), sed* a *in ras. ex* e*? m. 3 B* 12 libidinẽ *V* dol⌞e⌟re S^2 dolorem uetas *om. P* uetas] uel *V* 13 adeo *om. V* naturã *(˜ m. 2) S* ut] et *V* his *(*h *in ras. ex* i*) P* 14 sunt *(*s̃ *S) HS*, sụnt *V* si *om. H* ad⌞eo⌟ P^2 putas] potes *V* 15 tu] et tu *R*, et *(*e *part. ras. ex* u *m. 2) P* quae *(*e *ex* s*?) P edd.* aut *V* 17 qui] quae *H* 18 mor*es *(*i *er.) B* colligas *H* negat *BHP* 19 iustum *H* quis *HV* 20 ueniet ẹṭ *P* ductor *V* et deludetur] et ludetur *H*, ⌜e⌝ludetur P^2 qui audebitur *V* 21 faciat *H* praecepi R^1 si] quia si *R*

bus, nisi ut praesentibus factis doceat possibilia se docere?
inde euenit ut philosophorum praeceptis nullus obtemperet. 8
homines enim malunt exempla quam uerba, quia loqui facile
est, praestare difficile: utinamque tam multi bene facerent
quam multi locuntur bene! sed qui praecipiunt nec faciunt,
abest ab iis fides: et si homines fuerint, contemnentur ut leues,
si deus, opponetur ei excusatio fragilitatis humanae. super- 9
est ut factis uerba firmentur: quod philosophi facere nequeunt.
itaque cum ipsi praeceptores uincantur adfectibus quos uinci
praedicant oportere, neminem possunt ad uirtutem quam falso
praedicant erudire ob eamque causam putant neminem adhuc
perfectum extitisse sapientem, id est in quo summae doctrinae
ac scientiae summa uirtus et perfecta iustitia consenserit; quod
quidem uerum fuit. nemo enim post mundum conditum talis 10
extitit nisi Christus, qui et uerbo sapientiam tradidit et doc-
trinam praesenti uirtute firmauit.

24. Age nunc consideremus an doctor e caelo missus possit 1
non esse perfectus. nondum de hoc loquor quem uenisse a
deo negant. fingamus aliquem de caelo esse mittendum, qui
uitam hominum rudimentis uirtutis instituat et ad iustitiam
formet. nemini dubium potest esse quin is doctor qui caeli- 2
tus mittitur tam scientia sit rerum omnium quam uirtute per-
fectus, ne nihil inter caelestem terrenumque differat. nam 3
in homine interna et propria doctrina esse nullo pacto potest:

EPITOME 3—8] c. 45, 3. 14—372, 8] c. 45, 4.

BRHSPV] 1 praeeuntibus *B* 2 unde *P* 4 difficile est *BH* utinamque] utinam quidem *P*, utinaquae *H*; *suspectum Hartelio* 5 loquuntur *SP* quae *B* praecipiant *ut uid.* *B*¹, *in ras. corr.* *B*² 6 iis *R*, his *BHP*, is *S*, eis *V* 7 oppenetur *B* fragitatis *H* 8 ut *om.* *H* 9 uincuntur *H* affectibus *ex* adfectibus *B*² 10 praedicant (nt *ex* m *m. 3)* *P* ·oportere — falso praedicant *om.* *V* ad uirtute *H* quod *H* 12 perfectum *om.* *R* id est *om.* *S* in *om.* *P* 15 et uerbo et *H* tradidit sapientiam *B* et doctrinam] et uerba doctrinae *H* doctrinã (˜ *m. 3)* *B* 16 praesente *B*¹, *corr.* *B*² 17 e] de *H*, ę *S*, *e (a *er.)* *P* 18 ⸢hoc⸣ *H*² 20 uitam (ui *add. m. 2)* *P* 21 formet** (et *er.)* *B* qui in his *H*, quin*is (h *er.)* *S*, qui nisi *V* 22 tam *om.* *H* sapientia *S* omnium *om.* *B* 23 caeleste *V* terrerumque *H* disserat *V* 24 interna et] interna *H*, in terra *P* nullo pacto esse *H* potest] est *P*

nec enim mens terrenis uisceribus inclusa et tabe corporis in-
pedita aut conprehendere per se potest aut capere ueritatem,
4 nisi aliunde doceatur. et si maxime possit, summam tamen
uirtutem capere nequeat et omnibus uitiis resistere, quorum
materia in uisceribus continetur. eo fit ut terrenus doctor per-
5 fectus esse non possit. at uero caelestis, cui scientiam diui-
nitas, uirtutem inmortalitas tribuit, in docendo quoque sicut in
ceteris perfectus et consummatus sit necesse est. at id omnino
fieri non potest, nisi mortale sibi corpus adsumat. cur autem
6 fieri non possit, ratio clara est. nam si ueniat ad homines ut
deus, ut omittam quod mortales oculi claritatem maiestatis
eius conspicere ac sustinere non possunt, ipse certe deus uir-
tutem docere non poterit, quia expers corporis non faciet quae
7 docebit ac per hoc doctrina eius perfecta non erit. alioquin
si summa uirtus est dolorem patienter pro iustitia officioque
perferre, si uirtus est mortem ipsam et intentatam non metuere
et inlatam fortiter sustinere, debet ergo doctor ille perfectus
et docere ista praecipiendo et confirmare faciendo, quia qui
dat praecepta uiuendi amputare debet omnium excusationum
uias, ut inponat hominibus parendi necessitatem non ui aliqua
sed pudore, et tamen libertatem relinquat, ut et praemium
sit constitutum parentibus, quia poterant non parere si uellent,
8 et non parentibus poena, quia poterant parere si uellent. quo-

EPITOME 8—374, 23] c. 45, 4 s.

BRHSPV] 1 tabés *V* ĩ|pedita *B* 3 tamen summam *BH* 4 uirtutem *om. V* persistere *V* 5 *⌞doctor⌟* *P* 6 at — scientiam] at si uero cui scientiam caelestis *V* cuius *H* diuinitas *om. H* 7 uirtute⌜m⌝ B^3 immortalitatis S^1 tribuet *B* 8 ceteros *V* omnino] dño *R* 9 fieri *om. H* adimat *HV* 10 non possit fieri *B* posset *H*, potuit *V* clara] clausa B^1, *corr.* B^2 ab homines *V* ut] sicut *H* 11 ut] et *V* 12 certe] quoque *V* 14 non *om. V* alioquin] ali⌞ud̊qq;⌟ S^2 15 uirtute *P* dolore *V* 16 et *om. HP* intantatam B^1, *corr.* B^2, inten⌜p⌝tatam R^2, intentam (-tã, ˜ *add. m.2 S) SP* non metuere — inlatam *om. P* ⌜non⌝ H^2 17 et] ut *V* ergo *om. H* ille doctor *H* 18 ita *H* firmare *H* quit|ad B^1, qui*|dat B^2 19 excusationem *V* 20 ut] et *V* 21 ⌜tamen⌝ B^2 libertate *HV* et *om. H* 22 non *s. l. B m. 1 uel 2* uellent] nollent *H* 23 et non parentibus — si uellent *om. PV* poena* (m *er.) B*, paenã *H*

modo igitur poterit amputari excusatio, nisi ut qui docet, faciat
quae docet et sit quasi praeuius et manum porrigat secuturo?
quemadmodum autem potest facere quae docet, si non sit similis
ei quem docet? nam si nulli subiectus sit passioni, potest ei 9
docenti homo sic respondere: 'uolo equidem non peccare, sed
uincor: indutus sum enim carne fragili et inbecilla, haec est
quae concupiscit, quae irascitur, quae dolere, quae mori timet.
itaque ducor inuitus et pecco, non quia uolo, sed quia cogor.
sentio me et ipse peccare, sed necessitas fragilitatis inpellit,
cui repugnare non possum.' quid ad haec respondebit prae- 10
ceptor ille iustitiae? quomodo confutabit ac redarguet hominem
qui delictis suis excusationem carnis obtendet, nisi et ipse
carne fuerit indutus, ut ostendat etiam carnem posse capere
uirtutem? contumacia enim redargui non potest nisi exemplo.
nam si habere non possunt quae doceas firmitatem, nisi ea prior 11
feceris, quia natura hominum procliuis in uitia uideri uult non
modo cum uenia, sed etiam cum ratione peccare, oportet 12
magistrum doctoremque uirtutis homini simillimum fieri, ut
uincendo peccatum doceat hominem uinci ab eo posse pecca-
tum. sin uero sit inmortalis, exemplum proponere homini 13
nullo modo potest. exsistet enim constans aliquis ac dicet:

EPITOME 14 s. contumacia, exemplo, firmitatem] c. 45, 3.

B(G)RHSPV] 1 excusationis ut *RV* 2 quae] quod *P* si⌜t⌝ P^3 3 autem] semper *R* si non — docet *s. l.* B^2 4 *pr.* ei] ***ei *(ill er.) V* *alt.* ei] et *V* 5 quidem *H* 6 uimcor B^1, *corr.* B^2 enim *om. P* 7 quae concupiscit *om. P* concupiscit** *(ad ? er.) B* *a* Citur quae dolere *incipit codicis G pag. 87 (23) paene tota lecta* dolet *H*, dole$\overset{t}{\underline{re}}$ *(corr. m. 3) P* 8 ita *H* et *om. V* 9 sentio — inpellit *om. V* et *om. V* 10 hoc *V* respondibit *B* 11 cõ|futauit *G*, confortauit *V* hac P^1, h *del.* P^3 redarguit B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 12 qui delictis suis] quicquid et artis *V* optend$\overset{dit}{\&}$ *(corr. m. 2) R*, ostendet *HV*, ostendit *P* 13 carne *HS* 15 nam si *BGRSV, recte?* nam *HP, uix recte, ut ab* oportet *nouum enuntiatum incipiat; malim* iam si *cum Thilone* haberi *H* firmitatẽ *(˜ m. 3) P* ea] ex ea *G* 16 fe⌜ce⌝ris R^2 17 cum uenia] conuenio *V* cũ rationẽ *V* oportet] ⟨o⟩portet uero *G* 18 hominum *SP*, hominis *V* 19 peccato *H* homine *S* ab eo *om. S* 20 sin *RH*, si *BGSP*, sim *V* 21 modo] pacto *R, cf. pag. 376, 19* constans] contumax *uir doctus, miscellan. obseruat. uol. IV (1734) pag. 422, conl. § 10* contumacia *et Epit. 45, 3* contumax ac] aut *V*

'tu quidem non peccas, quia liber es ab hoc corpore, non concupiscis, quia immortali nihil est necessarium: mihi uero multis rebus opus est ut tuear hanc uitam. mortem non times, quia ualere in te non potest, dolorem contemnis, quia nullam uim
14 pati potes: at ego mortalis utrumque timeo, quia cruciatus mihi grauissimos inferunt, quos tolerare carnis infirmitas non
15 potest.' doctor itaque uirtutis etiam hanc excusationem debuit hominibus auferrre, ne quis quod peccat necessitati potius
16 adscribat quam culpae suae. ergo ut perfectus esse possit, nihil ei debet opponi ab eo qui docendus est, ut si forte dixerit 'inpossibilia praecipis', respondeat 'ecce ipse facio.' 'at ego carne indutus sum, cuius est peccare proprium.' 'et ego eandem car-
17 nem gero et tamen peccatum in me non dominatur.' mihi opes contemnere difficile est, quia uiui aliter non potest in hoc corpore.' 'ecce et mihi corpus est et tamen pugno contra omnem cupiditatem.' 'non possum pro iustitia nec dolorem ferre nec mortem, quia fragilis sum.' 'ecce et in me dolor ac mors habet potestatem et ⟨tamen⟩ ea ipsa quae times uinco, ut uictorem te faciam doloris ac mortis. prior uado per ea quae sustineri non posse praetendis: si praecipientem sequi non potes, sequere antecedentem.' sublata omnis hoc modo excusatio est et fateri hominem necesse est sua culpa iniustum esse qui doctorem uirtutis et eundem ducem non sequatur. uides ergo quanto perfectior sit mortalis doctor, quia dux esse

EPITOME 13—21] c. 45, 4 quae docebat — contemnere.

B(G)RHSPV] 2 inmortali *(n ex* m *m. 3) B,* ⌜ĩ⌝mortali S^2 3 utuear *H* 4 in te ualere *V* 5 potest *H* e*go *(r er.) H,* ego $\overset{o}{g}$ *(i. e.* ergo*) sic S* quia *om. P* 7 *in* doctor itaqu⟨e⟩ *desinit codicis G pag. 87 (23), sequitur pag. 88 (24), cuius in uerss. 1—7 pleraque legebantur* 10 doctus *P* 11 possibilia *V* at] et *H* carne* *(m er.) H* 13 in me peccatum *H* 14 quia] quo *V* 15 et *om.* B^1 *(s. l.* B^2*) P* est *om. P* inpugno *V* 16 iustitia* *(m er.) H* 17 fragilissimū S^{ac}, fragilissum// *corr. m. 1 ?* et *om. B (s. l.* B^2*) H* 18 tamen *addidi, cf. 13. 15* 19 ut] et H^1 uictorem te] uictorem⌊e⌋ *H* prior *bis* P^1, *pr. del.* P^3 20 susteri P^1, *corr.* P^2 ⌜non⌝ B^2 possit *V* praetendis si] praetendisti B^1, *corr.* B^2 praecipientis R^1 21 potes B^1, potis B^2, potes *restituit* B^3 sublato *P* hoc modo omnis *HSP* 23 et *om. H* 24 mortali *V* qui *V*

mortali potest, quam inmortalis, quia patientiam docere non
potest qui subiectus passionibus non est. nec hoc tamen eo 18
pertinet ut hominem deo praeferam, sed ut ostendam neque
hominem perfecta doctrina esse posse, nisi sit idem deus, ut
auctoritate caelesti necessitatem parendi hominibus inponat,
neque deum, nisi mortali corpore induatur, ut praecepta sua
factis adinplendo ceteros parendi necessitate constringat. li- 19
quido igitur apparet eum qui uitae dux et iustitiae sit magister
corporalem esse oportere nec aliter fieri posse ut sit illius plena
et perfecta doctrina habeatque radicem ac fundamentum stabi-
lisque aput homines ac fixa permaneat, ipsum autem subire
carnis et corporis inbecillitatem uirtutemque in se recipere
cuius doctor est, ut eam simul et uerbis doceat et factis; item,
subiectum esse morti et passionibus cunctis, quoniam et in
passione toleranda et in morte subeunda uirtutis officia uer-
santur. quae omnia ut dixi consummatus doctor perferre debet,
ut doceat posse perferri.

25. Discant igitur homines et intellegant quare deus sum- 1
mus cum legatum ac nuntium suum mitteret ad erudiendam
praeceptis iustitiae mortalitatem, uoluerit eum carne indui et
cruciatu adfici et morte multari. nam cum iustitia nulla esset 2
in terra, doctorem misit quasi uiuam legem, ut nomen ac

EPITOME 18—21] c. 45, 5.

B(G)RHSPV] 1 mortali⸢s⸣ *R*², mortali non *V* quam inmortalis — non potest *om. R* 4 ⸢per⸣ hominem *S*² $\overset{\text{tv̄}}{\text{perfecta}}$ *(sic corr. m. 2) R* perfectā doctrinā *(duo ~ m. 2) S* posse *om. P* ạut *(exp. m. 3) P* 5 auctoritati *H* *hinc fere incepit codicis G pag. 89 (124), cuius in uerss. 1—9 pauca legi poterant; uersuum 1—4 maior pars cum margine super. abscissa est* 6 deum *om. S*¹, per deum *s. l. S*² 10 et] ac *H* habeatque] habeat *B*, nisi habeat *P* 11 ac] et *H* 12 uirtutem *R* 13 doctor est] doctoris *P* doceat et uerbis *H* 14 et *(post* quoniam*) om. V* 15 uersatur *H* 16 debet — perferri] debeat ut doceat ipse perferri posse *H* 17 ⸢ea⸣ posse *S*² 19 ac *om. R, s. l.* id ẽ · *R*² erudienda∗ (m *er.) B*, erudiendum *R*, eruendam *(pr.* e *ex* c*) V* 20 praecept⸤a⸥ (a *in ras. ex* is*) B*² iustitiae suae *H* mortalitatem *B*¹ (⸢et in⸣mortalitatis *B*²*) RS*, inmortalitatem (imm- *V) HV, om. P* uoluerit] mortali uoluerit *BP* 21 morteṃ *(exp. m. 3) P* ⸢in⸣iustitia *R*² nulla] multa *R* 22 terrā̈ *(~ er.) B* ut] et *B*¹, *in ras. corr. B*²?

templum nouum conderet, ut uerum ac pium cultum per omnem
3 terram et uerbis et exemplo seminaret. sed tamen ut certum esset a deo missum, non ita illum nasci oportuit, sicut homo nascitur ex mortali utroque concretus, sed ut appareret etiam in homine illum esse caelestem, creatus est sine opera geni-
4 toris. habebat enim spiritalem patrem deum et sicut pater spiritus eius deus sine matre, ita mater corporis eius uirgo sine
5 patre. fuit igitur et deus et homo, inter deum atque hominem medius constitutus, unde illum Graeci μεσίτην uocant, ut hominem perducere ad deum posset id est ad inmortalitatem: quia si deus tantum fuisset, ut supra dictum est, exempla uirtutis homini praebere non posset, si homo tantum, non posset homines ad iustitiam cogere, nisi auctoritas ac uirtus homine
6 maior accederet. etenim cum constet homo ex carne ac spiritu et oporteat spiritum iustitiae operibus emereri ut fiat aeternus, caro quoniam terrena est ideoque mortalis, copulatum sibi spiritum trahit secum et ab inmortalitate inducit ad mor-
7 tem. ergo spiritus carnis expers dux esse homini ad inmortalitatem nullo pacto poterat, quoniam caro inpedit spiritum

11 supra] c. 24, 11 ss.
EPITOME 2—8] c. 38, 9.
AUCTORES 2—10] cf. Cyprian. pag. 74, 15 s.
EXPILATORES 6—8] cf. Isidor. orig. VII 2, 12. 8—10] ibid. § 29.

B(G)RHSPV] 1 con*deret *S* ut uerum] uterum *H* 2 et *om. BP* uerbo *R* et *om. P* seminare *H* sed *om. H* 3 esset] est et *HP*^{ac} missus *V* 4 ut*roque *(e er.) B* co⌜n⌝cretus *H*^{2} illum etiam in homine *P* 5 in homine] hominem *BH* *hinc fere incepit codicis G pag. 90 (123) paene tota lecta; uersuum 1—4 maior pars cum super. margine abscissa est* opere *R* 6 spiritalẽ *(˜ m. 2) S* et *om. H* ⌜pater⌝ *S*^{2} 7 sp̃s *(exp. m. 2) S* spiritus eius *(= et ¯ er.) B* matre] mater *R*^{1} corpori *H* 8 igitur et] miscetur *H* i⌜n⌝ter *H*^{2} 9 constitutus] constituitur xp̃s *H* μεσίτην *edd.*, mesiten *BGRSPV*, mestine *H* 11 quia si] quasi *HV*^{ac} ta⟨nt⟩um *B* dictum *(exp. m. 3) P* 12 possit *G* tantummodo *H* 13 co*gere** *(n et re er.) B* ac] aut *S*, et *V* 14 antecederet *P* enim *H* ⌜cum⌝ *S*^{2} ac] et *P* spiritum *V* 15 et oporteat spiritum *om. HV* ⟨m⟩[e]reri *G*, emendari *P*, et mereri *V* *ut *S* 16 aeternis *V* 17 spiritum] xp̃m *H* ducit *BP* 18 ⌞s⌟p̃s *(⌞s⌟ m. 2)* expers carnis *V* 19 paterit *(a del. et corr. m. 3) sic P* quoniam] quia *V*

quominus deum sequatur. est enim fragilis et subiecta peccato,
peccatum autem pabulum mortis est. itaque idcirco mediator 8
aduenit id est deus in carne, ut caro eum sequi posset, et eri-
peret hominem morti cuius est dominatio in carnem. ideo
carne se induit, ut desideriis carnis edomitis doceret non ne-
cessitatis esse peccare, sed propositi ac uoluntatis. una enim 9
nobis et magna et praecipua cum carne luctatio est, cuius in-
finitae cupiditates premunt animam nec dominium retinere pa-
tiuntur, sed eam uoluptatibus et inlecebris suauibus mancipatam
morte adficiunt sempiterna. quibus ut repugnare possemus, 10
deus nobis uiam superandae carnis et aperuit et ostendit.
quae uirtus perfecta et omnibus numeris absoluta coronam
uincentibus et mercedem inmortalitatis inpertit.

26. Dixi de humilitate et fragilitate et passione, cur haec deus 1
subire maluerit: nunc ipsius crucis ratio reddenda est et uis
enarranda. quid summus pater a principio disposuerit et 2
quemadmodum cuncta quae gesta sunt ordinarit, non tantum
diuinatio prophetarum, quae in Christum uera praecessit, sed
etiam ratio ipsius passionis docet. quaecumque enim passus 3
est, non fuerunt inania, sed habuerunt figuram et significantiam
magnam sicut etiam diuina illa opera quae fecit: quorum uis
et potentia ualebat quidem in praesens, sed declarabat ali-
quid in futurum. aperuit caecorum lumina. caelestis uirtus, 4

EPITOME 15 s.] c. 46, 1.
AUCTORES 15 s.] cf. Cyprian. pag. 89, 1.

B(G)RHSPV] 2 mortalis *H*[1], *in ras. corr. H*[2] est *om. G* 3 id est] idem *S* in *om. H* 4 in carnem *RV,* in carne *BGHS, om. P* ideo *om. P* 5 carne] in carne *B*[1] *(*et carne *B*[2]*) G,* carnẽ *V* induit se *V* 6 *in* uoluntati[su]n⟨a⟩ *desinit codicis G pag. 90 (123)* enim] igitur *H* 7 *alt.* ⌜et⌝ *P*[3] est *om. H* infinitate *V* 8 dñm *SV* 9 uoluntatibus *B*[1], *corr. B*[3] et *om. V* mancipata *V* 10 mortẽ adficiunt sempiternã *H* possimus *V* 12 caronam *H* 13 ĩ|mortalitatis *B* 15 cruci *H* uis *ex* bis *B* 16 quid] quae *V* sũmus *(~ m. 2) S* 17 ordinarit *(alt.* i *ex* e *m. 2) H* 18 in *om. R* processit *BHV* 19 miratio *V* passionis ipsius *R* 20 et significantiam magnam *in inf. mg. add. B*[3] 21 opera illa *H* uis et *om. H* 23 lumina *(*i *ex* e *m. 2) H* *post* uirtus *hoc* et *RSP (idem edd. distinctionem post* lumina *non ponentes), sed cf.* reddidit sed *(*et*) HSP pag. 378, 1*

lucem non uidentibus reddidisse: sed hoc facto significabat fore
ut conuersus ad gentes quae deum nesciebant insipientium pec-
tora inluminaret luce sapientiae et ad ueritatem contemplandam
5 oculos cordis aperiret. uere enim caeci sunt qui caelestia
non uidentes et tenebris ignorantiae circumfusi terrena et fra-
6 gilia uenerantur. patefecit aures surdorum. non utique hac-
tenus uis illa caelestis operata est: sed declarabat breui fore
ut qui erant ueritatis expertes, et audirent et intellegerent di-
uinas dei uoces. uere enim surdos dixeris qui caelestia et uera
7 et facienda non audiunt. mutorum linguas in eloquium sol-
uit. admirabilis, etiam cum ⟨hoc tantum⟩ fieret, potentia: sed
inerat huic uirtuti alia significatio, quae ostenderet mox futurum
ut rerum caelestium nuper ignari percepta sapientiae disciplina
8 de deo et ueritate dissererent. nam qui rationem diuinitatis
ignorat, is uere elinguis et mutus est, licet sit omnium diser-
tissimus. lingua enim cum uerum loqui coeperit id est uirtu-
tem maiestatemque dei singularis interpretari, tum demum officio
naturae suae fungitur, quamdiu autem falsa loquitur, in usu
suo non est: et ideo infans sit necesse est qui diuina proloqui
9 non potest. pedes quoque claudorum ad officium gradiendi
reformauit. laudabilis diuini operis fortitudo: sed figura id
continebat, quod cohibitis erroribus uitae saecularis ac deuiae
iter ueritatis aperiretur, per quod graderentur homines ad dei
10 gratiam consequendam. is enim uere claudus existimandus
est qui caligine ac tenebris insipientiae inplicatus et quo tendat

BRHSPV] 1 lucem] uicem *V* reddidisse sed *BRV*, reddidit sed *H*, reddidit et *SP edd.* significauit *P* 3 inluminari B^1, inluminar'e't *corr.* B^2, luminaret *V* 4 cordis oculos *H* uere (*in utroque cod. alt.* e *ex* i) B^2R^2, uerę (˛ *add. m.3*) *P*, ueri B^1R^1HSV 5 *pr.* et *om. H* 6 sordorum *S* 7 uis *om. H* 8 ueritates *V* 9 dixerim (-rĩ *ex* -ris B^2) *BR*, dixerit *V* qui caelestia (*om.* et) uera et facienda non audiunt *in mg. H* 10 audiunt *in ras. ex 1 uel 2 litt. add.* B^2 mu*torum (l *er.*) *V* 11 hoc tantum *addidi; an* hoc *sufficit?* 12 qua *H* 13 praecepta *V* 15 uerolinguis (*corr. m. 2*) *B* uero R^1H si't' B^2, *om. S* dissertissimus *HP* 16 uirtutẽ* (ẽ *ex* i) *V* 17 dõ *V* tunc *R* (*sed* tũc *ex* tũ S^2) *S* 18 fungetur *H* falso *HV* loquetur *H* 19 et *om. H* praeloqui B^1, *corr.* B^3 20 gradi S^1 21 id] haec *H* 22 diuinae B^1, deuii (*sic*) B^3 23 grade'en't^ur *ex* gradera*c P^3 25 et] est *H*, *om. P* quo* (d *er.*) *H*

ignarus offensibilibus et caducis gressibus per uiam mortis in-
cedit. item labes et maculas inquinatorum corporum repur- 11
gauit. non exigua immortalis potentiae opera: uerum id porten-
debat haec uis, quod peccatorum labibus ac uitiorum maculis
inquinatos doctrina eius purificatura esset eruditione iustitiae.
leprosi enim uere atque elephantiaci debent haberi quos uel 12
infinitae cupiditates ad scelera uel insatiabiles uoluptates ad
flagitia conpellunt et dedecorum maculis inustos labe adficiunt
sempiterna. iacentia mortuorum corpora erexit eosque nomi- 13
nibus suis inclamatos a morte reuocauit. quid congruentius
deo? quid miraculo dignius omnium saeculorum quam decur-
sam uitam resignasse, conpletis hominum temporibus adiecisse,
arcana mortis reuelasse? sed haec inenarrabilis potestas 14
imago uirtutis maioris fuit, quae demonstrabat tantam uim
habituram esse doctrinam suam, ut gentes in orbe toto, quae
alienae a deo subiectae morti fuerunt, cognitione ueri luminis
animatae ad inmortalitatis praemia peruenirent. eos enim 15
recte mortuos aestimaueris, qui datorem uitae deum nescientes
atque animas suas a caelo in terram deprimentes in laqueos
aeternae mortis incurrunt. quae igitur tum faciebat in prae- 16
sens, imagines erant futurorum, quae in laesis adfectisque cor-
poribus exhibebat, ea spiritalium figuram gerebant, ut et in

BRHSPV] 1 offensilibus *R* per uia *V* 2 repugnauit *H* 3 exiguã *V* inmortalis *(n ex* m *m. 3)* immo *B*, inmortalitatis *H*, mortalis *V* 4 quod] cui *H* lauibus *V* 5 eruditione] caelestis eruditione *H* 6 uere *om. P* debant *sic V* habere *RV* 7 cupiditatis *R* ad] ac *H* scelera — uoluptates ad *om. V* insanabiles *S* 8 dedecora *H*, dedõrum *ut uid.* S^1, deeorum *in ras. corr.* S^2, decorem *V* maculis] oculis *V* in*ustos *(i er.) B*, inuitos *V* 9 erexerit *V* eos *V* in omnibus *S* 10 inclamatos *in mg.* H^2 a* *S* 11 dignīus $B^{1?}$ 12 conpletis — adiecisse] completisque omnum *(sic)* temporibus tempora adiecisse perpetua *P* *post* temporibus *s. l.* uitam *add.* R^2 abiecisse *H* 13 archanã *H* ⌜in⌝-enarrabilis P^3 15 *post* gentes *add.* quae S^2 orbo R^1 toto orbe *V* qui *H* 16 alieno *V* cognotione *H* 18 mortuos recte *H* existimaueris *edd.* 19 suas *om. P* a] e *R*, de *H* terra *H* reprimentes *V* laqueum *H* 20 tunc *BV* praesenti *V* 21 in laesis] laesis *V*, ĩ*lesis (1 *er.) S* 22 exhibeba*t *(n er.) B*, exhibe$\overset{bite}{\underline{bat\ ea}}$ *(sic corr. m. 2) R*, exigebat *V* ⌞et⌟ V^2

praesenti uirtutis non terrenae opera monstraret et in futurum
17 potestatem caelestis suae maiestatis ostenderet. ergo sicut
opera eius significantiam quoque maioris potestatis habuerunt,
ita etiam passio non simplex nec superuacua nec fortuita prae-
18 cessit. sed ut illa quae fecit magnam uirtutem ac potestatem
doctrinae eius significabant, sic ea quae passus est odio futu-
ram esse sapientiam nuntiabant. aceti enim potus ac fellis
cibus acerbitates et amaritudines in hac uita sectatoribus ueri-
19 tatis pollicebatur. et quamquam passio ipsa per se acerba et
amara specimen nobis futurorum tormentorum dabat, quae
morantibus in hoc saeculo uirtus ipsa proponit, tamen illius-
modi potus et cibus in os doctoris nostri ueniens pressurarum
20 nobis et laborum et miseriarum praebebat exemplum. quae
omnia tolerare ac perpeti necesse est eos qui ueritatem secun-
tur, quoniam ueritas acerba est et inuisa omnibus qui uirtutis
21 expertes uitam suam mortiferis uoluptatibus dedunt. nam
corona spinea capiti eius inposita id declarabat, fore ut diuinam
sibi plebem de nocentibus congregaret. corona enim dicitur
22 circumstans in orbem populus. nos autem, qui ante cogni-
tionem dei fuimus iniusti, spinae id est mali ac nocentes era-
mus, ignorantes quid esset bonum, et a iustitiae notione atque
23 operibus alieni omnia scelere ac libidine polluebamus. electi

AUCTORES 16 ss.] cf. Orac. Sibyll. VIII 294 s.

B(G)RHSPV] 1 uirtuti⌊s⌋ B^3, uirtutes *(*e *ex* i*)* R^2 uirtutis non] nobis *H* terrena *RHSP* operam manifestaret *B* 2 potestatem] operae *V* si⌈c⌉ut B^2 3 potestates *H* 4 etiam] enim *V* 5 magna *P* 6 doctrinae *(*e *add. m. 2) R* futura *V* 7 sapientiã *(˜ m. 2) S* acet *V* pectus *V* 8 aceruitates B^1 *(corr.* B^3*) V,* acerbitates *(*-es *ex* -is *m. 3 ?) P* acerua B^1 *(corr.* B^3*) V* 10 speciẽ *R,* speciemen *H* 11 proponat B^1, *corr.* B^3 13 et *ante* laborum] ac *SP* *alt.* et] ac *H* praebebat] nobis prebebat *H* 14 tolerari B^1, *corr.* B^3 eos *om. V* sequntur *B,* sequuntur *SP* 15 acerua *V* uirtutes *P* 16 uolumptatibus *V* 18 corona* *(*m *er.) R* 19 orbe *H* autem] enim *P* cognationem *V* 20 iniusti *(*i *fin. ex* e *m. 3) P* ac] et *P* 21 *a* Rantes quid esset *incipit codicis G pag. 91 (106) paene tota lecta* quid esset — notione *om. R* esset] est *H* et a] etiam *G,* et *V* notitione *G,* notionẽ *H* *post* atque *add.* a dei R^2 22 omni *GH* polluebamur *H* electis *P*

ergo ex dumis et sentibus sanctum dei caput cingimus, quia
conuocati ab ipso et circumfusi undique ad eum magistro ac
doctori deo adsistimus regemque illum mundi et omnium ui-
uentium dominum coronamus. quod uero ad crucem spectat, 24
magna in ea uis ac ratio est: quam nunc conabor ostendere.
deus namque, sicut superius exposui, cum statuisset hominem 25
liberare, magistrum uirtutis legauit in terram, qui et praeceptis
salutaribus formaret homines ad innocentiam et operibus factis-
que praesentibus iustitiae uiam panderet, qua gradiens homo
et doctorem suum sequens ad uitam aeternam perueniret. is 26
igitur corporatus est et ueste carnis indutus, ut homini, ad
quem docendum uenerat, uirtutis exempla et incitamenta prae-
beret. sed cum in omnibus uitae officiis iustitiae specimen 27
praebuisset, ut doloris quoque patientiam mortisque contemptum,
quibus perfecta et consummata fit uirtus, traderet homini, uenit
in manus inpiae nationis, cum et uitare potuisset scientia fu-
turi quam gerebat et repellere eadem uirtute qua mirabilia
faciebat. sustinuit ergo cruciatus et uerbera et spinas. po- 28
stremo etiam mortem suscipere non recusauit, ut homo illo duce
subactam et catenatam mortem cum suis terroribus triumpha-
ret. cur autem summus pater id potissimum genus mortis 29

6 superius] c. 23—25.
EPITOME 6—15] c. 45. 21—382, 9] c. 46, 1—3 (imitandi).

B(G)RHSPV] 1 et] ac *B*, ex *V* sentibus] gentibus *V* sc̃i H^1, sanctum H^2 2 ad dñm *H*, adeo *P* ac *GRHP*, et *BS* 3 doctore *PV* 4 expectat *H* 5 conabor *ex* conamur *P* 6 superius sicut *V* constituisset *V* 7 legauit *(e ex* i *m. 3) P* terra *H* 8 formaet *H*, form^aret *ex* formet *P* factisque praesentibus *om. P* 9 presenti *H* penderet B^1, *corr.* B^3 quae *V* gradiens] rediens *V* 10 aeternam uitam *R* perueniret aeternam *H* is *RPS*, his *G*, *om. BHV* 11 et] ut *H* ut *om. H* 12 exempla] et exempla *P*, *sed cf. Addenda ad pag. 171, 8* et astu incitamenta] **cita *H* 13 sed *om. HV* speciem *G* 14 ut] et ut *H* [d]ol⟨or⟩[i]⟨b⟩us *G*, doloris *(i ex* e *m. 3) P* mortis *P*, mortique *V* 15 cui *(*quibus H^1*)* H^2 sit RH^{pr} *(*ſ *ras. ex* f*)* *S*, fuit *V* 16 scientiä *(˜ er.) S* futura B^1, *corr.* B^3 17 qua] quam P^1 *(*m *del.* P^3*)* *V* 18 et *ante* uerbera] ac *P* *in* postremo etiã *desinit codicis G pag. 91 (106), sequitur pag. 92 (105), cuius in uerss. 1—3. 27—31 nonnulla legi poterant* 19 mortem *(exp. m. 3) P* recusabit *G* 20 triumpharet *(˜ er.) S* 21 mortis *om. V*

elegerit quo adfici eum sineret, haec ratio est. dicat enim
fortasse aliquis: 'cur si deus fuit et mori uoluit, non saltem
honesto aliquo mortis genere adfectus est? cur potissimum
cruce? cur infami genere supplicii, quod etiam homine libero
30 quamuis nocente uideatur indignum?' primum, quod is qui
humilis aduenerat, ut humilibus et infimis opem ferret et omni-
bus spem salutis ostenderet, eo genere adficiendus fuit quo
humiles et infimi solent, ne quis esset omnino qui eum non
31 posset imitari. deinde, ut integrum corpus eius conseruaretur,
quem die tertio resurgere ab inferis oportebat. nec hoc enim
cuiquam ignorandum est, quod ipse ante de sua passione prae-
dicans etiam id notum fecerit habere se potestatem cum uellet
32 deponendi spiritum et resumendi. subfixus itaque quia spiri-
tum deposuerat, necessarium carnifices non putauerunt ossa
eius suffringere, sicut mos eorum ferebat, sed tantummodo
33 latus eius perforauerunt. sic integrum corpus patibulo detrac-
tum est et sepulchro diligenter inclusum. quae omnia idcirco
facta sunt, ne laesum ac deminutum corpus ad resurgendum
inhabile redderetur. illa quoque praecipua fuit causa cur deus
crucem maluerit, quod illa exaltari eum fuit necesse omnibus-

EPITOME 9—19] c. 46, 3 s. 19—383, 12] c. 46, 4 s.

AUCTORES 5—7] cf. Orac. Sibyll. VIII 257; cf. supra c. 16, 17. 12 s.] Io. 10, 18.

B(G)RHSPV] 1 quod P^1, d *del.* P^3 2 saltim *HV* 3 **honesto (in? *er.*) *S* aliquid *V* adfectus est — genere *om. V* 4 suplicii *B* homini *HV* 5 nocenti *V* is *om. P,* his *V* 6 ut] et *B* humili⌜bu⌝s V^2 infirmis B^1 (r *exp.* B^3) *V* ferat *ex* ferret B^2 omnibus spem] in omnibus ferret et in omnibus spem *P* 7 ostendebat *ex* ostenderet B^2 afficiendus (ff *in ras. et* us *ex* ũ *m. 2*) *S* quod P^1, d *del.* P^3 8 humiles (e *ex* i *m. 3*) *P* infirmi *H,* infirmiṣ (*exp. m. 3*) *P* esse*t (n *er.*) *V* 9 posset (e *ex* i *m. 3*) *P* obseruaretur *H* 10 quod *H* ab inferis resurgere *B* surgere *HS* ne *H* 11 praedicens *RSV* 12 se *om.* B^1 (*s. l.* B^3) *H* ⌜cum⌝ B^3 13 *deponendi (i *er.*) *B; an* et deponendi? spiritus *B* fixus *B* quia] cum *HV,* ⌞quia⌟ S^2, *in mg. P* 14 deposuerat] sponte deposuerat *H* non *om. H* potuerunt *V* ossua *V* 15 mos eorum] monstrorum *V* ferebant *V* 16 perfoderunt *P* sicut *BH* 17 e⌜t⌝ P^3 18 ac] ad P^1, *corr.* P^3 diminutum *B* 19 praecipue *BP,* pr[aecip]uae *G in* causa cur ds̃ *desinit codicis G pag. 92 (105), sequitur pag. 93 (33), cuius in uerss. 1—4 perpauca agnoscebantur* 20 ex⌜al⌝tari R^2

que gentibus passionem dei notescere. nam quoniam is qui 34
patibulo suspenditur, et conspicuus est omnibus et ceteris
altior, crux potius electa est, quae significaret illum tam con-
spicuum tamque sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum
pariter et colendum cunctae nationes ex omni orbe concurrerent.
denique nulla gens tam inhumana est, nulla regio tam remota, 35
cui aut passio eius aut sublimitas maiestatis ignota sit. ex- 36
tendit ergo in passione manus suas orbemque dimensus est,
ut iam tunc ostenderet ab ortu solis usque ad occasum magnum
populum ex omnibus linguis et tribubus congregatum sub alas
suas esse uenturum signumque illut maximum atque sublime
frontibus suis suscepturum. cuius rei figuram Iudaei etiam- 37
nunc exhibent, cum limina sua de cruore agni notant. deus
enim percussurus Aegyptios, ut ab ea plaga inmunes faceret
Hebraeos, praeceperat his ut agnum candidum sine macula
immolarent ac signum liminibus suis de sanguine eius inpone-
rent. itaque cum Aegyptiorum primogenita una nocte interis- 38
sent, Hebraei soli signo sanguinis tuti fuerunt, non quia cruor
pecudis tantam in se uim gerebat, ut hominibus saluti esset,
sed imago fuerat rerum futurarum. agnus enim candidus 39
sine macula Christus fuit, id est innocens et iustus et sanctus,
qui ab isdem Iudaeis immolatus saluti est omnibus, qui signum

AUCTORES 7 s.] cf. Orac. Sibyll. VIII 302. 20 agnus] cf. Cyprian. pag. 80, 6. 22 ss.] cf. Cyprian. pag. 89, 1; 90, 4.

B(G)RHSPV] 1 his *R*S^{ar}, pro his *V* 3 potior B^1, *corr.* B^2 conspicuum (cons *add. m. 2) V* 4 tamquam R^1V, tam⌊q;⌋ S^2 *eum (d *er.) B* 5 ex] et ex *H* omni *om. P* urbe *S* 6 religio $B^{ar}SP$ 7 ⌊m⌋aiestatis V^2 8 passionem *B* 9 iam] etiam *H* ortus *H* 10 tribus B^1S^1 *(corr.* B^2S^2*) H*, tribu⌜bus⌝ *R*, urbibus *P*, tribubũ *V* 11 signumque] ⌜et⌝ *(s. l. m. 3)* signum *P* sublime̋ *(~ er., quod add. m. 2) B* 13 sua *om. H* 14 hebraeos faceret immunes *R* 15 iis RP^3 *(in ras. ex* his*)*, is *H* 17 uṇị una *P* 18 fuerant *H* cruor* *(*e *er.) R*, cru*or *H* 19 peçucudis *P*, *item pag. 384, 4* in se uim] uim in eum *R* gerebat ut] gerebatur ab *V* 20 futurarum *(*a *in ras. ex* o*? m. 2) B, in mg.* H^2 21 ⌜christus⌝ H^2 *ab* I[n]no-[ce]ns *incipit codicis G pag. 94 (34) paene tota lecta* et *(ante* iustus*) om. G* 22 qui] et qui *P* hisdem *(*h *s. l.* B^2*) BGHS* immaculatus *V* saluti est] est saluti est *P*

sanguinis, id est crucis qua sanguinem fudit, in sua fronte con-
scripserint. frons enim summum limen est hominis et lignum
40 sanguine delibutum crucis significatio est. denique immolatio
pecudis ab iis ipsis qui faciunt pascha nominatur ἀπὸ τοῦ
πάσχειν, quia passionis figura est, quam deus praescius futuro-
41 rum tradidit per Moysen populo suo celebrandam. sed tum
figura ualuit in praesenti ad depellendum periculum, ut appa-
reret quantum ueritas ipsa ualitura sit ad plebem dei prote-
42 gendam in extrema totius orbis necessitate. quomodo autem
uel in qua plaga tuti omnes sint futuri qui signum hoc ueri
et diuini sanguinis in summo corporis sui notauerint, in nouis-
simo libro docebo.
1 27. Nunc satis est huius signi potentiam quantum ualeat
exponere. quanto terrori sit daemonibus hoc signum, sciet qui
uiderit quatenus adiurati per Christum de corporibus quae ob-
2 sederint fugiant. nam sicut ipse cum inter homines ageret,
uniuersos daemonas uerbo fugabat hominumque mentes emotas
et malis incursibus furiatas in sensus pristinos reponebat, ita
nunc sectatores eius eosdem spiritus inquinatos de hominibus

11 'in nouissimo libro' is locus non inuenitur, cf. tamen ad VII 16, 12 s.

EPITOME 13—385, 1] c. 46, 6 s.

AUCTORES 10 s.] cf. Cyprian. pag. 90, 4. c. 27] cf. Tertull. Apolog. c. 23.

B(G)RHSPV] 1 qua] quia *V* sanguine B^1 (~ *add.* B^2) *G* fu⌜d⌝it B^2 suo *S* concripserint *B* 2 enim] äutem (~ *er.*, e *ex* u *uel* a) *V* lim⌞e⌟n S^2 *pro* est *littera erasa in S* hominis (hom *in ras. ex 4 uel 5 litt., quarum prima* s ?, *extrema* r, *m. 2)* B^2 signum *V* 3 dilibutum BGR^1 est et P^1, et *del.* P^3 4 iis *R*, his *BHSP*, *om. V* pasca *BH*, pasc⌜h⌝a *V* ἀπὸ τοῦ πάσχειν *om. BG*, apotupaschin *H* 5 praestius *R* 6 tunc *H*, cum *V* 7 ualuit *om. V* debellandum *V* appareat *P* 8 ⌜ipsa⌝ H^2 9 in *om. B* autem — plaga] ergo tuti omnis (e *supra* i) uel in qua plaga *V* 10 in *om. BG* tu*ti (i *er.*) *B*, toti P^{ac} o⌜m⌝nes B^2, omines *P* futurae B^1, *corr.* B^2 et qui *B*, [e]t qui *G*, ⌜qui⌝ P^3 11 et] ac *R* notauerunt *HP*, non notauerint *V* 13 potentia *P* 14 terroris SP^{ac}, terrore *V* sciet signum *V* qui uiderit] quid erit *S* 16 fugiant *SP*, fugiunt *BGRV quod Lact. fort. scripserat*, figiunt *H* 17 daemonas $RHPV^1$ *Epit. 46, 7*, daemones (dem- *S*) $BGSV^2$ emotas et] emutasset *V* 18 pristinos] sp̃s *V* 19 eosdemque *P* inquanatos *V*

et nomine magistri sui et signo passionis excludunt. cuius 3
rei non difficilis est probatio. nam cum diis suis immolant, si adsistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant

nec responsa potest consultus reddere uates.

et haec saepe causa praecipua iustitiam persequendi malis regibus fuit. cum enim quidam ministrorum nostri sacrificantibus 4
dominis adsisterent, inposito frontibus signo deos illorum fugauerunt, ne possent in uisceribus hostiarum futura depingere. quod cum intellegerent haruspices, instigantibus isdem daemo- 5
nibus quibus prosecant conquerentes profanos homines sacris interesse egerunt principes suos in furorem, ut expugnarent dei templum seque uero sacrilegio contaminarent, quod grauissimis persequentium poenis expiaretur. nec tamen ex hoc 6
ipso caeci homines intellegere possunt aut hanc esse ueram religionem cui ad uincendum tanta uis inest aut illam falsam quae subsistere aut congredi non potest. sed aiunt hoc deos 7
non metu, uerum odio facere: quasi quisquam possit odisse

EPITOME 13—387, 18] c. 46, 8.
AUCTORES 4] Verg. Georg. III 491.

B(G)RHSPV] 1 passionis] passionis eius *H* cui *S* 2 *in* diis sui[s] *desinit codicis G pag. 94 (34)* si adsistat] talis existat *H* 4 consu'l'tus *P*², consult(u)s *V* uatis *(*i *ex* e*)* *B*², uoces *V*¹ 5 saepe] semper *H* praecipia *V* ad iustitiam persequendam *R* persequendi* (s *er.)* *B* 6 enim *BSP*, *om. RHV*, *dubitanter admisi ut coniectura fortasse inlatum* quidam *om. S* ministroꝝ (ri supra) *(corr. m. 2)* *S* nostri] e cultoribus dei *R* quidam — nostri] *uaria coniecerunt edd., sed cf. de mort. persec. 10, 2* tum quidam ministrorum scientes dominum *(cf.* nostri*)*, cum adsisterent immolanti, imposuerunt frontibus suis immortale signum 7 dominis] demoniis *S* frontibus] frontibus suis *RH* 8 future *H* 9 aruspices *S* isdem] his *B*, hisdem *S*, iisdem *(pr.* i *add. m. 3)* *P* 10 prosecant *H*, prosecrant *BSP*, prosecrant (ł con supra) *(corr. m. 2)* *R*, prosequant *V*, prosecabant *codd. recent., uix recte; cf. ad pag. 247, 18* consequentes *S*, consequerentes *P*¹, se *del.* *P*³ 11 egerunt] coegerunt *H*, adegerunt *V* suos] ipsos *V* furore'm' *B*³ expurgarent *S* 12 se*qu*e *(*d *et* a *er.)* *B* contaminare'nt' *B*² grauissimi's' *S*² 15 ullam *V* falsam] suam *P* 16 *eos *(*d *er.)* *B* 17 metu uerum odio] metuere uerum etiam *V* metu*** *H* quasi quisquam *om. R* quasi] quia si *H* *post* possit *add.* uero *R*²

nisi eum qui aut noceat aut possit nocere. immo uero con-
gruens maiestati fuit ut eos quos oderant, praesentibus poenis
8 adficerent potius quam fugerent. sed quoniam neque acce-
dere ad eos possunt in quibus caelestem notam uiderint nec
iis nocere quos signum immortale munierit tamquam inexpu-
gnabilis murus, lacessunt eos per homines et manibus perse-
9 cuntur alienis. quos profecto si esse confitentur, uicimus.
necesse est enim ueram esse hanc religionem, quae et ratio-
nem daemonum nouit et astutiam intellegit et uim retundit et
eos spiritalibus armis domitos ac subactos cedere sibi cogit.
10 si negant, testimoniis poetarum ac philosophorum refellentur.
quodsi esse et malos esse infitias non eunt, quid superest nisi
11 ut alios esse dicant deos, alios daemonas? exponant igitur
nobis differentiam generis utriusque, ut sciamus quid colendum,
quid exsecrandum sit, habeantne inter se aliquod consortium
an uero inimici sint. si sunt aliqua necessitudine copulati, qua-
tenus eos discernemus aut quomodo utriusque generis honorem
cultumque ⟨non⟩ miscebimus? si autem sunt inimici, cur aut
daemones deos non timent aut dii daemonas fugare non possunt?
12 ecce aliquis instinctu daemonis percitus dementit effertur insanit:
ducamus hunc in Iouis Optimi Maximi templum uel, quia sanare

EPITOME 21 s.] cf. c. 2, 7 non Iuppiter — Asclepius.

BRHSPV] 1 noceat aut *om. P* *ut *(a er.) B* 2 oderam *P* 3 adficerit *S* fugarent *R* 5 iis *R, in ras.* P^3, his *BHS*P^1*V* immortale *(e ex* ii *m. 1?)* emunierit *B* inexpugnabiles muros *H* 6 ⸢per⸣ H^2 et *om. H* persequuntur *HSP* 7 profecto si] profectos *HV* si *(*i *in ras. ex* o *uel* a *m. 2) B* uicibus *H,* ui⸢n⸣cimus P^2 8 enim *om. V* hanc ueram esse *H* 10 ac subactos *om. P* caedere *(c add. m. 2) H,* cadere *S* cogit] nouit *V* 11 refelluntur B^1 *(corr.* B^3*) V* 12 quos si *RV* et malos esse⸣ H^2 non eunt *del.* P^3 quod *H* 13 ut *om. V* esse *om. S* deos alios *in mg.* H^2 daemones *BH*V^2 exponunt *S* 14 differentias *S* 15 excreandum *(*e *s. l. m. 2) sic S* 16 sint *om. H* necessitate *S,* necessita *H* *supra* quatenus *add.* ł quomodo R^2 17 decerneremus R^1, re *del.* R^2, discerneremus *V* 18 cultusque *B* non *add. Volkmannus, obseru. misc. 1872 pag. 14* 19 daemones — timent aut *om. P* di *H* daemones *B,* daemones** *H,* daemonas (e *s. l.*) *V* 20 aliqui *P* instinctu] insignum *V* et fertur *SV* 21 sanare *om. R*

homines Iuppiter nescit, in Aesculapi uel Apollinis fanum.
iubeat utriuslibet sacerdos dei sui nomine ut nocens ille
spiritus excedat ex homine: nullo id pacto fieri potest. quae 13
igitur uis deorum est, si subiectos sibi daemonas non habent?
at uero idem daemones adiurati per nomen dei ueri protinus
fugiunt. quae ratio est ut Christum timeant, Iouem non 14
timeant, nisi quod idem sunt daemones quos uulgus deos
esse opinatur? denique si constituantur in medio et is quem
constat incursum daemonis perpeti et Delphici Apollinis
uates, eodem modo dei nomen horrebunt et tam celeriter
excedet de uate suo Apollo quam ex homine spiritus ille dae-
monicus et adiurato fugatoque deo suo uates in perpetuum
conticescet. ergo idem sunt daemones quos fatentur execran-
dos esse, idem dii, quibus supplicant. si nobis credendum 15
esse non putant, credant Homero, qui summum illum Iouem
daemonibus adgregauit, sed et aliis poetis ac philosophis, qui
eosdem modo daemonas, modo deos nuncupant, quorum alterum
uerum, alterum falsum est. illi enim nequissimi spiritus ubi 16
adiurantur, ibi se daemonas confitentur, ubi coluntur, ibi se
deos mentiuntur, ut errores hominibus immittant et auocent a
ueri dei notione, per quam solam potest mors aeterna uitari.
idem sunt qui deiciendi hominis causa uarios sibi cultus 17

EPITOME 15—17] c. 46, 8 quos — negant.
AUCTORES 15 Homero] Il. A 222.

BRHSPV] 1 aesculapi *(*esc- *V) B^1HP^1V,* aesculapi⸢i⸣ *B^3P^3,* aescu-lapii *(*esc- *S) RS* fanum] templum *V* 2 utriusquelibet *$B^{ar}HV$* ut nocens — homine *in inf. mg. P^2* 4 eorum *V* si *om. V* subiectus *V* daemones *BP,* daemon∗as *(*i *er.) H,* daemonas (e *supra* a) *V* 6 Iouem] iouem autem *V* ⸢demones⸣ *P^2* quod *H* uulgo *R* 8 opinantur *R* denique *om. R* si∗ *(*c *er. in B, litt. incerta er. in V) BV,* si⸢⸣ *H^2* quae *P^1, corr. P^3* 9 incessum *P* delfiti *V* 10 nomen dei *V* tamen *RH* 11 excedent *V* daemoniacus *S* 12 perpetuo *V* 13 contiticiscet *sic R,* contitescit *(*e *ex* i *m. 3) P,* uatescit *V* fatetur *R* 17 modo *om. S* daemones *V* quorum alterum uerum *om. R* quorum — falsum] quarum *(sic)* alterutrum falsum *V* alteri *P^1, corr. P^3* 18 ibi *ras. ex* ubi *B* 19 daemones *H,* daemonas (e *supra* a) *(corr. m. 2 ?) V* 20 ut errores] terrores *S,* errores *ras. ex* erroribus *B* ad *P^1,* d *del. P^3* 21 dei ueri *PV* 22 homines *(sic)* deiciendi *P*

per diuersa regionum condiderunt, mentitis tamen adsumptisque nominibus ut fallerent. nam quia diuinitatem per se ipsos adfectare non poterant, adsciuerunt sibi nomina potentium re-
18 gum, sub quorum titulis honores sibi deorum uindicarent. qui error discuti potest et in lucem ueritas protrahi. nam si quis studet altius inquirere, congreget eos quibus peritia est ciere ab inferis animas. euocent Iouem Neptunum Volcanum Mercurium Apollinem patremque omnium Saturnum: respondebunt ab inferis omnes et interrogati loquentur et de se ac deo fate-
19 buntur. post haec euocent Christum: non aderit, non adpa-
20 rebit, quia non amplius quam biduo aput inferos fuit. quid hac probatione certius proferri potest? ego uero non dubito quin ad ueritatem Trismegistus hac aliqua ratione peruenerit, qui de deo patre omnia, de filio locutus est multa quae diuinis continentur arcanis.

1 28. Quae cum ita se habeant ut ostendimus, apparet nullam aliam spem uitae homini esse propositam, nisi abiectis uanitatibus et errore miserabili deum cognoscat et deo seruiat, nisi huic temporali renuntiet uitae ac se rudimentis iustitiae
2 ad cultum uerae religionis instituat. hac enim condicione gignimur, ut generanti nos deo iusta et debita obsequia prae-

EPITOME 16—389, 1] c. 44, 1; 47, 1. 20—389, 2] c. 64, 4 s.

BRHSPV] 1 per diuersa regionum *RSP*, per diuersa religionum *B*, per diuersam regionem *H*, peruersa regionum *V* considerent (v *corr. m. 2*) *sic V* absumptisque hominibus *H* 2 nam quia] namq· (*i. e.* -que) *S* 3 adfectari B^1, *corr.* B^3 nomina *ex* omnia *ut uid.* P^3 4 titulos *R* 5 potest] non potest *B* et *om. P* ueritas *RP*, ueritatis *BHSV; cf. Epit. praef. § 4* 6 studeat *H* ciere] uere *S* 7 uolcanum B^1, uulcanum B^3 *cum cett., nisi quod* ca *in ras. P* 8 patrem *V* respondebunt *bis V* 9 ab *om. V* et de se — fatebuntur *in mg. H* deo] de deo *R*, deos *V* 10 euocet *B*, uocent *HV* adparebit] apparebit illis *H* 11 quid hac] qui hęc *S* 12 inferri *V* 13 quin] quā *V* ha⌜n⌝c B^3, *om. R*, hoc *H* 14 de deo — de *om. P* omnia de] omnium ac *B* multaque *HS* 15 acarnis (r *et* h *add. m. 2*) *sic S* 16 ⌜ut⌝ $P^{2?}$ 17 homin⌜i⌝ R^2, hominis *H* propositum *S* nisi] nisi (*ex* nesi S^2) ut *SP* 19 iustitiae/// (*1 uel 2 litt. eras.*) *B* 20 ad cultum] et *ex* cum *ut uid.* B^3 ha*c (e *er.*) *R* 21 gignuntur *H* generati *B* et *om. H*

beamus, hunc solum nouerimus, hunc sequamur. hoc uinculo 3
pietatis obstricti deo et religati sumus: unde ipsa religio nomen
accepit, non ut Cicero interpretatus est a relegendo, qui libro
de natura deorum secundo ita dixit: non enim philosophi 4
solum, uerum etiam maiores nostri superstitionem a religione separauerunt. nam qui totos dies precabantur et immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent,
superstitiosi sunt appellati, qui autem omnia quae 5
ad cultum deorum pertinerent, retractarent et tamquam relegerent, ii sunt dicti religiosi ex relegendo, tamquam ex eligendo elegantes, ex diligendo diligentes, ex intellegendo intellegentes. his enim uerbis omnibus inest uis legendi eadem quae in religioso. ita factum est in superstitioso et religioso alterum uitii nomen, alterum laudis. haec interpretatio quam inepta sit, 6
ex re ipsa licet noscere. nam si in isdem diis colendis et superstitio et religio uersatur, exigua uel potius nulla distantia est.

AUCTORES 4] II 28, 71 s.

EXPILATORES § 3—13] cf. Augustin. de uera relig. c. 113, uol. I 788 B Maur.: religet ergo nos religio uni omnipotenti deo (cf. tamen retract. I 13, 9; de ciuit. dei X 3; IV 30); Isidor. orig. VIII 2, 2; de differ. uerb. 486 (uinculo seruiendi, cf. Lact. § 3; 12 uinculo — seruire).

BRHSPV] 1 noueris *S* 2 et] *2 litt. eras. B, om. P* obligati *B* 3 est *om. H* relegando *H* quo *V* 4 de *om. V* 5 solum *om. B* etiam] etaṃ *(exp. m. 3) P* nostriṣ *(exp. m. 3) P* 6 seperauerunt *V* dies *ex* deos *B*[3] 7 immolant *H* sibi sui *BRSP cum codd. Cic.*, sui sibi *HV* superstit⌊es⌋*** *S*[2] superstites essent *om. H* 8 superstitio⌈si⌉ *B*[3] appellati] appellati, quod nomen patuit postea latius *Cic.* 9 pertinent *H* retractarent *om. P*; diligenter retractarent *Cic.* 10 ii *R*, hi *BSHV*, hii *P; om. codd. Cic.* religiosi* *B* relegendo *HSV*, legendo *B*, religendo *R*, ṛelegendo *(exp. m. 3) P* 11 tamquam ex eligendo *om. P* eligendo *BS*, religando *R*, elegendo *HV* eligantes *(i s. l. P) SP* ex] et ex *S*, et *V* diligendo *BHPV*, elegendo *R*, deligendo *S* tamquam — diligentes] *alia uarie Cic. codd. et edd.* 12 ex *om. RS* ex intellegendo intellegentes *om. V* intellegendo *ex* intellegentes *S* uerbis] in uerbis *Cic.* 13 legendi] relegendi *H* eademque (-q' *S*, -q; *V*) *SV* 14 est] est ut *H*, esse *V* alterutrum *V* 16 nam ⌈s⌉i⌈inh⌉isdem (s *s. l. m. 1*, inh *s. l. m. 3*) *B* in *om. HP*[1], *s. l. P*[2]*V* dis *SP*[1], *corr. P*[2] 17 religioso *V* uel] et *P*

7 quid enim mihi adferet causae cur precari pro salute filiorum semel religiosi et idem decies facere superstitiosi esse hominis arbitretur? si enim semel facere optimum est, quanto magis saepius? si hora prima, ergo et toto die, si una hostia placabilis, placabiliores utique hostiae plures, quia multiplicata obsequia
8 demerentur potius quam offendunt. non enim nobis odiosi uidentur ii famuli qui adsidui et frequentes ad obsequium fuerint, sed magis cari. cur igitur sit in culpa et nomen reprehensibile suscipiat qui aut filios suos magis diligit aut deos
9 magis honorat, laudetur autem qui minus? quod argumentum etiam ex contrario ualet. si enim totos dies precari et immolare criminis est, ergo et semel; si superstites filios subinde optare uitiosum est, superstitiosus igitur et ille qui etiam raro id optauerit. aut cur uitii nomen sit ex eo tractum quo
10 nihil honestius, nihil iustius optari potest? nam quod ait religiosos a relegendo appellatos qui retractent ea diligenter quae ad cultum deorum pertineant, cur ergo illi qui hoc saepe in die faciant religiosorum nomen amittant, cum multo utique diligentius ex adsiduitate ipsa relegant ea quibus
11 dii coluntur? quid ergo est? nimirum religio ueri cultus est, superstitio falsi. et omnino quid colas interest, non quemadmodum colas aut quid precere. sed quia deorum cultores

BRHSPV] 1 enim *om. B* 3 arbitrentur *P* 4 ora *BH* ergo *om. B* tota *BSPV* ostia *H (pariter 5)* V^{ac} 5 plurimae *V* qui *H* multis placa⌜ta⌝ H^2 obsequii *V* 6 de⌜u⌝merentur R^2 offendant *H* 7 ii *R*, hi *BHSV*, hii *(exp. m. 3) P* famuli *in ras. ex 2 uel 3 litt.* B^3 8 sit] si *P* in culpa et] culpae *V* omen *P* 9 accipiat *H* diligat *B* *eos (d *er.) B* 10 magis] satis *P; satius Volkmannus, obseru. misc. 1872 pag. 14; an* saepius*?* 11 si *om. V* totus *(sic)* enim *V* prae///cari *(1 uel 2 litt. eras.) H* immolari *V* 12 est *om. B* superstitiosi *H*, supersticio⌜si⌝ filios subinde ** *(uł ? er.)* optare uitiosum *in inf. mg. add.* P^2 13 est *om. P* et *om. B*, est *H*, est et *P* 14 uitii *(pr.* i *ex* a *m. 3,* i *final. erasum restituit m. 3) B* tractatum *(exp. m. 3) P* quod *V* 15 nihil iustius *om. R* religioso⌜s⌝ H^2 16 relegendo (o *in ras. ex* a*? m. 2) B* 17 pertinent *H* ergo *om. P* illi] et illi *BRHV, fort. ex 13* 18 qui *om. V* faciunt (un *in ras. ex* a *et litt. incerta* B^3*) BH* amitt⌞a⌟nt H^2, admittant *V* 19 itaque *B* 20 colantur *B* est ergo *H* es⌜t⌝ P^3 mirum *H*, mimirum *V* 21 est] est et *H* quod *V* 22 praece**re (de *er.) B*, preceris *H*, praecare *V*

religiosos se putant, cum sint superstitiosi, nec religionem
possunt a superstitione discernere nec significantiam nominum
exprimere. diximus nomen religionis a uinculo pietatis esse 12
deductum, quod hominem sibi deus religauerit et pietate con-
strinxerit, quia seruire nos ei ut domino et obsequi ut patri
necesse est. eo melius ergo id nomen Lucretius interpretatus 13
est, qui ait religionum se nodos soluere. superstitiosi autem
uocantur non qui filios superstites optant — omnes enim opta-
mus —, sed aut ii qui superstitem memoriam defunctorum
colunt aut qui parentibus suis superstites colebant imagines
eorum domi tamquam deos penates. nam qui nouos sibi 14
ritus adsumebant, ut deorum uice mortuos honorarent quos ex
hominibus in caelum receptos putabant, hos superstitiosos uo-
cabant, eos uero qui publicos et antiquos deos colerent, reli- 15
giosos nominabant. unde Vergilius:

uana superstitio ueterumque ignara deorum.

sed cum ueteres quoque deos inueniamus eodem modo con- 16
secratos esse post obitum, superstitiosi ergo qui multos ac
falsos deos colunt, nos autem religiosi qui uni et uero deo
supplicamus.

29. Fortasse quaerat aliquis quomodo, cum deum nos unum 1
colere dicamus, duos tamen esse adseueremus, deum patrem
et deum filium. quae adseueratio plerosque in maximum in-

EPITOME c. 29] c. 44, 2—5. 21—392, 11] c. 44, 4.
AUCTORES 7] I 932. 16] Aen. VIII 187.

BRHSPV(—21)] 1 superstitiosi nec] superstites in haec *V* 2 a* (b *er.) H*, ad *V* significantia hominum *V* 3 auinculo *ras. ex* auunculo *P*, ab incola *V* 4 relegauerit *V* 5 qu'i'a *B*[3] serui're' *B*[2] nos ser,uire, *V*[2] 6 est *om. H* Lucretius *om. P, pro* Lucretius *hoc* necesse est *V* 7 est *om. BH* dissoluere *R;* exsoluere *Lucr.* autem] tamen *R* 8 filios] filios suos *P* 9 ii *R*, hi *BSHV*, hii *P* 10 superstitibus *P* 11 *post* penates *repetit* colebant *H* 12 adsumebat *V* ut in deorum uicem *P* uicē (~ *er.) H* 13 raptos *B* 14 et] ut *V* 15 uirgilius *SV* 16 ueterum'q:' *P*[3] 18 superstitiosos *S* ac] et *H* 19 ueri *V* 21 fortasse quaerat — sine patre generari *(p. 392, 7) om. V* qu*ẹrat (i *er.,* ̦ *add. m. 3) P* ,dm̃, *R*[2] 22 duos] deos *B*[1], *corr. B*[3] esse *om. P* 23 inpegit *(imp- P) BP*

2 pingit errorem. quibus cum probabilia uideantur esse quae
dicimus, in hoc uno labare nos arbitrantur, quod et alterum
et mortalem deum fateamur. de mortalitate iam diximus:
3 nunc de unitate doceamus. cum dicimus deum patrem et
deum filium, non diuersum dicimus nec utrumque secernimus,
quia nec pater a filio potest nec filius a patre secerni, siquidem
nec pater sine filio nuncupari nec filius potest sine patre gene-
4 rari. cum igitur et pater filium faciat et filius patrem, una
utrique mens, unus spiritus, una substantia est: sed ille quasi
exuberans fons est, hic tamquam defluens ex eo riuus, ille
5 tamquam sol, hic quasi radius ex sole porrectus. qui quoniam
summo patri et fidelis et carus est, non separatur, sicut nec
riuus a fonte nec radius a sole, quia et aqua fontis in riuo
est et solis lumen in radio; aeque nec uox ab ore seiungi nec
6 uirtus aut manus a corpore diuelli potest. cum igitur a pro-
phetis idem manus dei et uirtus et sermo dicatur, utique nulla
discretio est, quia et lingua, sermonis ministra, et manus, in
7 qua est uirtus, indiuiduae sunt corporis portiones. propiore
uti exemplo libet. cum quis habet filium quem unice diligat,
qui tamen sit in domo et in manu patris, licet ei nomen domini
potestatemque concedat, ciuili tamen iure et domus una et

AUCTORES 8—14] cf. Tertull. Apolog. 21 (I pag. 198 s.): hunc ex deo — sed extenditur. 16 manus] cf. Cyprian. pag. 65, 12.

BRHSPV(ab 8)] 2 laborare B^1, labere *corr.* B^2, labore *HS*, labere P^1, *corr.* P^3 nos *om. H* et] hęc P^1, hunc *s. l. corr.* P^3 3 et *om. H* 4 docemus *B* 5 non] nec *H* 6 pater a filio] pater esse sine filio *P* a patre secerni — nec filius *om. P* 8 *a* cum igitur *denuo incipit cod. V (cf. pag. 391, 21)* et *(ante* pater*) om. BV* patrem] fiat *V* 9 utri *B*, utrimque *H*, utrisque *V* *uerba* sed ille quasi exuberans — corporis portiones *(18) om.* B^1, *in inf. mg. add.* B^3 10 hic] et hic *B (i. e.* B^3*)* 11 sol — radius ex *om. P* quasi] tamquam *V* ex *RH*, a *B (i. e.* B^3*) SV*, *om. P; cf. Tertull.* cum radius ex sole porrigitur porrectus S^2 12 separat *V* *post* separatur *fort.* ab eo *excidit* sicut *P*, *om. cett.* 13 quia] qui et *H* 15 ⌜a⌝ *(ante* corpore*)* P^3 a *(ante* prophetis*) om. V* 16 manus dei idem *V* dicitur *H* 17 ministra] ministra est *SV* 18 uirtus est *V* diuiduae *P* propriore *BHP* 19 ut *V* 20 ei] et *V* 21 ciuili tamen] ciuilitaten *V* iure] iudae *H* domo *V*

unus dominus nominatur. sic hic mundus una dei domus est 8
et filius ac pater, qui unanimes incolunt mundum, deus unus,
quia et unus est tamquam duo et duo tamquam unus. neque 9
id mirum, cum et filius sit in patre, quia pater diligit filium,
et pater in filio, quia uoluntati patris fideliter paret, nec umquam faciat aut fecerit nisi quod pater aut uoluit aut iussit.
denique unum deum esse tam patrem quam filium Esaias in 10
illo exemplo quod superius posuimus ostendit, cum diceret: adorabunt te et in te precabuntur: quoniam in te deus est, et non est deus alius praeter te. sed et alio loco similiter ait: sic dicit deus rex Israhel et qui eruit eum deus aeternus: ego primus et ego nouissimus et
praeter me non est deus. cum duas personas propo- 11
suisset, dei regis, id est Christi, et dei patris, qui eum post passionem ab inferis excitauit, sicut ostendisse diximus Osee prophetam qui ait: et de manu inferorum eruam eum, tamen ad utramque personam referens intulit: et praeter me non est deus, cum posset dicere 'praeter nos': sed fas non erat plurali numero separationem tantae necessitudinis fieri.
unus est enim, solus, liber, deus summus, carens origine, quia 12

EPITOME 2—6] c. 44, 4. 7—19] cf. c. 44, 3 prophetas. 20—394, 5] c. 44, 4.

AUCTORES 1 s.] Minuc. Fel. 33, 1 (pag. 47, 11). 9] Is. 45, 14; superius: pag. 317, 10. 11] Is. 44, 6. 16] Os. 13, 14; diximus: pag. 363, 5.

BRHSPV] 1 hic *om. H* mundus] domus *V* 2 ⌜et⌝ *B*[3], aut *V* ac] aut *V* unianimes *BV* unus] unus est* *S* 3 qui⌜a⌝ *P* et *om. H* est *om. S* 4 in patre] pater *H*, in patrem *V* dicit *B*[1], *corr. B*[2], diliget *V* 5 pater in filio] pater *(*patrem *s. l. corr. m. 2)* diligit filium *(*filius *s. l. corr. m. 2) S* 6 fe⌜ce⌝rit *R*[2] aut *(ante* uoluit*) om. P* 7 eseias *BR*[1], *alt.* e *in* a *corr. R*[2] 8 possuimus *R* 9 et in te precabuntur *om. V* depraecabuntur *B* 10 deus alius *SP*, alius deus *BRHV; cf. pag. 317, 11* 11 simpliciter *V* ait *om. RP* dñs ⌜ds⌝ *B*[3] rex *om. BR* istrahel *B*, isrł *HV*, israel *S* 12 *eum *(*d *er.) B* et *(ante* ego*) om. RP* et *(ante* praeter*) om. P* 14 *post* dei *s. l.* & *R*[2] 15 Osee] et *P* 16 propheta *S* manu] domo *V* 17 utraque *V* 18 est *om. R* nos] nos non est deus *R* 19 plurali *(*li *in ras. ex* chin *uel* odin *m. 2) B* 20 *post* enim *distinctionem posui;* solus liber *delet Heumannus, quod probabile uidetur Buenemanno* origi*nem *(*o *er.) B*, originë *(~ er.) H*, originẽ *V*

ipse est origo rerum et in eo simul et filius et omnia con-
13 tinentur. quapropter cum mens et uoluntas alterius in altero sit uel potius una in utroque, merito unus deus uterque appellatur, quia quidquid est in patre, ad filium transfluit et quid-
14 quid est in filio, a patre descendit. non potest igitur summus ille ac singularis deus nisi per filium coli. qui solum patrem se colere putat, sicut filium non colit ita ne patrem quidem.
15 qui autem filium suscipit et nomen eius gerit, is uero cum filio simul et patrem colit, quoniam legatus et nuntius et sacerdos summi patris est filius. hic templi maximi ianua est, hic lucis uia, hic dux salutis, hic ostium uitae.
1 30. Sed quoniam multae haereses extiterunt et instinctibus daemonum populus dei scissus est, determinanda est nobis ueritas breuiter et in suo proprio domicilio conlocanda, ut si quis aquam uitae cupiet haurire, non ad detritos lacus deferatur qui non habent uenam, sed uberrimum dei nouerit fontem
2 quo inrigatus perenni luce potiatur. ante omnia scire nos conuenit et ipsum et legatos eius praedixisse quod plurimae sectae haberent exsistere quae concordiam sancti corporis rumperent, ac monuisse ut summa prudentia caueremus, ne quando in laqueos et fraudes illius aduersarii nostri cum quo nos luc-

EPITOME 5—10] c. 44, 5.
AUCTORES 14 ss. ut si — potiatur] Ier. 2, 13, cf. Io. 4, 13 s.

BRHSPV] 2 cum] non R^1 uolun*tas *(*p *er.) B* alterius in altero sit] alterius *(*ius *in ras. ex* um *? m. 3)* in, *tum* filio sit *erasum et post finem uersus* filius patre *erasum, quod add. m. 2; sequitur* altero *(*= *s. l. er.,* o *in ras. m. 3)* sit *(*¯ *er.) B* 3 merito — uterque *om. P* 5 est *om. HP* 6 ille *om. S* coli qui — sicut filium *om. P* 7 colere se *R* nec *H* quidem] quidem colit *V* 9 et *ante* sacerdos] ac *P* 10 est] & *(*s *m. 3) P* *post* maximi *erasit* item *B* 12 quoniam] tamen quia *R,* tamen quoniam *H* multi B^1, *corr.* B^2 haereses *(tert.* e *ex* i *m. 2) R* instin&ibus *(corr. m. 2) P* 13 dei scissus] discissum *P; an* dei discissus *scribendum?* 14 breuiter *om. H* collocanda* *(*m *er.) S* 15 cupit aurire *H* 16 habent *(*n *ex* a *m. 2) S* ueniam *(exp. m. 3) P* 17 inrigatur *V* nos non *(exp. m. 3) P* 18 quo *R* 19 sectae] secte et hereses *H* haberent *om. V* concordia *V* corporis B^3 20 ac monuisse *om. H* prouidentia B^{ar}*P* 21 aduersari *V* quo* *(*s *er.) P* deus luctari *S,* dī luctari *V*

tari deus uoluit incideremus; tum dedisse certa mandata, 3
quae in perpetuum custodire debemus: quorum plerique immemores deserto itinere caelesti uias sibi deuias per anfractus et praecipitia condiderunt, per quas partem plebis incautam et simplicem ad tenebras mortemque deducerent. quod quatenus
acciderit exponam. fuerunt quidam nostrorum uel minus sta- 4
bilita fide uel minus docti uel minus cauti, qui discidium facerent unitatis et ecclesiam dissiparent. sed ii quorum fides fuit 5
lubrica, cum deum nosse se et colere simularent, augendis opibus et honori studentes adfectabant maximum sacerdotium. et a potioribus uicti secedere cum suffragatoribus suis maluerunt quam eos ferre praepositos quibus concupierant ipsi ante
praeponi. quidam uero non satis caelestibus litteris eruditi 6
cum ueritatis accusatoribus respondere non possent, obicientibus uel inpossibile uel incongruens esse ut deus in uterum se mulieris includeret nec caelestem illam maiestatem ad tantam infirmitatem potuisse deduci, ut hominibus contemtui derisui contumeliae ludibrio esset, postremo etiam cruciamenta perfer-
ret atque exsecrabili patibulo figeretur, quae omnia cum ne- 7
que ingenio neque doctrina defendere ac refutare possent — nec enim uim rationemque penitus peruidebant —, deprauati sunt ab itinere recto et caelestes litteras corruperunt, ut nouam sibi
doctrinam sine ulla radice ac stabilitate conponerent. non- 8
nulli autem falsorum prophetarum uaticinio inlecti, de quibus

BRHSPV] 1 incideremus (*alt.* e *ex* i *m. 2*) *R* tunc *H* 2 quae] ꝙ (*i. e.* quod) *S* debe'remus (re *add. m. 2*) *B* ĩ|memores *B* 3 itenere *V* diuias *H* amfractus *B*[1] (*corr. B*[2]), *part. ras. ex* enufractus *P*[3] 4 quã *HS*[1], *part. ras. corr. S*[2], quaṃ (*corr. m. 3*) *P* plebem *H* 7 fideṃ (*exp. m. 3*) *P* uel minus cauti uel minus docti *H* docte (e *ex* i) *B*[2] uel minus *om. B* 8 et *om. BV* ecclesias *P* ii *R*, hi *BSHV*, hiị (*exp. m. 3*) *P* 9 se *om. V* similarent *V* augendis] au⌈i⌉dis *S* 12 quam] nam *B*[1], nec *B*[2] praepositos (ae *ex* o? *m. 2*) *B* concupierunt *H* 14 cur *V* 15 mulieris se *B* se *om. P* mulieris (*alt.* i *ex* e *m. 3*) *P* 16 incluserit *R*, includeret⌈ur⌉ *P*[3] ad tantam infirmitatem *om. R* ad] ac *H* 17 posse *H* contemtui (i *in ras. ex* e? *m. 2*) *B* 18 contumelio *S, om. P* e⌈t⌉ludibrio (e *add. m. 2*, t *m. 3*) *P* esse *V* 20 ⌈defen⌉dere *B*[2] reluctare *H* 21 ⌈uim⌉ *B*[3] rationem⌊que⌋ *B*[3] 22 caelestis *P*

et ueri prophetae et ipse praedixerat, exciderunt a doctrina dei
9 et traditionem ueram reliquerunt. sed illi omnes daemonicis
fraudibus inretiti, quas prospicere et cauere debuerant, diuinum
10 nomen et cultum per inprudentiam perdiderunt. cum enim
Phryges aut Nouatiani aut Valentiniani aut Marcionitae aut Anthropiani seu quilibet alii nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso humana et externa uocabula
11 induerunt. sola igitur catholica ecclesia est quae uerum cultum retinet. hic est fons ueritatis, hoc domicilium fidei, hoc templum dei: quo si quis non intrauerit uel a quo si quis exierit, a spe uitae ac salutis alienus est. neminem sibi opor-
12 tet pertinaci concertatione blandiri. agitur enim de uita et salute: cui nisi caute ac diligenter consulatur, amissa et ex-
13 tincta erit. sed tamen quia singuli quique coetus haereticorum se potissimum Christianos et suam esse catholicam ecclesiam putant, sciendum est illam esse ueram in qua est confessio et paenitentia, quae peccata et uulnera quibus sub-
14 iecta est inbecillitas carnis salubriter curat. haec interim paucis admonendi gratia rettuli, ne quis errorem fugere cupiens maiore implicetur errore, dum penetrale ueritatis ignorat: postea plenius et uberius contra omnes mendaciorum sectas proprio separatoque opere pugnabimus.

BRHSPV] 1 et *(ante* ueri*) om. H* ipsi *(alt.* i *in* e *corr.* S^2*) SV,* ipse *(*e *ex* a *m. 3) P; an* Christus *uel* Christus ipse *scribendum?* praedixerant *V* 2 daemonum *B,* daemones (um) *(*es *del. et corr. m. 1?) S* 3 inpetiti *sic V* 5 phryges *R,* frũges (y) *B,* friges. *HSP,* fryges *V* dona⌊ti⌋ani P^3, nouati *V* ualenti⌊ni⌋ani B^3, ualentiani *HV* martionitae *S,* marcianitae *P* anthropiani *R,* antropiani *BSPV,* antropiani aut arriani *H* 6 aliqui *H* desiuerunt *V* 7 qui] hi qui *H* nomen *V* humano B^1, humanũ B^2, *om. V* externũ uocabulũ *(duo* ũ *in ras. ex* o *? m. 2) B* 8 catolica *B* 9 ⌈fons⌉ P^2 10 quod *BS edd.* non] uel *V* 11 ab spe *H* salutis] salutis aeternae *V* nemin⟨e⟩m *B* oportet sibi *H* 12 et] ac *V* 13 cautae *H* consolatur *V* admissa *H* 14 erit] est *R* quia] quoniam *R* quoque *V* 15 cristianos *B* chatolicam *R* aeclesiam catholicam *B* 17 quibus] qui *V* 20 maiorẽ *H,* maiori *S* inplicetur] ////cupetur (hoc///) *sic V* errorẽ *H* penetralem *S* 21 uberius *RH,* uerius *BSPV edd.; ad exempla locutionis* plenius et uberius *a Buenemanno conlata adde Cyprian. epist. LV 30 (pag. 648, 1), quem Lact. hic imitatur:* haec interim, frater carissime,

Sequitur ut quoniam satis de religione uera et sapientia locuti sumus, in proximo libro de iustitia disseramus.

pauca de multis quantum potui breuiter decucurri . . . si autem tibi ueniendi ad nos opportunitas et facultas fuerit, . . . uberius ac plenius quae in salutarem concordiam faciant tractare poterimus; *epist. LXIII 8 (pag. 707, 12)* plenius et uberius; *Arnob. VI 11 (pag. 223, 3)* quae prima in parte paulo plenius dicta sunt et scripto uberiore prolata; *cf. etiam Lact. I 1, 22* doctrinae uberrimum ac plenissimum fontem   22 pugnauimus *V*

BRHSPV] 1 sati⌜s⌝ R^2 L · CAELI FIRMIANI LACTANTI DE VERA SAPIENTIA ET RELIGIONE LIBER · IIII · EXP · INC · DE · IVSTITIA LIBER V · LEGENTI VITA IN CRISTO *(sic)* IESVM DN̄M NOSTRVM *B;* CAELI FIRMIANI INSTITVTIONVM DIVINARVM LIB̄ · IIII · EXPL̄ · V · N · II · DCCC · *(cf. subscriptionem libri III)* INCP̄T · LIB̄ · V · DE IVSTITIA *R;* FIRMIANI LACTANTI DE RELIGIONE *(*RELEGIONE *M)* VERA ET VERA SAPIENTIA LIBER · IIII · EXPL̄T · INCP̄T · LIB̄ · V · DE IVSTITIA · FELICITER · *HM, nisi quod alia quaedam conpendia scripturae in M;* DE VERA SAPIENTIA ET RELIGIONE LIBER QVARTVS EXPLICIT · INCIP̄ LIB̄ QVINTVS DE IVSTITIA *(*DE IVSTITIA · LIB̄ · *V) PVS, sed alia quaedam conpendia in VS et omnia litteris minusculis scripta in S*

LIBER V

DE IVSTITIA.

1 1. Non est aput me dubium quin hoc opus nostrum, quo
singularis ille rerum conditor et huius inmensi rector adseritur,
si quis attigerit ex istis inepte religiosis, ut sunt nimia super-
stitione inpatientes, insectetur etiam maledictis et uix lecto
fortasse principio adfligat proiciat exsecretur seque inexpiabili
scelere contaminari atque adstringi putet, si haec aut legat pa-
2 tienter aut audiat. ab hoc tamen si fieri potest humanitatis
iure postulamus, ut non prius damnet quam uniuersa cogno-
uerit. nam si sacrilegis et proditoribus et ueneficis potestas
defendendi sui datur nec praedamnari quemquam incognita
causa licet, non iniuste petere uidemur, ut si quis erit ille qui
inciderit in haec, si leget, perlegat, si audiet, sententiam dif-
3 ferat in extremum. sed noui hominum pertinaciam: num-
quam inpetrabimus. timent enim ne a nobis reuicti manus
4 dare aliquando clamante ipsa ueritate cogantur. obstrepunt
igitur et intercedunt, ne audiant, et oculos suos opprimunt, ne

EPITOME 3—9. 12—399, 15] c. 47, 2—4.

AUCTORES § 2—6] Tertull. Apolog. c. 1 (I pag. 113 s.); unum gestit — cessant et odisse; cf. Minuc. Fel. c. 27, 8.

EXPILATORES § 1. 3 s.] cf. Saluian. de gub. dei V § 20.

BRHSPV] 3 *post* dubium *hoc* constantine imp̃. *RS*, constantine imperator maxime *V; cf. Prolegomena* quiin *H* 4 ille *bis V* inmensi] mentis *H* 5 attigerit (at *in ras. ex* ob ? *m. 3) B*, attingerit *H* ex istis] existit *S* in⌜epte⌝ *B*[3], ineptis *R* ineptae religionis *HS* ut] et *B*[1], *corr. B*[3] su*nt *ex* sus *ut uid.* (nt *in ras. m. 3) B*, sint V^{ac} 6 ⌜im⌝patientes *R*[2] insectẽtur (~ *m. 3) B*, insectatur *H* ut (et *B*[1]) *B*[3] 7 adfḷigat *V* inexplebili *B*[1], *corr. B*[3], inexpia**bili (a *in ras. m. 1 ?) S*, inexpiabilis *P* 9 ob *P* 11 si] etsi *H* benefic*is (i *er.) B*, ueneficiịs *P* 12 defen⌞dendi sui⌟ *B*[2] d*atur (e *er.) B* incognita causa licet non *om. P* 13 iuste *V* fuerit *B* 14 legæt *P* et perlegat *H* audiat *H*, audiæt (e *ex* a) *V* 17 dare (a *ex* e *m. 3) P* 18 intercidunt *H*

lumen uideant quod offerimus: quo plane ipsi diffidentiam suae
perditae rationis ostendunt, cum neque cognoscere neque con-
gredi audent, quia sciunt se facile superari. et idcirco dis- 5
ceptatione sublata

pellitur e medio sapientia, ui geritur res,

ut ait Ennius. et quia student damnare tamquam nocentes
quos utique sciunt innocentes, constare de ipsa innocentia
nolunt: quasi uero maior iniquitas sit probatam innocentiam
damnasse quam inauditam. sed ut dixi uerentur, ne si 6
audierint, damnare non possint, et ideo cultores dei summi
hoc est iustos homines torquent interficiunt exterminant. nec
causas odiorum reddere ipsi possunt qui tam uehementer ode-
runt: quia ipsi errant, irascuntur iis qui ueram uiam secun- 7
tur, et cum corrigere se possint, errores suos insuper crudelibus
factis coaceruant, innocentium cruore maculantur et dicatas
deo mentes euisceratis corporibus extorquent. cum talibus 8
nunc congredi et disputare contendimus, hos ad ueritatem ab
inepta persuasione traducere, qui sanguinem facilius hauserint
quam uerba iustorum. quid igitur? operamne perdemus? 9
minime. nam si lucrari hos a morte, ad quam concitatissime

AUCTORES 5] Enn. ann. 272.

EXPILATORES 10—16] Lucifer Calar., Moriendum esse pro dei filio c. 2 (pag. 286, 21—26): dicatos deo homines torques interficis exterminas — mentes euisceratis corporibus extorquens.

BRHSPV] 1 offerimus] offendunt B^1, *in ras. corr.* B^3 quod *BHSV* diffidentia *BH* sui *H* 3 audeant *BH* et *om. H* 5 sapientiae *P* ui] cui *B* res *om. H* 7 cumstare *V* ipsorum *Heumannus* 8 uero] uestra B^1, uestro B^3 9 ne si] nisi *H* 10 possint] audeant possint *R*, possunt *V* 11 hoc est] aut *H* 12 c'a'usas H^2 13 quia] quam *B* e'r'rant V^2 iis *R*, his *BHSV*, ḥis *P* uiam ueram *P* sequuntur *HSP* 14 se ipsi *R*, ṣẹ *(exp. m. 2) V;* cum . . . corrigere te possis *Lucifer* possent *(*e *ex* i*)* R^2 15 cognitagerunt B^1, co****acerbant B^3, coacerbant *H* 16 'e'uisceratis B^2, deuisceratis *V* 17 nunc congredi et] non con'cre-dunt' H^2 hos] nec *H* ueri'ta'tem R^2 18 in*epta *(*c *er.) B* transducere *H* *post* traducere *s. l.* cupimus R^2 sansuinem *H*, sanguine *P* auserint *P* 19 perdamus B^1, *corr.* B^3, perderemus *V* 20 si] nec *Heumannus*

tendunt, non potuerimus, si ab illo itinere deuio ad uitam
lucemque reuocare, quoniam ipsi saluti suae repugnant, nostros
tamen confirmabimus, quorum non est stabilis ac solidis radici-
bus fundata et fixa sententia. nutant enim plurimi ac maxime
10 qui litterarum aliquid attigerunt. nam et in hoc philosophi
et oratores et poetae perniciosi sunt, quod incautos animos
facile inretire possunt suauitate sermonis et carminum dulci mo-
11 dulatione currentium. ob eamque causam uolui sapientiam
cum religione coniungere, ne quid studiosis inanis illa doctrina
possit officere, ut iam scientia litterarum non modo nihil no-
ceat religioni atque iustitiae, sed etiam prosit quam plurimum,
si is qui eas didicerit, sit in uirtutibus instructior, in ueritate
12 sapientior. praeterea etiamsi nulli alii, nobis certe proderit:
delectabit se conscientia, gaudebitque mens in ueritatis se luce
uersari, quod est animae pabulum incredibili quadam iucundi-
13 tate perfusum. uerum non est desperandum; fortasse non
canimus surdis. nec enim tam in malo statu res est, ut
desint sanae mentes, quibus et ueritas placeat et monstratum

AUCTORES 16] Verg. Buc. X 8.

BRHSPV] 1 uitam] uitam dirigere *B* 2 ˹lucemque˺ *B*³ inuocare *B*¹, *in ras. corr.* *B*³, reuocari *H* *post* reuocare *s. l.* non ualemus *R*² saluti∗ *(*s *er.) H* saluti suae repugnant] salutis uere pugnant *V*¹ 3 confortabimus *B, sed uox frequens illa aetate (cf. locos Vulgatae ap. Roenschium, Itala u. Vulg. pag. 185) ab interpolatore inducta uidetur* non *om. P* 4 fida *H* mutant — attigerunt *om. P* 5 adierunt *B*, attige-r˻unt˼ *H*², atti∗gerunt *(*n *er.) S,* adtingerunt *V* in hoc et *Heumannus* in *om. V* 7 uanitate *V* moderatione *B*¹, *in ras. corr.* *B*³ 8 currentium] curuantur *B*¹, *in ras. corr.* *B*³, currentium mella sunt haec uenena *(*uenenum *S)* tegentia *(*agentia *S) RS; malim* decurrentium *conl. VI 21, 4; IV 18, 12* 9 coniungere] fungere *V* 10 efficere *B*¹ *(corr. B*³*) S* scientiã *H* non *om. S* 11 religioni *(*i *fin. ex* e *m. 2) R* 12 *uerba* si is — sapientior *eicit Heumannus* in *om. edd.* instructior] strictior *P* in] et in *edd.* 13 sapientior] stientior *sic H* etiamsi] quamsi *B* prodeerit *B* 14 se *om. P* conscientiã *H* gaudebit *P* ueritates (i *s. l.*) *PV* se *om. V* 15 ˹est˺ *S*¹? iocunditate *H,* iuconditate (*o ex* u *m. 2?) P,* iuconditate (*corr. m. 2) V* 16 ˻u˼e∗rum (˻u˼ *m. 3) B* nuncanimus *HV* 17 *post* statu *1 uel 2 litt. eras. H* est] est aut plus inpuris *(*imp- *S)* spiritibus quam sancto licet *RS* 18 et *(ante* ueritas*) om. B*

sibi rectum iter et uideant et sequantur. circumlinatur modo 14
poculum caelesti melle sapientiae, ut possint ab inprudentibus
amara remedia sine offensione potari, dum inliciens prima dul-
cedo acerbitatem saporis asperi sub praetexto suauitatis occultat.
nam haec in primis causa est cur aput sapientes et doctos et 15
principes huius saeculi scriptura sancta fide careat, quod pro-
phetae communi ac simplici sermone ut ad populum sunt locuti.
contemnuntur itaque ab iis qui nihil audire uel legere nisi 16
expolitum ac disertum uolunt nec quicquam haerere animis
eorum potest nisi quod aures blandiore sono mulcet, illa uero
quae sordida uidentur, anilia inepta uulgaria existimantur.
adeo nihil uerum putant nisi quod auditu suaue est, nihil cre- 17
dibile nisi quod potest incutere uoluptatem: nemo rem ueri-
tate ponderat, sed ornatu. non credunt ergo diuinis, quia 18
fuco carent, sed ne illis quidem qui ea interpretantur, quia
sunt et ipsi aut omnino rudes aut certe parum docti. nam
ut plane sint eloquentes, perraro contingit: cuius rei causa in
aperto est. eloquentia enim saeculo seruit, populo se iactare 19
et in rebus malis placere gestit, siquidem ueritatem saepius
expugnare conatur, ut uim suam monstret: opes expetit, hono-
res concupiscit, summum denique gradum dignitatis exposcit.

AUCTORES 1—4] cf. Lucr. I 936 ss.

BRHSPV] 1 rectum] regnum *R*[1] i*ter (n *er.*) *B*, iter *del.* *R*[2] iter et] iret *H* circumliniatur *B*, circumlin⌜i⌝atur *S*[2] 2 pabulum *B* caeleste *B*, caelestis *H*, caelesti⌜s⌝ *S*[2] sapientiae melle caelesti *P* 3 amara remedia] amare media *P* offensione] ulla offensione *R* potari] amputari *B* 4 aceruitatem *B*[1]*V*[1], *corr.* *B*[2]*V*[2], aceruitate *H* asperi] aspensa *H*, *om.* *P* su⌜b⌝praetex⌜to⌝ (b *et* to *m. 2*) *P* praetextu (u *ex* o *m. 2 ?*) *S* suauitatis (-is *ex* -es *m. 2*) *R* occultae *B*[1], *corr.* *B*[3] 6 principis *P* 7 ut *om.* *BP* 8 contempnentur *V* itaque] neque *R* iis *edd.*, his *C* 9 excultum *B* dissertum *B*[ar] (*pr.* s *er.*) *P*, dis⌜s⌝ertum *V*[2], desertum *H* inhaerere (-her- *RH*) *RHV* in animis *H* 10 blandiori *RH* mulget *R*[1], mulcent *P* 11 uideantur *H* inhia, *in mg.* anilia *m. 1 ?*, *V* 12 ideo *P* ueri *H* auditus uane *V* credibile] credibile est *B* 13 rem] se *S* ueritatẽ (˜ *m. 2 ?*) *P* 15 fuco (f *in ras. ex* s *? m. 3*) *B* ⌞ea⌟ *B*[3], eam *RP* 16 et] aut *R* aut *ante* omnino] et *R* docti nam] doctrinam *R*[1], *s. l.* consecuti *add.* *R*[2] 17 contigit *RP* 18 est eloquentia . eloquentia *S* 20 conatur] uideatur *H* 21 denique] eque *B* gradum] gaudium *P*

20 ergo haec quasi humilia despicit, arcana tamquam contraria
sibi fugit, quippe quae publico gaudeat et multitudinem cele-
21 britatemque desideret: eo fit ut sapientia et ueritas idoneis
praeconibus indigeat. et si qui forte litteratorum se ad eam
22 contulerunt, defensioni eius non suffecerunt. ex iis qui mihi
noti sunt Minucius Felix non ignobilis inter causidicos loci
fuit. huius liber, cui Octauio titulus est, declarat quam ido-
neus ueritatis adsertor esse potuisset, si se totum ad id stu-
23 dium contulisset. Septimius quoque Tertullianus fuit omni
genere litterarum peritus, sed in eloquendo parum facilis et
minus comptus et multum obscurus fuit. ergo ne hic quidem
24 satis celebritatis inuenit. unus igitur praecipuus et clarus
extitit Cyprianus, quoniam et magnam sibi gloriam ex artis
oratoriae professione quaesierat et admodum multa conscripsit
25 in suo genere miranda. erat enim ingenio facili copioso suaui
et, quae sermonis maxima est uirtus, aperto, ut discernere non
queas, utrumne ornatior in eloquendo an felicior in explicando
26 an potentior in persuadendo fuerit. hic tamen placere ultra
uerba sacramentum ignorantibus non potest, quoniam mystica
sunt quae locutus est et ad id praeparata, ut a solis fidelibus
audiantur: denique a doctis huius saeculi, quibus forte scripta

BRHSPV] 1 haec quasi] doctrina si *H* quasi *om. R* 2 fugit quippe quae] fugitque *P* caelebritatem *P* 3 ⸤f⸥it B^2 4 forte *om. R* littera⸢to⸣rum *B* ad eam se *S* 5 eius *om. B* sufficerint *(pr.* i *ex* e *m. 2) H,* sufferunt *P* iis *R,* his *cett.* 6 noti sunt] notis̃t *(*t̃ *add. m. 2) S* ignorabilis P^1, ra *del. m. recentiss.* 7 octauus (i s. l.) B^1, octauo* (i s. l.) B^3 8 se] uere *P* id *om. BRH* 9 septim⸢i⸣us H^2, septim̊ *(i. e.* -mus*) S,* Et septimus *V* tertulianus *RH* omni *(*i *ex* e *m. 2) H* 10 peritus] repletus *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^3 sed] et *H* parum *om. H* 11 minus] nimium *H* et multum et *H* obscurum P^1, *corr.* P^2, obscur⸢u⸣s V^2 fuit *delet Heumannus* ergo ne hic quidem] Ne quidem per tot . sed apud doctos non *H* ne⸢hi⸣c B^3 12 celebritatis *(*-is *ex* -es *m. 2) R* ⸢unus⸣ P^2 13 et magnam] maximam *H* 14 quaesiebat *V* et *om. B, s. l.* qui *add.* B^3 multa] mata (mira s. l.) *sic V* 15 enim] cum *H* copiosus *H,* cupioso V^{ac} suaui et quae sermonis] suauitate sermonis quae *H* *cf. Addenda* 16 sermoni *R,* sermones *P* non queas] nequeas *P* 17 facilior SV^{pc} (f*li**or, aci s. l., e *et* ci *er.) edd., sed propter antecedens* ingenio facili *reiciendum est* 18 an] aut *S* suadendo *B* tam̃ *(*~ *m. 2) R* 19 sacramenti *H*

eius innotuerunt, derideri solet. audiui ego quendam homi- 27
nem sane disertum, qui eum inmutata una littera Coprianum
uocaret, quasi quod elegans ingenium et melioribus rebus aptum
ad aniles fabulas contulisset. quodsi accidit hoc ei cuius elo- 28
quentia non insuauis est, quid tandem putemus accidere eis
quorum sermo ieiunus est et ingratus? qui neque uim persua-
dendi neque subtilitatem argumentandi neque ullam prorsus
acerbitatem ad reuincendum habere potuerunt.

2. Ergo quia defuerunt aput nos idonei peritique doctores, qui 1
uehementer, qui acriter errores publicos redarguerent, qui causam
omnem ueritatis ornate copioseque defenderent, prouocauit quos-
dam haec ipsa penuria, ut auderent scribere contra ignotam sibi
ueritatem. omitto eos qui prioribus eam temporibus nequicquam 2
lacessierunt. ego cum in Bithynia oratorias litteras accitus doce-
rem contigissetque ut eodem tempore dei templum euerteretur,
duo extiterunt ibidem qui iacenti atque abiectae ueritati nescio
utrum superbius an inportunius insultarent. quorum alter 3

AUCTORES 17 alter] ignoto nomine ut uid.; Porphyrium significari a Lactantio putauit Baronius, Annal. eccles. II 853 ed. a. 1738 ss., quam sententiam refutat Holstenius, De uita et scriptis Porphyrii, 1630, p. 89.

BRHSPV] 1 innotuerunt *(o ex* u *m. 2) S* deridederi S^1, *tert.* de *del.* S^2 solent *H* ergo *P* 2 disertum] sacrilegum *B*, desertum *H*, dissertum *S* eum] cum *S* mutata *R*, inmuta'ta' P^2 una *om. H* cyprianum *(corr. m. 2) P* 3 quod *om. B;* qui *codd. recent. et edd.* eligans *S* ingenium] in ingenio *H* 4 contulisset] contulisset unde apparet disertissimo et doctissimo uiro quantum ad sacrilegos adtinet refellendos non facultatem dicendi sed consilium defuisse in eo praecipue quo *(sic B,* quod *edd.)* demetrianum ueritatis expertem non ratione prudentiae mundan'a'e *(a m. 2)* qua uti in principio debuit sed auctoritate caelestium praeceptorum quorum ille se hostem fatebatur adstrinxit *B, quae ad exemplum loci c. 4, 3 ss. conficta sunt* hoc accidit *H* 5 tandem *ex* tamen *V* eis *om. HPV, ante* accidere *habet S* 6 ieiunus] et ieiunus *R* in**gratus *(*te *er.) B* 7 subtilitatem] per subtilitatem *R* nec *R* illam *P* 8 aceruitatem B^1 *(corr.* B^2*) HV*, adceruitatem *P* poterant H^1, poterunt H^2 11 ornare *H* copiosoque *P* ignoratam *P* 13 mitto *V* eam prioribus *R* eam *om. H* nequi*quam *(*c *er.) B*, nequiquam *PV* lacesserunt *V* 14 Et ego *H* bythynia *BV*, bythyania *H* adcitus *R*, acciditus *V* 15 contigissetq;** *ex* contigissetque S^2 ut *om. H* uerteretur *V* 17 infortunius *H*

antistitem se philosophiae profitebatur, uerum ita uitiosus, ut
continentiae magister non minus auaritia quam libidinibus
arderet, in uictu tam sumptuosus, ut in schola uirtutis ad-
sertor, parsimoniae paupertatisque laudator, in palatio peius
cenaret quam domi. tamen uitia sua capillis et pallio et,
quod maximum est uelamentum, diuitiis praetegebat: quas ut
augeret, ad amicitias iudicum miro ambitu penetrabat eosque
sibi repente auctoritate falsi nominis obligabat, non modo
ut eorum sententias uenderet, uerum etiam ut confines suos,
quos sedibus agrisque pellebat, a suo repetendo hac potentia
4 retardaret. hic uero qui suas disputationes moribus destrue-
bat uel mores suos disputationibus arguebat ipse aduersum se
grauis censor et accusator acerrimus, eodem ipso tempore quo
iustus populus nefarie lacerabatur tres libros euomuit contra
5 religionem nomenque Christianum, professus ante omnia
philosophi officium esse erroribus hominum subuenire
atque illos ad ueram uiam reuocare id est ad cultus
deorum, quorum numine ac maiestate mundus guber-
netur, nec pati, homines inperitos quorundam fraudi-
bus inlici, ne simplicitas eorum praedae ac pabulo sit
6 hominibus astutis: itaque se suscepisse hoc munus
philosophia dignum, ut praeferret non uidentibus lu-
men sapientiae, non modo ut susceptis deorum culti-
bus resanescant, sed etiam ut pertinaci obstinatione
deposita corporis cruciamenta deuitent neu saeuas
7 membrorum lacerationes frustra perpeti uelint. ut
autem appareret cuius rei gratia opus illut elaborasset, effusus est

BRHSPV] 1 antestitem *RV* proficebatur *V* 3 ịarderet (a *ex alia litt., fort.* u) *P* in*uictu (i *er.*) *S* sumptuosus] et sumptuosus *B* scola *HSPV* 4 parsimoniae — laudator *om. P* laudatur *V* 6 quasi *R* 7 ageret V^{ac} amicitiã *R* iudic*um (i *er.*) *R* miro] isto *B* 9 sententiã *H* ut] in *R* 10 a *om. R* hac] ac *RH* 11 retardet *P* disputationes (-es *ex* -is *m. 2*) *R* 12 aduersum se *om. P* aduersus *edd.* 13 graues *P* 15 christianorum *BR* 16 terroribus *H* hominibus *V* 17 cultum *B* 18 nomine B^{1} (*corr.* B^{3}) *HV* maiestatem *P* *post* maiestatem *hoc* ut ille dicebat *H* 20 patibulo *V* 21 hōc sē sūscepisse *B* 24 obtinatione *H* 25 cru|ciamenta (cia *add. m. 2?*) *B* ne *BV*, nec *H* 26 uellent *BSP*

in principum laudes, quorum pietas et prouidentia, ut
quidem ipse dicebat, cum in ceteris rebus tum praecipue
in defendendis deorum religionibus claruisset: con-
sultum esse tandem rebus humanis, ut cohibita inpia
et anili superstitione uniuersi homines legitimis sa-
cris uacarent ac propitios sibi deos experirentur. ubi 8
autem religionis eius contra quam perorabat infirmare uoluit
rationem, ineptus uanus ridiculus apparuit, quia grauis ille
consultor utilitatis alienae non modo quid obpugnaret, sed
etiam quid loqueretur nesciebat. nam si qui nostrorum ad- 9
fuerunt, quamuis temporis gratia coniuerent, animo tamen derisere
utpote cum uiderent hominem profitentem se inluminaturum
alios, cum ipse caecus esset, reducturum alios ab errore, cum
ipse ignoraret ubi pedes suos poneret, eruditurum alios ad
ueritatem, cuius ille ne scintillam quidem unam uidisset ali-
quando, quippe cum sapientiae professor profligare sapientiam
niteretur. omnes tamen id arguebant, quod illo potissimum 10
tempore id operis esset adgressus quo furebat odiosa crudeli-
tas. o philosophum adulatorem ac tempori seruientem! uerum 11
hic pro sua inanitate contemptus est, qui et gratiam quam
sperauit non adeptus est et gloria quam captauit in culpam
reprehensionemque conuersa est. alius eandem materiam mor- 12

AUCTORES 22 alius] sc. Hierocles; cf. de mort. persecut. 16, 4.

BRHSPV] 1 princip*um *(i er.) RH* laudis *(i ex* e*) B^2*, -es *restituit B^3* 2 quidem] que* *(m er.) H* in *om. P* tum *om. H* 3 defendendis *(alt.* d *ex* t *m. 2) S* 4 tamen *H* ut *om. H,* et *P* inpi⌜a⌝ *H^2* 5 et] ac *B^1*, hac *B^3* superstitione *(-ne ex -ni m. 1 ?) P* uniuerse *P^1*, *corr. P^2* 6 propitio⌜s⌝ *S^2* 7 quem *P* orabat *B* 9 *****utilitatis (subtr *er.) R* oppugnare *P* 10 nam] quam *B* qui* *(s er.) R*, quis *(exp. m. 1 ?) P* adfuisset *B* 11 temporibus *R* grati *P* coniuerent *R*, coniberent *HS*, conuenirent *V*, non congrueret *B*, congrueret *P* derideret *B*, tenere *R* 12 uideret *B* 13 re|ducturum *(re add. m. 2) B* alios *om. P* ab errore cum ipse ignora(ra)ret ubi pedes suos poneret et eruditurum *in inf. mg. add. P^2* 14 alios *om. P* erudit(v)ü⌞m⌟ *(v supra* t *est* ur*) ex* eruditũq. *ut uid. S^2* 15 ille *om. V* nec *V* 16 quipp(c)&um *(corr. m. 2 ?) V* 17 ille potentissimo *B* 18 opus *B* 19 o *om. B* filosoforum *V* adlatorem *PV* temporis *PV* ⌜uerum⌝ *B^3* 20 uanitate *R* 21 et *et* est *(post* conuersa*) eicit Heumannus* gloriam *HSV*

dacius scripsit, qui erat tum e numero iudicum et qui auctor
in primis faciendae persecutionis fuit: quo scelere non contentus
13 etiam scriptis eos quos adflixerat insecutus est. conposuit
enim libellos duos, non contra Christianos, ne inimice insectari
uideretur, sed ad Christianos, ut humane ac benigne consulere
putaretur: in quibus ita falsitatem scripturae sacrae arguere
14 conatus est, tamquam sibi esset tota contraria. nam quaedam
capita quae repugnare sibi uidebantur exposuit adeo multa,
adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem disciplina fuisse
15 uideatur. quod si fuit, quis eum Demosthenes poterit ab in-
pietate defendere, qui religionis cui fuerat accensus et fidei
cuius nomen induerat et sacramenti quod acceperat proditor
factus est? nisi forte casu in manus eius diuinae litterae in-
16 ciderunt. quae igitur temeritas erat id audere dissoluere quod
illi nemo interpretatus est? bene, quod aut nihil didicit aut
nihil intellexit. tantum enim abest a diuinis litteris repugnan-
17 tia, quantum ille afuit a fide et ueritate. praecipue tamen
Paulum Petrumque lacerauit ceterosque discipulos tam-
quam fallaciae seminatores, quos eosdem tamen rudes
et indoctos fuisse testatus est: nam quosdam eorum pis-
catorio artificio fecisse quaestum; quasi aegre ferret quod
illam re⟨ligione⟩m non Aristophanes aliquis aut Aristarchus com-
mentatus sit.
1 3. Afuit ergo ab his fingendi uoluntas et astutia, quoniam
rudes fuerunt. aut quis possit indoctus apta inter se et co-

BRHSPV] 1 tum] tunc unus *R* quia uictor *B* 3 quos] quod *H* 4 libros *B* c⌜h⌝ristianos B^2 insectator *H* 5 sed *om.* *P* ad] ut *H* ut *om.* *H* human*e *(a er.)* *B*, humanae *RSP*, humanf *sic* *V* 6 ita *add.* B^3 scripturae *(e add. m. 2)* *H* sanctae *BH* acuere *V* 7 sibi] ut sibi *H* 8 uideantur *H* 9 *post.* adeo *5 litt. erasae, quarum extremae* at, *B* intimȩ *H* ⌜e⌝numerans B^3 ⌜fuisse⌝ *(add. m. 2)* ex eadem disciplina *B* 10 *supra* quis *hoc* ſ; *(i. e.* sed*)* *m. recentiss.* *P* 11 qui] quae *V* 13 ni *R* ⌜eius⌝ B^3 diuinae *(e ras. ex* m*)* *H* litterae *om.* *V* 14 ⌜te⌝meritas P^2 audire *SV* 15 aut] aut quod *R* dicit *B* 16 a *om.* *RV* 17 afuit] fuit *B* 18 ceteros *P* 19 sectatores *B*, proseminatores *R* tamen *om.* *H* 20 est *(t add. m. 2)* *R* 21 fecisse] fuisse *H* 22 religionem *scripsi*, rem *C*; *cf.* religionem istam *pag. 407, 7* non *om.* *R* aristharcus *B*, aristarcus HP^1 24 is *R* fringendi *P* uoluptas *R* 25 quis] quāuis *V*

haerentia fingere, cum philosophorum doctissimi, Plato et Ari-
stoteles et Epicurus et Zenon, ipsi sibi repugnantia et contraria
dixerint? haec est enim mendaciorum natura, ut cohaerere
non possint. illorum autem traditio quia uera est, quadrat 2
undique ac sibi tota consentit et ideo persuadet, quia constanti
ratione subfulta est. non igitur quaestus et commodi gratia 3
religionem istam conmenti sunt, quippe qui et praeceptis et re
ipsa eam uitam secuti sint, quae et uoluptatibus caret et
omnia quae habentur in bonis spernit, et qui non tantum pro
fide mortem subierint, sed etiam morituros esse se et scierint
et praedixerint et postea uniuersos qui eorum disciplinam secuti
essent acerba et nefanda passuros. ipsum autem Christum 4
adfirmauit a Iudaeis fugatum collecta nongentorum ho-
minum manu latrocinia fecisse. quis tantae auctoritati 5
audeat repugnare? credamus hoc plane, nam fortasse illi hoc
in somnis Apollo aliquis nuntiauit. tot semper latrones perie-
runt et cottidie pereunt, utique multos et ipse damnasti: quis
eorum post crucem suam non dicam deus, sed homo appellatus 6
est? uerum tu forsitan ex eo credidisti, quia uos homicidam
Martem consecrastis ut deum: quod tamen non fecissetis, si
illum Ariopagitae in crucem sustulissent. idem cum facta 7
eius mirabilia destrueret nec tamen negaret, uoluit ostendere
Apollonium uel paria uel etiam maiora fecisse. mirum
quod Apuleium praetermisit, cuius solent et multa et mira

B(G)RHSPV] 2 zeno *R* 3 dixerunt *H* est *om. R* 4 possi∗t *(*n *er.) B* est ėnim *(exp. m. 3) B* quadrate⌜t⌝ *(*e *ex* a*? corr. et* t *add. m. 2) B* 5 ac *om. B* tota] uniuersa *R* 6 es∗∗t *B* igitur] enim *BP* 7 conmen∗∗ti *(*ta *er.) B,* commentati *H* quippo. *V* 8 sunt *RHPV* quae *(*e *ras. ex* m*) H* 9 spernis *V* 10 sibierint *S* morituros *(*-os *ex* -us *m. 2) R* ⌞se⌟ *B*[3] ⌜et sciuerint et⌝ *B*[3] 11 postea] postea qui *H* disciplina⌞m⌟ *B*[2] 12 acerua *HV* 13 refutatum *H* nungentorum *BR*[1] *(*u *in* o *corr. R*[2]*) HPV* 14 qui *H* 15 audeat] ualeat *H*, audacte *sic V* credant *H* hoc illi *SP* 16 somniis *S; ad* in somnis *Heumannus confert Verg. Aen. III 151, Buenemannus ibid. IV 353* 17 et *om. P* 19 est *om. H* tu] tum *H* *a* ⟨Credi⟩[d]isti *incipit codicis G pag. 95 (68), cuius in uerss. 1 et 25—31 nonnulla legi poterant* qua *H* 20 matrẽ *V* ⌜ut deum⌝ *B*[3] 21 ariopagitae *C* idem] deinde *H* 22 eius] sint *H* destrueret *(pr.* e *ex* i *m. 2) R* negare⌜t⌝ *R*[2] 23 patria *V* ∗∗mirum *(*ni *er.) H* 24 apulegium *S*, apuleium *(*l *ras. ex* d*) P* mira∗ *B*

8 memorari. cur igitur, o delirum caput, nemo Apollonium
pro deo colit? nisi forte tu solus, illo scilicet deo dignus, cum
9 quo te in sempiternum uerus deus puniet. si magus Christus,
quia mirabilia fecit, peritior utique Apollonius, qui ut describis cum Domitianus eum punire uellet, repente in iudicio non conparuit, quam ille qui et conprehensus est et
10 cruci adfixus. at enim ex hoc ipso fortasse insolentiam Christi
uoluit arguere, quod deum se constituerit, ut ille uerecundior
fuisse uideatur, qui cum maiora faceret, ut hic putat, tamen id
11 sibi non adrogauerit. omitto nunc ipsa opera conparare, quia
in secundo et in superiore libro de fraude ac praestigiis artis
12 magicae dixi. nego esse quemquam qui non optet in primis
id sibi post mortem contingere quod etiam reges maximi con-
13 cupiscunt. cur enim sibi homines sepulchra magnifica, cur
statuas, cur imagines conparant? cur aliquibus claris factis aut
etiam pro ciuibus morte suscepta student opiniones hominum
promereri? cur denique ipse ingenii tui monumentum hoc detestabile stultitia tamquam caeno aedificatum constituere uoluisti,
14 nisi quod inmortalitatem de memoria nominis speras? stul-
tum igitur est id putare Apollonium noluisse quod optaret
utique, si posset, quia nemo est qui inmortalitatem recuset,
maxime cum eum dicas et adoratum esse a quibusdam

11 in secundo] c. 16. in superiore libro] c. 13, 16; 27.

B(G)RHSPV] 1 dilirum *P*, delibrum *V* 2 forte *om. H* illo *post* scilicet *s. l.* B^3 3 sempiternum] perpetuo *B* ⌜uerus⌝ B^3 puniat *R*, puniṛet *V* 4 discribis *P;* tu scribis *Heumannus* 5 iudicium *B* 6 cõpar∗uit *(*a *er.) S*, conpa⌜r⌝uit *V* est *om.* R^1P 7 crucifixus *B* at] ait *S* ipso *om. P* solentiam *V* 8 uoluerit *R* deum] dñs *sic S* constitueret *H* ut ille uerecundior] uere conditor *S* 9 id *om. H, s. l. P* 10 adsignauerit *H* quia] quia et *H* 11 *alt.* in *om. S* ac de praestigiis *P* *cf.* cum omnibus tuis praestigiis ac fraudibus *Lucifer pag. 291, 13* 12 oportet *V* 13 reges *(alt.* e *ex* i *m. 2 uel 3) P* 14 magnificant *H* 15 cõ|parant *B*, con⟨p⟩[a]ra[ntes] *G* aliquis *B* 16 pro *ex* prae $B^{1?}$ *in* opiniones *desinit codicis G pag. 95 (68), sequitur pag. 96 (67) paene tota lecta* 17 monumento *H*, monimentum *P* detestabilë *(s. l.* a *er.) B*, detestabili *H* 18 stultitiae *B* tamquam] quo∗d *(*a *er.) B* aedificatur *B*, aedificatam *R* 21 utique si] uel quasi B^1, *in ras. corr.* B^3, uel⟨q⟩[ua]⟨si⟩ *G* possit *P* 22 et maxime *H* eum̄ cūm *(corr. m. 3) B* dicat *(*t *ex* s) B^3 *post* esse *eras.* eum *P*

sicut deum et simulacrum eius sub Herculis Alexi-
caci nomine constitutum ab Ephesiis etiamnunc hono-
rari. non potuit ergo post mortem deus credi, quia et homi- 15
nem et magum fuisse constabat, et ideo alieni nominis titulo
adfectauit diuinitatem, quia suo nec poterat nec audebat. noster
uero et potuit deus credi, quia magus non fuit, et cre-
ditus est, quia uere fuit. non inquit hoc dico, idcirco 16
Apollonium non haberi deum, quia noluerit, sed ut
appareat nos sapientiores esse, qui mirabilibus factis
non statim fidem diuinitatis adiunximus, quam uos,
qui ob exigua portenta deum credidistis. non est 17
mirum si tu, qui a dei sapientia longe remotus es, nihil pror-
sus intellegis eorum quae legisti, cum Iudaei, qui a principio
prophetas lectitauerant quibusque sacramentum dei fuerat ad-
signatum, tamen quid legerent ignorauerint. disce igitur, si 18
quid tibi cordis est, non idcirco a nobis deum creditum, quia
mirabilia fecit, sed quia uidimus in eo facta esse omnia quae
nobis adnuntiata sunt uaticinio prophetarum. fecit mirabilia: 19
magum putassemus, ut et uos nunc putatis et Iudaei tunc

B(G)RHSPV] 1 et] ac *BG* simulacrum] si mulier *B*¹, *corr. B*³ alexitaci *H*, alexiaci *P* 2 ephesis *H* ⸢h⸣onorari *B*³*P* 3 ergo *om. S* mortem — quia et *om. G* *post* mortem *s. l.* ne d͠s (ne *add. m. 2 nunc extersum*, d͠s *add. m. 1) B* qui *B*¹, quē *B*² 4 mag*um (n *er.) H* constābatetideo *part. in ras. ex* constātbretinas (*alt.* a *incert.) corr. B*³ constat *G* 5 diuinitatem] id nisi temeraria *B*¹, *corr. B*³ *pr.* nec] non *B* aud*ebat (i *er.) B* 6 mag*us (n *er.) V* et *om. H* 7 est] est deus *H* fuit] fuit deus *BGH* 8 n*oluerit (t *er.) B* 10 adiun[g]imus *G* 11 qui ob exigua] quibus exitus *B*¹, *corr. B*³, *s. l.* cum eorum *add. B*² portenta] pareant *B*¹, *corr. B*³, portent⸢a⸣ *P*² 12 remotus es *in mg. P*² prosus *P* 13 intellegas *H* iudaei *in ras. ex* iudices (c *minus cert.) corr. B*³, iudei|es *G* 14 lectitauerunt *HP* consign⟨at⟩[u]⟨m⟩ *G* 15 legerent *HV*, legirent *B*¹, *corr. B*³, legerint *GRSP* di⸢s⸣ce *B* si quid] qui[t] *G* 16 ⸢est⸣ *R*² non] non solum *BG* *in* creditum *desinit codicis G pag. 96 (67)* creditum] creditum χ͠pm *H*; *edd. quoque* Christum *addunt, sed cf. 6* deus credi, *pag. 410, 2* deum credimus, *IV 22, 6* ne deum quidem potuisse credi; *pariter* χ͠pm *add. H pag. 410, 2 et* χ͠ps *pag. 376, 9; cf. etiam infra c. 7, 10 ad* quia; *VII 1, 6; 3, 4* esse fabricatum *sc.* mundum 17 fecit *om. V* sed] uerum etiam *B* uidemus *B* 18 uaticinio *sic R* (g *s. l.*) prophetaꝝ (ꝝ *i. e.* rum *add. m. 2) S* 19 magnum *BH*^{ar}*V* putassem *P* nunc putatis] nuncupatis *B*¹ (*corr. B*²) *PV*, nun*cupatis (c *er.) H* et] ut *H*

putauerunt, si non illa ipsa facturum prophetae omnes uno
20 spiritu praedixissent. itaque deum credimus non magis ex factis
operibusque mirandis quam ex illa ipsa cruce, quam uos sicut
21 canes lambitis, quoniam simul et illa praedicta est. non igi-
tur suo testimonio — cui enim de se dicenti potest credi? —,
sed prophetarum testimonio, qui omnia quae fecit ac passus
est multo ante cecinerunt, fidem diuinitatis accepit, quod ne-
que Apollonio neque Apuleio neque cuiquam magorum potuit
22 aut potest aliquando contingere. cum igitur talia ignorantiae
suae deliramenta fudisset, cum ueritatem penitus excindere
conisus esset, ausus est libros suos nefarios ac dei hostes φιλα-
23 ληθεῖς adnotare. o caecum pectus, o mentem Cimmeriis ut
aiunt tenebris atriorem! discipulus hic fortasse Anaxagorae
fuerit, cui niues atramentum fuerunt. atquin eadem caecitas
est et uero falsitatis et mendacio ueritatis nomen inponere.
uidelicet homo subdolus uoluit lupum sub ouis pelle celare, ut
24 fallaci titulo posset inretire lectorem. uerum esto, inscitia hoc,
non malitia feceris: quam tandem nobis adtulisti ueritatem,
nisi quod adsertor deorum eos ipsos ad ultimum prodidisti?
25 prosecutus enim summi dei laudes, quem regem, quem
maximum, quem opificem rerum, quem fontem bono-

BRHSPV] 1 facturum] facturum χp̄m *H* profetae *(*etae *m. 2 in ras. ex 3 uel 4 litt., quarum prima* l*) B* omnes *om. S* 2 praedixissent *V*, praedicassent *BRSP*, praedicarent *H; cf.* praedicta *4* non magis] tam *B* ex factis] exactis *S* 3 quam] quē *V* ⌜illa⌝ *B*³ ipsa *om. H* 4 lambitis *C (fort. conferendum III Reg. 21, 19?)*, latratis *Volkmannus, epist. gratul. pag. 6* praedicta *RHS*, praedata *B*¹, prae⌜di⌝cata *B*³, praedicata *P^ac (alt.* a *expunct.) V* 5 de *add. B*³ 6 sed *om. H* 7 multi *H* finem *R* 8 apulleio *P* maiorum *H* 9 alia *P* 10 suae] seu *P* excidere *RHPV* 11 nisus *B*, conixius *V* ausus] aut sus *P* ΦΙΛΑΛΗΘΕΙC *P*, ΦΙΛΑΗΘЄΙC *B*, ΦΙΛΑΛΗЄΙC *R*, ΦΑΛΑΙΙΝΙΙΘCΙΡ *(sic) add. H*², ΦΙΛΑΛΙΘЄΙC *S*, ΦΙΛΑΛΝ·ΘЄΙC *V* 12 cimmeriis *linea del. R* 13 atriorem *ex scriptura m. primae, de qua haec agnoscuntur* satu . . . . m, *corr. m. 3 B*, atriore *(sed del. m. 1)* atriorem *R*, tetriorem *H*, atriosem *S*, ⌞a⌟triorem *V* discipul'** *(i. e.* -lus*) ex* discipulis *S*² 14 niuis *P* atramentum *(pr.* t *ex* c *m. 2) H* 15 *pr.* et] ea *H* 16 c*elare *(*a *er.) B* ut *(*u *ex* a*? m. 3) B* 17 possit *HP* lectorum *B*¹, *corr. B*² inscia *P*¹ *(corr. P*²*?) V* hoc] uerum hoc *H* non malitia hoc *R* 18 tandem] de *B*¹, *s. l. corr. B*³ 20 summi *om. HV, recte?* 21 opificum *V* bonorum quem] bonorumq; *R*

rum, quem parentem omnium, quem factorem altorem-
que uiuentium confessus es, ademisti Ioui tuo regnum eumque
summa potestate depulsum in ministrorum numerum redegisti.
epilogus itaque te tuus arguit stultitiae uanitatis erroris. ad- 26
firmas enim deos esse et illos tamen subicis et mancipas ei
deo cuius religionem conaris euertere.

4. Hi ergo de quibus dixi cum praesente me ac dolente 1
sacrilegas suas litteras explicassent, et illorum superba inpie-
tate stimulatus et ueritatis ipsius conscientia et, ut ego arbitror,
deo, suscepi hoc munus, ut omnibus ingenii mei uiribus accu-
satores iustitiae refutarem, non ut contra hos scriberem qui
paucis uerbis obteri poterant, sed ut omnes qui ubique idem
operis efficiunt aut effecerunt, uno semel inpetu profligarem.
non dubito enim quin et alii plurimi et multis in locis et non 2
modo Graecis, sed etiam Latinis litteris monumentum iniustitiae
suae struxerint. quibus singulis quoniam respondere non pote-
ram, sic agendam mihi hanc causam putaui, ut et priores cum
suis omnibus scriptis peruerterem et futuris omnem facultatem
scribendi aut respondendi amputarem. praebeant modo aures:
efficiam profecto ut quicumque ista cognouerit, aut suscipiat
quod ante damnauit aut, quod est proximum, deridere aliquando
desistat. quamquam Tertullianus eandem causam plene per- 3
orauerit in eo libro cui Apologeticum nomen est, tamen quoniam

EXPILATORES 23—412, 2] Isidor. orig. VI 8, 6 (5).

BRHSPV] 1 patrem *S* alitoremque *B*, alitorem *H*, auctoremque *S*, altioremque *V* 2 adimisti *B* 3 redigisti *H* 4 arguat *B* 5 deos] et illos deos *B* mancipias *V* *cf.* deo mancipatos *Lucifer pag. 300, 18* ei *om. H* 6 deo *om. P* cui *P* 7 hic *P* praesente me] praesentes *B* a̋c (h *s. l. er.) B*, et *H* dolente] delentes *B*[1], delegentes *B*[2] 8 suas *om. P* 9 conscientia *ex* conscientię *S*[2] 10 deo] ideo *B; post* deo *fort.* duce *(an* ducibus*? cf. II 19, 5) uel* instruente *(cf. VI 1, 1, adde Cyprian. pag. 842, 7 s.) uel* inspirante *(cf. § 7, adde Cyprian. pag. 702, 3; 799, 1) uel simile aliquid excidisse putant Cellarius et Buenemannus;* ⟨a⟩ deo *Hartelius* ingeniis *P* 12 subteri *B*, obtinere *H*, obtineri *V* 13 opruis *B*[1], op⌜e⌝r*is *B*[2] efficerunt *B* simul *H edd., sed cf. III 26, 10* 14 et *(ante* non*) om. P* 15 monumenta *B* iustitiae *P* 16 instruxerint *B*, struxerunt *RH*, strinxerint *V* qui⌜b:⌝ *P*[2] responde⌜re⌝ *P*[2] 17 ut *om. P* ⌜et⌝ *P* 19 amputare *P* 20 suspiciat *B* 22 quam⌜quam⌝ *B*[2], quam quoniam *H* tertulianus *H* paene *B*[1], *corr. B*[3] 23 cui *om. P* apologeticū *B*, apologetico *(*apoll- *P) RSPV*, apollogeticus *H*

aliut est accusantibus respondere, quod in defensione aut negatione sola positum est, aliut instituere, quod nos facimus, in quo necesse est doctrinae totius substantiam contineri, non defugi hunc laborem, ut inplerem materiam, quam Cyprianus non est exsecutus in ea oratione, qua Demetrianum sicut ipse ait oblatrantem atque obstrepentem ueritati redarguere
4 conatur. qua materia non est usus ut debuit: non enim scripturae testimoniis, quam ille utique uanam fictam commenticiam putabat, sed argumentis et ratione fuerat refellendus.
5 nam cum ageret contra hominem ueritatis ignarum, dilatis paulisper diuinis lectionibus formare hunc a principio tamquam rudem debuit eique paulatim lucis principia monstrare, ne toto
6 lumine obiecto caligaret. nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere uim non potest ob stomachi teneritudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis uiribus uesci fortioribus possit, ita et huic oportebat, quia nondum poterat capere diuina, prius humana testimonia offerri id est philosophorum et historicorum, ut suis potissimum refutaretur aucto-
7 ribus. quod quia ille non fecit raptus eximia eruditione diuinarum litterarum, ut iis solis contentus esset quibus fides constat, accessi deo inspirante, ut ego facerem et simul ut uiam
8 ceteris ad imitandum pararem. ac si hortatu nostro docti

AUCTORES 6] ad Demetr. c. 1.

BRHSPV] 1 quod] quod aut *BH*, quod est *R* in *om. H* negatione] in negatione *H* 2 est *om. R* fecimus *SP* 3 quo (q *in ras. ex* s ? *m. 3) B* ⌜contineri⌝ B^{3} defugi* *(*i *er.) B*, defugio *H* 4 inplere *B*, inpleam *H* 5 in ea] ne *P* *post* quã *(~ ut uid. er.) s. l.* ad B^{2} demetrium *V* 7 quã materiã *(duo ~ ut uid. er.) B* 8 uanam] unam *P* commenticiamque *B*, commentaticiam *H*, commentitiam *V* 10 cum] cum et *S* 11 lectitionibus *H* a *om. P* 12 deberet *H* demonstrare *B*, monstarent *sic H* 13 calig**aret *(*in *er.) B* 14 stomaci *B* 15 liquorem BS^{ar} ali$\overset{v}{t}$ *(i. e.* -tur*) ex* ali$\tilde{t}$ *(i. e.* -ter*)* S^{2} decet B^{1}, donec et B^{3} **uesci *(*ut *er.) B* uesci firmatis uiribus *P* 16 et *om. H* quia] quoniam *H*, qui *P* nondum] adhuc nondum *B* 17 offerres *B*, adferri *H*, offerre *P* idest *(*st *ex* m *m. 2) S* 18 et historicorum *om. V* istoicorum $B^{ar}R^{ar}$ *(in utroque cod. pr.* i *er.)*, stoicorum *H*, istoricorum *P* ut] et *V* auctoritatibus *Heumannus* 20 iis *edd.*, his *C (nisi quod* h'is *R)* 21 et] ut *R*, ac *H* ut] et *R* 22 parare *P* hortatu] hoc statu *S*, ortatu *V*

homines ac diserti huc se conferre coeperint et ingenia sua
uimque dicendi in hoc ueritatis campo iactare maluerint, euani-
turas breui religiones falsas et occasuram esse omnem philo-
sophiam nemo dubitauerit, si fuerit omnibus persuasum cum
hanc solam religionem, tum etiam solam ueram esse sapien-
tiam. sed euagatus sum longius quam uolebam.

5. Nunc reddenda est de iustitia proposita disputatio. quae 1
aut ipsa est summa uirtus aut fons est ipse uirtutis: quam
non modo philosophi quaesierunt, sed poetae quoque, qui priores
multo fuerunt et ante natum philosophiae nomen pro sapien-
tibus habebantur. hi plane intellexerunt abesse hanc a rebus 2
humanis eamque finxerunt offensam uitiis hominum cessisse terra
in caelumque migrasse. atque ut doceant quid sit iuste uiuere
— solent enim praecepta per ambages dare —, a Saturni tempori-
bus, quae illi uocant aurea, repetunt exempla iustitiae narrantque
in quo statu fuerit humana uita, dum illa in terra moraretur.
quod quidem non pro poetica fictione, sed pro uero habendum 3
est. Saturno enim regnante, nondum deorum cultibus institutis
nec adhuc illa gente ad diuinitatis opinionem consecrata, deus

EPITOME 14—414, 1] cf. c. 20, 1.

B(G)RHSPV] 1 hominis *P* diser⌜ti⌝ R^2, deserti *H* coeperunt HV^{ac} (u *ras. in* i *corr.)* 2 malueř *(i. e.* -runt*)* *S* 3 religione *H* falsam *H* ∗occasuram *(*h *er.)* *V* 5 solam] et solam *P* et ueram *edd.* 6 uagatus *(*g *ex* c *m. 2)* *P* 8 ÷ *(i. e.* est*)* *post* fons *s. l.* P^2 ipse *cum Walchio Heumannus, cf. etiam Buenemannum,* ipsa *C* 9 qu⌜aes⌝ierunt B^2 quoque *om.* *P* ⌜qui⌝ B^2, qui et *S* 10 philosophiæ *(*æ *ex* a *m. 2 ?)* *V* *post* nomen *s. l.* a B^2 pro sapientibus] prospicientibus B^1, *corr.* B^3 11 ii *R* 12 humanibus *(exp. m. 2)* *V* terram *BH,* e terra *P edd.* 13 caelumquae *R* edoceant *B* 14 *a* Soleant enim *incipit codicis G pag. 97 (54) paene tota lecta* soleant *G* ambage⌜s⌝ S^2 a] et ⌜a⌝ *P* saturnis *G* temporis *P* 15 illi uocant] inuocant *P* et exempla *S* iustitia *R* narrant quae $B^{ar}P$, narrentque *H* 16 quos *(exp. m. 2)* *H* 17 quod] quae B^1, *corr.* B^2 pro poetica — habendum] dum *R* pro *om.* *G* ⌜po⌝etica S^2 fictio *P* 18 regnante] regna tenenti *BG* cultoribus *B,* culto[ribus] *G* 19 *ad* illa gente — consecrata *cf. c. 6, 13* omni eius progenie consecrata illo *(*o *ex* a*)* B^3 gens *R* a *H* ad diuinitatis ad opinionem *G* opinione *H* consita *B* deus] adeo B^1, *corr.* B^3

4 utique colebatur. et ideo non erant neque dissensiones neque inimicitiae neque bella,

nondum uesanos rabies nudauerat enses,

ut Germanicus Caesar in Arateo loquitur carmine,

nec consanguineis fuerat discordia nota,

immo ne alienigenis quidem, sed neque ulli omnino gladii qui
5 nudarentur fuerunt. quis enim praesente ac uigente iustitia aut de tutela sui, cum nemo insidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, cum nemo quicquam concupisceret?

malebant tenui contenti uiuere cultu,

ut Cicero in suo narrat: quod est proprium nostrae religionis.

ne signare quidem aut partiri limite campum
fas erat: in medium quaerebant,

6 quippe cum deus communem omnibus terram dedisset, ut communem degerent uitam, non ut rabida et furens auaritia sibi omnia uindicaret, nec ulli deesset quod omnibus nasceretur.
7 quod poetae dictum sic accipi oportet, non ut existimemus nihil

AUCTORES 3] Germanic. Arat. 112. 5] ibid. 113. 10] Cic. Arat. frgm. 21. 12 s.] Verg. Georg. I 126 s.

B(G)RHSPV] 1 coleba∗tur *(n er.) B* et *om. B* era⌜n⌝t B^2 3 uaesanos *PV* ensus *R* 4 caes⌞ar⌟∗ *(ar m. 2) S* arateo *V,* arato *BH,* arat[o] *G,* arate *R,* aratisteo *S,* arati *P* car⌜mi⌝ne B^3 5 non sanguine B^1, ⌜nec⌝ consanguine⌜is⌝ B^3 fuerit *V* nata *H* 6 ⌜ne⌝ B^3, nec *H* omnino ulli *P* 7 ⌜n⌝udarentur V^2 praesente] in presente *V* ac] aut *P* 8 ⌜de⌝ P^2 tu⌜te⌝la V^2 insidianter *H* 9 cum — concupisceret *in inf. mg. add.* P^2 concupesceret *R* 10 mallebant *(ll in ras. ex* x*? m. 3) B* 11 ut cicero *RSP,* ut maro *B,* [utm]aro ut *G,* ut uergilius *H,* ut cicero, *sed in ras. ex* maro *ut uideri potest, V* 12 partire *S* limite∗ *(m er.) H* 13 medio *P* 14 communem *bis, sed prius minus certum, G,* commune *S* 15 ⌜non⌝ B^3 [rauida] *G,* rabida *(b ex* p *m. 2) V* furente *BG* auari∗∗tia *(ti er.) V* 16 uindicarent *B* ulli] ubi B^1, *corr.* B^3, [ubi] *G* deesset] datum est *B,* esset *G* 17 si *G* *in* nihil omnino *desinit codicis G pag. 98 (53), sequitur pag. 98 (53), cuius in uerss. 1—3 perpauca legi poterant*

omnino tum fuisse priuati, sed more poetico figuratum, ut intellegamus tam liberales fuisse homines, ut natas sibi fruges non includerent nec soli absconditis incubarent, sed pauperes ad communionem proprii laboris admitterent.

flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.

nec mirum, cum promptuaria iustorum benigne paterent omni- 8
bus nec auaritia intercipiens beneficia diuina famem sitimque
uulgo faceret, sed omnes aequaliter abundarent, cum habentes
non habentibus large copioseque donarent. sed postquam 9
Saturnus a filio pulsus in Latiumque delatus est

arma Iouis fugiens et regnis exul ademptis,

cum iam populus uel noui regis metu uel sua sponte deprauatus deum colere desisset regemque pro deo habere coepisset, cum ipse propemodum parricida exemplo ceteris esset ad uiolandam pietatem,

deseruit propere terras iustissima uirgo,

sed non, ut ait Cicero,

et Iouis in regno caelique in parte resedit.

quomodo enim poterat in eius regno residere aut commorari 10

EPITOME 12—16] c. 54, 6.

AUCTORES 5] Ouid. Metam. I 111. 11] Verg. Aen. VIII 320. 16] Germanic. Arat. 137. 18] Arat. frgm. 23.

B(G)RHSPV] 1 tunc *BH,* ⟨t⟩un[c] *G* priuatum *B,* priuatī *S* priuati — liberales fuisse *in inf. mg. P*² 2 natos sibi fructus *R* 3 non] nec *H* 4 communem *V* 6 nec mirum *bis, alt. eras. V* propria *B*¹, prom'tu'ria *sic B*³, promptaria *R (sed* m *s. l. R*¹*) P* benigne *om. R,* benign*e *(*a *er.) H,* benigna *S,* benignae *V* 7 interficiens *B*¹*, corr. B*³ famemque *S* 8 facerent *B* abundare'n't *(*n *m. 1 ?) P* 9 copiosoque *H* donare *S*¹, donarēt *S*² 10 a *om. RP*¹, *s. l. P*² filio* *(*s *er.) S* 11 regni *P* 13 desiisset *S* 14 cum ipse — ceteris esset *in inf. mg. B*³ paricida *P* 16 deserit ut *B* propere *corrector codicis S Germanici,* propriae *(*-rię *S) BHSV codd. quidam Germanici,* proprie *RP alii codd. Germ.* terra *B*¹ *(corr. B*³*),* terrae *H* 17 non *om. P* cicero *in* maro *corr. B*³ 19 regnum *H*

qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exulem toto
orbe iactauit?

> ille malum uirus serpentibus addidit atris
> praedarique lupos iussit,

id est odium et inuidiam et dolum hominibus inseuit, ut tam
11 essent quam serpentes uenenati, tam rapaces quam lupi. quod
quidem uere faciunt ii qui iustos ac fideles deo persecuntur
12 dantque iudicibus saeuiendi aduersus innoxios potestatem. for-
tasse aliquid eiusmodi Iuppiter fecerit ad expugnandam tollen-
damque iustitiam et idcirco efferasse serpentes ac lupos acuisse
tradatur.

> tum belli rabies et amor successit habendi.

13 neque inmerito. sublata enim dei religione boni quoque ac
mali scientiam perdiderunt. sic hominibus intercidit commu-
14 nitas uitae et diremptum est foedus societatis humanae. tum
inter se manus conserere coeperunt et insidiari et gloriam sibi
ex humano sanguine conparare.
1 6. Quorum omnium malorum fons cupiditas erat, quae scili-
cet ex contemptu uerae maiestatis erupit. non tantum enim
non participabant alios quibus aliquid afluebat, sed aliena quo-

EPITOME 13—17] c. 54, 6 (cf. c. 20, 3). c. 6] cf. c. 20, 3.
AUCTORES 3 s.] Verg. Georg. I 129 s. 12] Verg. Aen. VIII 327.

BRHSPV] 1 belloque *B* et *H* exulet *H* 2 iactatus *H*, iactabit V^{1}; *an* agitauit? 3 illë// *(~ s. l. er.) V* ad'di'dit B^{2} 4 praedari*que *(*t *er.) H* 5 inseuit $RS^{1}PV$, ins*euit *(*a *er.) B*, inseruit HS^{2} *(*r *s. l.)* 6 essent *om. H* 7 uera *R* ii *R*, hi *BHSV*, hii *P* dei *H* persequuntur *HSP*, persequentur *(corr. m. 2) V* 9 Iuppiter — iustitiam] ad expugnandam delendamque iustitiam iuppiter fecerit *R* iu*ppiter *(*b? *er.) B* fecerat *B* 10 etferasse *B*, et feras et *R* acuisse] seuisse *H* 11 traditur *RH* 12 cum *H*; et *Vergil.* rabies] ratio *H* 'et' B^{3} 13 religione dei *B* 14 intercedit *S* 15 diremtum *BR*, direptus *S*, direptum *HPV* est *BS*, *e coniectura ut uid., fort. recta, om. cett.; an* est *post* humanae *ponendum?* foedus — tum *om. P* 16 conserere] inferre *H* 17 ex] de *R* humana *V* compare *P* 18 malo *R* 19 contemptum B^{1}, *corr.* B^{3} 20 non *om. H* alios] hi *H*; aliis *edd.* af'f'luebat V^{2}, *uix recte; cf. Dombartium, annal. phil. 1877 pag. 341*

que rapiebant in priuatum lucrum trahentes omnia, et quae
antea in usus omnium etiam singuli laborabant, in paucorum
domos conferebantur. ut enim seruitio ceteros subiugarent, in 2
primis necessaria uitae subducere et colligere coeperunt eaque
firmiter conclusa seruare, ut beneficia caelestia facerent sua,
non propter humanitatem, quae nulla in eis erat, sed ut omnia
cupiditatis et auaritiae instrumenta conraderent. leges etiam 3
sibi iustitiae nomine iniquissimas iniustissimasque sanxerunt,
quibus rapinas et auaritiam suam contra uim multitudinis tue-
rentur. tantum igitur auctoritate, quantum uiribus aut opibus
aut malitia praeualebant. et quoniam nullum in iis uestigium 4
iustitiae fuit, cuius officia sunt humanitas aequitas misericordia,
iam superba et tumida inaequalitate gaudebant altioresque se
ceteris hominibus satellitum comitatu et ferro et insigni ueste
faciebant. hinc honores sibi et purpuras et fasces inuenerunt, 5
ut securium gladiorumque terrore subnixi quasi iure dominorum
perculsis ac pauentibus imperarent. in hac condicione huma- 6
nam uitam rex ille constituit, qui debellato ac fugato parente
non regnum, sed impiam tyrannidem ui et hominibus armatis
occupauit et aureum illud iustumque saeculum sustulit coegit-
que homines malos et inpios fieri uel ex hoc ipso, quod eos
auertit a deo ad se adorandum: quod terror insolentissimae

18 rex ille] cf. I 10, 10 ss.
EPITOME 17—22] cf. c. 20, 12.

BRHSPV] 1 ad *(sic pro* in*)* priuatum — laborabant *in inf. mg.* P^2
2 omnium *edd.*, hominum *C* 4 et colligere *in mg.* $S^{1?}$ eoque *P*
6 eis *R*, his *cett.* //ut *V* 7 ⸢in⸣strumenta B^3 con*raderent *(*t *er.) H*
8 sibi] sub *B, recte?* nomin*e *(*a *er.) B; post* nomine *add.* munitas *H*
iustissimasque *H* sancserunt B^1, *corr.* B^2, sa⸢n⸣xerunt V^2 9 rapinam *P*
10 ⸢aut opibus⸣ B^3 11 malitia] auaritia *H* iis *R*, his *cett.* iustitiae
uestigium *H* 12 officio *H* 13 tam *P* se *om. V* 14 et ferro] ferro *H*,
efferro *P* et *(ante* insigni*) om. B* 15 faciebant] fulgebant, *om.* se *(13)*,
edd. hinc] hic B^1, *in* sic *corr.* B^2 honorẽ *H* et *(ante* fasces*) s. l.* B^3
16 ut] et B^1, *corr.* B^3 securũ S^1, securi// *(*' *est* us*)* S^2 terrore* *(*s *er.) H*
17 inperabant *H* 19 impiam] imperium *B* tyrannidem ui et] tyranni-
demque *B* uim *H*, ui *(*~ *er.) S* ornatis *H* 20 illum B^1 *(corr.* B^3*) PV*
coegit *S* 21 ex *del. Heumannus; cf. ad p. 464, 18* 22 auertit — adorandum]
a ueritate et a deo ad se adorandum traduxit *R* auertis *V* ⸢ad se⸣ P^2

7 potestatis expresserat. quis enim non metueret eum quem
arma cingebant, quem ferri et gladiorum fulgor insuetus cir-
cumdabat? aut cui parceret alieno qui ne patri quidem suo
pepercerat? quem uero metueret qui Titanum robustam et
excellentem uiribus gentem bello uicerat, occisione deleuerat?
8 quid mirum si omnis multitudo insolito metu pressa in unius
adulationem concesserat? hunc uenerabantur, huic honorem
9 maximum deferebant. et quoniam mores ac uitia regis imi-
tari genus obsequii iudicatur, abiecerunt omnes pietatem, ne
10 exprobrare regi scelus uiderentur, si pie uiuerent. sic adsidua
imitatione corrupti diuinum fas reliquerunt et paulatim male
uiuendi consuetudo mos factus est. nec iam quicquam ex
antecedentis saeculi pio atque optimo statu mansit, sed explosa
iustitia et ueritatem secum trahens reliquit hominibus errorem
11 ignorantiam caecitatem. inprudenter igitur poetae, qui eam
confugisse cecinerunt ad Iouis regnum. si enim saeculo quod
uocant aureum iustitia in terra fuit, a Ioue utique pulsa est,
12 qui aureum saeculum commutauit. saeculi autem commutatio
et expulsio iustitiae nihil aliut ut dixi quam desertio diuinae
religionis putanda est, quae sola efficit ut homo hominem
carum habeat eumque sibi fraternitatis uinculo sciat esse con-

19 ut dixi] c. 5, 2 s. 9 ss.

EPITOME 13—16] c. 54, 6. 16—419, 1] cf. c. 20, 2 (commutatio saeculi). 3. 18—419, 1] c. 54, 5 s.

AUCTORES 15 poetae] cf. c. 5, 9.

EXPILATORES 4 s.] cf. Isidor. Orig. IX 2, 134.

BRHSPV] 2 cingebat *R* et] et quem *B* insuetus *(e ex* c *m. 2) P* 3 suo quidem *B* 4 ⌜qui⌝ B^2 titanam *BR* et *om. P* 5 uirtutibus *BP* occidione *BP* 6 unius] humus *S* 7 adulatione *HS* concesserat (con *in ras. ex 2 litt. m. 2) B* uerābantur *sic V* 8 imitaturi *H* 9 obsequi *V* iudicabatur *RH* abierunt *H* 10 exprob⌜r⌝are B^2 regis *B* 11 reli*querunt *(n er.)* fas *B* relinquerunt *H* 12 uiuendo P^1, *corr.* P^2 13 stutu *S* explosa] expulsa *(sed* uls *in ras. ex* los *ut uideri potest, m.2) S codd. recent. Buenemannus conl. 17* pulsa, *19* expulsio 14 et] ac *B* ueritate *BH* homini⌜b.⌝ B^3 15 poe**te *ex* poclũte *? V* eam (a *in ras. ex* u*) B* 16 confugisse] ad caelum confugisse *H* saeculum *B* 17 uocat *B* iustitiae *H* *malim* expulsa 19 pulsio *P* iustitiae] iouis iustitiae *B* ut *add.* B^2 deser**tio (ui *er.) V* 21 eumque] quemque B^1, *corr.* B^3

strictum, siquidem pater idem omnibus deus est, ut dei
patrisque communis beneficia cum iis qui non habent partiatur,
nulli noceat, nullum premat, non forem claudat hospiti, non
aurem precanti, sed sit largus beneficus liberalis: quas
regias esse laudes Tullius existimauit. haec est profecto 13
iustitia et hoc aureum saeculum, quod Ioue primum regnante
corruptum, mox et ipso et omni eius progenie consecrata deo-
rumque multorum suscepto cultu fuerat omne sublatum.
7. Sed deus ut parens indulgentissimus adpropinquante ultimo 1
tempore nuntium misit, qui uetus illut saeculum fugatamque
iustitiam reduceret, ne humanum genus maximis et perpetuis
agitaretur erroribus. rediit ergo species illius aurei temporis 2
et reddita quidem terrae, sed paucis adsignata iustitia est, quae
nihil aliut est quam dei unici pia et religiosa cultura. sed 3
moueat aliquem fortasse, cur si haec sit iustitia, non omni
humano generi sit data nec in eam multitudo uniuersa consen-
serit. magnae hoc disputationis est, cur a deo, cum iustitiam
terrae daret, sit retenta diuersitas: quod et alio loco declaraui
et ubicumque opportune inciderit explicabitur. nunc designare 4
id breuissime satis est, uirtutem aut cerni non posse, nisi
habeat uitia contraria, aut non esse perfectam, nisi exerceatur
aduersis. hanc enim deus bonorum ac malorum uoluit esse 5
distantiam, ut qualitatem boni ex malo sciamus, item mali ex

18 alio loco] II 17, 1; III 29, 13—16.
EPITOME 9—14] c. 55, 1.
AUCTORES 1] Lucr. II 992. 4] p. Deiot. 9, 26.

BRHSPV] 1 pater idem pater *H* ut] et *R* 2 communia *H*, cũmunis *V* iis *R*, his *cett.* partiantur *BHS* 3 noceant *H* praemiat *(exp. m. 2?) P* fores *BSP*, fore *H* claudit V^1 4 aurem] auarus *B*, aurem *(e ex* u *m. 2) P* sit] si *P* liberalibilis *P* 5 laude *R* est *om. H* 8 multorum — fuerat *in inf. mg.* B^3 cultu susceptu *sic V* ablatum *H* 10 *post* nuntium *s. l.* suum B^3 uerus *S* 11 redduceret *H* 12 rediit *ex* reduc *V* tempore *V* 13 terrae] terra est *H* 14 ⌜pia⌝ B^3 religiosa et pia *H* 15 omnino *S* 16 datam *ex* datum *P* ea *HS* 17 iustitia *R* 18 retenta] repperta *H* declarauit *R* 19 oportune *RSPV* 20 nisi — non esse *in inf. mg. V* 21 ẽ S^1, ẽẽ S^2 22 aduersus *B* haec *B* 23 distantiam] naturam *R* *ut *(a er.) B* boni – mali ex *in inf. mg.* B^3 sciant *H* idem *B (i. e.* B^3*)*

bono: nec alterius ratio intellegi sublato altero potest. deus
ergo non exclusit malum, ut ratio uirtutis constare posset.
6 quomodo enim patientia uim suam nomenque retineret, si nihil
esset quod pati cogeremur? quomodo laudem mereretur deuota
deo suo fides, nisi esset aliquis qui a deo uellet auertere?
nam ideo potentiores esse iniustos permisit, ut cogere ad malum possent, ideo plures, ut uirtus esset pretiosa, quod rara
est. quod quidem ipsum Quintilianus egregie ac breuiter
7 ostendit in Capite obuoluto. nam quae inquit uirtus
esset innocentia, nisi laudem raritas dedisset? uerum
quia natura sic conparatum est, ut odium cupiditas
ira in id quod incubuerunt agant caecos, supra
hominem uidetur culpa uacare. alioquin si natura
pares omnibus adfectus dedisset, pietas nihil erat.
8 hoc quam uerum sit, docet necessitas ipsa rationis. si enim
uirtus est malis ac uitiis fortiter repugnare, apparet sine malo
ac uitio nullam esse uirtutem. quam deus ut absolutam perfectamque redderet, retinuit id quod erat ei contrarium, cum quo
9 depugnare posset: agitata enim malis quatientibus stabilitatem capit et quanto frequenter inpellitur, tanto firmiter robo-
10 ratur. haec nimirum causa efficit ut quamuis sit hominibus

AUCTORES 9] cf. Quintiliani declamat. rec. Ritter pag. III adn.
EXPILATORES 19—21] Lucifer pag. 287, 26—28.

BRHSPV] 2 ergo] ergo iustitiam reducturus *RS* exclusit *(*s *in ras. ex* d*) P* possit B^1, *corr.* B^3 3 retine⌜re⌝t B^2 si∗ *(*c *er.) B* 4 esset *om. S* quod *del. et* omnino *s. l. corr.* S^2 pati∗ *S* 5 ni *H* aliquid *P* 6 ideo *BP,* et ideo *RSHV, ex 7 ?* potiores *V* iniustos permisit] uoluit iniustos *R* cogi *P* *an* et ideo *? cf. ad 6 et pag. 421, 25* 8 ipsu⌜m⌝ B^2 quintillianus *P* 9 ob⌜uo⌝luto B^3 nam que (a *s. l.*) inquid *s. l.* B^3 namquę S^1*P* inquit] id quid *H* 10 innocentiae *(sed* æ *ex* a B^3*) BH* 12 id *om. R an* ⟨in⟩ quod*?* id *delet Hartelius; cf. Epit. 22, 1* incubuerunt *(*-er̃ *SP) C,* incubuerint *edd., fort. recte* caecos] eos *S* 13 a culpa *B* natura *om. H* 14 pares] similisesi B^{ac}, simil∗∗em *corr. m. 1* adfectũ *(*˜ *postea add. m. 1) B,* adfectibus *RV* 16 ac uitiis] ait his B^1, *corr.* B^3 17 ac uitio] auitio *H* nullam] nihil *B* ut *s. l. m. 1 uel 2 B* 18 ei contrarium] etiam contra aut *ut uid.* B^1, *corr.* B^3 quod repugnare B^{ar} *(pr.* r *er.)* S^1, quo *corr.* S^2 21 nimirum] enim mirum *P* hominibus] in hominibus *H*

missa iustitia, tamen aureum saeculum non esse dicatur, quia
malum non sustulit, ut retineret diuersitatem, quae sacramen-
tum diuinae religionis continet sola.
8. Qui ergo putant iustum esse neminem, ante oculos habent 1
iustitiam, sed eam nolunt cernere. quid est enim cur illam
uel in carminibus uel in omni sermone describant conquerentes
eius absentiam, cum sit facillimum bonos esse, si uelint?
quid uobis inanem iustitiam depingitis et optatis cadere de 2
caelo tamquam in aliquo simulacro figuratam? ecce in con-
spectu uestro est: suscipite si potestis eamque in domicilio
uestri pectoris conlocate, nec difficile aut alienum a temporibus
existimetis. estote aequi ac boni, et sequetur uos sua sponte 3
iustitia quam quaeritis. deponite omnem malam cogitationem
de cordibus uestris, et statim uobis tempus illut aureum reuer-
tetur: quod aliter consequi non potestis, quam si deum uerum
colere coeperitis. uos autem manente cultu deorum iustitiam 4
desideratis in terra, quod fieri nullo pacto potest. sed ne tum
quidem potuit, cum putatis, quia nondum natis diis istis quos
inpie colitis necesse est unius dei cultum fuisse per terram,
eius scilicet qui execratur malitiam exigitque bonitatem, cuius
templum est non lapides aut lutum, sed homo ipse, qui figuram
dei gestat: quod templum non auri et gemmarum donis cor-
ruptibilibus, sed aeternis uirtutum muneribus ornatur. discite 5
igitur, si quid uobis reliquae mentis est, homines ideo malos et
iniustos esse, quia dii coluntur, et ideo mala omnia rebus hu-
manis cottidie ingrauescere, quia deus mundi huius effector et

BRHSPV] 1 quam B^1, quas B^2, quia B^3 *uix post* quia *excidit* deus, *cf. § 5 et ad pag. 409, 16* (creditum) 2 ⌜non⌝ B^3 quam B^1 *(corr.* B^3*)* *H* sacramenta B^1, *corr.* B^3 3 continent B^1 *(corr.* B^3*)* *V* 5 est *om. H* illa *B* 7 esse] se *P* ⌜si⌝ P^2 11 pectoris *ex* corporis *P* difficilem *H* 12 aequi ac boni] ecboni *R* uos — quaeritis] sibi quem quaeritis *(alt.* i *ex* e*)* *R* 14 et *om. R* statim] confestim *B*, *recte?* 15 non *om. R* 16 manete *P* culto *H* deorum] dei iam *H* 17 nec *B* tunc *H* 18 cum putatis] computastis *P* qui *B* diis istis] deseritis *B* 19 unius] in eius B^1, *corr.* B^3 ⌜per⌝ B^3 20 ⌞eius⌟ B^3 exigit *P* 21 lapis *H* lutum] aurum B^1, *corr.* B^3 22 templum] templum dei͂ · *B* corruptilibus *RV*, corrubtilibus *P* 23 uirtutis *B* disce S^1 24 reliquum *Heumannus, sed cf. Buenemannum* malos — et ideo *om. R* 26 huius mundi *S*

gubernator derelictus est, quia susceptae sunt contra quam
fas est inpiae religiones, postremo quia ne coli quidem uel a
6 paucis deum sinitis. quodsi solus deus coleretur, non essent
dissensiones et bella, cum scirent homines unius se dei filios
esse ideoque diuinae necessitudinis sacro et inuiolabili uinculo
copulatos, nullae fierent insidiae, cum scirent cuiusmodi poenas
deus animarum interfectoribus praepararet, qui clandestina sce-
lera et ipsas etiam cogitationes peruidet, non essent fraudes
et rapinae, si deo praecipiente didicissent et suo et paruo esse
contenti, ut fragilibus et caducis solida et aeterna praeferrent,
7 non essent adulteria et stupra et mulierum prostitutiones,
si esset omnibus notum damnari a deo quidquid adpetitur
ultra generandi cupiditatem, nec feminam necessitas cogeret
pudorem suum profanare, ut uictum sibi obscenissimum quae-
rat, cum et mares libidinem continerent et habentium pia et
8 religiosa conlatio non habentibus subueniret: non essent igi-
tur, ut dixi, haec omnia in terris mala, si ab omnibus in legem
dei coniuraretur, si ab uniuersis fierent quae unus noster po-
pulus operatur. quam beatus esset quamque aureus humanarum
rerum status, si per totum orbem mansuetudo et pietas et pax
et innocentia et aequitas et temperantia et fides moraretur!
9 denique ad regendos homines non opus esset tam multis et
tam uariis legibus, cum ad perfectam innocentiam dei lex una

AUCTORES 9 s.] Cic. de off. I 21, 70: si contenti sint et suo et paruo.

BRHSPV] 1 sint *H*, sunt *om. S* quam fas est] fas *H* 2 a *om. R* 3 initis *V* solum B^1, *corr.* B^3 deus *om. S* 4 eꜱtꜱ P^2 dei filios se *B*, dei se filios *R* 5 ininuiolabili *P* 6 copulatis *(o ex u) R* ꜱinsidie cum scirentꜱ P^2 7 dei *H* praepararit *R Heumannus*, praepararent *H* clamdestina B^1, *corr.* B^3, clandestinata *S*, andestina *P* 8 praeuidet *V* 9 et] nec *H* rapina *H* et *(ante* suo*) eras. S* et *(ante* paruo*) om. RS* et paruo *om. H* essent *BRH* 10 ut] et ut *P* et *(ante* aeterna*) om. S* praeferrentur *H* 12 si* *(c er.) S* 13 feminas *H* 14 quaerant *H* 15 cum *om. H* 16 non habentibus *om. H* *alt.* non] nec *B* non essent *om. H* igitur] mutua *B* 17 *om*nibus *(h et i er.) V* lege *HS* 18 coniurarent B^1, *corr.* B^3 19 humarum *P* 21 et *(ante* aequitas*) om. B* moraretur] dominaretur *Heumannus* 22 esset˙ *om.* B^1, est *add.* B^2, esset *s. l. corr.* B^3, essent *R* 23 tam uariis] tantis *H*

sufficeret, neque carceribus neque gladiis praesidum neque
terrore poenarum, cum praeceptorum caelestium salubritas hu-
manis pectoribus infusa ultro ad iustitiae opera homines eru-
diret. nunc autem mali sunt ignoratione recti ac boni. 10
quod quidem Cicero uidit. disputans enim de legibus sicut
una inquit eademque natura mundus omnibus partibus
inter se congruentibus cohaeret ac nititur, sic omnes
homines inter se natura confusi prauitate dissentiunt
neque se intellegunt esse consanguineos et subiectos
omnes sub unam eandemque tutelam: quod si tenere-
tur, deorum profecto uitam homines uiuerent. uni- 11
uersa igitur mala, quibus humanum genus se ipsum inuicem
conficit, iniustus atque inpius deorum cultus induxit. nec enim
poterant retinere pietatem qui communem omnium patrem
deum tamquam perfidi ac rebelles liberi abnegassent.

AUCTORES 5] de legg. frgm. 1.

BRHSPV] 1 praesidum neque] praesidumque *B* praesidịum *P* 2 terrores *H* ⸢cum⸣ *B* praeceptarum *R*, praeceptorem P^{ac} 3 ad *om. B* operã *(˜ m. 2) B* erueret *V* 5 quo *P* disputans enim] ualide disputans *H* 6 eaque *B*, eadem *S*, eaedemque *V* 7 coherere *H* ac *om. H* 8 homines *om. R* se natura] sanatura *V* 10 omnis *V* una∗ (m *er.) B*, una *HP*, unã, *sed ˜ del. m. 2 S* ea∗demque *(*n *er.) B*, eademque *RH*, eaṇdemque *(exp. m. 2) S* tutela∗ *(*m *er.) B*, tutela *HP*, tutelã, *sed ˜ del. m. 2 S* sit feneretur *R* 11 deorum] ⸢a⸣deo B^2 uitam] uitam beatam *B*, uita *HSP* 12 ipsum se *H* 13 conficit *(*c *ras. ex* d*) V* iniustos atque inpios *(*imp- *H) BH* indixit *S* 14 poterat *HV* commune *P* 15 perfidi ac rebelles *scripsi;* prodigia|crebelles B^1, prodigi∗| acrebelles B^2, prodigia rebelles *R*, prodigi ac rebelles *HSPV: sed cf. I 10, 3* rex perfidus — didicit abnegare*; V 9, 11 s.* perfidia — abnegauerint *(IV 2, 5. 11, 7. 12, 11) et maxime Cyprian., (apud quem ut apud alios Patres saepissime* perfidus, *nusquam* prodigus *in ea sententia inueni) epist. LXXII 2 (pag. 776, 16)* perfidi ac rebelles*; de lapsis c. 35 (pag. 262, 20)* deum . . . quem uerbis perfidis abnuisti*; inlatum esse* prodigi *e memoria parabolae* de filio prodigo *(Luc. 15) uidetur, quod nomen iam aetate Tertulliani (de pudic. c. 9 bis, de patient. c. 12, de paenit. c. 8) in usu ecclesiae erat; an fort.* perditi *pro* prodigi *scribendum est (cf. c. 18, 14* si filius . . perditus atque inpius existimatur qui patrem suum dereliquit*)? quod placet Hartelio; ad* rebelles *cf. II 17, 12, de* prodigo *VI 17, 18 s.* libere *(alt.* e *ex* i*)* B^2

1 9. Nonnumquam tamen sentiunt se malos esse et ueterum
saeculorum statum laudant et de suis moribus meritisque
coniectant abesse iustitiam: quam obuersantem oculis suis
non tantum non suscipiunt nec adgnoscunt, uerum etiam uio-
2 lenter oderunt et persecuntur et exterminare contendunt. fin-
gamus hanc interim non esse iustitiam quam nos sequimur:
quomodo si illa uenerit quam ueram putant, eam recipient?
qui laniant et occidunt eos quos et ipsi fatentur imitatores esse
iustorum, quia bona operentur et iusta, cum si tantummodo
malos occiderent, digni essent ad quos iustitia non ueniret:
cui nulla fuit alia causa linquendi terram quam humani cruoris
3 effusio. quanto magis, cum pios interficiant et ipsos iustitiae
sectatores pro hostibus ducant, immo uero plus quam pro ho-
stibus? quibus utique, cum animas eorum et opes et liberos
ferro et igni adpetant, tamen parcitur uictis et est locus inter
arma clementiae, aut si adeo saeuiri placuit, nihil plus in eos
4 fit quam ut occidantur uel in seruitutem abducantur. hoc
uero inenarrabile est quod fit aduersus eos qui malefacere
nesciunt, et nulli nocentiores habentur quam qui sunt ex omni-
bus innocentes. audent igitur homines inprobissimi iustitiae
facere mentionem, qui feras inmanitate uincunt, qui placi-
dissimum dei gregem uastant

EPITOME 8—425, 23] c. 47, 3—5.

EXPILATORES 15—19] Lucifer pag. 288, 25—28.

BRHSPV] 2 saeculorum *in* saecularĩũ *corr.* B^2 et *om.* *P* moribus] oneribus B^1, honoribus B^2 3 obesse *S*, tabesse *P* obseruantem V^{ac} 4 non *ante* suscipiunt] nõ B^2 suspiciunt *B* 5 persequuntur *HSP*, persequentur V^{ac} dignamus *ut uid.* B^1, *corr.* B^2 6 interim hanc *H* non *om.* *H* 7 eam *om.* *P* *recipient (p *er.)* *V* 9 operarentur *V* cum si] curiisi B^1, cũhii·si B^2 tantum *B*, tanto modo *R* 10 occiderint *V* 11 relinquendi *R*, liquendi HS^1, l̃i- S^2 humana *R* 13 hostiis *R* pro *om.* *V* 14 qui***(bus *er.)* *B*, quibus *om.* *RH* cum] et *B* 15 et *(ante* igni*)* *om.* *R* inter] et inter *P* 16 clementia *H* seueri B^1, seuiri B^2, saeueri (i *supra* e) *H* in eos] in deo B^1, *corr.* B^3, in eo *H* 17 uel in seruitutem abducantur *om.* *P* 18 quià *(exp. m. 3)* *B* male*facere (q *er.*, fa *ex* u*? an* it*?)* *P* 21 facere] ferrae *P* ferras *V* inmanitate* (m *er.)* *B*

lupi ceu
raptores atra in nebula, quos inproba uentris
exegit caecos rabies.

uerum hos non uentris, sed cordis rabies efferauit nec atra in 5
nebula, sed aperta praedatione grassantur nec eos umquam conscientia scelerum reuocat, ne sanctum ac pium nomen iustitiae ore illo uiolent quod cruore innocentium tamquam rictus bestiarum madet. huius tanti et tam pertinacis odii quam 6
potissimum causam esse dicamus? utrumne u e r i t a s odium p a r i t, ut ait poeta quasi diuino spiritu instinctus, an erubescunt coram iustis et bonis esse nequam, an potius utrumque? nam et ueritas ideo semper inuisa est, quod is qui peccat uult habere liberum peccandi locum nec aliter se putat malefactorum uoluptate securius perfrui posse, quam si nemo sit cui delicta non placeant. ergo tamquam scelerum et malitiae suae testes 7
extirpare funditus nituntur et tollere grauesque sibi putant, tamquam uita eorum coarguatur. cur enim sint aliqui intem- 8
pestiue boni, qui corruptis moribus publicis conuicium bene uiuendo faciant? cur non omnes sint aeque mali rapaces inpudici adulteri periuri cupidi fraudulenti? quin potius auferantur quibus coram male uiuere pudet, qui peccantium frontem etsi non uerbis, quia tacent, tamen ipso uitae genere dissimili feriunt et uerberant. castigare enim uidetur quicumque dissentit. nec est magnopere mirandum, si aduersus homines ista fiunt, 9
cum aduersus ipsum deum propter eandem causam insurrexerit

AUCTORES 1 ss.] Verg. Aen. II 355 ss. 9] Terent. Andr. I 1, 41.

BRHSPV] 2 rapto'r'e's P^2 quas P^1, *corr.* P^2 3 exiget B^1, *corr.* B^2 coecos *V* 4 rapies, *part. ras. corr. V* 5 predicatione *V* 6 iustitia *R* 7 uiolento *H* ritus *BP*, rictu *H* 8 made'n't B^2 et] ac *R* peritinacis *P* 9 causam *om. H* 10 an] sane *R* 11 nequã *(˜ m. 2) S* utrumque *(*t *ex* i*) P* 12 et *om. R* semper ideo *H* ideo] odio *S* his *S* qui**peccat *(*in *er.) V* 14 sit] esse possit *H* 15 placeat *R* tamquam] quasi *H* 16 extyrpare *R* nitundur *V* graues quos *B*, graues qui *H* 17 uitam *P* intempestiue boni qui *om. R* 18 quo V^{ac} uitium *B*, conuictum *H*, conuitium *P* 20 fradulenti *S* aut ferantur *H* 22 qui'a' B^2 tace'n't B^2 generi B^1, *corr.* B^2 25 insurrexerit *(*it *ras. ex* unt*) B*

etiam populus in spe constitutus nec dei nescius, sequiturque
iustos eadem necessitas quae ipsum iustitiae uiolauit auctorem.
10 uexant ergo et exquisitis poenarum generibus excruciant parum-
que habent interficere quos oderunt, nisi etiam crudelitas cor-
11 poribus inludat. si qui autem doloris uel mortis metu uel
suapte perfidia caeleste sacramentum deseruerint et ad funesta
sacrificia consenserint, eos laudant et honoribus mactant, ut
12 eorum exemplo ceteros inliciant. qui autem magni aestima-
uerint fidem cultoresque se dei non abnegauerint, in eos uero
totis carnificinae suae uiribus, ueluti sanguinem sitiant, incum-
bunt et desperatos uocant, quia corpori suo minime parcunt:
quasi quicquam desperatius esse possit quam torquere ac dila-
13 niare eum quem scias esse innocentem. adeo nec pudor ullus
aput eos superest a quibus abest omnis humanitas et retorquent
14 in homines iustos conuicia sibi congruentia. inpios enim uocant,
ipsi scilicet pii et ab humano sanguine abhorrentes, cum si
et actus suos considerent et illorum quos tamquam inpios
damnant, iam intellegant quam mendaces sint et iis omnibus
15 quae aduersus bonos aut dicunt aut faciunt digniores. non

EPITOME 3 ss.] c. 49, 6. 8—10] c. 49, 5. 11—19] c. 49, 6 s. 19—427, 15] c. 54, 7.

EXPILATORES 3—11] Lucifer pag. 290, 11—16.

B(G)RHSPV] 1 etiam *om. B* in *om. B* constitutus] consecutus *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^3 3 uexanter *P* ⸢poenarum⸣ B^3 4 habente⸢s⸣ B^2 corpori⸢bu⸣s *P* 5 quis *R* a Mortis *incipit codicis G pag. 99 (91) paene tota lecta* metum *P* 6 sua *BGR,* suapte *sic P* perfidiae *H* ad *om.* B^1 *(s. l.* B^2*) G* 7 conserint *H* laudent *R* 8 iniliceant B^1 *(corr.* B^2*)* GP^{pc} (e *ex* i P^1) magnam *G* aestimauerunt *G* 9 cultoresque se] cultor ẽẽ (es se *s. l. corr. m. rec.) S* se dei non] eorum *B* *an* se ⟨esse⟩ *scribendum? cf. Lucifer. pag. 290, 14* cultoresque dei nos esse non abnegemus abnegauerint *(*i *ras. ex* u*) B,* abnegauerunt *V* uero *expunxit m. 1? S, om. P* 10 totos *R* carnific⸢in⸣ae *B,* carnificae *V* sanguine *R* siti[n]t *sic G* 11 et *om. R* disperatos *B* qua *P* parcant *R* 12 quidquam *(*d *ex* c*)* B^2, quiquam *G* 13 eum quem] eumq. *V* esse *om. P* adẽõ · *B,* adõ · *V* 14 omnis humanitas abest *H* 15 conuitia *RSP* 16 ipsi] ii si *H* ⸢im⸣pii B^3 17 suos *om. P* 18 damna|tiam B^1, damnant|∗iam B^2 intellegent *(ex* -ant*)* B^2, intellegunt *H* et] ex *H* iis *R,* his *cett., nisi quod* [hi]s *G* 19 quae *om. R* aut dicunt] audent B^1, *corr.* B^3 ⟨di⟩[cent] *G*

enim de nostro, sed ex illorum numero semper existunt qui
uias obsideant armati, maria praedentur, uel si palam grassari
non licuit, uenena clam temperent, qui uxores necent, ut dotes
earum lucrentur, aut maritos, ut adulteris nubant, qui natos
ex se pueros aut strangulent aut, si nimium pii fuerint, ex-
ponant, qui libidines incestas nec a filia nec sorore nec 16
matre nec sacerdote contineant, qui aduersus ciues suos
patriamque coniurent, qui nec culleum metuant, qui denique
sacrilegia committant et deorum quos colunt templa despolient,
et, ut quae levia sunt atque usitata dicamus, qui hereditates
captent, testamenta supponant, iustos heredes uel auferant uel
excludant, qui corpora sua libidinibus prostituant, qui deni- 17
que inmemores quid nati sint, cum feminis patientia certent,
qui sanctissimam quoque corporis sui partem contra fas omne
polluant ac profanent, qui uirilia sua ferro metant et, quod
est sceleratius, ut sint religionis antistites, qui ne uitae quidem
suae parcant, sed extinguendas publice animas suas uendant,
qui si iudices sedeant, aut inmeritos perdant mercede corrupti
aut noxios inpune dimittant, qui caelum quoque ipsum uene-
ficiis adpetant, tamquam illorum malitiam terra non capiat:

EPITOME 18 s.] c. 54, 9.

B(G)RHSPV] 1 ⟨nos⟩tros *G* 2 praedantur *R*, prae***dentur *H* crassari *S* 3 uenenum *H* temperant *R* negent *P* dotibus *P* 4 ut] aut *RS*^{ar} 5 strĩgulent *B*^{1}, strã- *corr. B*^{2}, strang[ull]⟨ent⟩ *G*, stranguilent *R* si* *(i er.) B* nimium] minus *S* 6 a *(ante* filia*) RSP*, *om. BGHV* nec a sorore nec a matre nec a sacerdote *P* *in* matre⟨nec⟩[sa] *desinit codicis G pag. 99 (91), sequitur pag. 100 (92), cuius in uerss. 1—10 pleraque legi poterant* 8 patriaque *H* nec | ulleum *P* ⌜a⌝culleum *B*^{3}, eculeum *R*, ullum *H*, cu⌜l⌝leum *V* qui denique] quid enim *P* 9 et] ac *H* templa quos colunt *H* dispolient *BGH* 10 ut et *G* ut quae] utque *P* laeuia *BG* atque *om. S* *ex* usitata *hoc* lisitata (il us *s. l.*) *B*^{2}, u*sitata *(i er.) H*, usita⌜ta⌝ *V*^{2} [ha]⟨er⟩[editates] *G*, hereditatis *P* 11 capiant *B*^{1}, *corr. B*^{3} et testamenta *H* subponant *HV* 13 n⌞ati sunt⌟ *V* patientiae *R* certant *S* 14 fas] has *P* omniũ *B*^{1}, *corr. B*^{3} 15 pollu⌜a⌝nt *(a s. l. add. m. 2, renouauit m. 3) B* profanant *B*^{1} *(corr. B*^{3}*) P* qui] De eunucis qui *H* metunt *B*^{1}, *corr. B*^{3} 16 antestites *V* nec *B* uitae suae quidem *B* 17 publicae *B*^{ar}*R* suas *om. V* 20 malitiã *(~ m. 2) S*

18 haec, inquam, et his plura scelera utique ab iis fiunt qui deos
colunt. quis inter haec tot et tanta iustitiae locus est? et
ego de multis pauca collegi, non ut arguerem, sed ut osten-
19 derem. qui uolet scire omnia, Senecae libros in manum
sumat, qui morum uitiorumque publicorum et descriptor uerissi-
20 mus et insectator acerrimus fuit. sed et Lucilius tenebrosam
istam uitam circumscripte breuiterque depinxit his uersibus:

nunc uero a mani ad noctem, festo atque profesto,
totus item pariterque die populusque patresque
iactare indu foro se omnes, decedere nusquam,
uni se atque eidem studio omnes dedere et arti,
uerba dare ut caute possint, pugnare dolose;
blanditia certare, bonum simulare uirum se;
insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

AUCTORES 8 ss.] ex libr. incert. frg. IV.

B(G)RHSPV] 1 plurima *BH* iis *R*, his *cett.* 2 et] ac *S* *malim* tanta ⟨uitia⟩, *Hartelius* ⟨portenta⟩ *coni.* est *om. H* et] ut *eras. B* 3 ergo *B* 4 sinecę *V* sumat in manum *B* 5 sumant *V* morum] mirum B^1, *corr.* B^3, manũ *H* 6 insectator *recepi ex* accusator et insectator *R*, accusator *cett.*, *quod glossema esse et memoria codicis R prodit et locus Quintiliani inst. X 1, 129* (Seneca) egregius tamen uitiorum insectator *a Buenemanno indicatus; cf. Addenda ad pag. 58, 3 s.; 402, 15* lucillius *P* 7 circumscribit *H* breuiter⌜q.⌝*B*, et breuiterque *H* uerbis *BSP* *a* [S]⟨ibus⟩[nunc] *incipit codicis G pag. 101 (97), cuius in uerss. 1—5 perpauca agnoscebantur* 8 a mani *V Baehrensius (frg. 9)*, a mane *BRS*, amant *H*, amem *P*, *in G* ⟨a⟩[m]⟨ane⟩, *nihil certi* festo] fert B^1, *corr.* B^3, [f] . . [t]|, *post* f *2 litt. plane euanuerunt fort.* er, *ut fuerit* fert, *sed cum post* t *in fine uersus minutum* o *fuisse possit, fort. etiam* festo *scriptum fuit, G* adque *P* atque profesto *om. H* profesto — populusque *om.* B^1, adque *(hoc, quamquam* atque *iam m. 1 scripserat, in inf. mg. repetiit m. 3)* profesto totos item pariterque die populosque *in inf. mg. add.* B^3 profesto totus] profestotus *P* 9 totus item] toto itidem *Janus Dousa* pariterque die] pariter quidem *R* dies *HV* populosque *H* patresqu*e *(a er.) B* pariter populus, plebesque patresque *Baehrensius* 10 iacturae B^1, *corr.* B^3, ⟨ia⟩[ctu] . . ., *post* ctu *3, uix 4 litt. euanuerunt, G* indi *(alt.* i *ex* u*)* B^3, indo *P* foro se *R*, forum se *B*, foros *H*, fori se *S*, forus se *P*, forus s& *V* omne *P* onusquam *R* 11 adque *B*, [at]⟨que⟩ *G* idem *HSP*, eidëm *V* omne⌜s⌝ $P^{2?}$ dedere — caute] dedareet[i]r|queauadereutcautae B^1, dedaretat⌞e⌟r|queeuadereutcaut*e B^2, dedaret *in* dederet *corr.* B^3 de*dere *H* 12 dolos a B^1, dolos^a|* B^2, dolo *H* 13 blandiri *S* 14 si *in ras. ex eodem* si *aut* ei B^3

nostro autem populo quid horum potest obici, cuius omnis 21
religio est sine scelere ac sine macula uiuere? cum igitur 22
uideant se ac suos ea quae diximus gerere, nostros autem nihil aliut operari nisi aecum et bonum, poterant, si quid saperent, ex hoc intellegere et illos qui bonum faciunt pios esse et se
inpios qui nefanda committunt. neque enim fieri potest ut 23
qui in omnibus uitae suae actibus non errant, in ipsa summa errent, hoc est in religione, quae rerum omnium caput est:
inpietas enim suscepta in eo quod est summum per cetera 24
uniuersa sequeretur. aeque fieri non potest ut ipsi qui errant in omni uita, non et in religione fallantur, quoniam pietas in summo regulam tenens tenorem suum seruaret in ceteris. ita fit ut in utraque parte de condicione rerum quae geruntur qualis sit summa ipsa noscatur.

10. Operae pretium est cognoscere illorum pietatem, ut ex 1
iis quae clementer ac pie faciunt possit intellegi, qualia sint
quae ab iis contra iura pietatis geruntur. ac ne quem uidear 2
inclementer incessere, aliquam mihi personam poeticam sumam,
quae sit uel maximum pietatis exemplum. aput Maronem 3
rex ille,

quo iustior alter
nec pietate fuit nec bello maior et armis,

quae nobis documenta iustitiae protulit?

AUCTORES 20 ss.] Aen. I 544 s.

B(G)RHSPV] 3 se *B*, et se *cett.* ac] et *H; an recte* et se et suos *H?* genere *S* 4 aequum *HSPV* quit *B* 5 ⌜es⌝se B^2 et se *om.* *P* 8 errent] errant B^1, *corr.* B^2 10 sequeretur] quaereretur *B*, se sequitur *P* aeque] atquin *B*, eaque *H*, eoque *P* ut ipsi qui errant in *om.* *P* qui errant ut ipsi *V* 11 religione *V* 12 seruat *P;* seruat et *Heusingerus* 13 fuit *H* utrasque partes *H* gerunt *V* 14 nascatur H^{ac} 15 oper⌜a⌝e B^2, opere *RHPV* illarum *B* pietate *H* 16 iis *R*, his *cett.* *a* Possit *incipit codicis G pag. 102 (98) paene tota lecta* sunt *H* 17 iis *R*, his *cett.* iure *P* ne quem] neq; *S* quem *(*e *ex* a*)* *B* uideam B^1, *corr.* B^2, uider *sic R* 18 inclementer *om.* *R* *post* inclementer *s. l.* arguere et B^3 lacessere *(*la *ex* in*)* B^2G, arguere *V*, incessere atq: a re *H* summam *P*

uinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris
inferias, caeso sparsurus sanguine flammas.

4 quid potest hac pietate . . . clementius, quam mortuis humanas uictimas immolare et ignem cruore hominum tamquam 5 oleo pascere? sed fortasse hoc non ipsius uitium fuerit, sed poetae, qui insignem pietate uirum insigni scelere foedauerit. ubi est igitur, o poeta, pietas illa quam saepissime laudas? ecce pius Aeneas

Sulmone creatos
quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Ufens,
uiuentis rapit, inferias quos immolet umbris
captiuoque rogi perfundat sanguine flammas.

6 cur ergo dicebat eodem ipso tempore quo uinctos homines ad immolationem mittebat:

equidem et uiuis concedere uellem,

cum uiuos quos habebat in potestate uice pecudum iuberet oc-

AUCTORES 1 s.] ibid. XI 81 s. 6] ibid. I 10. 9 ss.] ibid. X 516 ss. 15] ibid. XI 111.

B(G)RHSPV] 1 uinxerant *H* posterga *GHV cum codd. Vergili γc ap. Ribbeckium* quas B^1 *(corr.* B^2*)* *G* 2 caesos *BGP* sparsuros *BG cum codd. Verg. bc* flammam *codd. Verg. Rγ* 3 potest] potest esse *P, sine dubio e coniectura, fort. recta* ⌈h⌉ac $S^{2?}$ *post* pietate *hoc* iustius *(cf. pag. 429, 23)* esse *(uel omittendum, cf. P),* quid *uideri excidisse significaui secutus Columbum, not. in libr. de mortibus persecut. c. 31, 5 conicientem* quid potest esse hac pietate inclementius, quid dementius quam mortuis*; an* clementius ⟨(esse), quid iustius⟩*? in quo* inclementius *et* iniustius *Thilo;* quid potest esse hac pietate clementius quam *retinet Buenemannus* in hac pietate *interpretatus,* quam *delet Heumannus; cf. Addenda* mortuus *H* humanas *om. R* 4 [igne] *G* cruorẽ *H* hominẽ *V* 5 pascere] spargere *P* uitio B^1, uitiũ *corr.* B^3, ⟨uiti⟩[o] *G* 6 insignem] illum insignem *RS* insigna *sic H* 7 o *RS fort. e coniectura (cf. pag. 69, 5), om. rell.* quem *G* laudas] uindicasti *H,* laudes P^{ac}, *corr. m. 1?* 8 ecce *ut uid.* B^1, cum *corr.* B^2, tum B^3 9 subnone *S,* sulmone *(*l *ras. ex* b*) V* 10 totidem *om. P* educat — uiuentis] educatu fensui uentis *V* ufens *(*f *ex* t *m. 2 ?) P* 11 uiuentes *P cod. Verg. b* rapiat *H* 12 captiuosque B^{ar}*G* 13 homines *om. H* 14 mittebat *ex* mitteret *P* 15 e*quidem *(*t *er.) B,* eo quidem *P* ⌊et⌋ $S^{1?}$ uiuis *(alt.* i *ras. ex* u*) V* 16 habebant *G* pecudum uice *P* pecodum *V*

cidi? sed haec, ut dixi, culpa non illius fuit, qui litteras for- 7
tasse non didicerat, sed tua: qui cum esses eruditus, ignorasti
tamen quid esset pietas, et illut ipsum quod nefarie, quod de-
testabiliter fecit, pietatis esse officium credidisti; uidelicet ob
hoc unum pius uocatur, quod patrem dilexit. quid quod 8
bonus Aeneas haut aspernanda precantis trucidauit? ad-
iuratus enim per eundem patrem et spes surgentis Iuli,
nequaquam pepercit furiis accensus et ira. quisquamne 9
igitur hunc putet aliquid in se uirtutis habuisse, qui et furore
tamquam stipula exarserit et manium patris per quem roga-
batur oblitus iram frenare non quiuerit? nullo igitur modo
pius, qui non tantum non repugnantes, sed etiam precantes
interemit. dicet hic aliquis: quae ergo aut ubi aut qualis est 10
pietas? nimirum aput eos qui bella nesciunt, qui concordiam
cum omnibus seruant, qui amici sunt etiam inimicis, qui omnes
homines pro fratribus diligunt, qui cohibere iram sciunt omnem-
que animi furorem tranquilla moderatione lenire. quanta igi- 11
tur caligo, quanta tenebrarum et errorum nubes hominum
pectora obduxit, qui cum se maxime pios putant, tum maxime
fiunt inpii? quanto enim religiosius terrenis istis simulacris
inseruiunt, tanto magis scelerati aduersus nomen uerae diuini-
tatis exsistunt. itaque pro merito inpietatis suae grauioribus 12

AUCTORES 6] ibid. XI 106. 7] ibid. X 523. 8] ibid. XII 946.

B(G)RHSPV] 1 ipsius *B*, illius *(pr.* i *ras. ex* u*) H* 2 di⌜di⌝cerat P^2 cum*** (que *er.) B* essis (i *ex* e*) sic* B^2 3 *in* pietas *et 4 litteras incertas desinit codicis G pag. 102 (98)* et *om. B* nefariae B^{ar}*SP* 5 unum (m *ex* s *? m. 3) B* *pr.* quod] quia *B* 6 bonus] non bonus *H* aut *R*, haud *HSP codd. Verg. bc* spernenda *R* precantis *RV*, praecantis *BHS*, praecantes *P*, precantes *codd. Verg. MRγ2c* trucidauit] trucidaui Ita *V* 7 spes] per spẽs *(corr. m. 2) R* spe⌜s⌝surgentis B^3, spẽgentis *H* urgentis *P*, surgentes (i *suprascr.*) *V* ⌜iuli⌝ B^2 8 necquaquam B^{ar}*H* pepercit — quisquam *om. R* furtis *V* irã *H* 9 se uirtutis] seruitutis *R* furor et *in ras. ex* furore *H* 10 manu *H*, man⌜i⌝um *V* uocabatur *R* 11 ira *H* modo *om. R* 12 non *(ante* repugnantes*) om. RHS* repugnantis B^1, *corr.* B^3 precantis (prae- *B*) B^1*V* (-es *corr.* B^2) 13 decet *V* 15 omnibus] omni ui *V* qui *om. V* amici* (s *er.) S* 18 errorem *PV* 20 fiant V^1, sunt *Heumannus* enim] ergo *B* religiosis *V* 21 uerae *om. V* 22 existunt *HSPV*

malis saepe uexantur: quorum causam quia nesciunt, fortunae
culpa omnis adscribitur, et locum inuenit Epicuri philosophia
nihil ad deos pertinere censentis nec gratia eos tangi nec ira
moueri, quia et contemptores eorum saepe uideant beatos et
13 cultores saepe miseros. quod eo fit quia cum religiosi uidean-
tur et natura boni, nihil tale creduntur mereri quale saepe
patiuntur. consolantur se tamen accusatione fortunae nec sen-
tiunt quod si esset ulla, cultoribus suis numquam noceret.
14 merito igitur huiusmodi pietatem poena consequitur et offensa
diuinitas scelere hominum praue religiosorum graui eos infor-
tunio mactat: qui licet sanctis moribus uiuant in summa fide
atque innocentia, tamen quia deos colunt, quorum ritus inpios
ac profanos deus uerus odio habet, a iustitia et a nomine uerae
15 pietatis alieni sunt. nec est difficile docere cur deorum cul-
tores boni et iusti esse non possint. quomodo enim sanguine
abstinebunt qui colunt cruentos deos Martem atque Bellonam?
quomodo aut parentibus parcent qui expulsorem patris sui Io-
uem aut natis ex se infantibus qui Saturnum? quomodo pudici-
tiam tuebuntur qui colunt deam nudam et adulteram et quasi aput
16 deos prostitutam? quomodo se rapinis et fraudibus abstine-
bunt qui Mercuri furta nouerunt docentis non fraudis esse de-
cipere, sed astutiae? quomodo libidines cohercebunt qui Iouem
Herculem Liberum Apollinem ceterosque uenerantur, quorum

AUCTORES 3—5] Epicuri sentent. select. I, p. 71. 394 ap. Usenerum.

BRHSPV] 1 sepae *H* causa *B*¹ *(corr. B*³*) H* fortunae] fortunae causa *H* 2 omnes *B*¹, *corr. B*³ aduenit *P*¹, *in ras. corr. P*² 3 a⸢d⸣-deos *R*² contestantis *B*, censenti si *H*, censentes *P*, cens&is *V* ira* noueri *(*m *er.) sic R* 4 condemptores *V* uidebant *S* beatiores *RP* et cultores *om. R*¹, cultores *add. R*² 5 eo* *(*s *er.) V* 6 bona *V*ᵃᶜ 7 accusatione] occasione *H* nec *in ras. ex* haec *(etiam supra* h *littera erasa) B*³ 8 ultoribus *H* numquam *om. S* 9 hoc modo *H* poena* *(*s *er.) B* 10 diuinitatis *H* eos *(*e *ex* c *m. 3) B* 11 scanctis *H* 12 quia *bis, pr. eras. H* 13 *pr.* a *in ras. ex 3 litt. H*² animi et *B*¹, ⸢et⸣ a nomine *B*³ nomine *(*e *ex* a *m. 2) R* 14 sint *H* ⸢cur⸣ *B*³ 15 quȯd boni *(exp. m. 3) B* 16 bellonem *P*¹, *corr. P*² 17 autem *S* parent *HS* 18 aut] ut *P* 19 d*eam *(*a *er.) B* 20 deos] eos deos *R*¹, eosdẽ deos *R*², eos *S* a rapinis *R* 21 mercurii *RSP* 22 adstutiae *R* libidines *om. R* cohercebunt *B*, coercebunt *cett.*

adulteria et stupra in mares et feminas non tantum doctis
nota sunt, sed exprimuntur etiam in theatris atque cantantur,
ut sint omnibus notiora? possuntne inter haec iusti esse ho- 17
mines, qui etiamsi natura sint boni, ab ipsis tamen diis eru-
diantur ad iniustitiam? ad placandum enim deum quem colas
iis rebus opus est, quibus illum gaudere ac delectari scias.
sic fit ut uitam colentium deus pro qualitate numinis sui for- 18
met, quoniam religiosissimus est cultus imitari.

11. Iis igitur hominibus qui deorum suorum moribus con- 1
gruunt quia grauis est et acerba iustitia, eandem inpietatem
suam qua in ceteris rebus utuntur, aduersus iustos uiolenter exer-
cent, nec inmerito a prophetis bestiae nominantur. praeclare 2
itaque M. Tullius: etenim si nemo est inquit quin emori
malit quam conuerti in aliquam figuram bestiae, quam-
uis hominis mentem sit habiturus, quanto est mise-
rius in hominis figura animo esse efferato? mihi qui-
dem tanto uidetur, quanto praestabilior est animus
corpore. aspernantur itaque corpora beluarum, quibus sunt 3
ipsi saeuiores, sibique adeo placent, quod homines nati sint,
quorum nihil nisi lineamenta et summam figuram gerunt.

AUCTORES 12 bestiae] Ezech. 34, 25. 28. 13] ex libr. inc. frg. 66; cf. de rep. IV 1, 1.

EXPILATORES 12 (bestiae). 20 (quorum — gerunt); 434, 1 s. (inmanes — bestias)] Lucifer pag. 295, 9 s. 12—15.

BRHSPV] 1 et in feminasq. (q. *add. m.3) B*, et in feminas *H* dictis *B* 2 cantatur B^1 *(corr.* B^2*) S*, cantur *H*, incantantur *(exp. m. 2) P* 3 possunt *P* 4 etiam *H* diis (s *add. m. 2) P* 5 iustitiam *SP* 6 iis R^1, his R^2 *cum cett.* opus est quibus *om. P* delectari] letari *P* 7 sic (c *part. ras. ex* t *m. 2) P* uit*a (i *er.) B* colentium (l *ex* a *m. 1?) B; nolui* ⟨se⟩ colentium, *cf. c. 19, 26. 30; 20, 4; Lucifer. pag. 309, 22* numinis *R*, nominis *cett.* 9 Iis *R*, his *BHSV*, hic *P* homines *P* 10 grauis — iustitia] grauem habent acerbamque iustitiam *P* acerua B^1 *(corr.* B^2*) V* iustitiae *V* eademq: *H* inpietate* sua* *(duo* m *er.) B* 11 qu*a (i *er.) B* exerce⌜a⌝nt R^2 12 ne *P* a prophetis] pro factis *B* 13 M. *om. B*, m.⌜arcus⌝ R^2, meminit *H* mori *P* 16 essefferato *B* fuisse *H*, ⌜esse⌝ P^2 effrentato *H* 17 animi S^1, animu⌜s⌝ S^2 18 corpore *S*, corpori *cett.* utique *R* 19 sequiores *S* sibi *R* adõ *S* 20 nisi *om. S* lineamenta *B*, liniamenta *cett., cf. Lucifer. 295, 13 et 14* et] *cf. Lucifer. 295, 13* liniamenta ac summam figuram, *item 14* summam *del. et s. l.* solum *corr.* R^2

4 nam quis Caucasus, quae India, quae Hyrcania tam inmanes, tam sanguinarias umquam bestias aluit? quoniam ferarum omnium rabies usque ad uentris satietatem furit fameque sedata protinus conquiescit. 5 illa, illa est uera bestia, cuius una iussione

funditur ater ubique cruor: crudelis ubique
luctus, ubique pauor et plurima mortis imago.

6 nemo huius tantae beluae inmanitatem potest pro merito describere, quae uno loco recubans tamen per totum orbem ferreis dentibus saeuit et non tantum artus hominum dissipat, sed et ossa ipsa comminuit et in cineres furit, ne quis extet sepulturae locus: quasi uero id adfectent qui deum confitentur, ut ad eorum sepulchra ueniatur, ac non ut ipsi ad deum ueniant. 7 quaenam illa feritas, quae rabies, quae insania est lucem uiuis, terram mortuis denegasse? dico igitur nihil esse miserius iis hominibus quos ministros furoris alieni, quos satellites inpiae iussionis necessitas aut inuenit aut fecit. 8 non enim honor ille aut prouectio dignitatis fuit, sed hominis damnatio ad carnificinam, dei uero ad poenam sempiternam. 9 quae autem per totum orbem singuli gesserint, enarrare inpossibile est. quis enim uoluminum numerus capiet tam infinita, tam uaria genera crudelitatis? accepta enim potestate

AUCTORES 1 s.] cf. Verg. Aen. IV 366 s. 6. 7] ibid. XI 646 (— cruor) et II 368 s.

BRHSPV] 1 ⸢quae india⸣ *B*[3] 2 alui *H* 3 fu*rit *(e er.) R* 4 illa, illa] illa · illa *V*, /////illa *(5 apices eras.) R*, illa *BHSP* 6 ater] at *S* 7 pauor] pauorq: *H*, pauorque *etiam schol. Veron. Vergil.* 8 tantae beluae] tandem bestiae *H*; *cf. Lucifer. 290, 28* contra tuam, belua, inmanitatem 9 recubat *B*[1], *corr. B*[3] per totum orbem] toto orbe *** *(per er.) B* 10 actus *S* dissupat *B* 11 ossa] exosa *H* cõ|minuit *B* fudit *H* neques *B*[ac], *corr. m. 1*, ne qui *HP*, neque (i, a) *V* 13 perueniant *V* ueniantque nam *H* 14 feritas quae] ferit · acq: *H* 15 terra *R* denegare *B* *Heumannus*, designasse *S* dicet *H* 16 iis *R*, *om. B*, his *HSPV* 17 iussiones *B*[1], *in ras. corr. B*[2] 18 dignatis *H* hominis] hominis prouecti *R* 19 carni*ficinam *(s er.) V* dehinc *R*, d*ei *V* dei uero] diuẽro *H* 20 aut⸢em⸣ *B*[2] cesserint *V* 21 ⸢capiet⸣ *B*[3] capiet tam] capitã *H* infini⸢ta⸣ *B*[2]

pro suis moribus quisque saeuiuit. alii prae nimia timi- 10
ditate plus ausi sunt quam iubebantur, alii suo proprio ad-
uersus iustos odio, quidam naturali mentis feritate, nonnulli,
ut placerent et hoc officio uiam sibi ad altiora munirent; aliqui
ad occidendum praecipites extiterunt, sicut unus in Phrygia, qui
uniuersum populum cum ipso pariter conuenticulo concremauit.
sed hic quanto saeuiór, tanto clementior inuenitur: illut uero 11
pessimum genus est cui clementiae species falsa blanditur, ille
grauior, ille saeuior est carnifex qui neminem statuit occidere.
itaque dici non potest huiusmodi iudices quanta et quam gra- 12
uia tormentorum genera excogitauerint, ut ad effectum propo-
siti sui peruenirent. haec autem non tantum ideo faciunt, ut 13
gloriari possint nullum se innocentium peremisse — nam et ipse
audiui aliquos gloriantes quod administratio sua in hac parte
fuerit incruenta —, sed et inuidiae causa, ne aut ipsi uincantur
aut illi uirtutis suae gloriam consequantur. itaque in excogi- 14
tandis poenarum generibus nihil aliut quam uictoriam cogitant:
sciunt enim certamen esse illud et pugnam. uidi ego in 15
Bithynia praesidem gaudio mirabiliter elatum tamquam barba-
rorum gentem aliquam subegisset, quod unus qui per biennium
magna uirtute restiterat, postremo cedere uisus esset. con- 16
tendunt igitur ut uincant et exquisitos dolores corporibus in-
mittunt et nihil aliut deuitant quam ut ne torti moriantur:

EPITOME 7—436, 7] c. 49, 4—7.
EXPILATORES § 11] Lucifer pag. 297, 27 ss. (hinc nobis quanto saeuis eqs.).

BRHSPV] 1 moribus] pioribus *(pr.* i *ras. ex* t*?) sic V* saeuiuit *RV*, saeu*it *(*i *er.) B*, siuiuit *H*, seuiuit *SP* prae nimia] praemia *V* pro *H* 2 iubebantur *V*, iubebatur *BRHP*, iubeatur *S* ⌜pro⌝prio *B*² aduersum *V* 3 natura alimentis *R* feritatem *H* 4 hoc *om. H* uiam] uiam iam *H* alii qui *H;* aliqui *delet Heumannus* nonnulli — extiterunt *coniungens, recte?* 6 conuerticolo *H* 8 species *in mg. inf. P*² 9 grauior] grauior est *P* 10 hu⌜ius⌝modi *B*² quanta huiusmodi iudices *R* tam *HP* 11 excogitauerunt *V* 13 gła *(i. e.* gloria*) S* nam] tamen *H* 15 et *om. H* 17 poenarum *om. H* uictoriam cogitant (m, it, n *m. 3) B* 18 illum *B* illud esset *H* et] in *R*, *om. H* e*go *(*r *er.) H* 19 bythinia *R*, bythiniã *H*, bithinia *S*, bythynia *V* praeside *H* 21 gedere *H*, cẹdere *S* esset] est *B*, est et *R* 22 et *om. R* exquisitas *P* 23 uitant *R*, euitant *HV*

quasi uero mors tantummodo beatos faciat ac non etiam tor-
menta quanto fuerint grauiora, tanto maiorem uirtutis gloriam
17 pariant. illi autem pertinaci stultitia iubent curam tortis dili-
genter adhiberi, ut ad alios cruciatus membra renouentur et
reparetur nouus sanguis ad poenam. quid tam pium, tam bene-
ficum, tam humanum fieri potest? non curassent tam sollicite
18 quos amarent. haec est deorum disciplina, ad haec opera
cultores suos erudiunt, haec sacra desiderant. quin etiam sce-
leratissimi homicidae contra pios iura inpia condiderunt: nam et
constitutiones sacrilegae et disputationes iuris peritorum leguntur
19 iniustae. Domitius de officio proconsulis libro septimo re-
scripta principum nefaria collegit, ut doceret quibus poenis ad-
fici oporteret eos qui se cultores dei confiterentur.
1 12. Quid iis facias qui ius uocant carnificinas ueterum tyran-
norum aduersus innocentes rabide saeuientium? et cum sint
iniustitiae crudelitatisque doctores, iustos se tamen ac prudentes
uideri uolunt, caeci et hebetes et rerum et ueritatis ignari.
2 adeone uobis, o perditae mentes, inuisa iustitia est, ut eam
summis sceleribus adaequetis? adeone aput uos perit inno-
centia, ut ne morte quidem simplici dignam iudicetis, sed supra
omnia facinora habeatur nullum facinus admittere pectusque

AUCTORES 11] cf. Rudorffium, *Ueber den liber de officio proconsulis* (sc. Ulpiani), Act. Academ. Berol. anni 1865 (ed. a. 1866) pag. 259 ss.

B(G)RHSPV] 1 hac *R* 2 quanto] quae (*s. l. add. B*[2]) quanto *BH* maioris *BH* 3 pariunt *H* 4 adhibere *H* cruciatos *B*[1], *corr. B*[3] menbra *HV* 5 ireparetur *sic R*, paretur *V* 7 *post* quos *s. l.* non *B*[2] ad] Si ad *H* 8 erudiuit *S* desiderent *R* quia *B*[1], *corr. B*[3] 9 homicid*e (*i er.*) *V* contra pios] contrarios *V* iuriampia (*corr. m. 2*) *P* 10 iuries (*exp. m. 2*) *P* 11 domitiũ *H* pro CONS · LIB · VII · *P* VII · (tẽ *m. 1?*) *S* 12 scripta *R* diceret *B*[1], *corr. B*[3] affici *ex* effici *uel* offici *corr. B*[3], ad**fici (*of er.*) *H* 13 confiterent *P* 14 quid iis facias] quoduis faciant *H* his *BSV* ⌜carnificinas⌝ *B*[3] et ueterum *S* 15 rabidae *B*[ar]*RSPV* saeuienum *H*[1], seuiunt *in mg. H*[2] sunt *H* 16 crudelitatisq; (q; *postea add.*) *V* iustos *in mg. V* se] se esse *P* 17 et *ante* ueritatis] ac *H*, *fort. recte* 18 perditam *H* 19 aput — ut ne] quo uos per innocentiam ne *H* 20 iudicatis *H* a ⟨S⟩[ed] supra omnia *incipit codicis G pag. 103 (37), cuius in uerss. 1—11 nonnulla legi poterant* 21 omne *V*

purum ab omni sceleris contagione praestare? et quoniam 3
communiter cum deorum cultoribus loquimur, liceat per uos
bene facere uobiscum: haec est enim lex nostra, hoc opus,
haec religio. si uobis sapientes uidemur, imitamini, si stulti,
contemnite aut etiam ridete, si libet: uobis enim stultitia
nostra prodest. quid laceratis? quid adfligitis? non inuidemus 4
sapientiae uestrae: hanc stultitiam malumus, hanc amplectimur,
hoc nobis credimus expedire, ut uos diligamus et in uos ipsos
qui odistis omnia conferamus. est apud Ciceronem non ab- 5
horrens a uero locus in ea disputatione quae habetur a Furio
contra iustitiam. quaero inquit, si duo sint, quorum alter
optimus uir, aequissimus, summa iustitia, singulari
fide, alter insigni scelere et audacia, et si in eo sit
errore ciuitas, ut bonum illum uirum sceleratum faci-
nerosum nefarium putet, contra autem ⟨eum⟩ qui sit
inprobissimus, existimet esse summa probitate ac fide,
proque hac opinione omnium ciuium bonus ille uir uexe-
tur rapiatur, manus ei denique auferantur, effodiantur
oculi, damnetur uinciatur uratur exterminetur egeat,
postremo iure etiam optimo omnibus miserrimus esse 6
uideatur, contra autem ille inprobus laudetur colatur,
ab omnibus diligatur, omnes ad eum honores, omnia

EPITOME 4—7] c. 48, 10 (errori). 11.
AUCTORES 11] de re publ. III 17, 27.

B(G)RHSPV] 1 cogitatione *S* 2 licet *H* 3 uobis *Heumannus* est *om. R* 4 uobis *bis* P^1, *alt. expunx.* P^2 5 [a]u[tem] *G* nobis *P* *edd.* 6 prodeest *B* 9 qui odistis] quod istis *S* et *R* abhorrendus *B*, abhorrens *ut uid.* S^1, oberrans *in ras. corr.* S^2 10 quam *H* habeatur *B* a Furio *om. P* 11 sunt *H* 12 *post* uir *s. l.* alter B^3 13 insigni* *(s er.) H*, insignis *edd.* *pr.* et *om. S* eos *H* 14 ut *om. H* facinorosum *HS* 15 eum *ante* qui *add. Baiterus, ante* existimet *Moserus, ante* esse *cod. Monac. Lact.* 16 aestimet *H;* existimetur *Heumannus* **probitate *(in er.) B* ac] et *H* 17 pro qua *H*, proque *S* opinionem *P* propterque hanc opinionem *Kayserus* rapiatur uexetur *pag. 459, 20* 18 rapietur *H* ei denique] eidem quoque *B* auferatur *S* effodiantur *(pr.* f *in ras. ex* c *? m. 2) P* 19 uratur *om. H* 20 miserrimus omnibus *B* 21 improbus *in mg. V* *a* Colatur *incipit codicis G pag. 104 (38) paene tota lecta* laudetur colatur] uidetur *P* 22 diligatur *om. H*

imperia, omnes opes, omnes undique copiae conferan-
tur, uir denique optimus omnium existimatione et
dignissimus omni fortuna iudicetur: quis tandem erit
7 tam demens qui dubitet utrum se esse malit? profecto
quasi diuinaret quae nobis mala et quo modo euentura essent
propter iustitiam, hoc posuit exemplum. haec enim populus
8 noster patitur omnia errantium prauitate. ecce in eo est
errore ciuitas uel potius orbis ipse totus, ut bonos et iustos
uiros tamquam malos et impios persequatur excruciet damnet
9 occidat. nam quod ait neminem esse tam dementem
qui dubitet utrum se esse malit, ille quidem ut is qui
contra iustitiam disserebat, hoc sensit, malle sapientem malum
10 esse cum bona existimatione quam bonum cum mala. a nobis
autem absit haec amentia, ut falsum uero anteponamus. an
boni nostri qualitas ex populi pendebit erroribus quam ex con-
scientia nostra et iudicio dei? aut aliqua nos felicitas inliciet
umquam, ut non potius ueram bonitatem cum omni malo
quam falsam cum omni prosperitate malimus?

11 sua sibi habeant regna reges, suas diuitias diuites,

ut loquitur Plautus, suam uero prudentiam prudentes: relin-
quant nobis stultitiam nostram, quam uel ex hoc apparet esse
12 sapientiam quod eam nobis inuident. quis enim stulto in-
uideat nisi qui ipse sit stultissimus? illi autem non sunt adeo

EPITOME 14—23] c. 48, 10 s.
AUCTORES 19] Curcul. I 3, 22.
EXPILATORES 13 s.] Lucifer pag. 299, 12 s. 16] idem 299, 13 s. 20 s.] idem 299, 17. 21.

B(G)RHSPV] 1 undique *cod. Cic.*, denique *C* copiae — denique *om. P* 2 uir *om. G* dignissimus et *H* 3 fortuna] fortuna optima *cod. Cic.*, *uix recte* 4 quid | ubiputet B^1, qui* | dubipùtet B^2 6 proposuit *H* 7 omniũ *H* ecce] atque *H* 9 malos et *om. V* et crutiet *H* 10 tande dementem *H*, tamde/////mentem *(3 uel 4 litt. erasae, quarum prima fuerat* r*) V* 11 dubitat *P* ⸢ille⸣ S^2 quidem ut is *om. H* [his] *G*, his *S* 12 mall⸢e⸣ S^2 16 illiciet umquam felicitas *S* inliceat *R* 19 si⸢bi⸣ *V* sibi sua *codd. Plauti* regna habeant *B* habeat *V* suas] sibi *codd. Plauti* 20 loquimur B^1, *corr.* B^2 21 appareret *H* *in* apparet esse sa *desinit codicis G pag. 104 (38)* 22 quod | qu⸢i⸣a* *(*i *m. 2) V* inuidiat *V* 23 sit ipse *H*

stulti ut stultis inuideant, sed ex eo quod accurate, quod sol-
licite persecuntur, stultos non esse concedunt. cur enim tam 13
crudeliter saeuiant nisi quia metuunt, ne in dies inualescente
iustitia cum diis suis cariosis relinquantur? si ergo cultores
deorum sapientes sunt et nos stulti, quid metuant ne sapientes
inliciantur a stultis?

13. Cum autem noster numerus semper de deorum cultori- 1
bus augeatur, numquam uero, ne in ipsa quidem persecutione
minuatur — quoniam peccare homines et inquinari sacrificio
possunt, auerti autem non possunt a deo: ualet enim ui sua
ueritas — quis est tandem tam excors tamque caecus quin
uideat in utra sit parte sapientia? sed illi malitia et furore 2
caecantur, ne uideant, stultosque esse arbitrantur qui cum
habeant in potestate supplicia uitare, cruciari tamen et emori
malunt, cum possint ex eo ipso peruidere non esse stultitiam
in quam tanta hominum milia per orbem totum una et pari
mente consentiant. si enim feminae sexus infirmitate labuntur 3
— nam interdum isti muliebrem aut anilem superstitionem
uocant — uiri certe sapiunt. si pueri, si adulescentes inpro-
uidi sunt per aetatem, maturi certe ac senes habent stabile
iudicium. si una ciuitas desipit, ceterae utique innumerabiles 4
stultae esse non possunt. si una prouincia, una natio pru-

BRHSPV] 1 accurate] accusar**e *(at er.) B* 2 persequuntur *HSPV* non] ñ (nos *s. l.*) *S; aut ante* accurate *aut ante* persecuntur *aut ante uel post* stultos *inserendum* nos *uidetur* 3 saeuiunt *edd.; cf.* metuant 5 me|tuunt *(tuunt add. m. 2) S* deo B^1, d⸢i⸣es B^3 dies] dies si non *H* invalescat *(at in ras. ex* ente*? m. 2) S* 4 cariosis *RS*, nariosis B^1 *(*⸢g⸣nariosis B^2*) H, om. P,* nanosos appellauit quod doloribus *(sic)* turis colantur nariosis *V* 5 sunt et] sed *S* metuunt *RH; cf.* saeuiant *3* 6 inlicianter *H* 7 noster *om. R* de *om. B* 8 in *om.* B^1 *(s. l.* B^3*) R* percutione *V* 11 tandem] tam demens *B*, tamem *V* quin] qui non *BP*, quiñ *S* 12 malitia et] malitiae* *(t er.) B* 13 stultosquo⸢s⸣ *ex* stultosque B^2, stultos quos *R*, stultos · quae *H;* stultosque ⟨nostros⟩ . . quod *Thilo* esse *om. R* arbitratur *P* qui *edd.*, quod *C* 14 crutiari tamen uniuersi et mori malunt eum qui possit ex eo ipso prouideri *H* mori *RH, sed cf. 442, 4; VII 9, 17* 16 quam tanta] quanta *V* 18 stimuliebrem *H* aut] et *B*, aut*** *H* 19 adolescent *P* 21 desipiro *sic S* utique] utique in *S*, quoque *P* 22 notio *S* prouidentia B^1 *(corr.* B^3*) P*

dentia caret, ceteras omnes habere intellegentiam recti necesse
5 est. cum uero ab ortu solis usque ad occasum lex diuina suscepta sit et omnis sexus, omnis aetas et gens et regio unis ac paribus animis deo seruiat, eadem sit ubique patientia, idem contemtus mortis, intellegere debuerant aliquid in ea re esse rationis quod non sine causa usque ad mortem defendatur, aliquid fundamenti ac soliditatis quod eam religionem non tantum iniuriis et uexatione non soluat, sed augeat semper et
6 faciat firmiorem. nam et in hoc quoque illorum malitia conuincitur, quod euertisse se funditus religionem dei opinantur, si homines inquinauerint, cum et deo satisfacere liceat et nullus sit tam malus dei cultor quin data facultate ad placandum
7 deum reuertatur et quidem deuotione maiore. peccati enim conscientia et metus poenae religiosiorem facit et semper
8 multo firmior est fides quam reponit paenitentia. si ergo ipsi cum deos sibi arbitrantur iratos, tamen donis et sacrificiis et odoribus placari eos credunt, quid est tandem cur deum nostrum tam inmitem, tam inplacabilem putent, ut uideatur is iam Christianus esse non posse qui diis eorum coactus inuitusque libarit? nisi forte contaminatos semel putant animum translaturos, ut sua sponte iam facere incipiant quod per tor-
9 menta fecerunt. quis id officium libens obeat quod ab iniuria coepit? quis cum uideat laterum suorum cicatrices, non

EPITOME 9—441, 4] c. 49, 3 s.

BRHSPV] 1 ceret *V* caetere̜ *H* omnis *V* 2 ortus *R* 3 omnis sexus *om. R* omnis (*ante* aetas) *om. B* aeta⌜s⌝ B^2 et (*ante* gens) *om. B* regi *S* unitis *S* 4 paribus] similibus *B* de⌜o⌝seruiat B^3, seruiant *edd.* sit, *sed* t *del. m. 2 V* pat⌜i⌝entia B^3, sapientia *H* 5 re] lege *R* 6 non sine] sic *R* ⌜non⌝ S^2 7 aliquid] id quod *H* religione *P* 8 *an* ⟨in⟩ iniuriis*?* 9 et *om. H* malitia illorum *SP* 10 quod *scribendum esse (aut* qui *delendum) coni. Buenemannus,* qui *BRSPV,* quae *H* opinatur *H* 12 quam *H* qui *BS* 13 reuertatur] non reuertatur *BS* 14 conscientiam *H* religiosorem *H* semper] saepe *H* 15 penitentiā (*~ er.*) *S* ipsi] sibi *S* 16 deos] deos suos *P* tamen] cum *H* 17 eos credunt] putant *P* qui⌜d⌝ S^2 18 tamen (*ante* inmitem) *R* putant B^1, *corr.* B^3, credant *P* his *PV* 20 libĕrauerit *B*, libauerit *P* putant animum] putant animos *B*, animos ita putant *P* putent *H* 21 translaturos] posse transferri *P* quod per — obeat *om. V* 22 ⌜id⌝ B^3 obeat (*sic corr. m. 2*) *P* iuria *V* 23 nommagis *H*

magis oderit deos, propter quos aeterna poenarum insignia et
inpressas uisceribus suis notas gestet? ita fit ut data diui- 10
nitus pace et qui fugerunt uniuersi redeant et alius propter
miraculum uirtutis nouus populus accedat. nam cum uideat 11
uulgus dilacerari homines uariis tormentorum generibus et
inter fatigatos carnifices inuictam tenere patientiam, existimant,
id quod res est, nec consensum tam multorum nec perse-
uerantiam morientium uanam esse nec ipsam patientiam sine
deo cruciatus tantos posse superare. latrones et robusti cor- 12
poris uiri eiusmodi lacerationes perferre non queunt, exclamant
et gemitus edunt, uincuntur enim dolore, quia deest illis in-
spirata patientia: nostri autem, ut de uiris taceam, pueri et
mulierculae tortores suos taciti uincunt et exprimere illis ge-
mitum nec ignis potest. eant Romani et Mucio glorientur 13
aut Regulo, quorum alter necandum se hostibus tradidit, quod
captiuum puduit uiuere, alter ab hostibus deprehensus cum
uideret mortem se uitare non posse, manum foco iniecit, ut pro
facinore suo satisfaceret hosti quem uoluit occidere, eaque poena
ueniam quam non meruerat accepit: ecce sexus infirmus et 14
fragilis aetas dilacerari se toto corpore urique perpetitur non
necessitate, quia licet uitare si uelint, sed uoluntate, quia con-
fidunt deo. haec est uera uirtus, quam philosophi quoque 15

AUCTORES § 12—14] cf. Minuc. Fel. c. 37, 3—5. § 13 s.] cf. Addenda.

EXPILATORES 20 (dilacerari—perpetitur). 22—442,4 (—emori)] Lucifer pag. 300, 14—18.

BRHSPV] 2 inpraessa *R* suis *om. P* notas *om. R* 3 et *om. V* fuerunt *B*[1] *(*fu⌜g⌝erunt *B*[2]*) RHP,* fuerint *S,* fuerint *V* aliis *B*[1]*, corr. B*[3] 5 dilacerati *S*[1], dilacerato⌜s⌝ *S*[2] 6 exismant *H,* existimat *P* 7 tam *om. H* 8 morientium *om. V* unam *P* 9 cruciatos *B*[1]*, corr. B*[3] posse] sponte sua *B,* posse⌜t⌝ *V* 10 uiri *om. R* 11 inspirita *R,* inspiratio *H* 12 patientiae *H* pueri ut de uiris taceam *H* 13 et] quibus *P* illis *om. P* 14 igni⌜s⌝ *(*s *m. 1 uel 2) B* potes *V* 15 reigulo *H* et quod *H* 17 se mortem *H* manu *H* 18 safaceret *V* hosti quem] hostemque *B* 19 accipit *V,* acciperet *Heumannus* infirmum *B*[1]*, corr. B*[3], infirmis *H,* infimus *S,* femineus *V* 20 reppetitur *V* ⌜non⌝ *S*[2] 21 qu*a *(*i *er.) B,* qua *H* si] se *P* uellint *(exp. m. 2) P,* uellent *edd.* 22 đ *(i. e.* de *s. l. m. 2)* deo *S,* in deo *P*

gloriabundi non re, sed uerbis inanibus iactant disserentes nihil esse tam congruens uiri sapientis grauitati atque constantiae quam nullis terroribus de sententia et proposito posse depelli, sed tanti esse cruciari et emori, ne fidem prodat, ne ab officio discedat, ne metu mortis aut dolore acerbo subactus
16 aliquid faciat iniustum: nisi forte delirare illis uidetur Flaccus in lyricis, cum dicit:

iustum et tenacem propositi uirum
non ciuium ardor praua iubentium,
non uultus instantis tyranni
mente quatit solida.

17 quo nihil uerius dici potest, si hoc ad eos referatur qui nullos cruciatus, nullam mortem recusant, ne a fide iustitiaque declinent, qui non tyrannicas iussiones, non praesidum gladios tremunt, quominus ueram et solidam libertatem constanti
18 mente defendant, quae in hoc solo tuenda sapienti est. quis enim tam insolens, tam elatus est qui me uetet oculos in caelum tollere, qui inponat mihi necessitatem uel colendi quod
19 nolim uel quod uelim non colendi? quid iam nobis ulterius

AUCTORES 8] carm. III 3, 1. 16—19] cf. Tertull. Apolog. c. 24 (I pag. 218): uidete enim eqs.

EXPILATORES 12—15 nullos — tremunt] Lucifer pag. 301, 8s.: nullos — tremere possumus.

B(G)RHSPV] 1 gloriabant/// *H* rē *V* 2 grauitate *H* constantia *H* 3 proposito et sententia *H*, sententiae (ae *ex* a *m. 2)* proposito *S edd., sed cf. Lucifer. pag. 300, 17* de sententia et proposito depelli 4 tanto *H* mori *HPV, sed cf. 439, 14 et Lucifer. pag. 300, 18* cruciari et emori prodant B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 5 metum *H* dolorem *H* aceruo B^{1} *(corr.* B^{3}*) V*, acerbe *S* subactu^s S^{2} 6 deliberare *H* 8 uirum' *(' est distinctio) B* 9 non ciuium] nuncium *P* iubentium' *B*, iuuentium HS^{1} *(alt.* u *in* b *corr.* S^{2}*) V* 10 infandi *B*, stantis *H* tyrannorum' *(' m. 3) B* 11 mentem *(-tẽ S) BRS* solidam *(-dã S) BRS* 12 quo] qua* *(*m *er.) H* 13 iustitiae quae *H* 16 *a* Dant quae in hoc *incipit codicis G pag. 105 (83) paene tota lecta* quae] quae mi^hi *(ex* me *ut uid. m. 1 uel 2) B* sola *S* sapienti *R*, sapientia *cett.;* quae — sapientia *(sic)* est *eicit Heumannus, sed cf. VI 17, 26* haec uera constantia — solo 17 insolens tam] insolensestam *sic G* me uetet] metuet *H*, metet *(m minus cert.)* S^{1}, uetet *S* uetat B^{1}, *corr.* B^{3} 18 tollere? quis *edd.* quod nolim — colendi *om. P*

relinquatur, si etiam hoc quod uoluntate fieri oportet libido extorqueat aliena? nemo istut efficiet, si quid nobis ad contemnendam mortem doloremque uirtutis est. quam constantiam si tenemus, cur stulti iudicamur facientes ea quae philosophi laudant? recte igitur Seneca incongruentiam hominibus 20
obiectans ait: summa uirtus illis uidetur magnus animus, et idem eum qui contemnit mortem pro furioso habent: quod est utique summae peruersitatis. sed hi 21
uanarum religionum cultores eadem stultitia id obiciunt qua uerum deum non intellegunt: quos Sibylla Erythraea κωφοὺς et ἀνοήτους uocat, surdos scilicet et excordes, qui nec audiant diuina nec sentiant, sed terram digitis suis imaginatam metuant et adorent.

14. Quae uero causa sit ut eos qui sapientes sunt stultos 1
putent, magna ratio est — nec enim frustra falluntur —: quae nobis diligenter est explicanda, ut errores suos tandem si fieri possit adgnoscant. iustitia suapte natura speciem quandam 2
stultitiae habet, quod ego et diuinis et humanis testimoniis

EPITOME 17 s.] c. 52, 1.

AUCTORES 6] frg. 29; cf. Addenda. 10] Orac. Sibyll. VIII 397.

B(G)RHSPV] 1 relinquatur *HP*ac, relinquetur *BGRSP*pc *(*relinquætur*) V* hoc *om. BG* quo *P* uoluntati *G,* uoluntatem *H,* uolunt *P* 2 extorqueat *R,* extorquet *cett.* istut *BGR,* istud *HSPV* efficiat *H* quit *G* contempnendum *B*[1], -am *corr. B*[3] 4 tenemus] exhibemus tenemus *R* iudicemur *B,* ⟨iu⟩d⟨i⟩[c]emur *G* fa∗ntes *(*c *er.) P* 6 obiectantib: *H* illius *H* 7 idem] ideo *BG* contemnet *BG* fu∗∗rioso *(*tu *er.) B,* ⌊f⌋urioso *P* 8 prauitatis *B,* [p]r[au]itatis *G* illi *G,* hii *RP,* mihi *H,* ii *edd.* 9 religionum] [reru]m *G* colitores *B*[1], *corr. B*[3] id obiciunt *om. S* quia *H* 10 quos *om. B*[1]*G,* quod *B*[3] *(in mg. add.) HV* sibylla *in mg. add. B*[3] *graeca spatio relicto om. G* ΚΙΟΙΦΟΥϹ *B,* cofum *H* 11 et] καὶ *cum codd. Sibyll. edd.* ΑΝΟΗΤΟΥϹ *S,* ΑΝΟh-ΤΟΥϹ *V,* anoetus *H,* ΑΝΟΗΤΟΙϹ *P,* ΑΝЄϹΘΗΤΟΥϹ *B,* ΑΝΟϹΙΟΥϹ *R* κωφοὶ καὶ ἄναυδοι *codd. Sibyll.* uocaṇt *(exp. m. 2) P* et *om. HS* audiunt *B*[1] *(corr. B*[2]*) S* 12 imaginatam *(pr.* i *ex alia litt., fort.* e, *m. 2) B,* imaginata *GH* metuunt *H* 13 adorant *H* 14 u[er]a *G* sapientis *B*[1], *corr. B*[2] 15 quã *H* 17 potest *H,* poš///// *et in mg.* ¨sit *V* iustitias[ue]teneaturet *B*[1], iustitiasuaq⌈u⌉en∗atura∗ *B*[3] sua *R* quadam *H* 18 et *ante* diuinis] ex *H* [im]anis *uel* [in]anis *G*

confirmare possum. sed nihil fortasse aput istos agamus, nisi eos de suis doceamus auctoribus non posse quemquam iustum esse, quod est coniunctum cum uera sapientia, nisi idem stul-
3 tus esse uideatur. Carneades Academicae sectae philosophus, cuius in disserendo quae uis fuerit, quae eloquentia, quod acumen, qui nescit ipsum, ex praedicatione Ciceronis intelleget aut Lucilii, aput quem disserens Neptunus de re difficillima ostendit non posse id explicari,

non Carneaden si ipsum Orcus remittat,

is cum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputauit de iustitia copiose audiente Galba et Catone Censorio
4 maximis tunc oratoribus. sed idem disputationem suam postridie contraria disputatione subuertit et iustitiam quam pridie laudauerat sustulit, non quidem philosophi grauitate, cuius firma et stabilis debet esse sententia, sed quasi oratorio exercitii genere in utramque partem disserendi. quod ille facere
5 solebat, ut alios quidlibet adserentes posset refutare. eam disputationem, qua iustitia euertitur, aput Ciceronem Lucius Furius recordatur, credo quoniam de re publica disserebat, ut defensionem laudationemque eius induceret, sine qua putabat regi non posse rem publicam. Carneades autem ut Aristotelen

EPITOME 4—445, 5] c. 50, 8.
AUCTORES § 3—5] Cic. de rep. (III 6, 9). 9] lib. I frg. X.

B(G)RHSPV] 1 *in* [fortas]⟨se⟩ *desinit codicis G pag. 105 (83), sequitur pag. 106 (84), cuius in uerss. 1—9 pauca legi poterant* 2 de] ex *H, sed cf. pag. 13, 4* suis] *5 uel 6 litt. euanuerunt in G* quemquam] quem *P* 3 cum *om. P* 4 Carneades Academicae] cameademicae *R*, carneacademice *P* academi⌞c⌟ae B^3, academiae *H* ⌜sectae⌝ B^3 5 ⌜in⌝ B^3 6 intellegit B^1, *corr.* B^3; intellegat *Heumannus* 7 lucillii *R*, lucili *P* 8 explicare B^1, *corr.* B^3 9 non carneaden *(*carneadem *H)* si *RHV*, nec si carneaden *(*-dẽ *S) BSP; cf. Lachmannum ad Lucr. pag. 313* dimittat *B* 10 is *om. R* disputabit B^1, *corr.* B^3 11 de∗ *(*i *er.) B* censorib: *H*, censori∗o *V* 12 posttridie *V* 14 quidem] tamen *SP* cuius firma et stabilis] cuius prudentiae stabilis *H* 15 esse debet *S* exercitio *H* 16 generi *H* 17 quilibet *R*, quodlibet *HS*, quidquidlibet *P* adferentes *(*aff- *S) BRSP* eam] eadem *BP*, et in *H* 18 luci∗∗us *(*li *er.) B* 21 ut *om.* P^1 *(s. l.* P^2*) V* aristo⌜te⌝lem H^2, aristotelẽ *S*

refelleret ac Platonem iustitiae patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia quae pro iustitia dicebantur, ut posset
illam, sicut fecit, euertere. erat enim facillimum iustitiam 6
radices non habentem labefactare, quia tum nulla in terra
fuit, ut quid esset aut qualis a philosophis cerneretur. atque 7
utinam tot ac tales uiri quantum eloquentiae, quantum animi, tantum etiam scientiae ad inplendam defensionem summae uirtutis habuissent, cuius origo in religione, ratio in aequitate est! sed ii qui primam illam partem nescierunt, ne secundam qui-
dem tenere potuerunt. uolo autem prius circumscripte ac 8
breuiter quid sit ostendere, ut intellegatur philosophos ignorasse iustitiam nec id quod minime nouerant potuisse defen-
dere. iustitia quamuis omnes simul uirtutes amplectatur, 9
tamen duae sunt omnium principales quae ab ea diuelli separarique non possunt, pietas et aequitas. nam fides temperantia probitas innocentia integritas et cetera eiusmodi uel natura uel institutis parentum possunt esse in iis hominibus qui iustitiam
nesciunt, sicuti semper fuerunt: nam Romani ueteres, qui 10
iustitia gloriari solebant, iis utique uirtutibus gloriabantur quae,
ut dixi, proficisci a iustitia possunt et ab ipso fonte secerni. 11

EPITOME 1] c. 50, 5. 6—446, 13. 16—18; 447, 12—19] c. 50, 5 (aequitatem). 7; cf. c. 29, 4 (haec . . iustitia) — 6.

B(G)RHSPV] 1 ac] et *B* patronos] platonos *R* 2 colligit *R* *a* Nia quae pro *incipit codicis G pag. 107 (69), cuius in uerss. 1—13 pleraque legi poterant* 3 illam *scripsi conl. § 5* iustitia euertitur *(§ 4* iustitiam . . . sustulit*), c. 16, 12* iustitiam . . . utramque subuertit*;* illa *BGRSPV*, ille *H* 4 habentem] habentem labentem *B* labefactare] labefactare ut diceret an habentem laborare *H*, labefactari *P* tum *om. S* 5 ut *om. P*¹, *s. l. P*² certaretur *Hartelius* qualis a] quod non *H* 6 quantum] quamauam *sic H* quantum eloquentiae *om. P* ∗eloquentiae *(*a *er.) B* quantumq. *(*q. *add. m. 2?) B* 7 scientiae *om. P* summa *H* 8 habuisset *H* origo *(*g *ex* c *m. 2) H* 9 sed] prae · ẽẽt *H* ii *R*, hi *BHSV*, [hii] *G*, hii *P* primum *H* partem illam *P* ne] nec et *BG* secundam *(*a *ex* u *m. 2) P* 10 poterunt *H* uol⌊o⌋ *S*² prius *(*riu *in ras. ex* rae *? m. 3) B* 12 iustitia *H* nec *om. H* 13 iustitiaṃ *(exp. m. 2) P* simul omnes *SP* omnis *B* amplectatur *(*m *in ras. ex* n *? m. 3) B* 14 ämen *V* 17 possent *(*e *ex* i *?) B* iis *R*, his *BHSP*, hisdem *V* 18 fuerunt] nescierunt *P* nam Romani] romani autem *P* 19 iustitiã *S* gloriaturi *P* iis *edd.*, his *BRHSP* iis utique] Iustiutique *V* 20 fonte∗ *(*s *er.) H*

pietas uero et aequitas quasi uenae sunt eius, his enim duobus
fontibus constat tota iustitia: sed caput eius et origo in illo primo
est, in secundo uis omnis ac ratio. pietas autem nihil aliut
est quam dei notio, sicut Trismegistus uerissime definiuit, ut
12 alio loco diximus. si ergo pietas est cognoscere deum, cuius
cognitionis haec summa est ut colas, ignorat utique iustitiam
qui religionem dei non tenet. quomodo enim potest eam ipsam
13 nosse qui unde oriatur ignorat? Plato quidem multa de uno
deo locutus est, a quo ait constitutum esse mundum, sed nihil
de religione: somniauerat enim deum, non cognouerat. quodsi
iustitiae defensionem uel ipse uel quilibet alius implere uoluis-
set, in primis deorum religiones euertere debuit, quia contrariae
14 sunt pietati. quod quidem Socrates quia facere temptauit, in
carcerem coniectus est, ut iam tunc appareret quid esset futu-
rum iis hominibus qui iustitiam ueram defendere deoque sin-
15 gulari seruire coepissent. altera est iustitiae pars aequitas:
aequitatem dico non utique bene iudicandi, quod et ipsum
laudabile est in homine iusto, sed se cum ceteris coaequandi,
16 quam Cicero aequabilitatem uocat. deus enim, qui homi-
nes et generat et inspirat, omnes aequos id est pares esse
uoluit, eandem condicionem uiuendi omnibus posuit, omnes ad
sapientiam genuit, omnibus inmortalitatem spopondit: nemo a
17 beneficiis eius caelestibus segregatur. nam sicut omnibus
unicum suum lumen aequaliter diuidit, emittit omnibus fontes,

EPITOME 5—10] c. 51, 1 (*a* nescierunt). 19—447, 15] c. 50, 6.
AUCTORES 4 s. (Trismegistus) alio loco] cf. II 15, 6. 19 aequabilitatem] Lactantium locum Cic. de rep. I 27, 43 spectare existimat Maius; cf. tamen de off. I 25, 88; de or. I 42, 188; II 52, 209. § 16 s.] cf. Cyprian. de op. et eleem. c. 25 (pag. 393, 23).

B(G)RHSPV] 1 hiis *P* enim] eius *V* 2 *a* Sed caput *incipit codicis G pag. 108 (70) paene tota lecta* illo *om. G* prima *S*[1] 3 in] et in *R* ac *eras. S* 4 definiuit *statim ex* definit *B* 7 ipsam *om. S* 8 multa *om. S* 9 est *om. P* 10 de religiones *R* quodsi] quia si *BG* 11 defensione *H* 12 regiones *H* 13 tenptauit *B*, tem|tauit *G* 14 carcere *H* est ut] ut** (et *er.*) *H* 15 iis *R*, *om. B*, his *GHSPV* 16 seruire *om. S* pars iustitiae *H* pras *V* 19 aequalitatem *GV* 20 et (*ante* generat) *om. PV* spirat *H* 23 *in* beneficiis eius *desinit codicis G pag. 108 (70)* segregetur *B*[1], *corr. B*[3] 24 suum *om. R* numen *B*[1], *corr. B*[3] diuidi *H* et emittit *R* fontibus (*exp. m. 2*) *P*

uictum sumministrat, quietem somni dulcissimam tribuit, sic
omnibus aequitatem uirtutemque largitur. nemo aput eum
seruus est, nemo dominus: si enim cunctis idem pater est,
aequo iure omnes liberi sumus. nemo deo pauper est nisi 18
qui iustitia indiget, nemo diues nisi qui uirtutibus plenus est,
nemo denique egregius nisi qui bonus et innocens fuerit, nemo
clarissimus nisi qui opera misericordiae largiter fecerit, nemo
perfectissimus nisi qui omnes gradus uirtutis inpleuerit. quare 19
neque Romani neque Graeci iustitiam tenere potuerunt, quia
dispares multis gradibus homines habuerunt, a pauperibus ad
diuites, ab humilibus ad potentes, a priuatis denique usque
ad regum sublimissimas potestates. ubi enim non sunt uni- 20
uersi pares, aequitas non est, et excludit inaequalitas ipsa iusti-
tiam, cuius uis omnis in eo est, ut pares faciat eos qui ad
huius uitae condicionem pari sorte uenerunt.

15. Duobus igitur illis iustitiae fontibus immutatis omnis 1
uirtus et omnis ueritas tollitur et ipsa iustitia remigrat in
caelum. ideo non est uerum illut bonum a philosophis reper-
tum, quia ignorabant uel unde oreretur uel quid efficeret: quod
nullis aliis praeterquam nostro populo reuelatum est. dicet 2
aliquis: 'nonne sunt aput uos alii pauperes, alii diuites, alii
serui, alii domini? nonne aliquid inter singulos interest?' nihil,
nec alia causa est cur nobis inuicem fratrum nomen inpertia-
mus, nisi quia pares esse nos credimus. nam cum omnia 3
humana non corpore, sed spiritu metiamur, tametsi corporum

EPITOME 18—22] c. 50, 7.
AUCTORES 3 cunctis—est] cf. Lucr. II 992.

B(G)RHSPV] 1 subministrat *HS* somnii *(alt.* i *add.)* P^2 2 lagitur *H* illum *R* 3 si enim *om. P* 5 iustitiam *BR* 6 ⸢qui⸣ B^3 innocus *sic B* 7 operam *BR* 8 perfectissimus est *S* 9 neque Romani *om. R* putuerunt *H* 10 ad diuites ab humilibus *om. R* 12 regnũ S^1, regni *ras. corr.* S^2, rerum *V* non *om. H* sint V^1 13 et *om. BHP* ipsam *R* 14 faciet *P* 15 pare *R* 16 duo⸢b;⸣ *(*b; *m. recent.) P* 17 et *(ante* omnis*) om. B* et *(ante* ipsa*) om. R* 18 illũ V^1 *post* bonum *s. l.* qđ *V* filiosopis *H*, filosofiis *V* 19 ignorabat B^1 *(corr.* B^2*) H* oriretur *(*i *ex* e B^2R^2*) BRS* effereret *R* 20 nullus *V* preter *V* dicit *B* 21 *pr.* allii *H* 23 ne *S* aliqua *R* inpertiamur *R*, inperitiam⸢us⸣ dĩ *(corr. m. 2) P* 25 me*timur *(*a *er.) H* tamen si *P* corporum] seruorum *Heumannus, recte?*

sit diuersa condicio, nobis tamen serui non sunt, sed eos et
4 habemus et dicimus spiritu fratres, religione conseruos. diuitiae
quoque non faciunt insignes, nisi quod possunt bonis operibus
facere clariores. diuites sunt enim non quia diuitias habent,
sed quia utuntur illis ad opera iustitiae, et qui pauperes ui-
dentur, eo tamen diuites sunt, quia et non egent et nihil con-
5 cupiscunt. cum igitur et liberi seruis et diuites pauperibus
humilitate animi pares simus, aput deum tamen uirtute discer-
6 nimur: tanto quisque sublimior est quanto iustior. si enim
iustitia est parem se etiam minoribus facere, quamquam hoc
ipso praecellit, quod se inferioribus coaequauit, tamen si non
tantum quasi parem, sed etiam quasi minorem se gesserit, utique
7 multo altiorem dignitatis gradum deo iudice consequetur. nam
profecto in hac uita saeculari quoniam breuia et caduca sunt
omnia, et praeferunt se alteris homines et de dignitate conten-
dunt, quo nihil foedius, nihil adrogantius, nihil a sapientiae
ratione submotius: rebus enim caelestibus contraria sunt ista
8 uniuersa terrena. sicut enim s a p i e n t i a h o m i n u m s u m m a
s t u l t i t i a e s t a p u t d e u m, stultitia, ut docui, summa sapientia
est, sic deo humilis et abiectus est qui fuerit conspicuus et
9 sublimis in terra. nam ut taceam quod haec praesentia ter-
rae bona, quibus magnus honos tribuitur, uirtuti contraria sunt

19 ut docui] c. 12, 3 ss. 14, 1 ss.

AUCTORES 18] I Cor. 3, 19.

BRHSPV] 1 et *om. P* 2 spiri⌜tu⌝ B^2 3 nisi (isi *in ras. ex* ũ? *m. 3) B* quos B^1, *s. l. corr.* B^3 5 qui] quia R^{ac} (a *del.*) HV^{ar} 6 non] ///// (ñ) *V* 7 serui *H* 8 sumus *HV* tamen] autem *B* 9 et tanto *RS* iustior est (*exp. m. 3*) *B* 10 patrem *V* etiam et *B* facere] facere debet *R* quam *P* 11 praecelleat *S*, praecellat *P* 12 parem — quasi *om. V* 13 dignita⌜ti⌝s P^2 14 quoniam] quamquam *Heumannus*, in qua tamen *Buenemannus* 15 omnia *om. B* alteris] a litteris *B* hominis *P* 16 est foedius *P* a *om. R, s. l. P* sapienti⌞ũ⌟ S^2, sapienti *P*, sapientis *V edd.* 17 summotius *RPV*, semotius *edd.*, remotius *Walchius* ista] omnia uel *H* 18 sicuti *H* 19 stultitia est apud deum *om. RP* stultia (*ante* ut) *H* summa *om. B* 20 est *om. P* si *R* et *om. V* 21 terr⌜a⌝e⌜bo⌝na B^3 terra *V* 22 honor *RPV* uirtutis BP^{ac} (s *expunx.* P^1?)

et uigorem mentis eneruant, quae tandem potest firma esse
nobilitas, quae opes, quae potentia, cum possit deus reges
quoque ipsos inferiores etiam infimis facere? et ideo consulens
nobis deus inter diuina praecepta illut praecipue posuit: qui
se extollit, humiliabitur, et qui se humiliat, exalta-
bitur. cuius praecepti salubritas docet quod qui se aput 10
homines planum fecerit humilemque praebuerit, hic aput deum
praecellens et insignis habeatur. neque enim falsa est illa 11
sententia quae aput Euripidem fertur in hunc modum:

quae hic mala putantur, haec sunt in caelo bona.

16. Exposui causam cur philosophi nec inuenire iustitiam 1
nec defendere potuerunt: nunc redeo ad id quod intenderam.
Carneades ergo, quoniam erant infirma quae a philosophis ad- 2
serebantur, sumpsit audaciam refellendi, quia refelli posse in-
tellexit. eius disputationis summa haec fuit: iura sibi ho- 3
mines pro utilitate sanxisse, scilicet uaria pro mori-
bus, et aput eosdem pro temporibus saepe mutata, ius
autem naturale esse nullum; omnes et homines et
alias animantes ad utilitates suas natura ducente
ferri; proinde aut nullam esse iustitiam aut, si sit
aliqua, summam esse stultitiam, quoniam sibi noceret
alienis commodis consulens. et inferebat haec argu- 4
menta: omnibus populis qui florerent inperio et Roma-

EPITOME c. 16] c. 50, 8; 51, 2. 15—450, 3] c. 51, 2 s.

AUCTORES 4] Matth. 23, 12. 9] frg. 1100 inter dubia et spuria ap. Nauckium. § 2—4] Cic. de rep. (III 12, 21).

BRHSPV] 1 eneruat *S* firma potest *B* firma] summa *H* 2 deus *om. S* 3 infirmis *S* 5 humilabitur *R* 6 cuius] quibus *R* 7 hominem *H* 8 excelle(n)s B^3 9 euripidem *RH*, euripydem *BP*, euripidẽ *S*, euripiden *V* in *om. P* 10 que *V* 12 potuerint *Heumannus* nonc P^1, *corr.* P^2 13 ero* *(g er.) sic H* adserebantur *codd. recent. et edd.*, adferebantur *(aff- RS) C; cf. pag. 453, 4* 14 posse* *B* 15 dispositionis *H* fuit *om. R* 16 sancsisse *B*, sancxisse *P* pro] ꝑ *eras. H* 17 et apud — temporibus *s. l.* P^2 18 naturale esse nullum omnino, sed homines *coni. Halmius (in ed. Cic.) cod. Monacensem Lact. (qui* nullum *omittit) secutus* omnis *V* omnes et] omne sed *H* 20 ferri *(f ex t m. 2) P* 23 flos erant *B*, florent *V*

nis quoque ipsis, qui totius orbis potirentur, si iusti
uelint esse, hoc est si aliena restituant, ad casas esse
5 redeundum et in egestate ac miseriis iacendum. tum
omissis communibus ad propria ueniebat. bonus uir inquit
si habeat seruum fugitiuum uel domum insalubrem ac
pestilentem, quae uitia solus sciat, et ideo proscribat
ut uendat, utrumne profitebitur fugitiuum se seruum
uel pestilentem domum uendere an celabit emptorem?
6 si profitebitur, bonus quidem, quia non fallet, sed
tamen stultus iudicabitur, quia uel paruo uendet uel
omnino non uendet; si celabit, erit quidem sapiens,
7 quia rei consulet, sed idem malus, quia fallet. rursus
si reperiat aliquem qui orichalcum se putet uendere,
cum sit illut aurum, aut plumbum, cum sit argentum,
tacebitne, ut id paruo emat, an indicabit, ut magno?
8 stultum plane uidetur malle magno. unde intellegi uole-
bat et eum qui sit iustus ac bonus stultum esse et eum qui
sapiens, malum, et tamen sine pernicie fieri posse ut sint ho-
9 mines paupertate contenti. transcendebat ergo ad maiora, in

EPITOME 12—19] c. 51, 4. 19—451, 16] c. 51, 5.
AUCTORES § 5—13] Cic. de rep. (III 19, 29 ss.).

B(G)RHSPV] 1 poterentur R^1HP^1, *corr.* R^2P^2 2 hoc est *om. P*, hoc est ḥọc ẽ *V* 3 et in egestate — iacendum *om. P* in egestate] necessitate *V, sed cf. Epit. 51,3* ad casas et egestatem reuertentur cum *BPV* tum omissis] commissis *H* 4 ueniebant *BH* 5 habe⌊a⌋t *(a in ras. ex 2 litt. m. 2) B* fugitiu⌜u⌝m *B* 6 so*lus *(l ? er.) B* perscribat *(pro- B^1) B^2* 7 fugitium *H* se seruum *codd. recent. et edd., cf. 5 et pag. 457, 21;* se *BRHV*, se S^1, ser⌜uũ⌝ S^2, *om. P* 9 profitebitur] profitebitur emptorem fugitiuum esse *P* fallit *BH* 10 uendit B^1, *corr.* B^3 11 celauit B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* celabit erit] celauerit *P* 12 rei] sibi *in ras. ex* rei *ut uid.* B^2 fallit *H* rursum *B* 13 repperiat *BRHP* oricalchum *H*, auricalcum *S*, orichalchum *P*, oricalcum *V* 14 illũ S^1, illud S^2 15 ut] aut *P* emãt *(t add. m. 2) S* an *om. P* 16 stultum — magno *in inf. mg.* P^2 uideatur *H* *a* M[a]gn[o] unde *incipit codicis G pag. 109 (51), cuius in uerss. 1—11 pleraque legi poterant* 17 et] ut *R, om. S* *uerba* et eum — stultum esse *bis, altera expunxit V* 18 tamen sine pernicie *om. P* et tamen — contenti *eicit Heumannus, sed cf. Epit. 51, 5* sed facile de damno est posse] potest *B*, [po]tes⟨t⟩ *G* 19 transcend⌜eb⌝at B^3

quibus nemo posset sine periculo uitae iustus esse. dicebat enim:
nempe iustitia est hominem non occidere, alienum
prorsus non attingere. quid ergo iustus faciet, si 10
forte naufragium fecerit et aliquis inbecillior uiribus
tabulam ceperit? nonne illum tabula deturbabit, ut
ipse conscendat eaque nixus euadat, maxime cum sit
nullus medio mari testis? si sapiens est, faciet: ipsi
enim pereundum est, nisi fecerit; si autem mori maluerit quam manus inferre alteri, iam iustus ille, sed
⟨idem⟩ stultus est, qui uitae suae non parcat, dum
parcit alienae. item si acie suorum fusa hostes in- 11
sequi coeperint, et iustus ille nanctus fuerit aliquem
saucium equo insidentem, eine parcet, ut ipse occidatur, an deiciet ex equo, ut ipse hostem possit effugere? quod si fecerit, sapiens, sed idem malus, si non
fecerit, iustus, sed idem stultus sit necesse est. ita 12
ergo iustitiam cum in duas partes diuisisset, alteram ciuilem esse dicens, alteram naturalem, utramque subuertit, quod illa ciuilis sapientia sit quidem, sed iustitia non sit, naturalis autem
illa iustitia sit quidem, sed non sit sapientia. arguta haec 13
plane ac uenenata sunt et quae Marcus Tullius non potuerit refellere. nam cum faciat Laelium Furio respondentem pro

EPITOME 20] c. 52, 1 acuta ista sane.

B(G)RHSPV] 1 posse⟨t⟩ P^2 iustus — nempe *om. R* dice⟨bat⟩ *B* 2 nempe (p *in ras. ex* r *? m. 3) B* iustitia* (m *er.) B,* iusti *H* 3 adtingere *HV* ergo *ex* enim P^2 4 naufrag*ũ *(u ? post* g *er.,* ũ *in ras. ex* a *? m. 2) B* fecerit *ex* faceret P^2 aliqui *P* inbeccillior *B* 5 tabula] tabulam *R* deturbauit *R* 7 ⟨in⟩ medio *Otto* faciet — pereundum est *om. R* 8 per eundem *V* 9 manus] malus B^1, *corr.* B^2 iam iustus *S,* iam non est iustus *B,* iam non iustus *RHPV;* iam uero iustus *edd.* 10 idem *addidi coll. 16; 456, 18; Epit. 51, 4. 5* est *om. R* parcet *P* 11 fulsa *(exp. m. 2) P* hostis *(i in ras. ex* e *m. 2) B,* ostes *H* 12 ceperint *(i ras. ex* e*) S* nacius *R,* na⟨c⟩tus S^2 fuerint *P* 14 deiciat *V* ostem *H* 17 alteram — alteram] unam ciuilem et alteram *R* 20 arguta] acuta *Epit. 52, 1* *ab* [Ha]ec plane *incipit codicis G pag. 110 (52), cuius in uerss. 1—8 pauca legi poterant* 21 plane (e *ex* a*) B;* sane *Epit. 52, 1* benenata *G,* uenetata *H*

iustitiaque dicentem, inrefutata haec tamquam foueam praetergressus est, ut uideatur idem Laelius non naturalem, quae in crimen stultitiae uenerat, sed illam ciuilem defendisse iustitiam, quam Furius sapientiam quidem esse concesserat, sed iniustam.
1 17. Quod ad praesentem disputationem pertinebat ostendi quomodo iustitia similitudinem stultitiae gerat, ut adpareat non sine causa decipi eos qui putant nostrae religionis homines stultos esse, qui talia facere uideantur qualia ille proposuit.
2 nunc maius a me exigi sentio, ut ostendam quare iustitiam deus stultitiae specie conuolutam ex oculis hominum uoluerit auferre, si prius Furio respondero, quia parum plene respondit Laelius. qui profecto licet sapiens fuerit, ut uocabatur, patrocinari tamen uerae iustitiae nullo modo poterat, quia caput
3 ipsum fontemque iustitiae non tenebat. nobis autem facilior est ista defensio, quibus caelesti beneficio familiaris est ac penitus nota iustitia quique illam non nomine, sed re nouimus.
4 nam Plato et Aristoteles honesta quidem uoluntate iustitiam defendere cupierunt effecissentque aliquid, si conatus eorum bonos, si eloquentiam, si uirtutem ingenii diuinarum quoque
5 rerum doctrina iuuisset. itaque opus illorum inane atque inutile iacuit nec cuiquam hominum persuadere potuerunt ut eorum praescripto uiueret, quia fundamentum a caelo disci-

EPITOME c. 17] c. 52, 1—5. 6] c. 52, 1. 9—453, 9] c. 52, 1 sed — possumus. 17—453, 1] c. 50, 5.
AUCTORES § 4] cf. Cic. de rep. III 8.

BRHSPV] 1 inrefutata haec tamquam (= *et* ‾ *m. 1 uel 2, sed nunc erasa)* ⸢foueam⸣ *(s. l. m. 3) B* in⸤re⸥futata S^2 2 in crimen] incrementum B^1, incrimentum B^3 3 stultitia⸢e⸣ *(e s. l. ex alia littera a m. 2 scripta corr. m. 3) B* 4 quam] quam quidem (quidem *post* sap. *non deest) H* quidem esse sapientiam *R* consenserat *H* iniustitiam *V* 6 iustititiä *(~ er.) V* stultitiae similitudinem *H* generat *R* adpareat *B*, appareat *cett.* 8 qu*alia *(i er.) H* 10 deum B^1, *corr.* B^2 speciem *B* conuol*tam (a *er.*, u *add. m. 2) V* 11 plane B^1, *corr.* B^3 12 fuerat B^1, *corr.* B^3 13 quia *V*, qui *cett.* 14 fontem qui *V* 16 quique] que B^1, qui *corr.* B^3 17 honest*e (a *er.) H* uoluntatem *P* 18 cupiuerunt *HS*, cupi⸢u⸣erunt P^2 ⸢ef⸣fecissentque B^3 si *om. H* 19 *post* uirtutem *s. l.* animi et B^3 20 iuuisset *(alt.* u *in ras. ex* ss ? *m. 2) B* 22 *an* ⟨ex⟩ eorum ? perscripto (-bto *R) RP* uiuerent *BH* a] e *B*

plina illa non habuit. nostrum opus certius sit necesse est, 6
quos deus docuit. illi enim depingebant uerbis et imaginabantur iustitiam quae in conspectu non erat, nec praesentibus
exemplis confirmare poterant quae adserebant. responderi 7
enim posset ab audientibus non posse ita uiui, sicut illi sua disputatione praescriberent, adeo ut nulli adhuc extiterint qui
id genus uitae sequerentur. nos autem non uerbis modo, sed 8
etiam exemplis ex uero petitis uera esse quae a nobis dicuntur
ostendimus. sensit igitur Carneades quae sit natura iustitiae, 9
nisi quod parum alte perspexit stultitiam [non] . . . esse: quamquam intellegere mihi uideor qua mente id fecerit. non enim uere existimauit eum stultum esse qui iustus est, sed cum sciret non esse et rationem tamen cur ita uideretur non conprehenderet, uoluit ostendere latere in abdito ueritatem, ut decretum disciplinae suae tueretur, cuius summa sententia est
nihil percipi posse. uideamus ergo utrumne iustitia foedus 10
aliquod habere cum stultitia possit. iustus inquit si aut ecum saucio aut tabulam naufrago non ademerit, ut
ipse animam suam liberet, stultus est. primum omnium 11
nego ullo modo fieri posse ut homini, qui quidem uere iustus

EPITOME 16–18] c. 52, 5.
AUCTORES 17] cf. supra c. 16, 10.

BRHSPV] 2 quod *BV* do*uit (l *er.*, c *add. m. 2) V* depingụebant *H* 3 non erat *bis, alt. expunxit V* 4 adserebant *HV*, auferebant *B*¹, adferebant (aff- *RS) B³RSP* 5 possit *H* sicut] quemadmodum *R* 6 adō (~ *er.) V* athuc *B* qu'i'id *B*², quid *R*, quiḍ id *(exp. m. 2) P* 7 sequere'n'tur *B*² modo uerbis *SP*, sed etiam *bis, alt. eras. S* 8 uero] uro *(i. e.* uestro*) S* 10 quo'd'pa'r'um *P*² paruum *H* a te *H*, alta *S*, alt *(i. e.* alter*) P* prospexit *S; intercidisse* dicens *uel sim. aut ante* esse *(fort. uoce* non *ab interpolatore superscripta expulsum) aut post secutus Schoellium et Thilonem statui maxime propter* fecerit *11; an* perspi⟨ciens di⟩xit? stultitia *B* non *eieci Heumannum* eam *pro* non *scribentem secutus* est *B* quamquam] quam *B* 12 uere *om. B* existimauẹrit *V* eum] eum uero *B* est sed] esset *BH* 13 et *eras. B* rationē (~ *m. 2) S* tamen *om. B* ita *in mg. m. 1 uel 2 S* uideatur *B* conprehendere *B* 14 ⌊u⌋oluit *B*² latere *om. P* 16 posse percipi *H* ergo** *B* 17 aliquit *B*, aliquid *H* 18 ecum *R*, *eq'u'um (a *er.*, u *add. m. 2) B*, cum *HV*, ẹquum *S*, equum *ex* euuum *P* tabula *R* naufrag*o (i *er.) B*, naufrag⌊o⌋ *S*² 19 suam *om. R* 20 nullo *H*

sit, eiusmodi casus eueniat, quia iustus neque cuiquam nato
12 inimicus est neque quicquam omnino adpetit alienum. cur enim nauiget aut quid petat ex aliena terra cui sufficiat sua? cur autem belligeret ac se alienis furoribus misceat in cuius
13 animo pax cum hominibus perpetua uersetur? scilicet peregrinis mercibus aut humano sanguine delectabitur qui nec lucrum sciat adpetere, cui sufficiat uictus, et non modo ipse caedem facere, sed interesse facientibus ac spectare ducat nefas. sed omitto ista, quoniam fieri potest ut uel inuitus ad haec
14 subeunda cogatur. adeone ergo iustitiam, o Furi uel potius o Carneade, cuius est illa omnis oratio, tam inanem, tam superuacuam tamque contemptam deo putas, ut nihil possit nihilque
15 habeat in sese quod ad custodiam sui ualeat? sed uidelicet qui sacramentum hominis ignorant ideoque ad hanc temporalem uitam referunt omnia, quanta sit uis iustitiae scire non
16 possunt. nam et cum de uirtute disputant, quamuis intellegant aerumnis ac miseriis esse plenissimam, tamen expetendam esse aiunt sua causa: eius enim praemia, quae sunt aeterna et inmortalia, nullo modo uident. sic rebus omnibus ad hanc praesentem uitam relatis uirtutem plane ad stultitiam redigunt, siquidem tantos huius uitae labores frustra et inaniter suscipit.
17 sed haec alio loco plenius, interim de iustitia, ut coepimus: cuius tanta uis est, ut cum oculos in caelum sustulerit, a deo
18 mereatur omnia. recte igitur Flaccus tantam esse dixit innocentiae uim, ut ad tutelam sui non egeat nec armis nec uiribus, quacumque iter fecerit:

22 alio loco] c. 18, 4 ss.

B(G)RHSPV] 1 sit] s *sic R* 2 iniquus *P* ne *P* 3 sufficiat *scripsi,* sufficit *C* 4 belligeræt *P,* a *expunx. P*[2] 5 uers⌊a⌋tur *S*[2] 6 ne* *(c er.) B* ne plucrum *H* 7 sufficiat *H,* sufficit *cett.* 8 ac] ab *R* a⌊cs⌋pecta⌊re⌋ *S*[2] 10 a dõ · Ne *V* ergo] igitur *P* õ *P,* ó *V* furii *RPV* õ *P,* ó *V* 11 carneadae *R,* carneades *V* 12 putas] putas esse *R* 13 sese* *(d er.) B* ad *om. P* 14 qui] quia *BH* 15 reperunt *B*[1], *corr. B*[2] et quanta *RS* 17 tam *R* 19 *hinc fere incepit codicis G pag. 111 (173), cuius in uerss. 24. 25. 31 perpauca legi poterant* 20 relati *B* uirtute *H* sane *H* 21 siquid *H* 22 loco *om. R* 23 est] ⌊ẽ⌋ *S*[2] 24 innocenti⌊ę⌋ *S*[2] 25 uis *S*[1] suam sui *V* uirtutibus *H*

integer uitae scelerisque purus
non eget Mauris iaculis nec arcu
nec uenenatis grauida sagittis,
    Fusce, pharetra,
siue per Syrtis iter aestuosas
siue facturus per inhospitalem
Caucasum uel quae loca fabulosus
    lambit Hydaspes.

non potest ergo fieri quin hominem iustum inter discrimina 19
tempestatum atque bellorum caelestis tutela custodiat ac non,
etiamsi cum parricidis et nocentibus nauiget, aut malis quoque
parcatur, ut una iusta et innocens anima liberetur, aut certe
pereuntibus ceteris sola seruetur. sed concedamus posse fieri 20
quod proponit philosophus: quid ergo iustus faciet, si nactus
fuerit aut in equo saucium aut in tabula naufragum? non in-
uitus confiteor: morietur potius quam occidat. nec ideo tamen 21
iustitia, quod est singulare hominis bonum, stultitiae nomen
accipiet. quid enim melius, quid carius esse homini debet
quam innocentia? quae utique tanto perfectior sit necesse est,
quanto illam perduxeris ad extremum morique malueris, ne
quid de innocentiae ratione minuatur. stultitia est inquit 22

EPITOME 14—456, 1] c. 52, 5. 18 s. (innocentia)] cf. c. 55, 4.
AUCTORES 1 ss.] carm. I 22, 1 ss. 21 s.] cf. supra c. 16, 10.

B(G)RHSPV] 1 integra* *(s er.) B*, interger *H* puras *B*¹, pura *B*² 2 egeat *H* iaculis' *('est distinctio) B* artu *V* 4 Fusce] fuisse *B*, fugare *R*, fuscae *H* p'h'aretra' *(h m. 2) B*, faretra *cett.* 5 syrtes *P* aestuosas' *B* 6 si'u'e' *B*² inhospitalẽ *(ẽ in ras. ex 3 uel 4 litt. m. 2) S*, inhospitalem *(h ex d) P* 7 caucasum' *B* uelqu'a'e *B*², uel quẽ *S* fabulo$^{s}_{a}$ *(s et a m. 2) S* 8 labitti *B*¹, lãbit** *B*², ambit *H* lambithy daspes *V* hidaspes *S* 10 caelestes *P* 11 parricid*is *B* 12 pascatur *B*¹, *corr. B*³, paccatur *V* anima et innocens *S* 13 solus's'eruetur *B*² 14 e'r'go *S*² nactus *BRH*, nanctus *PV*, na'c'tus *S*² 15 aequo *B*^{ar}*H*^{ar}*P* 16 occidat *B*, occidet *cett.* tamen *om. B* 17 iustitia* *(m er.) B* singulari *B*¹, *corr. B*² homini's' *B*³, hominib: *H* 18 *hinc fere incepit codicis G pag. 112 (174), in qua nihil legi poterat* 19 quae *(e add. m. 3) B* 'tanto' *B*³ sit] est *B*¹, *corr. B*³ *post* est *s. l.* dici *add. B*², *sed nunc erasum* 20 ˌquantoˌillam *B*³ perduxerit *HP*¹, t *in* s *corr. P*² nequit *B* 21 muniatur *V*^{ac}

alienae animae parcere cum pernicie suae. num etiam pro amicitia perire stultum iudicabis? quid ergo illi familiares Pythagorei laudantur a uobis, quorum alter se tyranno uadem mortis pro altero dedit, alter ad praestitutum tempus, cum iam sponsor eius duceretur, praesentiam sui fecit eumque interuentu suo liberauit? quorum uirtus in tanta gloria non haberetur, quod alter pro amico, alter etiam pro fide mori uoluit,
23 si stulti putarentur. denique ob hanc ipsam uirtutem tyrannus iis gratiam rettulit utrumque seruando et hominis crudelissimi natura mutata est. quin etiam deprecatus esse dicitur ut se tertium in amicitiam reciperent, non utique tamquam stultos,
24 sed tamquam bonos et sapientes uiros. itaque non uideo quare, cum pro amicitia et fide mori summa gloria conputetur, non etiam pro innocentia perire sit homini gloriosum. ergo stultissimi sunt qui nobis crimini dant mori uelle pro deo, cum ipsi eum qui pro homine mori uoluit, in caelum summis laudi-
25 bus tollant. denique, ut concludam disputationem, non posse eundem iustum esse ac stultum, eundem sapientem et iniustum docet ipsa ratio. qui enim stultus est, quid sit iustum ac bonum nescit et ideo semper peccat. ducitur enim quasi captiuus a uitiis nec resistere ullo modo potest, quia caret uirtute, quam nescit.
26 iustus autem ab omni se peccato abstinet, quod aliter facere non potest quam si habeat recti prauique notitiam. rectum

EPITOME 17—458, 8] c. 52, 1—4.
AUCTORES 1—11] cf. Valer. Max. IV 7, ext. 1.

BRHSP(—2)V] 1 perniciae *B*, parniciae *R*, pernitiae *PV* sua *RH* num] siue *S* 2 amicitia] amico ita *R* iudicabit *V*, iudicabitur *edd.* *ab* amicitia peri *codex P in eadem pagina statim transilit ad uerba c. 20, 12* etiam mimos agi 3 pyphagorę *H*, spythagorei *V* 4 mortis] ⸢de⸣ mortis ⸢in̄⸣ S^2 alter] ad *ut uid.* S^1, a⸤lt̃⸥ *(i. e.* alter*)* S^2 praestitutum] praestitit utrum *H* 5 praestantiam *V* 6 habetur *R* 7 quod] cum *V edd.* maluit *H* 8 ipsā uirtutē *(duo* ~ *m. 2) S* 9 iis *R*, his *BSH*, is *V* retulit *SV* utramque *H* seruuando *H* credelissimi V^{ac} 10 qui *R* 14 homini sit *B* 15 stultissimi sunt] stultissimi' *(i. e.* -mis*) S* crimina RV^{ac} cum] qui *S* 16 uoluit mori *V* laudant tollant *R* 18 iustum — sapientem *om. V* iustum] sapientem *R* eundemque *S* sapientem et iniustum] insipientem et iustum *R* 19 qui] quis *R* quit *B*, qui quid *R* 22 om*ni *(i er.) V* 23 non] numquam *H* quam si] nisi *H*

autem discernere a prauo quis potest nisi sapiens? ita fit ut
numquam possit iustus esse qui stultus est, neque sapiens qui
fuerit iniustus. quod si est uerissimum, manifestum est eum 27
qui aut naufrago tabulam aut ecum saucio non ademerit
stultum non esse, quia haec facere peccatum est, a quo se
sapiens abstinet. uideri tamen et ipse confiteor per hominum 28
errorem ignorantium cuiusque rei proprietatem. itaque omnis
haec quaestio non tam argumentis quam definitione dissoluitur.
stultitia igitur est in factis dictisque per ignorantiam recti ac 29
boni erratio. ergo stultus non est qui ne sibi quidem parcit,
dum ne noceat alteri, quod est malum. quod quidem nobis et
ratio et ueritas ipsa praescribit. in omnibus enim uidemus 30
animalibus, quia sapientia carent, conciliatricem sui esse naturam. nocent igitur aliis, ut sibi prosint: nesciunt enim quia
malum est nocere. homo uero quia scientiam boni ac mali 31
habet, abstinet se a nocendo etiam cum incommodo suo, quod
animal inrationale facere non potest, et ideo inter summas hominis uirtutes innocentia numeratur. quibus rebus apparet sapientissimum esse qui mauult perire ne noceat, ut id officium quo
a mutis discernitur seruet. nam qui uendentis errorem non 32
redarguit, ut aurum paruo emat, aut qui non profitetur fugitiuum seruum uel pestilentem se domum uendere lucro et commodo suo consulens, non est ille sapiens, ut Carneades uideri
uolebat, sed callidus et astutus. calliditas autem et astutia in 33
mutis quoque animalibus sunt, uel cum insidiantur aliis et dolo
capiunt, ut deuorent, uel cum insidias aliorum uario genere delu-

EPITOME 17 s. (innocentia)] c. 55, 4.

BRHSV] 2 esse iustus *S* 4 naufrag∗o *(*i *er.) B* ecum *RV,* eq⌜u⌝um B^2, ∗equum *(*a *er.) H,* equum *S* sauciato *H* 7 omnis *om. S* 9 igitur] ergo *B* f⌞ac⌟tis B^3 uictisque B^1, *corr.* B^3, dictisque omnibus *R* 10 ⌞er⌟ratio B^3, erratior *H* parcit — quod quidem *om. V* 11 dummodo ne *H* 12 p⌜e⌝r∗-scribit *ex* prescribit B^3, perscribit *R* 13 consiliatricem *B* 15 uero] enim *H* qui *BH* 16 nocencendo *R* incommodo] in modo *S* 18 numeraratur *R* 19 mauul⌜t⌝ H^2 20 multis $B^{ar}H$ errore *H* 22 se seruum *H* uel] aut *B* se *hic om. H* uero B^1, ⌜l⌝ucro B^3 24 astutia∗ *(*s *er.) H* 25 quoque] quidem *B* 26 ⌜ut⌝ V^2 insidia *H* deludunt *(*e *ex* i *m. 2) R*

34 dunt, sapientia uero in hominem solum cadit. sapientia est
enim intellegentia uel ad bonum rectumque faciendum uel ad
abstinentiam dictorum factorumque inproborum. lucro autem
numquam sapiens studet, quia bona haec terrena contemnit, nec
quemquam falli patitur, quia boni uiri officium est errores
hominum corrigere eosque in uiam reducere, siquidem socialis
est hominis ac benefica natura, quo solo cognationem cum
deo habet.

1 18. Sed nimirum haec causa efficit ut stultus esse uideatur
qui egere aut mori malit quam noceat uel eripiat aliquid
alteri, quod hominem morte deleri putant. ex qua persua-
sione omnes cum uulgi tum etiam philosophorum nascuntur
2 errores. si enim post mortem nihil sumus, profecto stultis-
simi est hominis non huic uitae consulere, ut sit quam diutina
3 et commodis omnibus plena. quod qui faciet, a iustitiae
regula discedat necesse est. si autem superest homini uita
melior et longior, quod et philosophorum magnorum argumentis
et uatum responsis et prophetarum diuinis uocibus discimus,
hanc praesentem cum bonis suis contemnere sapientis est,
4 cuius omnis iactura inmortalitate pensatur. aput Ciceronem
idem ille iustitiae defensor Laelius uult inquit paene uirtus
honorem nec est uirtutis ulla alia merces. est plane
et quidem uirtute dignissima, quam tu, Laeli, numquam poteras

EPITOME 9—20] c. 52, 6 s.

AUCTORES § 4—8] de rep. (III 28, 40).

EXPILATORES § 2 s.] Lucifer pag. 302, 6—15.

BRHSV] 1 hominẽ *(˜ m. 2) V* 2 faciendum *om. S* ad *om. H, s. l. V m. 1 uel 2* 3 abstinentia *H* 5 falli patitur] fallit potius *H* 6 reḍducere *H* 10 quia *B* mori *bis R* 11 putent *B* 12 tum *(ante* uulgi*)*, t *ex* c *m. 2 S* 14 est] esset B^1, *corr.* B^3, *om. V* diuturna *R*, diutina *etiam Lucifer pag. 302, 9* 15 quod] quodsi *S* 17 longior] longiore longiorẽ *H* 18 uatum] tantis uatum *B* 19 cum bonis suis *Lucifer 302,13* 20 ⌊iac⌋tura B^3 mortalitate B^1, immortalitate B^3, immortalitatẽ S^1, ˜ *del.* S^2 21 Uu'l't *H*, uult *(*t *postea add. m. 1) S* paene] poena et *B*; plane *H edd., sed fort. e proximo* est plane *ortum est* 22 nec est *om. R*, necesse est *H* illa *R* 23 et *om. B* tute *H* quamtu¦læ linũ quã poteras *(lineolas ante* l *add. et* l *ras. ex* c *uel* t *corr. m. 2) V*

suspicari: nihil enim diuinarum noueras litterarum. quam
tamen illa inquit accipit facile, exigit non acerbe.
erras uehementer, si putas ab homine praemium solui posse
uirtuti, cum ipse alio loco uerissime dixeris: huic tu uiro
quas diuitias obicies? quae imperia? quae regna? qui
ista putat humana, sua bona diuina iudicat. quis ergo 5
te sapientem, Laeli, putet, cum ipse tibi loquare contraria et
paulo post uirtuti adimas quae dedisti? sed uidelicet ignorantia
ueri facit incertam labantemque sententiam. deinde quid ad- 6
iungis? sed si aut ingrati uniuersi aut inuidi multi
aut inimici potentes suis uirtutem praemiis spoliant,
— o quam fragilem, quam inanem uirtutem induxisti, si spoliari 7
praemio suo potest! quae si bona sua diuina iudicat, ut
aiebas, qui possunt existere tam ingrati, tam inuidi, tam po-
tentes, qui uirtutem spoliare ualeant iis bonis quae fuerint in
eam conlata diuinitus? — ne illa se inquit multis sola- 8
ciis oblectat maximeque suo decore se ipsa sustentat.
quibus solaciis? quo decore? cum in crimen saepe ueniat et
in poenam decor ille uertatur. quid enim, si, ut Furius dice- 9
bat, rapiatur uexetur exterminetur egeat, auferantur
ei manus, effodiantur oculi, damnetur uinciatur ura-

EPITOME 16—460, 20. 461, 8—12] c. 52, 7—9.
AUCTORES 19 ss.] cf. supra c. 12, 5.
EXPILATORES 15 s.] Lucifer pag. 303, 8 s. 20—460, 1] idem pag. 303, 9—11.

B(—12)RHSV] 2 accipiat *S*, accepit *V* 3 posse *om. V* 4 uirtute *RH* 6 quis *V* 7 te *om. R* laelii sapientem *R* sapientissimum *B* cum *om. H* 8 quã *H* 9 labentemque *(sed pr.* e *ex* a *ut uid. m. 3 B) BH* sententiam] faciam *R* quod *V* adiunges *H* 10 ingrati] ignorant *B*[1], *corr. B*[3] 11 a***ut *(*lii *er.) B* inimi⌜ci⌝ *B*[2] 12 quam** *(ante* inanem*) B* a quam** *codex B in eadem pagina transilit ad pag. 460, 23* catur et si filius, *partem quae intercidit in mg. super. et inf. add. man. 3; cuius partis scripturae discrepantes ut nullius momenti in conlatione non descriptae sunt* si spoliari] ispoliari *H* 14 aiebat *R* existere] exi *S* 15 uirtute *H* iis *R*, his *HSV Lucifer pag. 303, 9* 16 ⌜se⌝ *V* inquit] quidem *H* 17 sustentat* *S* 18 quo] quę *S* 19 poenam] poenam saepe *R* 20 uexetur rapiatur *supra pag. 437, 17, sed cf. Lucifer. pag. 303, 9* rapis nos, uexas *(sic pro* negas *scribendum)* exterminetur uexetur *R*

tur, miseris etiam modis necetur, perdetne suum prae-
mium uirtus aut potius peribit ipsa? minime, sed et mercedem
10 suam deo iudice accipiet et uiuet ac semper uigebit. quae
si tollas, nihil potest in uita hominum tam inutile, tam stultum
uideri esse quam uirtus: cuius naturalis bonitas et honestas
docere nos potest animam non esse mortalem diuinumque illi
11 a deo praemium constitutum. sed idcirco uirtutem ipsam
deus sub persona stultitiae uoluit esse celatam, ut mysterium
ueritatis ac religionis suae esset arcanum, ut has religiones sa-
pientiamque terrenam extollentem se altius sibique multum
placentem uanitatis errorisque damnaret, ut proposita denique
difficultate angustissimus trames ad immortalitatis praemium
sublime perduceret.
12 Docui, ut opinor, cur populus noster aput stultos stultus
habeatur. nam cruciari atque interfici malle quam tura tribus
digitis conprehensa in focum iacere tam ineptum uidetur quam
in periculo uitae alterius animam magis curare quam suam.
13 nesciunt enim quantum sit nefas adorare aliud praeterquam
deum, qui condidit caelum atque terram, qui humanum genus
14 finxit inspirauit luce donauit. quodsi seruorum nequissimus
habetur qui dominum suum fuga deseruit isque uerberibus et
uinculis et ergastulo et cruce et omni malo dignissimus iudi-
catur, et si filius eodem modo perditus atque inpius existimatur
qui patrem suum dereliquit ne illi obsequatur, ob eamque cau-

EPITOME 20—461, 12] c. 51, 1 (quam deum — obtemperare); 54, 4.
EXPILATORES 11—13] Lucifer pag. 303, 14 s.

B(a 23)RHSV] 2 aut *C*, an *edd.* 4 potest] potest esse *R* (*tamen* esse *post* uideri *repetit*) 6 animam] om̃ia *S* 10 altus *S* 11 damnaret — denique *om. R* damnare *H* 12 angustissimos tramites *H*; per angustissimos (nos *add. Heumannus*) tramites *edd.*, *sed* angustissimus trames *etiam Lucifer pag. 303, 14* ad id mortalitatis *H* 13 sublimiter duceret *fort. Lucifer pag. 303, 15 legit* 14 docui* (t *er.*) *H* opin*or (i *er.*) *V* apud *HSV* 15 habebatur *H* mallet *H*, *om. S* 16 iactare *H* 19 qui (*ante* humanum) *ras. ex* quã *S* 20 fixit *S* lucem *H* 21 deseruit *R*, deserit *HSV* 22 et omni *HS*, omni *R*, omnique *V* 23 *a* catur et si filius *continuatur* B^1, *cf. ad pag. 459, 12* si *om. H* 24 dereliquit *V*, derelinquit *H*, derelinquit (-id *S*) *RS*

sam dignus putatur qui sit exheres et cuius nomen in perpe-
tuum de familia deleatur, quanto magis qui deum deserit, in
quem duo uocabula domini et patris aeque ueneranda conue-
niunt? nam ille qui seruum pretio conparat, quid in eum 15
beneficii confert praeter alimenta, quae illi utilitatis suae gratia
subministrat? et qui filium generat, non habet in potestate
ut concipiatur, ut nascatur, ut uiuat: unde apparet non esse
illum patrem, sed tantummodo generandi ministrum. quibus 16
ergo suppliciis dignus est desertor eius qui et dominus uerus
et pater est, nisi quae deus ipse constituit, qui spiritibus in-
iustis aeternum parauit ignem, quod ipse per uates suos inpiis
ac rebellibus comminatur?

19. Discant igitur et suarum et alienarum interfectores ani- 1
marum quam inexpiabile facinus admittant, primum quod se
ipsos iugulant perditissimis daemonibus seruiendo, quos deus
in aeterna supplicia damnauit, deinde quod nec ab aliis deum
coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera sacra conten-
dunt nituntur que summa diligentia ne qua sit anima incolumis
in terra quae saluo statu suo spectet in caelum. quid aliut 2
dicam quam miseros qui praedonum suorum instigationibus
parent, quos deos esse opinantur? quorum neque condicionem
neque originem neque nomina neque rationem sciunt, sed in-
haerente persuasione uulgari libenter errant et stultitiae suae
fauent. a quibus si persuasionis eius rationem requiras, nul- 3

EPITOME c. 19, 1—24] c. 48. 24—462, 10] c. 50, 1 s.

EXPILATORES § 2] Lucifer 303, 31—304, 2.

BRHSV] 5 beneficium *ut uid.* B[1], *corr.* B[3] 6 sumministrat *R* *an* num — uiuat? *scribendum?* 10 quae *om.* B[1], deūs ipse ⌜qūae⌝ *corr.* B[3], quẽ (~ *m. 2) S* spiri**libus (ta *er.*, t *add. m. 2) V* 11 uatos *V* 16 aeter-na* (m *er.) H* subplicia *H* damnabit *H* 17 aduertere *R* 18 nitun-turqu*e (a *er.) B* incolomis *HV* 19 quae (ae *in ras. ex 1 litt. m. 3) B,* q (*i. e.* qui) *S* salua *V* 21 *an* pareant? *cf. Lucifer. pag. 303, 31* quid aliud dicam quam miserum qui — pareas deosese (*tert.* e *ex* i?) sopi-nantur *sic V* opinatur *H* 22 rationes *B* herente *B, sed* inhaerente cordi tuo persuasione tua sacrilega *Lucifer pag. 304, 1* 23 errent *R* 24 a**quibus (li *er.) B* si] qui si *H, om. S* nulla *B*

lam possint reddere, sed ad maiorum iudicia confugiant, quod
illi sapientes fuerint, illi probauerint, illi scierint quid esset
optimum, seque ipsos sensibus spoliant, ratione abdicant, dum
4 alienis erroribus credunt. sic implicati rerum omnium igno-
rantia nec se nec deos suos norunt. atque utinam soli errare,
soli desipere uellent! alios etiam in consortium mali sui ra-
5 piunt quasi habituri solacium de perditione multorum. sed
haec ipsa ignoratio efficit ut in persequendis sapientibus tam
mali sint fingantque se illis consulere, illos ad bonam mentem
6 uelle reuocare. num igitur hoc sermone aut aliqua ratione
reddita facere nituntur? minime, sed ui atque tormentis.
o mira et caeca dementia! in iis putatur mala mens esse qui
7 fidem seruare conantur, in carnificibus autem bona! in iisne
mala mens est qui contra ius humanitatis, contra fas omne
lacerantur, an potius in iis qui ea faciunt in corporibus inno-
centium, quae nec saeuissimi latrones nec iratissimi hostes nec
immanissimi barbari aliquando fecerunt? adeone etiam sibi
mentiuntur, ut uicissim boni ac mali nomina transferant et in-
8 mutent? quid ergo non diem noctem uocant, solem tenebras?
alioquin eadem inpudentia est bonis malorum nomen imponere,
sapientibus stultorum, iustis inpiorum: quin immo si qua illis

EPITOME 10 s.] c. 48, 6. 12—20] c. 48, 7; 49, 6 s. (et ⟨dum⟩ hanc aduersus eqs.); 52, 1. 13—21] c. 50, 4.

EXPILATORES 5 s. (atque — rapiunt)] Lucifer pag. 304, 3—5.

BRHSV] 1 possunt *H* malorum B^3 (maiorum B^1) *S* confugiunt HV^{pc}, *alt.* u *ex* a V^1 3 ratione͂ addicant *S* 4 implicanti *S* 6 desipere (i *ras. ex* u) *H* *supra* etiam *uox erasa, V* consortio SV^{ac} nos etiam in consortium malorum tuorum rapere conaris *Lucifer pag. 304, 4* 8 ignorantia *V edd. conl. 4* 9 fingantque *S*, finguntque *cett.* se⌜i⌝llis B^2 10 nã *S* 11 sed ui] sedi *V* 12 iis *edd.*, his *C; an* iisne*?* 13 in (*ante* carnificibus) *om. B* in (*ante* iisne) *om. B* iisne *edd.*, hisne *C* 14 contra ius] contrarius *V* *alt.* contra] qui contra *R* 15 an** (ti*? er.*) *V* iis *edd.*, his *C* 16 nec (*ante* immanissimi) *om. R* 17 adeone] odio nec *B*, adõne* (c*? er.*) *V* 18 uicissim] licessint B^1, *in ras. corr.* B^3 ac] aut *B* transferat *R* 19 uiderediemnon B^1, ṅoṅ B^2, ⌜q⌝uiderg⌜o non⌝ diemṅoṅ B^3 tenebras] tenebras noctem B^1, *post* noctem *s. l.* diem *add.* B^2, noctem *expunx. et* diem *eras.* B^3 20 alioquin eadem *om. R* no͵men B^2 21 inpiorum] inferiorum B^1, *corr.* B^2

fiducia est uel in philosophia uel in eloquentia, arment se ac
refellant haec nostra, si possunt, congrediantur comminus et
singula quaeque discutiant. decet eos suscipere defensionem 9
deorum suorum, ne si nostra inualuerint, ut cottidie inualescunt, cum delubris ac ludibriis suis deserantur. et quoniam
ui nihil possunt — augetur enim religio dei quanto magis
premitur —, oratione potius et hortamentis agant. procedant 10
in medium pontifices seu minores seu maximi, flamines augures, item reges sacrificuli quique sunt sacerdotes et antistites religionum, conuocent nos ad contionem, cohortentur ad suscipiendos cultus deorum, persuadeant multos esse quorum numine ac prouidentia regantur omnia, ostendant origines et initia sacrorum ac deorum quomodo sint mortalibus tradita, qui fons, quae ratio sit explicent, proferant quae merces in cultu, quae poena in contemptu maneat, quare ab hominibus coli se uelint, quid illis, si beati sunt, humana pietas conferat: quae omnia non adseueratione propria — nec enim ualet quicquam mortalis hominis auctoritas — sed diuinis aliquibus testimoniis confirment, sicuti nos facimus. non est opus ui et iniuria, quia 11
religio cogi non potest, uerbis potius quam uerberibus res agenda est, ut sit uoluntas. destringant aciem ingeniorum suorum: si ratio eorum uera est, adseratur. parati sumus

EPITOME 19—21] c. 48, c. 7 (uerbis, sed uerberibus); c. 49, 1 s.

AUCTORES 20] cf. Tertull. ad Scap. c. 2 (I pag. 540): sed nec religionis est cogere religionem.

BRHSV] 1 in *(ante* eloquentia) *om. H* se ac — possunt] se ac malosofia uelin eloquentia si possunt *sic R* 2 cominus *S* 4 deorum *om. H* ne] ni *B* inualueri⌈n⌉t B^3 5 suis ac ludibriis *H* *a*c (h *et* e *er.) B* suis *(pr.* s *add. m. 2) S* ⌊et⌋ B^3 6 ui *om.* B^1, sui *s. l.* B^3 7 ratione *H edd.* ⌈h⌉ortamentis B^3 uacant B^1, *agant B^3 precedant *H,* procedunt *V* 8 seu] eũ S^1, eo⁗ *(i. e.* -rum) S^2 minoris *V* augeres *V* 9 reges] res *H,* regres *(exp. m. 2) V* sacrificuli *edd.,* sacrifi***coli (cio *er.) B,* sacrificoli *RHS,* sacricoli *V* sunt] s̃ *eras. S* antistites *(pr.* i *ras. ex* e) *H* 10 reuocent *R* co⌈h⌉ortentur (h *m. 2)* nos *B* 11 nomine *H* 13 si⌈n⌉t B^2 14 ratio] origo *R* poenam, *sed* m *del. R* 15 uellint *H* 16 illi B^1 *(corr.* B^2*) R* non *om. S* 17 uale*t (n *er.) B* quid****quam (quem *er.) B* mortales homines B^1, *corr.* B^2 21 uolun*tas (p *er.) B; an* uoluntaria *(cf. pag. 465, 20; Epit. 49, 2)?* uolunta⟨ti⟩s *Hartelius; cf. Buenemannum* distringant *B*

audire, si doceant: tacentibus certe nihil credimus, sicut ne
12 saeuientibus quidem cedimus. imitentur nos, ut rationem
rei totius exponant: nos enim non inlicimus, ut ipsi obiectant,
13 sed docemus probamus ostendimus. itaque nemo a nobis
retinetur inuitus — inutilis est enim deo qui deuotione ac fide
14 caret — et tam nemo discedit ipsa ueritate retinente. doceant
isti hoc modo, si qua illis fiducia ueritatis est, loquantur hiscant, audeant inquam disputare nobiscum aliquid eiusmodi:
iam profecto ab aniculis quas contemnunt et a pueris nostra-
15 tibus error illorum ac stultitia ridebitur. cum enim sint
peritissimi deorumque progeniem et res gestas et imperia et
interitus et sepulcra de libris nouerint ipsosque ritus quibus
sunt initiati uel ex rebus gestis hominum uel ex casibus uel
etiam ex mortibus natos sciant, incredibilis dementia est deos
putare quos fuisse mortales negare non audeant: uel si tam
inpudentes fuerint ut negent, suae illos ac suorum litterae
16 coarguant, ipsa denique illos sacrorum initia conuincant. sciant
igitur ex hoc ipso quantum intersit inter uerum atque falsum, quando ipsi cum sint eloquentes, persuadere non possunt,
inperiti ac rudes possunt, quia res ipsa et ueritas loquitur.
17 quid ergo saeuiunt? ut stultitiam suam dum minuere uolunt
augeant. longe diuersa sunt carnificina et pietas nec potest

EPITOME 22 s.] c. 49, 6 (carnificinam — pios).
EXPILATORES § 16] Lucifer pag. 306, 15—22.

B(G)RHSV] 2 credimus *V* 3 totius rei *H*, rei · p · totius *S* inligimus *V* oblectant *R* 4 *post* itaque *s. l.* neq, *S*[2] 6 retineredocuisti *ut uid.* *B*[1], retinentedoceant⌜isti⌝ *B*[3] 7 uerita⌜ti⌝s *B*[2] discant *BH*, ⌞d⌟iscant *R*[2] 10 stultitia] iustitia *R* sint *om. H* *hinc fere incepit codicis G pag. 113 (175), in qua nihil legi poterat* 11 progenie *H* 12 nouerunt *B* ritus] hiatus *ut uid. B*[1], *in ras. corr. B*[3] 13 inhiati *B*[1], *corr. B*[3] 14 moribus *BV* amentia *R* 15 tamen *B* 16 inprudentes *B* 17 coarguent *H* conuincent *H* 18 ex] uel ex *RS edd., sed cf. Lucifer. pag. 306, 15* scias itaque ex hoc ipso *et supra pag. 417,21; 438,21; 439,15* hoc *om. B* atque] et *HV*, *sed cf. Lucifer.* quantum intersit inter uerum atque falsum 19 *an* ⟨tamen⟩ persuadere *ex Lucifero?* no*n (s̊ *er.*) *B* 20 inperiti ac rudes possunt *in inf. mg. B*[3] et] ac *H*, *sed cf. Lucifer.* *an fort.* locuntur *ex* loquantur *Luciferi?* 21 ⌜ut⌝ *B*[3] stultitiaquando *B*[1], stultitiaquamdu⌜m⌝ *corr. et supra* aqu *litteras aliquas nunc erasas add. B*[2], stultitia⌜m⌝suamdu⌜m⌝ *B*[3] uoluerunt *B*[1](*corr. B*[3]) *H* 22 audeant *B*[1], *corr. B*[3] carnifices*et *ex* carnificesnec *B*[1], carnificinaet *B*[3]

aut ueritas cum ui aut iustitia cum crudelitate coniungi. sed 18
merito non audent de rebus quicquam docere diuinis, ne et a
nostris derideantur et a suis deserantur. nam fere uulgus, 19
cui simplex incorruptumque iudicium est, si mysteria illa co-
gnoscat in memoriam mortuorum constituta, damnabit aliutque
uerius quod colat quaeret. hinc fida silentia sacris insti-
tuta sunt ab hominibus callidis, ne sciat populus quid colat.
cum autem nos in eorum doctrinis uersemur, cur nobis aut non 20
credunt, qui utrumque nouimus, aut inuident, quia falsis uera
praetulimus? 'sed defendenda sunt' inquiunt 'suscepta publice
sacra.' o quam honesta uoluntate miseri errant! sentiunt 21
enim nihil esse in rebus humanis religione praestantius eam-
que summa ui oportere defendi, sed ut in ipsa religione sic
in defensionis genere falluntur. defendenda enim religio est 22
non occidendo sed moriendo, non saeuitia sed patientia, non
scelere sed fide: illa enim malorum sunt, haec bonorum, et
necesse est bonum in religione uersari, non malum. nam si 23
sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere uelis, iam
non defendetur illa, sed polluetur atque uiolabitur. nihil est
enim tam uoluntarium quam religio, in qua si animus sacrifi-
cantis auersus est, iam sublata, iam nulla est. recta igitur 24

EPITOME 10] c. 48, 1. 14—21] c. 48, 6 (si diis eqs.). 19—21] c. 49, 2.
AUCTORES 6] Verg. Aen. III 112.
EXPILATORES 11—15 (o quam — moriendo)] Lucifer pag. 307, 15—19.

B(G)RHSV] 1 credelitate *V* coniugi *V* 2 et — et] aut — aut *R* 3 diserentur *H*, deserant *V* fere *ex* fuera *ut uid.* B^3 euulgus *B* 4 incorruptum⸢que⸣ B^2 cumiseria B^1, cũmiseriã B^2, simy⸢st⸣eria B^3 cognoscant B^1, *alt.* n *del.* B^3 5 memoriam *S*, memoria *cett.* damnauit B^1 *(corr.* B^2*)* *S* 6 quaerit *B* sacrisin**sti//// (i *in* sti *add. m. 3, post 2 uel 3 litt. er.)* tu (t *add. m. 3)* ******tasunt *B* instituta sunt] institutas *S* 9 ⸢in⸣uident B^3 *hinc fere incepit codicis G pag. 114 (176), cuius in uerss. 19—21 perpauca legi poterant* 10 publica *B* 11 o *om. H* honesta* (m *? er.)* *B* uoluptate B^1, *corr.* B^3 12 praestatius *H* 14 defensionis *(alt.* i *in ras. ex* e *? m. 3)* *B* est enim religio *R* 16 scelere *ex* fidere *ut uid.* V^2 sint *H* 17 bonum] bonorum *B* malorũ *ex* malum B^2 19 defenditur *B* luitur atque uiolatur *B* uolabitur *H* 21 nulla] supplicatio nulla *B*

ratio est ut religionem patientia uel morte defendas; in quo
fides conseruata et ipsi deo grata est et religioni addit auctori-
25 tatem. nam si is qui in hac terrestri militia regi suo fidem
seruat in aliquo egregio facinore, si post uixerit, ⟨et⟩ acceptior
fit et carior, si perierit, summam consequitur gloriam, quod pro
duce suo morte occubuerit, quanto magis imperatori omnium
deo fides seruanda est, qui non tantum uiuentibus, sed etiam
26 mortuis praemium potest uirtutis exsoluere? igitur dei cultus,
quoniam militiae caelestis est, deuotionem maximam fidemque
desiderat. quomodo enim deus aut amabit colentem, si ipse
non ametur ab eo, aut praestabit precanti quidquid orauerit,
cum ad precandum neque ex animo neque obseruanter acce-
27 dat? isti autem cum ad sacrificandum ueniunt, nihil intimum,
nihil proprium diis suis offerunt, non integritatem mentis, non
reuerentiam, non timorem. peractis itaque sacrificiis inanibus
omnem religionem in templo et cum templo sicut inuenerant
relincunt nihilque secum ex ea neque adferunt neque referunt.
28 inde est quod eiusmodi religiones neque bonos facere possunt
neque firmae atque inmutabiles esse. traducuntur itaque ab
his homines facile, quia nihil ibi ad uitam, nihil ad sapientiam,
29 nihil ad fidem discitur. quae est enim superstitio illorum

EXPILATORES § 25] Lucifer pag. 307, 21—26.

BRHSV] 1 patientia∗ (e *er.*) *B* qua *B* 2 e∗t (*ante* ipsi), s *er.* *B* *an* ipsa? auctoritate *H* 4 ėt iṅ egregio (*exp. m. 3*) *B* postea *V* 5 et *addidi ex Lucifero pag. 307, 23* et acceptior fit et carior perierit] mortuus fuerit *H* summa *V* consequetur *H* gloriam consequitur *S*, *sed cf. Lucifer* summam consequitur gloriam 6 morte∗ (m *er.*) *B*, mort⸢e⸣ *R*², morte *H*, mortem *SV edd.*, *sed cf. Lucifer.* quod pro te duce suo morte occubuerit obcubuerit *H* 7 fides est seruanda *Lucifer* 8 potest uirtutis exsoluere] mortis exsoluet *B* 9 militia *BRS* est *om.* *R* douotionem *H* fidem⸢que⸣ *B* 10 ⸢enim⸣ *B*³ amauit *H* 11 abeo *ex* [d]eus *B*³ ea *R* aut∗∗ (em *er.*) *B* praestabit] quomodo praestabit *B* petenti *RH* quidqui⟨d⟩ *B* 12 obsecrant̃ *V* 13 i∗sti (u *er.*) *V* autem] enim *B* 15 non] in *S* 16 cum∗∗ (in *er.*) *B* uenerant *H* 17 relinquunt *HSV* nihil *B* ex ea *om.* *B* 18 inde est] idẽ *V* 19 firmos *BS*, firme *R*, firmes *H* ∗∗mutabiles (in *er.*, *s. l.* semper *er.*, *quod add. m. 2*) *B* esse *om.* *S* traducantur *B*¹, *corr.* *B*³ 20 hominibus *B* 21—467, 2 quã *pro* quae *ante* est, uis, origo, substantia *H* quae ratio *om.* *S*

deorum? quae uis? quae disciplina? quae origo? quae ratio? quod fundamentum? quae substantia? quo tendit aut quid pollicetur, ut ab homine possit fideliter seruari fortiterque defendi? in qua nihil aliut uideo quam ritum ad solos digitos
pertinentem. nostra uero religio eo firma est et solida et 30
inmutabilis, quia iustitiam docet, quia nobiscum semper est, quia tota in animo colentis est, quia mentem ipsam pro sacrificio habet. illic nihil exigitur aliut quam sanguis pecudum et fumus et inepta libatio, hic bona mens, purum pectus, innocens uita; illuc ueniunt sine dilectu adulterae inpudicae, lenae procaces, obscenae meretrices, ueniunt gladiatores latrones fures uenefici et precantur nihil aliut quam ut scelera inpune com-
mittant. quid enim latro sacrificans aut gladiator roget nisi 31
ut occidant? quid uenenarius nisi ut fallat? quid meretrix nisi ut plurimum peccet? quid adultera nisi aut mortem uiri aut ut sua inpudicitia celetur? quid lena nisi ut multos bonis
exuat? quid fur nisi ut plura conpilet? hic uero etiam leui 32
communique peccato locus nullus est et si quis ad sacrificium non integra conscientia uenerit, audit quae illi deus comminetur, ille qui latebras cordis uidet, qui peccatis semper infestus est, qui exigit iustitiam, qui fidem poscit. quis hic
malae menti aut malae preci locus est? at illi infelices nec 33
ex sceleribus suis intellegunt quam malum sit quod colunt, quandoquidem flagitiis omnibus inquinati ueniunt ad precandum et se pie sacrificasse opinantur, si cutem lauerint, tamquam

BRHSV] 3 defendendi *V* 5 nostro *V* eo *in fine uersus add.* B^3 ⌈est⌉ B^3 6 iustitia *V* 7 quia *(ante* mentem*)* *s. l.* B^3 8 illic] illic ẹṇị̃ *V* sanguis — libatio hic *om. V* 9 et *om. B* 10 illic *S* delectu *R* meretrices laene *(sic)* procaces obscenae *B* 11 precaces *V* opscene *R* ⌈latrones⌉ $S^{1?}$ 12 ut *om. R* 14 *pr.* ut *om. H* quid ẹṇị̃ *(ante* meretrix*)*, *exp. m. 1? V* 15 aut] ut *B* mortem aut *H* 16 aut ut *V (sed* ut *s. l.* V^1*)*, ut *B*, aut *RHS* inpudicitia** (ut *? er.) B* celeret *V* lena *edd.*, leno *BRHV*, leno uel lena *S* *an* ⟨quam⟩ multos *?* bonos B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 17 *an* plurima *? cf. 15* 18 est nullus *BS* 19 ⌈audit⌉ B^3 cõ|m⌊inetur⌋ *B*, cõmuniter *V* 21 quis] qui *H* 22 at] ut *V* 23 ex *om. BH* scereribus *V* 25 se pie] saepe B^1, *corr.* B^3 sacrificare *HV* u̇t si *(exp. m. 3) B* sic⌈a⌉utem *V* laberint *V* tam *H*

libidines intra pectus inclusas ulli amnes abluant aut ulla
34 maria purificent. quanto satius est mentem potius eluere,
quae malis cupiditatibus sordidatur, et uno uirtutis ac fidei
lauacro uniuersa uitia depellere! quod qui fecerit, quamlibet
inquinatum ac sordidum corpus gerat, satis purus est.
1 20. Isti autem quia nesciunt uel quid uel quomodo sit
colendum, caeci et inprudentes in contrarium cadunt. adorant
itaque hostes suos, latrones et interfectores suos uictimis pla-
cant et animas suas cum ture ipso cremandas aris detestabi-
2 libus inponunt. irascuntur etiam miseri quod non simul et
alii pereant, incredibili mentium caecitate. quid enim uideant
qui solem non uident? quasi uero si dii essent, indigerent
hominum auxilio aduersus contemptores suos. quid ergo nobis
irascuntur, si illi nihil possunt? nisi quod ipsi deos suos de-
struunt, quorum potestate diffidunt, magis inreligiosi quam
3 qui omnino non colunt. Cicero in suis Legibus cum *caste*
ad sacrificia praeciperet accedere, *pietatem* inquit *adhibento,*
opes amouento. qui secus faxit, deus ipse uindex erit.
4 recte hoc quidem: neque enim fas est desperare de deo, quem
ideo colas, quia potentem putes. nam quomodo uindicare

EPITOME 11—16. 19—469, 1] c. 48, 1—3.

AUCTORES 16] II 8, 19. 20 s.] cf. Cyprian. ad Demetr. c. 14 (pag. 361, 10—12).

BRHSV] 1 inclusas*** (qun *er., s. l.* os *er., quod add. m. 2) B* 2 eluere (1 *ex* i *m. 2) V* 4 pellere *B* qui* (s *er.) B* 6 isti *V,* ipsi *cett.* 7 inpuidentes *V* in] et in *H* 9 cremanda sacris *S* aris (ar *in ras. ex* su ? *m. 3) B* 10 miseri] miseri uero *H* simul et alii *R Heumannus,* similes alii *cett.,* similiter et alii *Betuleius,* similes aliis *Buenemannus; an* ⟨sui⟩ similes alii ? *Lucifer pro* similes *fort.* simpliciter *legit idque quodammodo explanauit, si modo recte huc refertur locus pag. 307, 27—32* 13 auxi*lio (a *er.) H* aduersũ *H* bonis *B* 14 iracuntur *R* 15 potestati *S, fort. recte,* de potestate *V* 17 pietate *B* adhibento *V,* adhibent *BRH,* adhibendo *S* 18 opos (v *s. l.*) *H* admouento *(s. l.* d *er., quod add. m. 1) B,* amouent *R* qui] hoc qui *R* quis|aecus *B,* quis ecus *V* fassit *B*[1], *in ras. corr. B*[3], fac sit *V* ipse uindex erit] erit ultor *S* 19 recto *HS* nec *R* 20 potentem] potestatem *B*[1], *corr. B*[3], putent̃ *S*

iniuriam colentis potest, si suam non potest? libet igitur ex iis 5
quaerere cui potissimum praestare se putent cogendo inuitos ad
sacrificium. ipsisne quos cogunt? at non est beneficium quod
ingeritur recusanti. sed consulendum est etiam nolentibus, 6
quando quid sit bonum nesciunt. cur ergo tam crudeliter
uexant cruciant debilitant, si saluos uolunt? aut unde pietas
tam impia, ut eos miseris modis aut perdant aut inutiles faciant
quibus uelint esse consultum? an uero diis praestant? at 7
non est sacrificium quod exprimitur inuito. nisi enim sponte
atque ex animo fiat, execratio est, cum homines proscriptione
iniuriis carcere tormentis adacti faciunt. si dii sunt isti qui 8
sic coluntur, uel propter hoc solum colendi non sunt, quod
sic coli uolunt, digni scilicet detestatione hominum, quibus
cum lacrimis, cum gemitu, cum sanguine de membris omnibus
fluente libatur. at nos contra non expetimus ut deum nostrum, 9
qui est omnium uelint nolint, colat aliquis inuitus, nec si non
coluerit, irascimur. confidimus enim maiestate eius, qui tam
contemptum sui possit ulcisci quam etiam seruorum suorum
labores et iniurias. et ideo cum nefanda perpetimur, ne uerbo 10
quidem reluctamur, sed deo remittimus ultionem, non ut ii

EPITOME 1—4] c. 48, 6 (uellem — faciunt). 7 s. (si autem ipsis — uelle nolenti). 9. 8—15] c. 48, 6. 19—470, 2] c. 48, 4.

AUCTORES 1 ss.] cf. Tertull. ad Scap. c. 2 (I pag. 540): ita etsi nos compuleritis — sacrificia non desiderabunt. 15 deum — colat] cf. Tertull. Apolog. c. 24 (I pag. 220): bene quod eqs.

BRHSV] 1 colentis iniuria *H* colentes *R,* colentis se *edd., sed cf. ad pag. 433, 7* potest si] potest**si *(ni er.) B,* potest qui *H,* si potest *V* iis *R,* his *cett.* 2 putet *B* 3 at] an *B* 6 delibant B^1, *corr.* B^3 si saluos — miseris] ** *** miseris *(si sal er.) R* uolent H^{ac} 7 misèris *(exp. m. 3) B* inutiles] mutilos *proposuit Heumannus, sed cf. Buenemannum* 8 praestat *R* at] an *B, om. H* 9 e'si't B^2 10 ex *om. B* anima H^{ac} 11 dii' R^2 12 colendi non sunt quod *om. B* 13 coli] se coli *H* dignis *H* destatione *HS* 14 cum *(ante* sanguine*)*] de *R, om. S* 15 dñm *H* 16 omnium] omnium creator *edd., sed cf. Tertull.* bene quod omnium deus est, cuius uelimus aut nolimus omnes sumus ueli*t *(n er.) B,* uelit *RH* nolit *BRH* 17 irascemur *B* maiestatem *BR,* maiestati *H* quod *ex* qui B^3 18 sui] quo *et litt. incerta* B^1, suum *corr.* B^2, suũ *S* poscit *V* 19 nefanda] tam nefanda *H* 20 ii *R,* hii *B,* hi *HSV*

faciunt qui defensores se deorum suorum uideri uolunt et
11 saeuiunt efferate aduersus non colentes. ex quo intellegi
datur quam non sit bonum deos colere, quoniam bono potius
adducendi homines ad bonum fuerant, non malo; sed quia illut
12 malum est, etiam officium eius bono caret. at enim puniendi
sunt qui destruunt religiones. num peius nos destruimus quam
natio Aegyptiorum, qui turpissimas bestiarum ac pecudum figu-
ras colunt, quaedam etiam pudenda dictu tamquam deos ado-
rant? num peius quam idem ipsi, qui cum deos colere se
dicant, tamen eos publice turpiterque derident, de quibus etiam
13 mimos agi cum risu et uoluptate patiuntur? qualis haec reli-
gio aut quanta maiestas putanda est quae adoratur in templis,
inluditur in theatris? et qui haec fecerint, non poenas uiolati
numinis pendunt, sed honorati etiam laudatique discedunt.
14 num peius nos destruimus quam quidam philosophi, qui omnino
nullos esse deos aiunt, sed omnia sua sponte nata, omnia for-
tuito fieri quae geruntur? num peius quam Epicurei, qui esse
quidem deos, sed curare quicquam negant, neque irasci eos
15 neque gratia commoueri? quibus dictis utique persuadent
colendos omnino non esse, siquidem nec colentes respiciunt
neque non colentibus irascuntur. praeterea cum contra metus
disserunt, nihil aliut efficere conantur quam ut nemo deos
timeat. et haec tamen ab hominibus et audiuntur libenter et
disseruntur inpune.

1 21. Non ergo ideo aduersus nos insaniunt, quia dii non
coluntur a nobis — a multis enim non coluntur — sed quia

EPITOME 2—5] c. 48, 7. 6—19] c. 50, 3.

BRHSP(a 10)V] 1 se *add.* B^3, esse *S* 2 effurate B^1, *corr.* B^2 3 quam sit non sit *V* 6 num peius] non potius *B* num *ex* non $H^{1?}$ 7 ac *om. V* 9 num] non *B* ⌜cum⌝ B^3 ⌜se⌝ B^3 10 *ab* etiam mimos agi *continuatur P, cf. ad pag. 456, 2* 11 uoluntate *B* 12 quae] quã *H* 13 hoc *B* 14 horati *H* 15 num] non *B* distruimus *P* 16 non˻ull˼os *P* fortuitu *RP,* furtuito *H* 17 num] non *B*, nem V^1 18 nec *B* 20 colentis *V* 21 neque non colentibus *bis* P^1, *pr. del.* P^2 irascunt cur *H*, irascantur P^1, *corr.* P^2 metum *H* 23 omnibus P^1 *(corr.* P^2*) edd.* 24 disserentur *B* 25 aduersum *BHSP* 26 a nobis — non coluntur *om. P*

ueritas penes nos est, quae, ut est uerissime dictum, odium
parit. quid igitur existimabimus nisi nescire illos quid pa- 2
tiantur? pergitur enim caeco et inrationabili furore, quem
nos uidemus, illi nesciunt. non enim ipsi homines persecuntur, 3
qui causam cur irascantur innocentibus non habent, sed illi
spiritus contaminati ac perditi, quibus ueritas et nota est et
inuisa, insinuant se mentibus eorum et instigant nescios in furo-
rem. hi enim, quamdiu pax est in populo dei, fugitant iustos 4
et pauent, et cum corpora hominum occupant animasque diue-
xant, adiurantur ab iis et nomine dei ueri fugantur. quo 5
audito tremunt et exclamant et uri se uerberarique testantur
et interrogati qui sint, quando uenerint, quomodo in hominem
inrepserint, confitentur. sic extorti et excruciati uirtute diuini
nominis exulantur. propter haec uerbera et minas sanctos 6
et iustos uiros semper oderunt. et quia per se nocere iis nihil
possunt, publicis eos odiis persecuntur, quos sibi graues sentiunt,
exercentque saeuitiam quam uiolentissime possunt, ut aut eorum
fidem minuant per dolorem aut, si id efficere non quiuerint,
auferant omnino de terra, ne sint qui possint eorum nequitiam
coercere. non me fugit quid responderi e contrario possit: 7

EPITOME 1 s.] c. 47, 5. 5—14] cf. c. 46, 7.
AUCTORES 1 s.] Terent. Andr. I 1, 41. § 3. 5] Cyprian. ad Demetr. 15.
EXPILATORES 3 (pergitur — furore). 7 s. (insinuant — furorem)] Lucifer pag. 309, 6 s.

BRHSPV] 1 ueritas *om. R* nos est] non est *R*, nosc& (s *supra*) *(corr. m. 2) P* qui *H* 2 igitur] ergo *B* quid illos *(corr. m. 2) B* patiuntur *V* 3 pergitur] feruntur *R*, per*gitur *(i er.) H*, pergit perferuntur *S*, *alia edd.*, *sed cf. Lucifer. pag. 309, 6* pergis caeco et inrationabili furore 4 omnes *S*, nos *Heumannus* persequuntur *HSP*, persecuntur (qu *supra*) *V* 5 quia B^{ar}*S* cum *P* 6 *ac *(h er.) B* 7 et *om. H* et instigant nescium furore *cod. Luciferi* 8 hii *P* 9 di*uexant *(u er.) B* 10 iis *R*, his *cett.* 11 et *(ante* exclamant*) om. BSP* 12 quod modo *P* homine *S* 13 torti *P* 14 exula^n tur *(pr.* u *ex* o *m. 1,* n *add. m. 2) B*, exolantur *RV*, exsolantur *H*, exultantur *S*, effugantur *P* uerba *P* scanctos *R* 15 ueros B^1, *corr.* B^2 iis *R*, *om.* B^1P^1 *(s. l.* is P^2*)*, ipsi *H*, his *SV* 16 persequuntur *HSPV* 17 exercentquae B^1, *corr.* B^2 quām uiolentissime pōssunt *(corr. m. 1 uel 2) B* 18 quieuerint *B* 19 auferant *edd.*, auferantur *(-ant S) C* qui possint] omnino qui possunt *H*, *om. P* nequitias *B* 20 fugat *R*

'cur ergo deus ille singularis, ille magnus, quem rerum poten-
tem, quem dominum omnium confiteris, haec fieri patitur nec
cultores suos aut uindicat aut tuetur? cur denique qui eum
non colunt, et opulenti et potentes et beati sunt et honoribus
regnoque potiuntur eosque ipsos dicioni suae ac potestati sub-
8 iectos habent?' reddenda et huius rei ratio est, ne quid re-
maneat erroris. nam in primis haec causa est cur existimetur
religio dei uim non habere, quod inducuntur homines specie
terrenorum ac praesentium bonorum, quae ad curam mentis
nullo modo pertinent. quibus quia carere iustos uident et
afluere iniustos, et dei cultum inanem arbitrantur, in quo inesse
illa non cernunt, et deorum ritus aestimant ueros, quoniam
cultores eorum et diuitiis et honoribus et regnis fruantur.
9 uerum ii qui sunt in hac existimatione non perspiciunt altius
uim rationemque hominis, quae tota non in corpore, sed in mente
10 est. nihil enim uident amplius quam ⟨quod oculis⟩ uidetur,
corpus scilicet. quod quia oculis manuque tractabile est, in-
becillum fragile mortale est: cuius sunt illa omnia bona quae
cupiditati ac miraculo sunt, opes honores imperia, quoniam
corpori adferunt uoluptates, et ideo tam caduca sunt quam
11 corpus ipsum. animus uero, in quo solo est homo, quoniam
subiectus oculis non est, nec bona eius aspici possunt, quae
in sola uirtute sunt posita, et ideo tam stabilis et constans et per-
petuus sit necesse est sicut ipsa uirtus, in qua est animi bonum.
1 22. Longum est uniuersas uirtutis species promere, ut de
singulis doceam, quam necesse sit sapientem ac iustum uirum

BRHSPV] 1 ille magnus *om. V* quaem *(a expunx. m. 2)* ⸢rerum⸣ *(s. l. m. 2)* potentem quem potentem dm̃ omnium *P* 2 dom̃ *H* patiatur *H*, patiantur *P* 3 aut *om. H* uindicant *V* cur] cũ *H* 5 paciuntur *S* conditioni *H* 6 ⸢et⸣ P^2 ⸢rei⸣ B^2 qui *B* remanea⸢n⸣t B^2 7 errores *(alt.* e *ex* i*)* B^2, *erroris *(*t *er.) H* 10 quibus *om. B* uident — iniustos *om. V* a fluere *R*, affluere *S* 11 et *om. P* 12 illam *P* existimant *B, recte?* 13 deorum *S* et *(ante* honoribus*) om. H* 14 ii *edd.*, hi *BRHSV*, hii *P* ha*c *(*e *er.) H* altus *S* 15 tota *om. B* 16 quod oculis *addidi, cf. 22* subiectus oculis; *III 9, 12* nec uident — sub oculos uenit; *VII 9, 2* quia — uidetur; *5* qui nihil — oculis contuebantur 17 inbe*cillum *(*c *er.) B* inbecillum fragile mortale est *in inf. mg. add.* P^2 21 ipsum est *R* 22 qua⸢e⸣ B^2 25 uirtutũ *H*

longe ab illis bonis abhorrere: quibus quia fruuntur iniusti,
deorum cultus ueri et efficaces esse creduntur. quod ad prae- 2
sentem pertinet quaestionem, satis est si ex una uirtute id
probemus quod intendimus. nempe magna et praecipua uirtus
est patientia, quam pariter et uulgi publicae uoces et philo-
sophi et oratores summis laudibus celebrant. quodsi negari 3
non potest quin summa sit uirtus, necesse est iustum et
sapientem uirum in potestate esse hominis iniusti, ut capiat
patientiam. patientia est enim malorum quae aut inferuntur
aut accidunt cum aequanimitate perlatio. ergo iustus ac sa- 4
piens quia uirtutem capit, habet in se patientiam: qua carebit
omnino, si nihil patietur aduersi. contra qui in rebus pro- 5
speris agit, inpatiens est et uirtute maxima caret: inpatientem
dico, quia nihil patitur. innocentiam quoque seruare non potest,
quae et ipsa iusto et sapienti uiro propria uirtus est, sed et 6
nocet saepe et concupiscit aliena et rapit quae cupierit per
iniuriam, quia uirtutis expers uitio peccatoque subiectus est et
fragilitatis oblitus animo insolenter elato tumet. inde iniusti
ac deum nescientes et diuitiis et potentia et honoribus florent.
haec enim cuncta iniustitiae praemia sunt, quia et perpetua esse
non possunt et per cupiditatem uiolentiamque quaeruntur.
iustus uero ac sapiens quia illa omnia humana, ut est a 7

EPITOME 14 (innocentiam)] cf. c. 55, 4.
AUCTORES 22] cf. c. 18, 4.

BRHSPV] 1 illis] illis *(*s *s. l. S*²*)* omnibus *RS* iniuste *B*¹, *corr. B*² 2 credantur *B* 4 quod intendimus *om. S* 5 uoces publicae *S* 7 qui *P* necesseṣ *(exp. m. 2)* ⌜est⌝ *(s. l. m. 2) P* 9 patientia* (m *er.) B* 10 cu *R* perlatio] perfert *(sed* fert *in ras. m. 3, prima litt. erasa fuerat* l*) B* 11 patientiam] sapientiam *B*¹, *corr. B*³ qa *(i. e.* quia*) S*¹, q* *(i. e.* qua*) S*²? 12 patiatur *B*, patitur *H* 13 agit] agit id est in opibus in honore in regno *R, cf. pag. 472,13* maximä *B* 14 qui *R* 15 quae] quia *B* et *ante* sapienti] ac *B* 16 s⌊a⌋epe *B*³ 17 uirtu⌜ti⌝s *V* subiectus est] subiectus est *(*est *om. R)* dominari adfectat *(*aff- *S)* in liberos quia temperantiam non habet *RS* 18 fragilita⌜ti⌝s *B*², fragil⌜it⌝atis *V*² animũ *B*¹, *corr. B*³ ịelato *(exp. m. 2 ?) P* elato tumet] elato *(sed* o *ex* ũ *m. 3)* et *B*, elatotũ · est *H* iniustitiạ̈ *(sic exp. m. 2) P* 20 e⌊t⌋ *B*² 21 per *om. S* cupiditatë uio-lentiäque *(duo* ~ *er.) S* uiolantiamque *V* 22 ac sapiens] sapiens est *P* humana] humana sunt *H* e⌜s⌝t *B*², est *post* dictum *habet H* ⌊a lelio⌋ *B*³

Laelio dictum, sua bona diuina iudicat, nec alienum quicquam concupiscit, ne quem contra ius humanitatis laedat omnino, nec ullam potentiam honoremue desiderat, ne cui faciat iniuriam — scit enim cunctos ab eodem deo et eadem condi-
8 cione generatos iure fraternitatis esse coniunctos —, sed et suo contentus et paruo, quia fragilitatis suae memor, non amplius quaerit quam unde uitam sustentet, et ex eo ipso quod habuerit inpertit etiam non habenti, quia pius est; pietas autem
9 summa uirtus est. accedit quod uoluptates caducas uitiosasque contemnit, quarum causa opes adpetuntur, quoniam continens est ac libidinum uictor. idem nihil tumoris atque insolentiae gerens non extollit se altius nec erigit superbum caput, sed placidus et concors et communis et planus est, quia condicio-
10 nem suam nouit. cum ergo iniuriam nulli faciat nec aliena cupiat nec sua quoque si ui auferantur defendat, cum sciat etiam inlatam iniuriam moderate ferre, quia uirtute praeditus est, necesse est iustum hominem subiectum esse iniusto et contumeliis adfici ab insipiente sapientem, ut et ille peccet, quia
11 iniustus est, et hic in se uirtutem habeat, quia iustus est. si quis autem uolet scire plenius cur malos et iniustos deus potentes beatos diuites fieri sinat, pios contra humiles miseros inopes esse patiatur, sumat eum Senecae librum cui titulus est 'Quare bonis uiris multa mala accidant, cum sit prouidentia'. in quo ille multa non plane inperitia saeculari, sed sapienter

AUCTORES 6 et — paruo] cf. ad c. 8, 6.

BRHSPV] 1 lelio dictum, *sed etiam supra* lelio *add.* dtũ (*i. e.* dictum) *m. 2 V* iudicant *V* 2 quẽ (~ *m. 2*) *B* contra*ius (r *er.*) *S* laedat B^3 3 nec|ui B^1, ne*|cui B^2 4 et *om. P* eodem *R* 5 iur⸢ae⸣ V^2 6 contentos (-tus B^1) B^2, contẽptus *S* 7 sustentat *H* ipso *add.* B^3 8 non habenti] benti *H* 9 est *om. BR*, et *V* accedit *BHV*, eo accedit *R*, accedit eo *SP* 10 quorum *BS* 11 timoris *R*, tumortis *S* 12 caput *om. P* 13 pal*cidus (i *er.*) *sic H* ut (*ante* concors) *P* e*t (*ante* planus), s *er. B* 15 sua] si sua *R* si ui] ⸢si⸣ (*s. l. m. 2*) sibi *B*, sibi *R*, si *S* 16 ⸢illatam⸣ B^3 modeste *P* fe⸢r⸣re P^2 18 ab insipientem *P* sapientem *om. BP* 19 hic *om. H* in se uirtutem] ** seruitutem (in *er.*) *B*, in seruitutem *S* ⸢h⸣abeat B^2 qui *H* est] est & (*exp. m. 2*) *P* 20 aut (~ *m. 2*) *S* uolet] uolet et *H* 21 et beatos *S* 22 ⸢su⸣mateum B^2 24 saecularis *V*

ac paene diuinitus elocutus est. deus inquit homines pro 12
liberis habet, sed corruptos et uitiosos luxuriose ac
delicate patitur uiuere, quia non putat emendatione
sua dignos. bonos autem, quos diligit, castigat saepius
et adsiduis laboribus ad usum uirtutis exercet nec
eos caducis ac mortalibus bonis conrumpi ac depra-
uari sinit. unde nemini debet mirum uideri si pro nostris 13
saepe delictis castigamur a deo. immo uero cum uexamur ac
premimur, tum maxime gratias agimus indulgentissimo patri,
quod corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed
plagis ac uerberibus emendat. ex quo intellegimus esse nos
deo curae, quibus, quoniam peccamus, irascitur. nam cum 14
posset populo suo et opes et regna largiri sicut dederat ante
Iudaeis, quorum nos successores ac posteri sumus, idcirco eum
uoluit sub aliena dicione atque imperio degere, ne rerum pro-
sperarum felicitate corruptus in luxuriam laberetur ac dei prae-
cepta contemneret sicut illi maiores nostri, qui saepe terrenis
ac fragilibus his bonis eneruati aberrarunt a disciplina et legis
uincla ruperunt. prouidit ergo quatenus cultoribus suis prae- 15
staret quietem, si mandata seruassent, et tamen eos emendaret,
si praeceptis non obtemperassent. itaque ne tam corrumpe- 16
rentur otio quam patres eorum licentia, premi eos uoluit ab

AUCTORES 1] locus in deperdita parte Senecae 'de prouidentia' libri fuisse uidetur.

BRHSPV] 1 elocutus *om. P* 2 luxoriose *HV* 3 delicate — quia *om. R* delicate *(*l *ras. ex* d*) S* 6 ac] a *S* corrumpit *P* 7 nemini] nec *B* mirum debet *BSP* 8 ac premimur] adpraemur *sic H* 9 tunc *B* agamus P^{ac}, *corr. m. 1 ? post* indulgentissimo *s. l.* dõ *add.* B^{3} 10 non patitur — plagis *om. R* 11 nos esse *BH* 12 quibus quoniam] quibus qñ *(*n *ras. ex* m, *i. e.* quando *ex* quoniam*), s. l.* c̃ *ut uid. add. m. 2 S*, quibus cum *codd. recent. et edd.* 13 sic *S* 14 quorum] cuius *H* eum] suo B^{1}, *in ras. corr.* B^{3} 15 degere ne] de genere *R* 'ne' S^{2} rerum] de rerum *B, om. S* prosperarum *om. SP* 16 corrupti *B* luxoriam *H,* luxuriem *RSPV* laberentur *B,* labetur *V* 17 contemnerent *B* fragilibus ac terrenis *P* 18 aberrauerunt *BP* legis] dĩ *R* 19 uincula *BP,* uincła *(*ł *ex* l*)* S^{2} 20 manda*ta *(*n *er.) H* 21 ne] nec̣ *(exp. m. 2) P* corrumperetur *H*

iis in quorum manibus eos conlocauit, ut et labentes confirmet
et corruptos ad fortitudinem reparet et fidos experiatur ac
17 temptet. quomodo enim potest imperator militum suorum
probare uirtutem, nisi habuerit hostem? et illi tamen aduer-
sarius exsurgit inuito, quia mortalis est et uinci potest, deo
autem quia repugnari non potest, ipse aduersarios nomini suo
excitat, non qui contra ipsum deum pugnent, sed contra milites
eius, ut deuotionem ac fidem suorum uel probet uel conro-
boret, donec pressurae uerberibus diffluentem corrigat discipli-
18 nam. est et alia causa cur aduersus nos persecutiones fieri
sinat, ut dei populus augeatur: nec est difficile monstrare cur
19 aut quomodo id fiat. primum fugantur a deorum cultibus
plurimi odio crudelitatis: qui enim talia sacrificia non hor-
reant? deinde placet quibusdam uirtus ac fides ipsa. nonnulli
suspicantur deorum cultum non sine causa malum putari a
tam multis hominibus, ut emori malint quam id facere quod
20 alii faciunt, ut uiuant. aliquis cupit scire quodnam sit illut
bonum quod ad mortem usque defenditur, quod omnibus quae
in hac uita iucunda sunt et cara praefertur, a quo nec bono-
rum nec lucis amissio nec dolor corporis nec uiscerum crucia-
21 menta deterrent. ualent haec plurimum, sed illae maxime
causae nostrorum numerum semper auxerunt: audit circum-

AUCTORES § 20] cf. Tertull. ad Scap. c. 5 (I pag. 550): quisque — sequitur.

BRHSPV] 1 iis *R,* his *cett.* et] eos *P* labentis *RV;* labantes *edd., Buenemannus conf. Cic. p. Mil. 25, 68* 2 corruptos *(pr.* r *ex* n*)* P^2 fides *V* 3 tẽptet *ex* tẽperet S^2 enim] ergo *B* 4 habuerint *BV* 5 surgit *P* deo] idõ *(*i *postea add. m. 1) P,* adõ *V* 6 qa *(i. e.* quia*)* S^1, qa (a s. l.) *(i. e.* qua*)* S^2 7 sed] sed qui *P* 8 uel *(ante* probet*) s. l.* B^3 9 donec] dõ non *V* pressurae] pressura et *B, om. P* defluentem *B* corrigant *H* 10 et *om. R* aduersus *R,* aduersum *cett.* 11 monstrari *B* 12 id *om. H* fugiantur *S* cultoribus *V* 13 plurimi] p̄rimi *exp. m. 1 uel 2,* p̄rimi (lu s. l.) *corr. m. 3 B* qui S^2, cui BRH^2S^1PV, cũ H^1 14 ac] ad *P* 15 a *om. BR* 16 ut] qui *Heumannus* mori *R* 17 uiuuant *sic H* quodnam *bis R,* qdnam *(i. e.* quid-*) S* 18 bonorum *S* 19 iocunda *(*o *ex* u *m. 2) P* sunt *om. H* praeteritur *V* bonorum] honor *B* 21 deterrent *part. in ras. ex* deterret eum *? P* ill'a'e B^2, ille *SP* maxi-mae *(-mę V) PV*

stans populus inter ipsa tormenta dicentes non sacrificare se
lapidibus humana manu factis, sed deo uiuo qui sit in caelo.
multi hoc uerum esse intellegunt et in pectus admittunt. de- 22
inde, ut fieri solet in rebus incertis, dum inter se inuicem
quaerunt quae sit huius perseuerantiae causa, multa quae ad
religionem pertinent diuulgata ac per rumorem uicissim aucu-
pata discuntur: quae quia bona sunt, placeant necesse est.
praeterea ultio consecuta, sicut semper accidit, ad credendum 23
uehementer inpellit. ne haec quidem leuis causa est quod in-
mundi daemonum spiritus accepta licentia multorum se corpo-
ribus inmergunt, quibus postea eiectis omnes qui resanati
fuerint adhaerent religioni cuius potentiam senserunt. hae 24
tot causae in unum conlatae magnam deo multitudinem mira-
biliter adquirunt.

23. Quidquid ergo aduersus nos mali principes moliuntur 1
fieri ipse permittit. et tamen iniustissimi persecutores, quibus
dei nomen contumeliae ac ludibrio fuit, non se putent inpune
laturos quia indignationis aduersus nos eius quasi ministri
fuerunt. punientur enim iudicio dei qui accepta potestate 2
supra humanum modum fuerint abusi et insultauerint etiam
deo superbius eiusque nomen aeternum uestigiis suis subiecerint
impie nefarieque calcandum. propterea uindicaturum se in 3
eos celeriter pollicetur et exterminaturum bestias malas
de terra. sed idem quamuis populi sui uexationes et hic in
praesenti soleat uindicare, tamen iubet nos expectare patienter

EPITOME c. 23] c. 48, 5; 52, 10.

AUCTORES 17—19] cf. Tertull. ad Scap. c. 3 (I pag. 545): qui uidentur — in diem diuini iudicii. 23] Leuit. 26, 6; Ezech. 34, 25.

EXPILATORES 16 s. 20 s.] Lucifer pag. 314, 19—22.

BRHSPV] 1 se *om. H* 2 lapidis *V* humana *er. S* humanam *(om.* manu*)* ut fac⌜i⌝tis *(*⌜i⌝ *m. 2) P* 4 ⌜in⌝certis B^3 dum] qm̃ *(i. e.* quoniam*) S* in⌜ter⌝ B^3 5 multaque *V* 6 pertinendi uulgatam *P* deuulgata *S* alicupata *R* 7 discutiuntur *(exp. m. 3) B,* dicuntur *P* placeat *RSH* 8 ⌜ad credendum⌝ B^3 9 ⌜ne⌝ B^3 quide *H* est *om. S* 12 adhereant *HV* *an* ⟨ei⟩ religioni*?* 15 aduersum *BS* 16 ipsi *R* 17 dei *om. H* ludibrio] delubrio *B* se *om. P* 18 aduersum *B* 19 fuerint *BR* 20 hominum *S* abusu *V* insultarint *R* 21 superius *V* subiecerunt B^{ac}, *ras. corr.* 23 et] sed *B* 25 ⌜uindicare⌝ B^2

illum caelestis iudicii diem, quo ipse pro suis quemque meritis
4 aut honoret aut puniat. quapropter non sperent sacrilegae animae contemptos et inultos fore quos sic obterunt. ueniet rabiosis ac uoracibus lupis merces sua, qui iustas et simplices
5 animas nullis facinoribus admissis excruciauerunt. nos tantummodo laboremus ut ab hominibus nihil aliut in nobis nisi sola iustitia puniatur, demus operam totis uiribus ut mereamur a deo simul et ultionem passionis et praemium.

BRHSPV] 1 caelesti⸢s⸣ *S*^{2} pros⸢uis⸣ *P*^{2} quemquẽ *(~ m. 2) B* 3 et inultos *om. P* hic *B* opterunt *R* ueniet ueniet *RS, uix recte* 4 ueracibus *S*, uoratibus *V* suas *P* 5 nulli⸢s⸣ *S*^{2} 6 in *om. P* 7 demusq; *R* ueribus *H* ⸢ut⸣ *P*^{2} a] de *B* LACTANTI DE IVSTITIA LIBER · V · EXP · INC · DE VERO CVLTV LIBER · VI · *B;* L · CAELII FIRMIANI INSTITVTIONVM DIVINARVM · LIB̄ · V · DE IVSTITIA EXPLICIT · INCĪP · LIB̄ · VI · DE VERO CVLTV · V · N · II · D · *(i. e.* Versus Numero duo milia quingenti*; cf. subscriptiones libr. III et IV) R;* FIRMIANI LACTANTI DE IVSTITIA · LIB · V · EXPL̄T · *(*EXPLICIT · *M)* INCP̄T *(*INCIP̄ *M)* DE VERO CVLTV LIBER *(·* LIB̄ *M)* · VI · FELICITER · *HM;* FEL. De iustitia. lib̄. V. explicit. Incipit de uero cultu. lib̄. VI. *S;* DE IVSTITIA LIBER QVINTVS EXPLICIT · INCIPIT DE VERO CVLTV LIB̄ · *(*LIB̄ · *om. V)* SEXTVS *PV, supra* EXPLICIT *hoc* emendaui conferente secundo *add. V*^{1}

LIBER VI

DE VERO CVLTV.

1. Quod erat officium suscepti muneris diuino spiritu in- 1
struente ac suffragante ipsa ueritate conpleuimus: cuius adse-
rendae atque inlustrandae causam mihi et scientia et fides et
ipse dominus noster inposuit, sine quo nec sciri quicquam
potest nec explicari. uenio nunc ad id quod est summum 2
operis huius et maximum, ut doceam quo ritu quoue sacrificio
deum coli oporteat. id enim est hominis officium in eoque
solo summa rerum et omnis beatae uitae ratio consistit, quando-
quidem propterea ficti et inspirati ab eo sumus, non ut caelum
uideremus et solem, quod Anaxagoras putauit, sed ut artificem
solis et caeli deum pura et integra mente coleremus. quam- 3
uis autem praecedentibus libris pro ingenii mediocritate defen-
derim ueritatem, tamen ex ritu quoque ipso elucere uel maxime
potest. nihil enim sancta et singularis illa maiestas aliut ab 4
homine desiderat quam solam innocentiam: quam si quis ob-
tulerit deo, satis pie, satis religiose litabit. homines autem 5

EPITOME 7—9] c. 53, 1. 16—18] c. 53, 3 quid — sanctus. 18—480, 9] c. 53, 1.

EXPILATORES § 5 ss.; c. 2 passim] cf. Orientium, commonit. I 65—88 (ad uers. 68 cf. Lact. pag. 480, 5: quicquid eqs.).

BRHSPV] 4 suffragante *V* 5 scientia *BV*, conscientia *RH*, scientiam *SP edd. conl. II 3, 25, sed cf. III 13, 12* ad quam — sufficit; *V 4, 1* stimulatus — deo fidēs (*˜ add. et* s *exp. m. 3) P* et (*ante* ipse) *om. P* 6 scire *P* 8 ⸢ut⸣ B^3 quo uel *H* 9 deum — officium *in inf. mg. add.* B^3 eo quo *V* 10 et *om. P* omnis (i *ex* e *m. 3) P* constet B^1, *corr.* B^3 11 ficti (*s. l.* n *er., quod add. m. 2) B* 12 anaxa⸢go⸣ras P^2 13 dominum *B, post* dm̄ *uerba* sed ut artificē *repetita del. V* pura et] putaret *H* 14 ingenii (i *final. ex* o *? m. 3) B* mediocritatis B^1, *corr.* B^3, mediocritate* (m *er.) P* defenderimus *H* 16 /// singularis (in *? er.) P* ⸢ab⸣ P^2 18 piae P^1, *corr.* P^3 litauit *BH*

neglecta iustitia cum sint omnibus flagitiis ac sceleribus inquinati, religiosos se putant, si templa et aras hostiarum sanguine cruentauerint, si focos odorati ac ueteris uini profusione made-
6 fecerint. quin etiam sacras dapes apparant et exquisitas epulas quasi aliquid inde libaturis offerunt. quidquid aspectu rarum, quidquid opere aut odore pretiosum est, haec grata esse diis suis non ex aliqua diuinitatis ratione, quam nesciunt, sed ex suis cupiditatibus iudicant nec intellegunt terrenis opibus deum non indigere. nihil enim sapiunt nisi terram bonaque et mala solius
7 corporis sensu ac uoluptate perpendunt. huius arbitrio ut religionem ponderant, sic totius uitae suae acta disponunt. et quoniam se semel a caeli contemplatione auerterunt sensumque illum caelestem corpori mancipauerunt, libidinibus frena permittunt tamquam secum ablaturi uoluptatem, quam momentis omnibus capere festinant, cum animus ministerio corporis, non
8 corpus ministerio animi uti debeat. idem maximum bonum iudicant opes: quas si bonis artibus adsequi non possunt, malis adsecuntur. fraudant rapiunt spoliant insidiantur abiurant, nihil

AUCTORES 15 (animus)] cf. Sallust. Catil. 1, 2. 18 s.] cf. ibid. 12, 2.

BRHSPV] 1 neclecta *RP*[1], *pr.* c *in* g *corr.* *P*[2] si^i^n't *V* *om*nebus (h *et* i *er.*, i *add. m. 2)* *P* ac *edd.*, aut *C*, *sed cf. VI 5, 17; III 17, 36; 19, 6; IV 26, 22; VII 10, 10* 2 sese *RS* ostiarum *B* 3 adorati *P*[1], *corr.* *P*[3] ac *om.* *R* ueteres *V* 5 rarum] aepularum *B*, parum *H* 6 opere] cruore *B* aut odore *om.* *P* p̃tiosum ẽ hęc grata *S*, *quod recepi,* praetiosius conferunt et haec grata *B*, pretiosum (praec- *R*, praet- *H)* et haec grata esse *RHV*, praetiosum (a *del. m. 3)* id gratum *P*; pretiosum est, id gratum *edd.*, *sed cf. c. 13, 13* quidquid pretiosi habent — quibus nec uti possunt; *uix sic scribendum* apparant — libaturis, offerunt — pretiosum est, et haec grata esse 7 aliena *S* rationem *P*[1], m *del.* *P*[3] ⌜ex⌝ *B*[3] 9 bonaqu*e (a *er.)* *B*, bonamque *P*[1], m *del.* *P*[2], bonäque (˜ *er.)* *V* 10 corporis** (et *er.)* *B* uoluntate *BH* 11 actus *R*, *recte? cf. VI 12, 3; 24, 26* 12 se *om.* *SP* ac *S* contemp⌊la⌋tione *P*[3] *ante* auerterunt *s. l.* se *add.* *P*[3] 13 caelestem illum *R* corpora *V* 14 uoluptate *H*, uoluntatem *V* mom⌊entis⌋ *P*[3] 15 cum — uti] cumunitiscorporisministerioanimiuti (unitis *minus cert.)* *B*[1], cumanimicorpusministerio⌜non⌝anim*⌜us cor-poris⌝uti *corr.* *B*[3] animos *ex* animo *P*[3] 17 quas si] quasi *H* si** (bi *er.)* *B* adsequi *om.* *B* possint *B* 18 adsecuntur *R*, adsequntur *B*[1], adsequantur *B*[2], adsequuntur (ass- *S)* *HSPV* ra⌊pi⌋unt *P*[3]

denique moderati aut pensi habent, dummodo auro coruscent,
argento gemmis uestibus fulgeant, auidissimo uentri opes inge-
rant, stipati familiarum gregibus per dimotum populum semper
incedant. sic addicti et seruientes uoluptatibus uim uigorem- 9
que mentis extinguunt et cum uiuere se maxime putant, ad
mortem concitatissime properant. nam sicut in secundo libro 10
docuimus, caeli ratio in animo, terrae autem in corpore est.
qui bona neclegunt animi, corporis adpetunt, in tenebris ac
morte uersantur, quae sunt terrae atque corporis, quia uita et
lumen a caelo est. cuius quoniam expertes sunt corpori ser-
uiendo, longe absunt ab intellectu rerum diuinarum. eadem 11
miseros ubique caecitas premit. sicut enim qui sit uerus deus,
ita qui sit uerus cultus ignorant.

2. Mactant igitur opimas ac pingues hostias deo quasi esu- 1
rienti, profundunt uina tamquam sitienti, accendunt lumina
uelut in tenebris agenti. quodsi suspicari aut percipere animo 2
possint quae sint bona illa caelestia, quorum magnitudinem
terreno adhuc corpore obuoluti sensu capere non possumus,
iam se cum his officiis inanibus stultissimos esse cognoscant,

6 in secundo libro] c. 12, 3.
EPITOME 14—19] c. 53, 1.

BRHSPV] 1 moderati aut pensi] moderationis *B* corescent *P*¹, *corr. P*² 2 uesti**bus *(gi er.) H* dapes *ex* opes *S*² suggerant *P*, ingerent *V* 3 domitum *S* 4 incendant *(exp. m. 2) P* et *om. P* 5 mentes *B*¹, *corr. B*² extingunt *BHV* maxime *om. P* 6—8 nam si, ut — in corpore est, qui *uir doctus, Miscellan. obseruat. uol. IV (a. 1734) pag. 414* 6 si ut *P* 7 docuimus *add. B*³, docuimus, *sed* ui *ex* i *m. 2 S* terrae autem] terraeratioincaeloest *B*¹, terraeratioautem *corr. B*³ terræ *(æ ex* a*) V* 8 bona] pena *V* neclegunt *B*, neglegunt *cett.* et corporis *P* ac] aut *B*¹, *in ras. corr. B*³ 9 quae sunt — corporis *om. P* ac *B* uita] et uita *R* 7 *(i. e.* et*) inseruit S*² 10 a] de *H*, ẽ a *V* acaelo *B*³ experte's' *S*² sunt] sum *B*¹, *in ras. corr. B*² corpori *(*i *ex* e *m. 3) P* 11 ab *om. S* 12 caecitas] cecis ita *S* 13 ita] ita etiam *R* 14 'o'p*imas *(*o *add. m. 3,* r *er.) B* hostia *R* 15 tamquam] numquam *B* *post* sitienti *in ras.* atq; *S*² lumina'ria' *B*² 16 ueluti *V* 17 possint *B*¹, possent *B*³ *(*e *ex* i*) cum cett.* magnitudine *BP*¹, -dinẽ *P*³ 18 capere *(*a *in ras. ex 2 uel 3 litt.) B* possunt *(*possumus *B*¹*) B*³ 19 tam *V* cum *(*m *in ras. ex 3 uel 4 litt., fort.* rum, *m. 3) B*, cum *bis P*¹, *alt. del. P*² inanimus *R*, inanibus, *sed* in *ex* m *m. 2 S*, inanibus *(*bus *ex* mis*) V*

3 uel si caeleste lumen quod dicimus solem contemplari uelint, iam sentiant quam non indigeat lucernis eorum deus, qui ipse in usum hominis tam claram, tam candidam lucem dedit.
4 et tamen cum in tam paruo circulo, qui propter longinquitatem non amplius quam humani capitis uidetur habere mensuram, tantum sit fulgoris, ut eum mortalium luminum acies non queat contueri et si paulisper intenderis, hebetatos oculos caligo ac tenebrae consequantur, quid tandem luminis, quid claritatis aput ipsum deum, penes quem nulla nox est, esse arbitremur? qui hanc ipsam lucem sic moderatus est, ut neque nimio fulgore neque calore uehementi noceret animantibus tantumque istarum rerum dedit ei, quantum aut mortalia corpora pati
5 possent aut frugum maturitas postularet. num igitur mentis suae compos putandus est qui auctori et datori luminis cande-
6 larum aut cerarum lumen offert pro munere? aliut uero ille a nobis exigit lumen et quidem non fumidum, sed, ut ait poeta, liquidum atque clarum, mentis scilicet, propter quod a poetis φῶτες nuncupamur: quod exhibere non potest nisi qui deum
7 agnouerit. illorum autem dii quia terreni sunt, egent lumi-

EPITOME 1—15] c. 53, 2 (luminibus).
AUCTORES 17 liquidum atque clarum] fort. ex Lucr. V 281 et III 1.

BRHSPV] 1 uel] quod *B* *ante* dicimus *1 uel 2 litt. eras. B* 2 sentiant *R*, sentient *cett.* qu⌊am⌋ B^3 indigeant $B^{ar}S^{ac}$ 3 tam *ante* candidam] quam B^1, *corr.* B^2 4 longin¦quitatem (n *ante* | *ex* ĩ*? m. 3) B*, longitudinem *R* 6 tantum (n *ras. ex* m *et alt.* t *in ras. m. 3) B* 7 intueri *B*, tueri *V* heuetatos B^1, *corr.* B^3, habetatos *R*, hebe'ta'tos P^2 9 nulla* (m *er.) B* nox est] noctem B^1, *corr.* B^3 arbitrentur B^1, *corr.* B^3, arbitremur (e *ex* a) *S* 10 ne⌊que⌋ (qu *in ras. ex* m *et* e *in ras. m. 3) P* fulgere *R* 11 uehementer B^1, *corr.* B^2 animanti⌊b:⌋ P^2 tantum tantumque P^1, tantum *del.* P^2 12 āūt qūāntum *(corr. m. 3) B* corpore B^1, *corr.* B^2 13 num] non *H* menti *R* 14 cordis B^1, conpos *in ras. corr.* B^3 putandos P^1, *corr.* P^2 auctori] et auctori *H* et] aut B^1, ac B^3 candelabrum *RS* 15 aut] ac *edd.* cerorum *R*, cẹterarum *S*, erarum *V; cf. d. ira 23, 28* ceris ardentibus offerent *B*, offer*t (i *er.) H* 16 et quidem] *quidem (e *er.) B* 17 s̈ëd̈ liquidum *(supra* sed *puncta erasa;* sed *16 non deest) B* paeta *R* mentis *om. P* 18 ΦΩΤΗϹ *BP*, potes H^1, fotes H^2, ΦΩΤΟϹ *S* nuncupatur (nuncupamur B^1) B^3HV exibere B^1 *(corr.* B^3*) P* 19 illo *S* terreni sunt] terrenis *S*

nibus, ne in tenebris sint: quorum cultores quia caeleste nihil
sapiunt, etiam religiones quibus deseruiunt ad terram reuocant:
in ea enim lumine opus est, quia ratio eius et natura tene-
brosa est. itaque diis non caelestem sensum, sed humanum 8
potius adtribuunt ideoque illis necessaria et grata credunt esse
quae nobis, quibus aut esurientibus opus est cibo aut sitien-
tibus potu aut ueste algentibus aut cum sol decesserit lumine,
ut uidere possimus. nullis igitur ex rebus tam probari et in- 9
tellegi potest deos istos, cum aliquando uixerint, mortuos esse
quam ex ipso ritu, qui est totus e terra. quid enim caelestis
in se boni potest habere pecudum sanguis effusus, quo aras
inquinant? nisi forte deos existimant eo uesci quod homines
aspernantur attingere. et quisquis illis hanc saginam prae- 10
stiterit, quamuis ille grassator adulter ueneficus parricida sit,
beatus ac felix erit, hunc diligunt, hunc tuentur, huic omnia
quae optauerit praestant. merito ergo Persius huiusmodi 11
superstitiones suo more deridet:

qua tu inquit mercede deorum
emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis?

sentiebat uidelicet non carne opus esse ad placandam caelestem 12
maiestatem, sed mente sancta et iusto animo et pectore, ut

EPITOME 10 s.] 53, 4 nam quid hostiae? 20—484, 5] c. 53, 3.
AUCTORES 18 s.] Pers. 2, 29 s. 21] ibid. 2, 74; cf. Lact. II 4, 11.

BRHSPV] 2 religionis B^1 *(corr.* B^2*)* *P* ⌜de⌝seruiunt P^2 3 natio B^1, *corr.* B^3 4 itaque* (m *er.)* *B* 5 adtrib⌜u⌝unt B^3 6 qua⌜e⌝ B^2 quibus *om.* *P* opus — sitientibus *om.* *P* cibus *B* 7 potus *B* de⌞c⌟esserit P^3 8 nullis (i *ras. ex* u) *P* 9 uexerint *V* 10 ex *om.* *H* ẹterra *S* *c⌜a⌝elesti⌜s⌝ *ex* scelesti B^2, *om.* *P*; caelestibus? *Hartelius* 11 boni *om.* *R* 12 eo* (s *er.)* *B* 13 at|tingere (at *add. m. 3)* *B* et] sed B^1, *corr.* B^3 illis *om.* B^1, *post* hanc *add.* B^3 14 crassator *S* beneficus B^1, *corr.* B^2 15 omnia *bis* P^1, *pr. del.* P^3 16 *persius (a *er.*, s *in ras. ex* t? *m. 2)* *B* 17 suoṣ *(exp. m. 2)* *P* more deridet] mederid& *(duo* e *ex* o *correcta uideri possunt)* *V* derident B^1, *corr.* B^3 18 qua (a *in ras. ex* is? *m. 3)* *B*, quia *H* deorum mercede *(tert.* e *add. m. 1?)* *B* 19 [e]meres B^1, *meres B^2, emeris B^3, emer$\overset{i}{a}$s *P* auriculis *H*, auris auricul$\overset{i}{a}$ṣ *(corr. m. 3)* *P* luctibus B^1, *corr.* B^3 unctis (i *in* a *corr. m. 2, restituit m. 3)* *B* 20 esset *S* placandũ *V* 21 iusta P^1, *corr.* P^3 pectori B^1, *corr.* B^2

13 ipse ait, quod naturali sit honestate generosum. haec
est religio caelestis, non quae constat ex rebus corruptis, sed
quae uirtutibus animi qui oritur e caelo, hic uerus est cultus,
in quo mens colentis se ipsam deo inmaculatam uictimam
14 sistit. id autem ipsum quomodo consequendum, quomodo
praestandum sit, docebit huius libri disputatio. nihil enim
tam praeclarum hominique conueniens potest esse quam eru-
15 dire homines ad iustitiam. aput Ciceronem Catulus in Hor-
tensio philosophiam rebus omnibus praeferens malle se dicit
uel unum paruum de officio libellum quam longam
orationem pro seditioso homine Cornelio. quae sententia
non utique Catuli, qui illut fortasse non dixit, sed Ciceronis
est putanda, qui scripsit, credo ut libros quos de officiis erat
scripturus commendaret: in quibus ipsis nihil esse testatur
in omni philosophia melius et fructuosius quam prae-
16 cepta uitae dare. quodsi hoc illi faciunt quibus non est
ueritas cognita, quanto magis nos facere debemus qui a deo
eruditi et inluminati possumus uera praecipere! nec tamen sic
docebimus ut quasi prima uirtutis elementa tradamus, quod
est infinitum, sed tamquam docendum susceperimus eum qui
17 aput illos iam perfectus esse uideatur. manentibus enim

EPITOME 5—8] c. 53, 4.
AUCTORES 9] Hortens. frg. 47. 14] cf. de offic. I 2, 4; III 2, 5.
EXPILATORES 3 s. (hic — sistit)] Lucifer pag. 309, 21—23.

BRHSPV] 1 naturalis *B*¹*S*, naturales *B*², naturali *B*³, natura *H* nonest|tate *B*¹, hones*|tate *B*³ 3 e *om. V* hinc uerus est dei cultus *cod. Luciferi* 4 se* *(o er.) B* ipsa *S*, *sed cf. Lucifer.* mentes colentium se ipsas — sistunt 5 consequendum quomodo *om. P* 6 praest*andum (r *er.) V* cuius *B*¹, *corr. B*² disputio *S* 8 in *om. V* ortensio////// *(3 uel 4 litt. er.) B* 9 filosophiã *(~ m. 2) B* omibus *P* praefere*t (n *er.) B* ma⌜l⌝le *B* 10 paruo *B*¹, paruu⌜m⌝ *corr. B*² 11 seditiose *B*¹*P*ᵃᶜ, *corr. B*²*P*¹? 12 catulum *B*¹, *corr. B*², catulli *S* 13 ⌜ut⌝ *B*² 14 scributuras *(sic)* fuerat *R* 15 omne *B*¹, *corr. B*³ 16 dare* *(t er.) H* 17 ⌜ueritas⌝ *P*² 18 possimus *R* 19 docebimus *(ebi in ras. ex 3 uel 4 litt. m. 3) B*, docemus *R* ut *om. S* tradimus *R* 20 tam** quan* *(post* m *er.* en; ꟿ *ras. ex* NT *i. e.* nt *corr., post* NT *fuisse uid.* o *nunc er.) B* docendo *B*¹, *corr. B*² 21 illis *B*¹, *corr. B*² perfectus *in* susceptus *corr. B*³, perfectos *R*

praeceptis eorum quae solent ad probitatem recte dare, ignota
illis superstruemus ad perficiendam consummandamque iusti-
tiam, quam non tenent. ea uero quae possunt cum illis esse 18
communia praetermittam, ne quid ab iis uidear mutuari quo-
rum errores coarguere atque aperire decreuerim.
3. Duae sunt uiae per quas humanam uitam progredi necesse 1
est, una quae in caelum ferat, altera quae ad inferos deprimat:
quas et poetae in carminibus et philosophi in disputationibus
suis induxerunt. et quidem philosophi alteram uirtutum esse 2
uoluerunt, alteram uitiorum, eamque quae sit assignata uirtu-
tibus, primo aditu esse arduam et confragosam: in qua si
quis difficultate superata in summum eius euaserit, habere
eum de cetero planum iter, lucidum amoenumque campum et
omnium laborum suorum capere fructus uberes atque iucundos;
quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos in illam 3
uitiorum uiam labi atque deflectere, quae primo ingressu sit
quasi amoena multoque tritior, deinde cum in ea paulo ulte-

EPITOME 6—10] c. 54, 1.

AUCTORES c. 3 ss.] cf. Doctrin. XII Apostolor. c. 1, 5 (epist. Barnab. c. 18 ss.) et fragm. latin. ab Oscario a Gebhardt inuentum ap. Harnackium, *Die Lehre der zwölf Apostel* (1884) pag. 275 ss., Funkium quoque in edit. Doctrinae (1887) pag. XV s., LXIII ss., pag. 102—104 passim in adnot.

BRHSP(—11)V] 1 prouitate B^1, probitate B^2, probitatẽ B^3 ignorat *B* 2 supra instruimus *B*, superstruem *S*, super strueremus P^1, re *del.* P^3 perficiendam consummandamque] perficiendamque B^1, perficiendam ⌊con⌋-s⌈ummandum⌉ B^3 3 ea] es *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^3 4 his *BHSV* 5 perire B^1RP^1, *corr.* B^3P^2, aperiri *H* 6 *post* uiae *hoc* constantine imp. *RS; cf. Prolegomena* quas (as *in ras. ex 2 litt., quarum posterior* m *?, m. 2) B* humana uita B^1, *corr.* B^3 7 unaqu⌈a⌉e B^2, unaq: *(i. e.* -que*)* P^1, unaq̃: *(i. e.* -quae*)* P^2 una *om. V* alteraque B^1 *(corr.* B^2*) S* ad *om.* S^1, ĩ *in mg.* S^2 8 et afilosofi V^{ac} 9 induxerint B^1, *corr.* B^3 uirtutem B^1 *(corr.* B^3*)* HSP^1 *(corr.* P^3*) V* 10 uolunt *P* alterum B^1, *corr.* B^2 adsignata (d *ex* s) B^2 11 primo (o *in ras. ex* um *? m. 3) B* a primo *in eadem pagina statim ad* mittit est enim *pag. 489, 8 transilit P* aditũ (˜ *er.) B*, additu *V* in *Schoellio, mihi* eius *12 eiciendum uidetur; an pro* eius *scribendum* enisus*?* 12 difficultate* (m *er.) B* in *om. B* 14 omnium *Heumannus*, omnes *C* iocundos *(pr.* o *ex* u*)* V^2 15 illam (i *ras. ex* u*) B* 16 uiam] quã *V* laui B^1, *corr.* B^2 ingressus $B^{ar}S^{ar}V$ 17 amaena B^1, *corr.* B^2 multo⌈que⌉ B^3 in ea] ea *B*, in eam *H*

rius processerint, amoenitatis illius speciem repente subduci,
exoriri autem uiam praecipitem, nunc saxis asperam nunc ob-
ductam sentibus nunc gurgitibus intercisam uel torrentibus
4 rapidam, ut laborare haerere labi cadere sit necesse. quae
omnia eo proferuntur, ut appareat in uirtutibus capiendis labores
esse maximos, in perceptis autem maximos fructus et solidas
atque incorruptas uoluptates, uitia uero quibusdam delenimentis
naturalibus inlicere animos hominum et inanium iucunditatum
specie captos ad acerbas amaritudines miseriasque perducere.
5 sapiens prorsus disputatio, si uirtutum ipsarum formas ac ter-
minos scirent. non enim didicerant uel quae sint uel quid
eas mercedis a deo maneat: quod nos his duobus libris doce-
bimus. hi uero quia ignorabant aut dubitabant animas homi-
num inmortales esse, et uirtutes et uitia terrenis honoribus
6 aut poenis aestimauerunt. omnis ergo haec de duabus uiis
disputatio ad frugalitatem ac luxuriam spectat. dicunt enim
humanae uitae cursum Y litterae similem, quod unus quisque
hominum cum primae adulescentiae limen adtigerit et in eum
locum uenerit, partis ubi se uia findit in ambas, haereat
7 nutabundus ac nesciat in quam se partem potius inclinet; si
ducem nactus fuerit qui dirigat ad meliora titubantem, hoc

EPITOME 4—16] c. 54, 1 sed hoc — rettulerunt.
AUCTORES 19] Verg. Aen. VI 540.
TESTES 16] Hieronym. comment. in Eccles. c. 10, uol. III 469 C Vall.: Firmianus quoque noster in praeclaro Institutionum suarum opere Y litterae meminit et de dextris ac sinistris plenissime disputauit.

BRHSV] 1 amaenitatis B^1, *corr.* B^2 subduxi B^1, *corr.* B^3 2 exoriri (o *in ras. ex 2 litt. m. 3)* B 3 intercisa *V* 4 labore *S* ·cedere *V* 6 *e⌜s⌝se (s *er., corr. m. 2)* B p̰̃ceptis (p̰̃ *i. e.* per *ex* p̃ *i. e.* prae *m. 2)* S fructos *B* 7 delenimentis B^2*S*, delenimentur B^1, delent mentis *R*, deliniamentis *H*, delinimentis *V* 8 iucunditatein *ut uid.* B^1, *corr.* B^2 9 species *H* 10 atque *B* 11 qu⌞a⌟e B^3 ⌞s⌟int B^3 12 doceuimus B^1, *corr.* B^2 13 aut] et *B* aut dubitabant *om. R* 14 et *ante* uirtutes *eras. B* 15 aestimauerint *V* omnes B^1, *corr.* B^2 16 ⌜ad⌝ B^3, id *S* fragilitatem B^1, *corr.* B^3 ac] ad B^1, *corr.* B^3 17 ·Y· *s. l.* B^3 simile B^1, *corr.* B^2; esse similem *edd.* 18 adolescentiae *R* attingerit *V* 19 euenerit *H* partis *om. V* se] a se *S* 20 notabundus B^1, *corr.* B^2 ac] aut *B* quam] qũ *V* parte⌜m⌝ B^3 21 nanctus *RHV* derigat B^1 *(corr.* B^2*)* *V*

est si aut philosophiam didicerit aut eloquentiam aut aliquid
honestae artis quo euadat ad bonam frugem, quod fieri sine
labore maximo non potest, honestam et copiosam uitam dispu-
tant peracturum; si uero doctorem frugalitatis non inuenerit, 8
in sinistram uiam quae melioris speciem mentiatur incidere, id
est desidiae inertiae luxuriae se tradere, quae suauia quidem
uidentur ad tempus uera bona ignoranti, post autem amissa
omni dignitate ac re familiari in omnibus miseriis ignominia-
que uicturum. ad corpus ergo et ad hanc uitam quam in 9
terra ducimus fines earum uiarum rettulerunt. poetae fortasse
melius, qui hoc biuium aput inferos esse uoluerunt, sed in eo
falluntur quod eas uias mortuis proposuerunt. utrique ergo
uere, sed tamen utrique non recte, quia oportuit uias ipsas ad
uitam, fines earum ad mortem referri. nos igitur melius et 10
uerius, qui duas istas uias caeli et inferorum esse dicimus,
quia iustis inmortalitas, iniustis poena aeterna proposita est.
quomodo autem hae uiae uel in caelum tollant uel ad inferna 11
praecipitent explicabo, aperiamque quae sint uirtutes quas
philosophi nescierunt; tum earum quae sint praemia, simul
etiam quae sint uitia quaeue eorum supplicia monstrabo. nam 12
fortasse aliquis expectet ut separatim de uitiis ac uirtutibus
dicam, cum de bono aut malo disserentibus nobis etiam quod

EPITOME 9 s.] c. 54, 1. 10—12] c. 54, 2. 14—20] c. 54, 3.

BRHSV] 1 si aut] sicut *V* eloquentiã *(~ m. 2) B* 2 honestatis artis *B*[1], *corr. B*[3] quod *R* quŏ'e'uadat *(s. l.* a *er.,* e *s. l. m. 2,* o *ex* e *m. 3) B* bonum *R* 3 honestatem *B*[1], *corr. B*[3] et] ac *B* uiam *H* 4 fragilitatis *B*[1], *corr. B*[3] 5 sinistram *(alt.* s *in ras. ex* x *? m. 2) B* speciẽ *(~ m. 3) B* incedere *HV* 6 tradere* *(*t *er.) B* 7 uideantur *Heumannus* ignorant* *(*i *er.) B* 8 omni* *(*s *er.) B* miseris $B^{ac}H$ 9 ui'um'tam $S^{2?}$ 10 retulerunt *SV* 11 uiuiaput *B*[1], biuiaput *B*[3] 12 quos *V* 13 ut'r'ique S^2 14 eorum *B*[1], *corr. B*[2] 15 uias istas duas *S* i*stas *(*u *? er.) B* uias *om. R* inferorũ *(~ m. 3) B* 16 immortalitatis *S* 17 hae* *(*c *er.) B,* ae *sic R* tollont *sic S* infernum *B,* ferna *S* 18 aperiamque quae *S,* aperiamqu'a'e *B*[2], aperiam quae *RV,* et aperiam quae *H* 19 earum — praemia] ea sint quae sunt praemia *R* 20 suplicia *B*[1] *(corr. B*[3]*) H* monstrabo] declarabo *B* 21 reparatim *B*[1], *corr. B*[2] ['u']iti'i's *B* 22 *post* cum *fort.* tamen *excidit* de] da *B*[1], *corr. B*[2] aut malo *SV,* ac de malo *B,* ac malo *R,* aut de malo *H*

13 est contrarium possit intellegi. siue enim uirtutes inseras,
uitia sua sponte decedent, siue uitia eximas, uirtutes ultro subibunt: sic bonorum ac malorum constituta natura est, ut se
inuicem semper obpugnent, semper expellant. ita fit ut neque
uitia detrahi sine uirtutibus possint nec uirtutes inseri sine
14 detractione uitiorum. has igitur uias longe aliter inducimus
quam induci a philosophis solent, primum quod utrique praepositum esse dicimus ducem utrumque inmortalem, sed alterum
honoratum, qui uirtutibus ac bonis praesit, alterum damnatum,
15 qui uitiis ac malis. illi autem in dexteriore tantum uia ducem
ponunt neque unum neque perpetuum, siquidem quemlibet
doctorem bonae artis inducunt, qui a desidia reuocet homines
et frugi esse doceat. sed neque ingredi faciunt in eam uiam
nisi pueros et adulescentes, uidelicet quod artes in his discantur
16 aetatibus. nos autem ⟨homines⟩ omnis sexus et generis et
aetatis in hoc caeleste iter inducimus, quia deus, qui eius
uiae dux est, immortalitatem nulli homini nato negat. forma
17 quoque ipsarum uiarum non ita est ut illi putauerunt. quid
enim opus est Y littera in rebus contrariis atque diuersis? sed
altera illa melior conuersa est ad solis ortum, altera illa deterior ad occasum, quoniam qui ueritatem ac iustitiam sequitur,
is accepto immortalitatis praemio perenni luce potietur, qui
autem ab illo malo duce inlectus praetulerit uitia uirtutibus,

EXPILATORES 22 immortalitatis — potietur] Lucifer p. 315, 11.

BRHSV] 1 posset *B* enim] etiam *S* inseras *(*s *ex* f*)* *S* 2 cedant *H* siue] siue etiam *S* ex*imas *(*t *uel* i *er.)* *B*, existimas *S* 3 si⌜c⌝ B^3 natura *bis, pr. del. V* 5 extrahi *R*, rethahi *sic V* 6 detract**ione *(*at *er.)* *B* 7 ut⌜r⌝ique B^3 praepositũ *(~ m. 2)* *B* 8 ĩ|mortalem *B* 10 dexterio B^1 *(corr.* B^2*)* *R*, dexteriore *(*i *in ras. ex* a *? m. 2)* *V* 12 doctorẽ *(*ẽ *in ras. ex* is *? m. 2)* *V* partis *S* a* *(*d *er.)* desid⌜er⌝ia B^3 13 deceat *R* 14 artis *B* in his discantur] indiscantur *H* discatur *S* 15 homines *add. Buenemannus, cf. etiam de mort. persec. 15, 3* omnes B^2 *(*-is B^1*)* *H* 16 aetates *H* i*ter *(*n *er.)* *B* qui* *(*a *er.)* *H* 17 inmortalitatem *(*n *ex* m*)* B^3, *sic saepe in eis quae sequuntur* hominum *B* formam B^1, *corr.* B^3 18 uiarum] si · arum B^1, *corr.* B^3 19 Y *s. l.* B^3 litter⌜a⌝ B^2, litterae *H* 20 est *om. B* altera] adterra B^1, *corr.* B^3, alter *H* 21 ac] ad *S* 22 ⌜accepto⌝ B^3 perhenni *S* lucet *V* patietur B^1, *corr.* B^2 23 ⌜malo⌝ B^3 intellectus *H*

mendacium ueritati, necesse est ad occasum et tenebras defe-
ratur ⟨aeternas⟩. describam igitur utramque et earum pro- 18
prietates habitusque monstrabo.

4. Una est itaque uirtutis ac bonorum uia, quae fert non 1
in Elysios campos, ut poetae loquuntur, sed ad ipsam mundi arcem,

> at laeua malorum
> exercet poenas et ad impia Tartara mittit.

est enim criminatoris illius, qui prauis religionibus institutis 2
auertit homines ab itinere caelesti et in uiam perditionis inducit. cuius uiae species et figura sic est conposita in aspectum, 3
ut plana et patens et omni genere florum atque fructuum delectabilis esse uideatur. in ea enim posuit deus omnia quae pro bonis habentur in terra, opulentiam dico, honorem quietem uoluptatem inlecebras omnes, sed cum his pariter iniustitiam crudelitatem superbiam perfidiam libidinem cupiditatem discordiam ignorantiam mendacium stultitiam ceteraque uitia. exitus
autem huius uiae talis est. cum uentum fuerit ad extremum, 4

EPITOME 4—11] c. 54, 3.
AUCTORES 5 (in Elysios campos). 7 s.] Verg. Aen. VI 542 s.
EXPILATORES 1 s. 5—8] Lucifer pag. 315, 12 s. 14 s.

BRHSP(ab 8)V] 2 aeternas *addidi ex Lucifero pag. 315, 12* necesse est ad occasum et tenebras deferri aeternas, *commendatur etiam uerbis supra pag. 488, 22* perenni luce potietur utrumque B^1 *(corr.* B^3*) V* proprietatem *H* 4 uirtu⸢ti⸣s B^3 ac *om. R* ⸢non⸣ B^3 5 *elysios *(a er.) B*, elyseos V^1 loquuntur *(alt.* u *del. m. 3) B*, locuntur *R* ⸢ad⸣ B^3 7 ad B^1, *corr.* B^3 leua B^1 *(corr.* B^3*) HS* 8 exercet *om. V* penas *S* inpia (n *ex* m) B^3, *sic saepius* mittet (e *ex* i) B^2 *a* mittit *denuo incipit cod. P; cf. ad pag. 485, 11* 9 enim *om. S* prauis (i *ras. ex* u) *B* 10 ab itinere] a uia *R* 11 uitae *(exp. m. 3) P* species et figura *bis* P^1, *alt. del.* P^3 figura’* (m *er.,* ’ *distinctionem add. m. 2) B* aspectu *HPV, recte?* 12 plena *V* potens B^1, *corr.* B^3, patiens *(exp. m. 3) P* et omni] omni *H*, in omni *P* fluctu B^1, fructu⸢um⸣ B^2 13 posuit deus] posita sunt B^1 (pos⸢u⸣ita sunt B^3) *P* 14 terram P^1, m *del.* P^3 opelentiam (a *ex* u) *V* dico *om. R* 15 sed cum] secum *H* et iniustitiam *H* iniusticiam crudelitatem superbiam *in inf. mg.* P^2 16 superbiã (˜ *m. 2) B* *perfidiam *(a er.) V* 17 mendacium *in mg.* H^2 18 ⸢huius⸣ P^2 ui*ae (t *er.) H*

unde iam regredi non licet, cum omni sua pulchritudine tam
subito praeciditur, ut non ante quis fraudem prospicere possit
5 quam praecipitatus in altitudinem profundam cadat. quis-
quis enim praesentium bonorum specie captus et in his conse-
quendis ac fruendis occupatus non praeuiderit ea quae post
mortem secutura sunt seque a deo auerterit, is uero ad inferos
6 deiectus in aeternam damnabitur poenam. uia uero illa cae-
lestis difficilis et cliuosa proposita est uel spinis horrentibus
aspera uel saxis extantibus impedita, ut cum summo labore
ac pedum tritu cumque magna cadendi sollicitudine sit cuique
7 gradiendum. in hac posuit iustitiam temperantiam patientiam
fidem castitatem abstinentiam concordiam scientiam ueritatem
sapientiam ceterasque uirtutes, sed simul cum his paupertatem
8 ignominiam laborem dolorem amaritudines omnes. quisquis
enim spem suam porrexerit longius et meliora maluerit, care-
bit his terrae bonis, ut expeditus ac leuis difficultatem uiae
superet. nec enim potest qui se adparatu regio circumdederit
aut diuitiis onerauerit, angustias illas uel ingredi uel tenere.
9 unde intellegitur idcirco malis et iniustis facilius prouenire
quae cupiant, quia prona et decliuis est eorum uia, bonis autem

EPITOME 6 s.] 54, 3.

B(G)RHSPV] 1 unde *om. P* pu(l)cri(t)tudine* (m *final. er.) B*², pulch(r)i-tudine *P*³ 2 praeciditur *(alt.* i *ras. ex* u*) B* ante quis] antiquis *H* 3 (in a(l)titudine (in) *(*in a *m. 3, alt.* in *m. 2) B* profundum *B*¹*V*¹, *corr. B*³*V*² quisquis] quia *B*¹, *corr. B*³ 4 praesentiam *B*¹, *corr. B*² in *om. P* iis *R* 5 frugendis *P*¹, g *del. P*³ uiderit *S* eä *(˜ er.) S* 6 se*que *(*d *er.) B* abeo *ex* adeo *B*² erterit *sic R* is] in *B*¹, *corr. B*² 7 deiectos *H*^ac aetern(a)m *H*² damnauitur *B*¹, *corr. B*², damna(b)itur *V*² poena *B* 9 sexis *V*¹ ut] aut *B* 10 tritum *(exp. m. 2) P*, trita *(*a *ex* u*) V*² sollicitudine* *(*m *er.) B* 11 hac *(*c *ex* s *? m. 2) B* 13 cetera(s)que *P*² uirtutes] ueritates *V* sed] seu *H* iis *R* 15 sua *R* porre(x)erit *B*², prouexerit *R*, porrexerit *(*er *ex* it *? m. 2) P* 16 *ab* His terre bonis *incipit codicis G pag. 115 (103) paene tota lecta* terrestribus *H* *ut *(*a *er.) B* 17 religio *(exp. m. 3) P*, regii *uel* regu, *uix* regio *G* 18 honerauerit *B*, honorauerit *G*, onorauerit *RS*^ac, *corr. m. 1 et 2*, honorauerint *(*h *linea del. et alt.* o *ex* e *corr. m. 2,* n *exp. m. 1) P* te-neri *B*¹, *corr. B*² 19 faci(l)ius *B*² 20 procliuis *B*, declibi(s) *G*, de-cliu(i)s *P*²

quae optent difficile procedere, quia difficili et arduo itinere
gradiuntur. iustus ergo quoniam durum asperumque iter 10
ingressus est, contemptui derisui odio sit necesse est. omnes
enim quos cupiditas aut uoluptas praecipites trahit, inuident
ei qui uirtutem capere potuit et inique ferunt id habere ali-
quem quod ipsi non habent. erit itaque pauper humilis igno- 11
bilis subiectus iniuriae et tamen omnia quae amara sunt per-
ferens, ⟨s⟩et si patientiam iugem ad summum illum gradum
finemque perduxerit, dabitur ei corona uirtutis et a deo pro
laboribus quos in uita propter iustitiam pertulit inmortalitate
donabitur. hae sunt uiae quas deus humanae uitae adsignauit: 12
in quibus singulis et bona ostendit et mala, sed ordine praepo-
stero atque conuerso. in sua enim monstrauit temporaria prius
mala cum aeternis bonis, qui est ordo melior, in altera tempo-
raria prius bona cum aeternis malis, qui est ordo deterior, ut
quicumque praesentia mala cum iustitia delegerit, maiora et
certiora consequatur bona quam fuerunt illa quae spreuit, quis-

EXPILATORES 2 s. (durum — necesse est). 6 ss. (pauper — perferens)] Lucifer pag. 316, 12 — 16: durum — perferentes.

B(G)RHSPV] 1 obtent *R*, obtinent *V* difficile *(post* quia*)* *R* et] uel *H* 2 durum asperumque] durumque *P* 3 contemptui licet derisui odioque aput te sint *Lucifer pag. 316, 13; an propter hoc* aput te *fort. ap. Lact. aliquid uelut* apud alios *excidisse coniciendum est?* si*t *(n er.)* *B* omnis H^2 4 aut] ac *BG* uolũtas *G* trait *S* 5 id habere] inhabere B^1, *corr.* B^2 aliquiem *(sic) ex* aliquid *R* 7 iniuriae et] iniuria esset *R* superferens *B*, [sup]erferens *G* 8 set *scripsi*, et *C* ingens *et* s *linea del., sic S* 9 fineque *V* perduxerit B^3 10 labore *P* pertulit *om. P* immortalitatem B^1 (inmortalitate* B^3) H^{ar} 11 donantur B^1, *corr.* B^3 sunt] sunt enim *H* 12 ostendit] posuit *R* 13 sua BR^1 (sua *R m. 2 uel al. m. poster.*) SP^1V, [sua] *G*, suam *H*, *ua P^2, una *edd.*, *sed cf.* in uia sua *c. 7, 3* e[n]i mon[st]r[auit] *G* monstrauit B^2 constituit *R* temporalia *BRH*, temporal[i]a *G*, tempora *S* 14 alia *R* temporalia *GH*, temporara, *sed alt.* ra *del. m. 2 S* 15 *in* deterior ut *desinit codicis G pag. 115 (103), sequitur pag. 116 (104), cuius in uerss. 1—12 nonnulla legi poterant* ut *om. H* 16 praesentia* *(m er.)* *P* iniustitia $B^{ar}G$, iustia *R* 17 consequetur *H*, consequantur *(exp. m. 3)* *P* quam] quae *G* fuerint *P* q· B^1, quae B^2 spresprebit B^1, **** spreuit B^2, sprauit R^1, spraeuit R^2 quisquis] qui* *(s er.)* *P*

quis autem praesentia bona praeposuerit iustitiae, in maiora
13 et longiora incidat mala quam fuerunt illa quae fugit. haec enim uita corporalis quia breuis est, idcirco et mala eius et bona breuia sint necesse est, illa uero spiritalis quae huic terrenae contraria est quoniam sempiterna est, idcirco et bona
14 eius et mala sempiterna sunt. ita fit ut et bonis breuibus mala aeterna et malis breuibus bona aeterna succedant. itaque cum simul proposita sint homini bona et mala, considerare unum quemque secum decet quanto satius sit perpetuis bonis mala breuia pensare quam pro breuibus et caducis bonis mala
15 perpetua sustinere. nam sicut in hoc saeculo cum est propositum cum hoste certamen, prius laborandum est, ut sis postmodum in otio, esuriendum sitiendum, aestus frigora perferenda, humi quiescendum uigilandum periclitandum est, ut saluis pignoribus et domo et re familiari et omnibus pacis ac
16 uictoriae bonis perfrui possis, sin autem praesens otium malueris quam laborem, malum tibi maximum facias necesse est — praeoccupabit enim aduersarius non resistentem, uastabuntur agri, diripietur domus, in praedam uxor ac liberi uenient, ipse interficiere aut capiere: quae omnia ne accidant, praesens com-

EPITOME 7—11] c. 54, 3 tenenda — uitam.

B(G)RHSPV] 1 proposuerit *B* 2 incidet *H*, incedet *V* 3 corporalis] temporalis *H* est *om. H* 6 fi⌜e⌝t B^3 et *(ante* bonis*) om.* B^1 *(add.* B^3*) G ut uid.* 7 aeterna mala *R* *pr.* aeterna succedat (n *s. l. m. 2; exp. m. 3) B* et malis — aeterna *om. SP* et malis breuibus *in ras. ex* succedant *ut uid.* V^2 8 simul *P*, semel *cett.* homini] omni homini *S* 9 secum *om. V* sit] est *R* bonis *om. S* 12 prius] potius *R* ⌜est⌝ P^2 ut sit *(sic)* postmodum *s. l.* B^3 13 in otio] initio B^1, *corr.* B^3, intio *P* essuritiendum sitiendum *V* 14 periclitamdum *R* 15 pigneribus *HP* dono (na *minus cert., add. m. 2) S* et *(ante* omnibus*) erasum restituit m. 3 B* omni⌜bu⌝s B^2 17 quam — facias] qua laborem tum maximum malum tibi facias *H* 18 praeoccupauit B^1 *(corr.* B^2*) RH* uastabitur H^1, *corr.* H^2 19 diripie*tur (n *er.) B*, diripie⌜n⌝tur P^2 domos B^1, *corr.* B^3 ac] aut *H* *a* [Beri ue]⟨nient ipse⟩ *incipit codicis G pag. 117 (85), cuius in uerss. 1—10 pleraque legi poterant* liberi *(alt.* i *add. m. 3) P* ueniunt B^1, *corr.* B^3 20 interfic⌜i⌝ere BS^2P^3, ⟨i⟩[n]terfi[ce]re *G*, interficere *RV* |autpereque B^1, aut|cap⌜i⌝erequ⌜a⌝e *in ras. et s. l. corr.* B^3 cape[r]e *G*, capiare *H*, cap⌜i⌝ere S^2 ne] ut ne *R*

modum differendum est, ut maius longiusque pariatur —: sic 17
in omni hac uita, quia nobis aduersarium deus reseruauit, ut possemus capere uirtutem, omittenda est praesens uoluptas, ne hostis opprimat, uigilandum, stationes agendae, militares expeditiones obeundae, fundendus ad ultimum cruor, omnia denique amara et grauia patienter ferenda, eo quidem promptius, quod nobis imperator noster deus praemia pro laboribus aeterna
constituit. et cum in hac terrena militia tantum homines labo- 18
ris exhauriant, ut ea sibi pariant quae possunt eodem modo perire quo parta sunt, certe nobis nullus labor recusandus est,
quibus id adquiritur quod nullo modo possit amitti. uoluit 19
enim deus, qui hominem ad hanc militiam genuit, expeditos in acie stare et intentis acriter animis ad unius hostis insidias uel apertos impetus uigilare, qui nos, sicut periti et exercitati duces solent, uariis artibus captat pro cuiusque natura
et moribus saeuiens. aliis enim cupiditatem insatiabilem in- 20
mittit, ut opibus suis tamquam conpedibus inligatos a uia ueritatis excutiat, alios inflammat irae stimulis, ut ad nocendum potius intentos a dei contemplatione detorqueat, alios inmoderatis libidinibus inmergit, ut uoluptati et corpori seruientes ad

EPITOME 1—8] cf. c. 61, 5.

B(G)RHSPV] 1 est *om. B* p⌊a⌋riatur B^2 2 hac] a B^1, *corr.* B^2 quia] quę S^1, quą S^2 deum B^1, *in ras. corr.* B^2 reseruauit] statuit *R*, reseruabit P^1 *(corr.* P^3*) V* 3 uoluntas (n *ex* p) B^3 4 expeditiones (di *ex* ti? *m. 2) B* 5 obeund⌊ae⌋ B^2 fundendus (fund *in ras. et* s *ex* m, *corr. m. 2) B* 6 grauiora *S* p̃tiosius *S*, prompt⌈i⌉us P^3 7 pro *om. S* 8 et] ut *R* mili⌈t⌉i⌈a⌉ P^3 tanto *H* laboris (i *ras. ex* e) *P* 9 exauriant B^1 *(corr.* B^2*) SV* eas *S* modoṃ *ex* modum P^3 10 parata B^2 *corr.* (parta? B^1) *R*, pasta *S* 11 *ad* quibus *in mg. add.* quo H^2; *uix* ⟨a⟩ quibus *scribendum* 12 *post* enim *habet* nos *R*, *sine dubio e coniectura additum, fort.* nos *post* expeditos *inserendum est; an cum edd.* nos *omittendum est et* homines *scribendum?* 13 unus S^1, unius *del. et s. l.* inuisibilis *corr. m. al. antiqua P* 15 excitati *P* capta *H* 16 alis *H* 17 conpendibus P^1 *(alt.* n *expunx.* P^3*) V* 18 excutia⌊t⌋ B^2, excitiat P^1, *corr.* P^2 inflammatirae (tirae *ex* tus? *m. 3) B* 19 a* (d *er.) B* a dei contemplatione] ad incontemplationẽ *S* alius B^1, *corr.* B^2 inmo⌈de⌉ratis B^3, inmoderatos V^{ac} 20 *ut// *ex* tum B^3 uolu*ptati (m *er.) B* et *om. H* *hinc fere incepit codicis G pag. 118 (86), cuius in uerss. 3—10 nonnulla, in uerss. 29—31 perpauca legi poterant*

uirtutem respicere non possint, aliis uero inspirat inuidiam,
ut suis ipsi tormentis occupati nihil cogitent aliut nisi eorum
21 quos oderint felicitatem. alios inflat ambitionibus: ii sunt
qui ad gerendos magistratus omnem uitae suae operam curam-
que conuertunt, ut fastos signent et annis nomen inponant.
22 quorundam cupiditas tendit altius, non ut prouincias temporali
gladio regant, sed ut infinita et perpetua potestate dominos se
23 dici uelint uniuersi generis humani. quos autem pios uiderit,
uariis inplicat religionibus, ut impios faciat. iis uero qui sa-
pientiam quaerunt, philosophiam in oculos inpingit, ut specie
24 lucis excaecet, ne quis conprehendat ac teneat ueritatem. sic
hominibus obstruxit aditus omnes et obsaepsit uias publicis
laetus erroribus. quos ut discutere possemus ipsumque aucto-
rem malorum uincere, inluminauit nos deus et armauit uera
caelestique uirtute. de qua nunc mihi disserendum est.
1 5. Sed priusquam singulas uirtutes exponere incipio, deter-
minanda est ipsa uirtus, quam non recte philosophi definierunt,
quid esset aut in quibus rebus, quid operis, quid haberet offi-
cii. nomen itaque solum retinuerunt, uim uero et rationem
2 et effectum perdiderunt. quaecumque autem in definitionem
uirtutis solent dicere, paucis uersibus colligit et enarrat Luci-
lius, quos malo equidem ponere, ne dum multorum sententias
refello, sim longior quam necesse est.

B(G)RHSPV] 1 possi"nt *(e s. l. er.) B* 3 oderunt *H,* oderit V^{ac} aliis B^1, *corr.* B^2 ii *edd.*, hi *BRHSPV,* hii *G* 4 [r]egendos *G* magistratos B^1, *corr.* B^3 5 et] ut B^1, *corr.* B^3 annum *(ex* annis*) sic* B^3 6 quorumdam B^1, *corr.* B^3 temperali B^1, *corr.* B^2 7 regnant *P* infinita et] infinitate *H* 8 uniuerso *(o ex* i *m. 2)* generi* *(s er.)* humano *B* 9 uanis *RH* religioni'bu's P^2 impiis P^{ac} his $BHSP^1$ *(corr.* P^3*) V* 10 oculis *H* inpigit *PV* ut'i' P^2 speciem *B* 12 obstrucsit B^1, *corr.* B^2 omnis B^1 *(corr.* B^2*) RPV* obse'p'sit B^2, obaepsit *R* uiã B^1, *corr.* B^2 13 laetas *H* discere *H* a'u'ctorem B^3 14 inluminabit B^1, *corr.* B^2 uere B^1, *corr.* B^2 15 disserendũ *(~ m. 3) B* 16 incipiam *edd.* 18 *post* operis *add.* aut B^3 habe're't B^2, habeat *cett.* 20 in *om. R* definitionem $B^{ar}GS$, definitione $B^{pr}RHPV$, *recte?* *in* ⟨de⟩[finit]⟨i⟩[o]nem [u]⟨ir⟩ *desinit codicis G pag. 118 (86)* 21 uersibus (s *et* bu *in ras. ex* u *et eodem* bu *? m. 2) B* lucilium B^1, *corr.* B^2 22 *supra* malo *add.* magis uolo *m. al. R* *equidem *(a er.) B* ne] sed ne *H,* nec *P* multorum *add.* B^3 23 refello sim] non refello sin *H*

uirtus, Albine, est pretium persoluere uerum 3
quis in uersamur, quis uiuimus rebus potesse:
uirtus est homini scire id quod quaeque habeat res,
uirtus, scire homini rectum utile quid sit, honestum,
quae bona, quae mala item, quid inutile turpe inhonestum:
uirtus, quaerendae finem rei scire modumque,
uirtus, diuitiis pretium persoluere posse,
uirtus, id dare quod re ipsa debetur honori:
hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum,
contra defensorem hominum morumque bonorum,
hos magni facere, his bene uelle, his uiuere amicum:
commoda praeterea patriai prima putare,
deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

AUCTORES 1 ss.] ex libr. inc. frgm. I.

B(G)RHSPV] 1 albanae B^1, albin*e B^3, alb$\overset{a}{\text{i}}$ne *(sic corr. m. 2) P* praetium *(a del. B^3) BHS*, praecium *R* uerum' *(' est distinctio) B* 2 qui⌈i⌉s B^2, quos P^1 *(corr. P^2) V* in* *(t ? er.)* uersamur' *B*, uersamur *(pr.* u *part. ras. ex* 1 *uel* i*) V* qui⌈i⌉s B^2 potest esse' *B*, pote se *H*, pote$\overset{\text{t·es}}{\text{sse}}$ *(corr. m. 3) P* 3 est homini] et homini est *H* hominis *BS* quod *om. H* qu⌈a⌉eque B^2, quoque *H* res' *B* scirei quo quaeque abeat res *LMuellerus* quod quaeque ualet res *post Schoellium, Eclog. poet. lat. ed. Brandt (1881) pag. 5. 144, Baehrensius (frg. 119)* 4 rectum' *B*, inrectum *S* utile' *B* sit] ei sit *B* honestum' *B*, honesto P^1 *(s. l. corr. P^2) V* 5 qu⌈a⌉e mala' *B* utile B^1P^1, *s. l. corr.* B^3P^2 inhominitum' B^{ac}, inho**netum' *sic corr. m. 1 uel 2* 7 *cf. c. 6, 7* qu⌈a⌉erendae B^2, quaerendę *(‸ m. 3) P* re *LMuellerus* modumque' *B*, modum quem *R* 8 *cf. c. 6, 10* diuiciis *S* praetium *(a del. B^3) BRHS* posset B^1, posse'* B^2 9 quod *om. R* debetur] uidetur' B^1 *(corr. B^2) H* 10 inimicum' *B* hominem *R* 11 malorum' *B*, malorum *(mal in ras. ex mai ? m. 3) P* 12 defensionem *B* hominum morumque] hominumque *R* hominũ *(ũ ex o ?) V* bonorum' *B* 13 magni facere *S edd.*, magnificare *(-re' B) BHPV*, magis facere *R*, magnificare hos *edd.* hos *(ante bene) ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^3 uelle' *B* ⌈ui⌉uere B^3 amicum' *B* 14 *cf. c. 6, 18* patriai *edd.*, patr$\overset{a}{\text{i}}$e* *(t er.,* a *add. m. 2) B*, patriae *cett.* 15 ⌊de⌋inde *(⌊de⌋ in ras. ex* u *? m. 3) B* terti$\overset{\text{iam}}{\text{am}}$ *(corr. m. 2) P* postremăquē *(supra* a *er.* '*, supra* e *er.* a, *idem* e *ex* i *corr. m. 2) B*, postrema quę *S* nostră *B*

4 ab his definitionibus, quas poeta breuiter conprehendit, Marcus
Tullius traxit officia uiuendi Panaetium Stoicum secutus eaque
tribus uoluminibus inclusit. haec autem quam falsa sint mox
uidebimus, ut appareat quantum in nos dignatio diuina contu-
5 lerit, quae nobis aperuit ueritatem. uirtutem esse dixit
scire quid sit bonum et malum, quid turpe, quid ho-
nestum, quid utile, quid minus. breuius facere potuit, si
tantum bonum ac malum diceret, quia nihil potest esse utile
uel honestum quod non idem bonum sit, nihil inutile ac turpe
quod non idem malum. quod et philosophis uidetur et idem
6 Cicero in tertio supra dicti operis ostendit. uerum scientia
non potest esse uirtus, quia non est intus in nobis, sed ad
nos extrinsecus uenit. quod autem transire ab altero ad alte-
rum potest, uirtus non est, quia uirtus sua cuique est. scientia
igitur alieni beneficii est, quia posita est in audiendo, uirtus
tota nostra est, quia posita est in uoluntate faciendi boni.
7 sicut ergo in itinere celebrando nihil prodest uiam nosse, nisi
conatus ac uires suppetant ambulandi, ita uero scientia nihil
8 prodest, si uirtus propria deficiat. nam fere etiam ii qui
peccant, etsi non perfecte, tamen quid sit bonum et malum
sentiunt, et quotiens aliquid improbe faciunt, peccare se sciunt
9 et ideo celare nituntur. sed cum eos boni et mali natura

AUCTORES 1 s. Marcus — secutus] cf. de off. II 17, 60; III 2, 7. 11] de off. III 2, 7 ss.

BRHSPV] 1 iis *R* quos *H* 2 panetium *BHSPV*, pane et uinum *R* sthoicum *H* ea quae *H* 4 uide⸢bi⸣mus *B*, docebimus *R* ⸢in⸣ *B* diuina dignatio *H* 6 scire *om. R* 7 quo⸢d⸣ *(ante* minus*)*, d *m. 1*, o *ex* i *et* minus *del. m. 3 P* mini⸢s⸣ *ex* min' *(i. e.* -nus*)* S^2 10 ⸢malum⸣ B^2 et *s. l. P*, *om. V* filosofi⸢s⸣ B^2 11 in tertio *om. R* supradict⸢i⸣ B^2 *post* operis *add.* libro *edd.* 12 intus *om. BH* ad] et *R* 13 nos] **nos *(an er.) B* transisse B^1, *corr.* B^3 ab] ad B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* ad] ab P^1, *corr.* P^3 14 sua *ex* qua *corr.* B^3, sui *HP* cui'que *(' i. e.* us *m. 3) P* *post* est *s. l.* uirtus est *add.* B^2, *nunc erasum* 15 est *(ante* quia*) om. B* posita] possit B^1, *corr.* B^2 est] res *B* *post* audiendo *s. l.* est *add.* B^2 16 tota nostra est *om. RS* 16 uolumptate B^1, *corr.* B^3 bona *H*, bene *(ex* boni*)* P^3 17 celebrando *C, male a quibusdam temptatum; cf. indicem uerborum* prodeest *B* 18 ⸢ac⸣ B^3 subpetant *PV* ueri *edd.* 19 prodeest *B* ii *edd.*, hi *C* 21 sentiant B^1, *corr.* B^2 quoties *P* 22 boni natura et mali *S*

non fallat, cupiditate mala uincuntur, ut peccent, quia deest
illis uirtus, id est cupiditas recta et honesta faciendi. ex hoc 10
igitur apparet aliut esse scientiam boni malique, aliut uirtutem,
quod potest esse scientia sine uirtute, sicut in plurimis philo-
sophorum fuit. in quo, quoniam recte ad culpam pertinet non
fecisse quae scieris, recte uoluntas praua et uitiosus animus,
quem ignoratio excusare non potest, punietur. ergo sicut 11
uirtus non est bonum ac malum scire, ita uirtus est bonum
facere, malum non facere. et tamen scientia sic cum uirtute
coniuncta est, ut scientia praecedat uirtutem, uirtus sequatur
scientiam, quia nihil prodest cognitio, nisi et actio subsequatur.
Horatius igitur paulo melius: 12

uirtus est uitium fugere et sapientia prima,

sed inepte, quod eam contrario terminauit, ut si diceret: 'bonum
est quod malum non est'. cum enim quid sit uirtus nescio,
ne uitium quidem quid sit scio. utrumque igitur indiget de-
finitione, quia natura rei talis est, ut utrumque aut intellegi
aut non intellegi sit necesse. uerum nos faciamus quod ille 13
debuit. uirtus est iram cohibere, cupiditatem conpescere, libi-
dinem refrenare: id est enim uitium fugere. nam fere omnia

AUCTORES 13] ep. I 1, 41.

BRHSPV] 1 fallit *S* 2 illi⌜s⌝ B^2 cupitas *P* 3 scientiã *(~ m. 2) B* 4 quia B^2 (quod B^1) *S*, quid *H* scientia* (m *er.) B* uirtute* (m *er.) B* 6 uolumptas B^1, *corr.* B^3, uoluptas *S* 7 quem] qu⌜a⌝e B^2 8 ita ut *(exp. m. 2) P* ⌜est⌝ S^2 9 sic⌜c⌝um B^2 sic cum — scientia *om. R* scientia* (m *er.) B* 10 scientiã *(~ m. 3) B* 11 prodeest *B* cognitio nisi et] cognitionised B^1, *corr.* B^3 consequatur *BH*, subsequatur scientiam (scientiam *s. l. add.* P^2) *SP* 12 ho**ratius (no *er.) H* 13 fugire B^1, *corr.* B^2 promã B^1, primä B^3 '*librariorum errore aut uerba* et sapientia prima *adiecta sunt aut uerba* stultitia caruisse *(Horat. uers. 42) omissa' uix recte Fritzschius, immo* stultitia caruisse *omisisse Lact. ipse uidetur; cf. 9—12; 498, 16* 14 eam ⌜e⌝ contrario P^2 16 ne uitium — scio *om. R* utrum P^1 *(corr.* P^3*) V* igitur *om. R* ind⟨i⟩g⌞et⌟ (et *in ras. ex 2 litt., quarum prior* a, *m. 3) B* ⌞in⌟ definitione (in *in ras. m. 2, exp. m. 3) B* 17 ut *om. B* ut aut utrumque *H* 18 sit necesse est *(exp. m. 3) B* quid B^1, *corr.* B^2 19 debuit *om.* B^1, ⌜noluit⌝ B^2 conspicere B^1, *ras. et s. l. corr.* B^3 20 uitium *bis* P^1, *alt. del.* P^2 fugire B^1, *corr.* B^3

quae fiunt iniuste atque inprobe, ab his oriuntur adfectibus.
14 si enim commotionis huius quae ira dicitur impetus retundatur,
omnes hominum contentiones malae sopientur, nemo insidia-
15 bitur, nemo prosiliet ad nocendum. item si cupiditas tempe-
retur, nemo terra marique grassabitur, nemo exercitum ducet,
16 ut rapiat et uastet aliena. item si ardor libidinum conpri-
matur, omnis aetas et sexus retinebit suam sanctitatem, nemo
17 quidquam pudendum aut patietur aut faciet. ergo uniuersa
scelera et flagitia his commotionibus uirtute sedatis ex hominum
uita moribusque tollentur. quae sedatio commotionum et ad-
18 fectuum hanc habet rationem, ut omnia recta faciamus. omne
igitur uirtutis officium est non peccare. quo profecto fungi
non potest qui deum nescit, quoniam ignoratio eius a quo bona
19 oriuntur, inprudentem inpingat in uitia necesse est. itaque
ut breuius et significantius utriusque rei summa officia deter-
minem, scientia est deum nosse, uirtus colere: in illo sapientia,
in hoc iustitia continetur.
1 6. Dixi, quod erat primum, scientiam boni non esse uirtutem,
deinde, quid sit uirtus et in quo sit: sequitur ut id quoque
ipsum, quid sit bonum et malum, nescisse philosophos breuiter
ostendam, quia paene declaratum est in libro tertio, cum de
2 summo bono disputarem. qui autem quid esset summum
nescierunt, et in ceteris bonis malisue, quae summa non sunt,

21 in libro tertio] c. 7 ss.

BRHSPV] 1 oriunt⟨u⟩r *B* 2 inpe**tus (di *er.*) *B* 3 omnis *B*, omnium *H* contentione P^1, s *add.* P^3, contentionę *V* male B^1P^1, *corr.* B^2P^3, malo *S* sopiuntur *R*, sopient* (t *est* -tur) *S* 5 crassabitur *S* exercitũ (˜ *m. 3*) *B* 6 sibi *S* 8 uniuerse P^1, *corr.* P^2 9 commonitionibus *V* sedatas (*alt.* a *ex* i) B^3 10 uit*a (i *er.*) *B* moribus⌜q.⌝ B^3 tolle⌜n⌝tur B^3 adfectu⌜u⌝m (aff- *P*) B^2P^2, adfectũ *V* 11 recte *B* omne] om̃⌞s⌟ S^2, omnem P^1, *alt.* m *del.* P^3, omnẽ *V* 12 quod *BH* nõn potest fũngi (*corr. m. 1 ?*) *B* ungi P^{ac} (f *postea add. m.* P^1) *V* 14 inpinguat *V* 15 significatius *H* 16 deus B^1, deũ *corr.* B^2 sapientia* (m *er.*) *B* 18 dixi* (t *er.*) *B* scientia *B* 19 quid sit] quia est *R* in *s. l. in ras.* B^3 id *om.* *R* 20 **breuiter (et ? *er.*) *B* 21 poene B^1, *corr.* B^3, paena *R* declaratũ (˜ *m. 2*) *B* 22 quid] qui *R* 23 malisquaeque B^1, malisuequ⌜a⌝e B^3 sunt] ⌞te⌟⌜ne⌝nt, te *in ras. ex 2 litt. et* ne *s. l. m. 2*, sunt *corr. m. 3* *B*

errauerint necesse est: quae non potest uero iudicio examinare
qui fontem ipsum non tenet unde illa descendunt. fons autem 3
bonorum deus est, malorum uero ille scilicet diuini nominis
semper inimicus, de quo saepe diximus: ab his duobus princi-
piis bona malaque oriuntur. quae ueniunt a deo, hanc habent 4
rationem, ut inmortalitatem parent, quod est summum bonum:
quae autem ab illo altero, id habent officium, ut a caelestibus
auocatum terrenisque demersum ad poenam interficiant sempi-
ternam, quod est summum malum. num igitur dubium est 5
quin illi omnes quid esset bonum et malum ignorauerint, qui
nec deum nec aduersarium dei scierunt? itaque finem bono- 6
rum ad corpus et ad hanc uitam breuem retulerunt, quam
scilicet solui et occidere necesse est, non sunt progressi ulte-
rius, sed omnia eorum praecepta et omnia quae inducunt
bona, terrae inhaerent et humi iacent, quoniam simul cum cor-
pore, quod est terra, moriuntur. pertinent enim non ad uitam 7
homini conparandam, sed ad quaerendas uel augendas opes
honores gloriam potentiam: quae sunt uniuersa mortalia, tam
scilicet quam ille qui ut ea sibi contingerent laborauit. hinc
est illud:

uirtus, quaerendae finem rei scire modumque.

AUCTORES 21] cf. pag. 495, 7.

BRHSPV] 1 erraueri⌜n⌝t *B*, erraueru̇nt *(exp. m. 2) P* quae *(a in ras. ex 2 litt. m. 3) B* ⌜uero⌝ B^3 2 u,n,de B^2 3 scilicet ille *S*, ⌜ille⌝ scilicet *V* nomini *R* 4 ab *om. H* hiis *B* principiis *om. R*, principibus *H* 8 auocatos *R* terrenis *B* demersos *R* ad *eras. B* poena* (m *er.) B* interficiat *B* sempiterna'* (m *er., distinctionem* ' *add. m. 2) B* 10 omines *sic H* quid — malum] quod et malum sit bonum *H* esse⌜t⌝ B^2 11 aduersarium] aemulum *H* dei] humani generis *B, om. R* scierint *SPV* 12 et] sed B^1, *corr.* B^2 ad *om.* SP^1, *s. l.* P^2 rettulerunt *R*, retulerint *V* quam] quod *P* 14 sed] et B^1, *corr.* B^2 illorum *R* et] ut *edd.* 15 in⌜h⌝a⌜e⌝rent *(*h *s. l. m. 2,* a *m. 3) B* et *om. V* humani B^1, humi *corr.* B^2 quoniam] quod P^1, quōd *(i. e.* quoniam*)* P^2 cum** *(*in *er.) B* 16 *oriuntur *(*m *er.) B* 17 homini* *(*s *er.) B* cō|parandum B^1, *corr.* B^3 uel] et *R* 18 prae] quae B^1, *corr.* B^2 ⌜tam⌝ B^3 19 eaṣ *(exp. m. 3) P* hi⌜n⌝c B^3 20 illa *(*a *ex* ud*)* B^3 21 *cf. ad pag. 495, 7* uirtutis *H* qu⌜a⌝erend⌜a⌝e *(pr.* a *s. l. m. 3, alt.* a *m. 2) B*, quaerende *S*, quaerendẹ *(. m. 3) P* ⌜finem⌝ B^3 modum (-dum' *B) BS*, modum quae *R*

8 praecipiunt enim quibus modis et quibus artibus res familiaris quaerenda sit, quia uident male quaeri solere. sed huiusmodi uirtus non est proposita sapienti: nec enim uirtus est opes quaerere, quarum neque inuentio neque possessio in nostra potestate est. itaque et quaesitu et obtentu faciliores sunt malis
9 quam bonis. non potest ergo uirtus esse in iis rebus quaerendis in quarum contemptu uis ac ratio uirtutis apparet, nec ad ea ipsa transfugiet quae magno et excelso animo calcare ac proterere gestit, neque fas est animam caelestibus intentam bonis, ut haec fragilia sibi conparet, ab inmortalibus suis opibus auocari, sed potissimum in iis rebus conparandis uirtutis ratio consistit quas nobis nec homo ullus nec mors ipsa possit auferre.
10 cum haec ita se habeant, illut quod sequitur uerum est:

uirtus, diuitiis pretium persoluere posse.

qui uersus idem fere significat quod primi duo. sed neque ipse neque quisquam philosophorum scire potuit pretium ipsum uel quale uel quod sit. id enim poeta et illi omnes quos secutus est putauerunt recte opibus uti, hoc est frugi esse, non instruere conuiuia sumptuose, non largiri temere, non

AUCTORES 8] cf. Cic. de off. III 5, 24. 14] cf. pag. 495, 8.

BRHSPV] 1 **praecipiunt (ad *er.*) *B* enim] etiam *H* familiares *BV*[ac] 2 ẽ, *s. l.* sit *V* mala *H*, malæ *V* huius mundi *H* 3 sapienti'[ae] (' *distinctionem add. m. 1*, [ae] *add. m. 3*) *B* est opes — ergo uirtus (6) *om. R* 4 nostrã *S* 5 quaesitu *Heumannus*, quaestu *BRSPV*, quaestus *H* obtentus *H* 6 iis *R*, his *cett.* 7 contemtu (m *in ras. ex* n *m. 2*) *B* apparet (*alt.* a *in ras. ex 3 litt., quarum tertia* e, *m. 2*) *B* 9 protegere *B*, pro*⌊t⌋erere (p *er.*, t *m. 2*) *P* animum *P* intentam (*corr. m. 3*) *P* 10 bona* (m *er.*) *H* ⌊ab in⌋mortalibus *B*[3] immortalitatibus *H* opibus *cum codd. recent. Buenemannus*, operibus *C* 11 iis *R*, his *cett.* conparendis *P*[1] (e *in* a *corr. P*[2]) *V* uirtutis (tis *ex* tib; *m. 2 ?*) *S* 12 posset *B*, potest *H* 13 est] sed *H* 14 *cf. ad pag. 565, 11* diuitiis] ac uitiis *R* praemiũ (miũ *in ras. ex* tiũ *ut uid. m. 3*) *B*, p̃tium *SV* possit *H* 15 fere *om. B* primo *P*[1], *in ras. corr. P*[3] 16 *ad* ipse *fort. conferendum pag. 396, 1 (409, 16); an* poeta *addendum? pro quo* Lucilius *coni. Schoellius et Thilo* 17 ipsum uel *om. R* id] idem *H* e⌊nim⌋ *B*[2] olli *P* 18 frigi *P*[1], *corr. P*[2] 19 sumptuosi *B*[1], *corr. B*[2], sũmptuese *S*, sumptioso (*alt.* o *minus cert.*) *P*[1], sumptiose *P*[2], sumptiose *V* temere (*pr.* e *ex* i *m.2*) *P*

effundere in res superuacuas aut turpes rem familiarem. dicet 11
aliquis fortasse: 'quid tu? negasne hanc esse uirtutem?' non
equidem nego, contraria enim uidear probare, si negem, sed
ueram nego, quia non sit illa caelestis, sed tota terrena, quando-
quidem nihil efficit nisi quod remaneat in terra. quid sit autem
recte opibus uti et qui sit ex diuitiis fructus petendus decla-
rabo apertius, cum de pietatis officio loqui coepero. iam 12
cetera quae sequuntur nullo modo uera sunt. nam inprobis
inimicitias indicere, aut bonorum defensionem susci-
pere potest cum malis esse commune. quidam enim probitate 13
ficta uiam sibi ad potentiam muniunt faciuntque multa quae
boni solent, eo quidem promptius quod fallendi gratia faciunt.
utinamque tam facile esset praestare quam facile est simulare
bonitatem! sed hi cum esse coeperint propositi ac uoti sui 14
conpotes et summum potentiae gradum ceperint, tum uero simu-
latione deposita mores suos detegunt, rapiunt omnia et uiolant
et uexant eosque ipsos bonos quorum causam susceperant in-
sequuntur et gradus per quos ascenderunt amputant, ne quis
illos contra ipsos possit imitari. uerum tamen putemus hoc 15

6 declarabo apertius] c. 11 ss.
AUCTORES 8 s.] cf. pag. 495, 10 s.

B(G)RHS(—14)PV] 1 effu⸢n⸣dere P^3 dicit B^1, *corr.* B^3 2 quid *om. R* non equidem] non quidem *R*, nequidem *S* 3 uidear *(sic corr. m. 2) B* *probare (a *? er.) B* negem *(g ex* c *m. 2) H* 4 uerum *B* illa *(*i *ras. ex* u*) H* sit *om. V; pro* sit *habent* est *post* terrena *edd.* terrene *R* 5 efficiat *H* terrã *R* quid] quod *H* 6 qui] qui* *(*d *er.) B* declarabit *(*b *ex* u*) sic R* 7 iam *in ras. ex* iamne *ut uid.* B^3 8 secuntur *RP* 9 honorum B^1, *corr.* B^3 def*ensionem *(*l *er.) B* *a* [Sionem] *incipit codicis G pag. 119 (29), cuius in uerss. 1—4 perpauca legi poterant* 10 ⸢m⸣alis B^3 enim *om. R* 11 ficta* *(*m *er.) B* faciuntque multa] faciunt *R* 12 boni* *(*s *er.) H* 13 fale *R* esset] est B^1, *s⸢i⸣t B^2, esse et P^1 *(*esset et P^3*) V* 14 hii *R* *in* hi cum *denuo deficit cod. S (fol. 131*^{b}*)* coeperunt B^{ar} *(*u *ras. in* i *corr.)* P^1 *(corr.* P^2*) V* pr⸢o⸣positi P^3 15 conpote*s *(*n *er.) B,* computes P^1, u *in* o *corr.* P^3, cõputes *V* *post* potentiae *s. l.* suae P^2 ceperint *V*, coeperint $B^{ar}RHP$; *mihi suspectum, malim* adepti sint *uel* ascenderint *uel sim., pr.* coeperint *eiciendum et* pot. ⟨tenere⟩ gr. coeperint *scribendum Schoellio uid.* tunc *B* simulationem P^1, m *del.* P^3 16 et uiolant *om. R* 17 causã *(~ m. 3) B* insequntur *B,* insecuntur *R* 18 ascenderant *B* 19 possit B^1, *corr.* B^2

officium non nisi boni esse, ut bonos defendat. at id suscipere facile est, implere difficile, quia cum te certamini congressionique commiseris, in arbitrio dei, non tuo posita uictoria est, et plerumque inprobi et numero et conspiratione sunt potentiores quam boni, ut ad eos superandos non tam uirtus
16 sit quam felicitas necessaria. an aliquis ignorat quotiens melior iustiorque pars uicta sit? hinc semper dominationes acerbae
17 in ciues extiterunt. plena est exemplis omnis historia, sed nos contenti erimus uno. Gnaeus Pompeius bonorum uoluit esse defensor, siquidem pro re publica, pro senatu, pro libertate arma suscepit. idem tamen uictus cum ipsa libertate occidit et a spadonibus Aegyptiis detruncatus insepultus abiectus est.
18 non est igitur uirtus aut hostem malorum esse aut defensorem bonorum, quia uirtus incertis casibus non potest esse subiecta.

commoda praeterea patriai prima putare

19 sublata hominum discordia nihil est omnino. quae sunt enim patriae commoda nisi alterius ciuitatis aut gentis incommoda, id est fines propagare aliis uiolenter ereptos, augere

AUCTORES 9 s. et 13 s.] cf. pag. 495, 10 s. 16] cf. pag. 495, 14. § 19 s. 23 s.] ad Ciceronis de re publica librum III (c. 12, 21 ed. Baiter) rettulit Maius.

B(G)RHPV] 1 boni] bonis *H* 3 tua B^1, *in ras. corr.* B^2 possita *V* 4 plerum⌈q.⌉ B^2 5 pot⌈enti⌉ores P^2 quam boni *om. R* no⌈n⌉ta⌈m⌉ B^3 6 *post* ignorat *s. l.* quod P^2 7 iustior quam *H* dominatione *V* arcerue B^1, a*cerb⌈a⌉e B^2 8 ciuibus *R*, ciu·us (bi) *(pr.* i *ex alia litt. m. 3, pr.* u *ras. ex* b *corr.*, bi *s. l. m. 3) P*, ciuis *V* sed] et *H* 9 gneus *B*, cn. *RH*, GÑ · *PV* 10 repu⌈d⌉ P^2 libertatē *B* 11 *ab* [Occi]⟨d⟩[it] *incipit codicis G pag. 120 (30), cuius in uerss. 1—20 et 29—31 nonnulla legi poterant* occiditur *R* 12 a⌈b⌉ B^3, ab *H* spa*donibus *(r er.) B* desepultus B^1, *corr.* B^3 *ante* abiectus *2 uel 3 litt. erasae, quarum prima* u, *B* [est abie]⟨ctus⟩ *G* 16 *cf. pag. 495, 14* preterea *H* patriai *edd.*, patriae *BRHV*, patriaẹ *P* putare. sublata hominum concordia nihil est omnino *male edd.* 17 concordia *(con in ras. ex* dis *m. 2) P* 18 patria *R* au⌈t⌉ B^3 gentes B^1, *corr.* B^2 19 uolenter $B^{ac}P^1$, *corr.* B^1P^2 ereptis *codd. recent. et edd. ('ut* aliis *sit tertius casus,* ereptis *sextus' Cellarius),* eiectis *alii codd. recent. et edd.*

imperium, vectigalia facere maiora? quae omnia non utique
uirtutes, sed uirtutum sunt euersiones. in primis enim tollitur 20
humanae societatis coniunctio, tollitur innocentia, tollitur alieni
abstinentia, tollitur denique ipsa iustitia: quae discidium generis
humani ferre non potest et ubicumque arma fulserint, hinc
eam fugari et exterminari necesse est. uerum est enim Cice- 21
ronis illut: qui autem ciuium rationem dicunt haben-
dam, externorum negant, dirimunt hi communem
humani generis societatem, qua sublata beneficentia
liberalitas bonitas iustitia funditus tollitur. nam quo- 22
modo potest iustus esse qui nocet, qui odit, qui spoliat, qui
occidit? quae omnia faciunt qui patriae prodesse nituntur.
id enim ipsum prodesse quid sit, ignorant qui nihil putant
utile, nihil commodum, nisi quod teneri manu potest: quod
solum teneri non potest, quia eripi potest. haec itaque ut 23
ipsi appellant bona quisquis patriae adquisiuerit, hoc est qui
euersis ciuitatibus gentibusque deletis aerarium pecunia refer-
serit, agros ceperit, ciues suos locupletiores fecerit, hic laudibus
fertur in caelum, in hoc putatur summa et perfecta esse uirtus.
qui error non modo populi et imperitorum, sed etiam philo-

AUCTORES 7] de off. III 6, 28.

B(G)RHPV] 1 [aue]⟨c⟩[tig]⟨alia⟩ *G* meliora *BH,* ⟨me⟩[lior]⟨a⟩ *G* ⌜non⌝ *P*[2] utique *(*i *ras. ex* u*) B* uirtuteesse *B*[1], uirtutisesse *B*[2], uirtutissed *B*[3] uirtutium *P,* uirtutum *sic V* ⌜sunt⌝ *B*[3] euersionis *B*[1], *corr. B*[2] 3 tollitur *(ante* alieni*) om. B, defuisse in G uestigiis et spatiis indicatur* 5 fulseri⌜n⌝t *B*[3] 6 enim *om. V* 8 hi *(uel* hii*)* dirimunt *codd. Cic.* communa *sic R* 9 humani generis *RHPV cum codd. Cic.*, generis humani *B* qu⌞a⌟ *P*[3] beneficientia *HV,* beneficia *P* 11 qui odit qui spoliat *in mg. H*[2] 12 quae] qui *B*[1], *corr. B*[2] nituntur — prodesse *om. R* 13 prodeesse *B* 14 utile'∗ (m *er.,* ' *distinctionem add. m. 2) B* *in* q[uo]⟨d teneri manu⟩ *desinit codicis G pag. 120 (30), sequitur pag. 121 (147), cuius in uerss. 1—17 et 26—31 nonnulla legi poterant* 16 patria⌜e⌝ *B*[2] adquisiuerit *B*[3]*HPV,* adquisierit *R,* quesierit *B*[1], qua⌜e⌝siuerit *B*[2], quaesierit *G* 17 gentibus *RH* refer∗serit *(*t *er.) B, s. l. uox a m. 2 addita, nunc erasa,* refers[a]erit *G* 18 goeperit *B*[1], *corr. B*[2], coeperit *H,* c⌜o⌝eperit *P*[3] locupletatiores *B*[1], ta *del. B*[3], locupletioris *R* 20 imperatorum *B*[1], inperitorum *corr. B*[3], imper$\overset{\text{a}}{\text{i}}$torum *(sic corr. m. 3) P*

sophorum est, qui praecepta quoque dant ad iniustitiam, ne
24 stultitiae ac malitiae disciplina et auctoritas desit. itaque cum
de officiis ad rem militarem pertinentibus disputant, neque ad
iustitiam neque ad ueram uirtutem adcommodatur illa omnis
oratio, sed ad hanc uitam moremque ciuilem, quem non esse
25 iustitiam et res indicat et ipse Cicero testatus est. sed nos
inquit ueri iuris germanaeque iustitiae solidam et ex-
pressam effigiem nullam tenemus, umbra et imagini-
bus utimur: easque ipsas utinam sequeremur! ferun-
tur enim ab optimis naturae et ueritatis exemplis. —
umbra est igitur et imago iustitiae quam illi iustitiam puta-
26 uerunt. quid? sapientiam nonne idem confitetur in philo-
sophis esse nullam? aut cum Fabricius inquit aut Aristides
iustus nominatur, aut ab illis fortitudinis aut ab hoc
iustitiae tamquam a sapiente petitur exemplum. nemo
enim horum sic sapiens, ut sapientem uolumus in-
27 tellegi, nec ii qui sapientes habiti et nominati, Mar-
cus Cato et Gaius Laelius, sapientes fuerunt, ne illi
quidem septem, sed ex mediorum officiorum frequentia

AUCTORES 6] de off. III 17, 69. 13] ibid. III 4, 16.

B(G)RHPV] 1 **iustitiam *(in er.) B,* iustitiam *H* ne* *(c er.) B,* nec P^1, *corr.* P^3 2 stultitiae] iniustitiae *R* disciplina et] disciplinae *PV* 3 officiosis *B* disputa**nt *(re er.) B,* ⟨di⟩s[p]utaren[t] *G* 4 a⸢c⸣commodatur P^3, acumudatur *ut uid.* V^{ac}, *corr. m. 1* 5 mortemque *H* 7 iugis *(g ex r)* B^3 permanetqui B^1, germaneque B^3 iustitiam *B,* iustitia *R* 8 umbrae *B* 9 eas *codd. Cic.* ipsas] iras *R* 10 ab] ex *codd. Cic.* 11 ⸢et⸣ B^3 iustitia *R* quã *(~ m. 3) B* 12 eidem *P* 13 *apud Cic. ante* aut cum *haec* nec uero cum duo Decii aut duo Scipiones fortes uiri commemorantur, *quae, cum pag. 505, 3 nominentur* iusti *tantum et* iustitia, *consulto, sed parum considerate omisisse Lact. uidetur* fabricibus *V* inquit *om. B* aut Aristides *C (nisi quod* aut *om. R) cum codd. Cic., eicit Heusingerus,* ut Aristides *Baiterus* 14 illo *R* ab hoc] ab his *codd. Cic.* 15 iustitia P^1 *(corr.* P^3*) V* exemplo B^1, *corr.* B^3 *in* exemplu[m] *desinit codicis G pag. 121 (147), sequitur pag. 122 (148), cuius in uerss. 1. 2 perpauca legi poterant* 16 sapiens] sapiens est *B,* [sa]⟨pi⟩en[se]s[t] *G* sapiens ut *om. H* 17 ii *edd.,* hi *BHPV,* hii *R* sapientes *C cum codd. Cic.,* sapientes ⟨sunt⟩ *edd. Cic.* habentur et nominantur *B* nominati Marcus] nominatim *PV* 18 ne⸢c⸣ P^3 ille B^1, *corr.* B^2 19 ex] et *H* frequentiam B^1, m *del.* B^3

similitudinem quandam gerebant speciemque sapien-
tium. si ergo et philosophis ipsorum confessione adempta 28
sapientia est et iis qui iusti habiti sunt adempta iustitia est, omnes igitur illae uirtutis descriptiones falsae sint necesse est, quia quae sit uera uirtus scire non potest nisi iustus ac sapiens. iustus autem ac sapiens nemo est nisi quem deus praeceptis caelestibus erudiuit.

7. Nam illi omnes qui per aliorum confessam stultitiam 1
sapientes existimantur, specie uirtutis inducti umbras et imagines adprehendunt, nihil uerum. quod ea fit ratione, quoniam uia illa mendax, quae fert ad occasum, multos tramites habet propter studiorum et disciplinarum uarietatem, quae sunt
in uita hominum dissimiles atque diuersae. nam sicut uia 2
illa sapientiae habet aliquid simile stultitiae, quod libro praecedente monstrauimus, ita haec cum sit tota stultitiae, habet aliquid simile sapientiae, quod adripiant ii qui stultitiam publicam intellegunt: et ut habet uitia manifesta, sic habet aliquid quod simile uideatur esse uirtuti, ut habet apertum scelus, sic
imaginem quandam speciemque iustitiae. quomodo enim prae- 3
cursor eius uiae cuius uis et potestas omnis in fallendo est, uniuersos in fraudem posset inducere, nisi ueri similia hominibus ostentaret? deus enim, ut immortale illud arcanum eius

14 libro praecedente] c. 14.

AUCTORES 9] cf. pag. 504, 8.

BRHPV] 1 generabant B^1, *corr.* B^3 sapientiae *H* 2 confessione* (m *er.)* *B* 3 sapientia* (e *er.)* *B* et iis — iustitia est *om.* P^1 *(in inf. mg. add.* P^2*)* *V* his *BH* 4 uirtutes B^1, *corr.* B^2 5 non *om.* *P* iustis P^1 *(corr.* P^3*)* *V* 6 *post* sapiens *add.* quod B^2 iustus — sapiens *om.* *B*, — nemo *om.* *R* est] nullus est *R* 7 erudibit B^1, *corr.* B^2 8 confessã (˜ *m. 2)* *B*, confisam *V* 9 uirtutes B^1, *corr.* B^2 11 occã|sum *B* 12 habe*t (n *er.)* *B* et disciplinarum *om.* *R* disciplinam B^1, disciplinae B^2 13 in uita *om.* *R* dissimilis *P* in uia *(exp. m. 2)* *P* illa uia *V* 14 simile aliquid *B* prae⌞ced⌟e⌞nte⌟ (ced *m. 2,* nte *m. 3,* praeteriti *fuisse uid.)* *B* 15 stultitia* *(e er.)* *B*, stultiti*ę (c *er.)* *P* 16 similis B^1, *in ras. corr.* B^2, similae *RH* arripiunt *edd.* ii *R*, hi *cett.* stultitiam] iustitiam *H* 17 *ut *B* si⌞c⌟ B^2 19 i*maginem (n *er.)* *V* *hinc fere incepit codicis G pag. 123 (25), in qua nihil legi poterat* speciemqui B^1, *corr.* B^2 ⌜enim⌝ P^2 21 faudem *P* 22 ostenderet *B* immortalitatem ⌜ita⌝ *(add. m. 2; om.* illud*)* arcanum *B*

in operto esset, posuit in uia sua quae homines pro malis et
turpibus aspernarentur, ut auersi a sapientia et ueritate, quam
sine ullo duce requirebant, in id ipsum inciderent quod uitare
4 ac fugere cupiebant. itaque illam perditionis ac mortis uiam
multiplicem ostendit, uel quod multa sunt genera uitae uel
5 quod dii multi qui coluntur. huius dux praeuaricator ac subdolus, ut uideatur esse discrimen aliquod falsi et ueri, mali et
boni, alia ducit luxuriosos alia eos qui frugi appellantur, alia
inperitos alia doctos, alia inertes alia strenuos, alia stultos
6 alia philosophos, et eos quidem non uno tramite. illos enim
qui aut uoluptates aut diuitias non refugiunt, ab hac publica
et celebri uia modice segregat, eos autem qui aut uirtutem
sequi uolunt aut contemptum rerum profitentur, per confragosa
7 quaedam praecipitia trahit. sed tamen illa omnia itinera quae
speciem bonorum ostentant non sunt aliae uiae, sed deuerticula
et semitae, quae uidentur quidem ab illa communi dextrouersum separari, ad eandem tamen et ad unum omnes exitum
8 sub ipso fine referuntur. ibi enim dux ille coniungit omnes
ubi opus fuerat bonos a malis, fortes ab inertibus, sapientes
a stultis separari, in deorum scilicet cultu, in quo ille uniuersos,

B(G)RHPV] 1 aperto B^1 ($\overset{a}{o}$perto *sic* B^3) *H* esse *B*, e⌊sset⌋ P^2 potuit B^1, uoluit B^2 in uia sua posuit *R* 2 aspernerentur B^1, *corr.* B^2 ueritate* (m *er.*) *B* quae *H* 3 requiribant *sic* B^1, requaerebant *sic* B^3 4 fugare B^1, *corr.* B^3 idque *B* illum B^1, *corr.* B^3 perditiones B^1, *corr.* B^2 mortes B^1, *corr.* B^2 ui**ã *ex* ueniã *V* 5 ostendit] constituit *R* generis *B* uita* (e *er.*) *B* 6 ⌊d⌋ii *P*, hi *V* praeuaricatur *R* 7 **mali (et *er.*) *B* 8 luxuriosus B^1P^{ac}, *corr.* B^2P *m. 1 uel 2* appellentur *R* 9 inperitus B^1, *corr.* B^2 doctus B^1, *corr.* B^2 inertis B^1, *corr.* B^2 strenu⌜o⌝s B^2 stultus B^1, *corr.* B^2 12 celebri uia] celebria *H* aut] ut *R* uirtute *H* 13 confitentur *PV* per] pro *R* fragosa BP^1, c̃ *s. l. add.* P^3, confrugosa *R* 14 **quaedam (ad *er.*) *B* omnia illa *B* 15 ostenta⌜n⌝t B^2, ostendant P^1 (*corr.* P^3) *V* aliae uiae] cliuuie (e *minus cert.*) *sic* B^1, cluosa B^2 $\overset{i}{\text{deuerticula}}$ (*sic corr. m. 3*) *P*, deuerticulä (*s. l.* e *er.*) *V* 16 semite B^1P^1 (*corr.* B^2P^3) *V* illo *H* 17 eundem *RH* 18 *a* ⟨F⟩[in]⟨e⟩ *incipit codicis G pag. 124 (26) paene tota lecta* referunt *R* 19 fuer⌊a⌋t (a *m. 3 ?*) *P* fortis RV^{ac}, fontes *P* 20 ab *H* in deorum] id eorum *H* scilicet in (in *add. m. 2*) deorum scilicet *B*, *idem in G fuisse uestigia et spatia indicant* cultu] multi *H* uniuersus P^1 (*corr.* P^3) *V*

quia sine ullo discrimine stulti fuerunt, uno mucrone iugulat
et praecipitat in mortem. haec autem uia, quae est ueritatis 9
et sapientiae et uirtutis et iustitiae, quorum omnium fons unus
est, una uis, una sedes, et simplex est, quo paribus animis
summaque concordia unum sequamur et colamus deum, et an-
gusta, quoniam paucioribus uirtus data est, et ardua, quoniam
ad bonum quod est summum atque sublime nisi cum summa
difficultate ac labore non potest perueniri.

8. Haec est uia quam philosophi quaerunt, sed ideo non in- 1
ueniunt, quia in terra potius ubi apparere non potest quae-
runt. errant ergo uelut in mari magno nec quo ferantur in- 2
tellegunt, quia nec uiam cernunt nec ducem sequuntur ullum.
eadem namque ratione hanc uitae uiam quaeri oportet qua in 3
alto iter nauibus quaeritur: quae nisi aliquod caeli lumen ob-
seruent, incertis cursibus uagantur. quisquis autem rectum 4
iter uitae tenere nititur, non terram debet aspicere, sed caelum
et, ut apertius loquar, non hominem sequi debet, sed deum,
non his terrestribus simulacris, sed deo seruire caelesti, non
ad corpus referre omnia, sed ad mentem, non huic uitae dare
operam, sed aeternae. itaque si oculos in caelum semper in- 5
tendas et solem qua oritur observes eumque habeas uitae quasi

B(G)RHPV] 1 qui *R* 2 in mortem *om. R* 3 fons omnium *H* *post* fons *eras.* ÷ *(i. e.* est*) P* *uix* quarum 4 una uis una sedes et] unauisua|sediset B^1, un∗ussua|uiset *corr. et s. l.* una uis una sedes *add.* B^3 uis⌞&⌟una *R* quo *BGP*^{3}, quod *RHP*^{1} (d *del.* P^3) *V edd.* parṭibus *(exp. m. 3) P* 5 concordia∗ (m *er.) B* 7 quod] cum B^1, *corr.* B^2 est *om.* P^1 *(post* sublime *s. l. add.* ÷ P^3*) V* sublimem B^1, m *fin. del.* B^3 *post* sublime *s. l.* quo *add.* B^2, *nunc erasum* 8 difficultate∗ ac labore∗ *(duo* m *er.) B* 9 quem *B* quaesierunt *B* inuenerunt B^1, *corr.* B^3 10 terraṁ *(exp. m. 3) B* 11 uelut in] ueluti *B* 12 uiã *(˜ m. 3) P* sequuntur, *sed prim.* u *del. m. 3 B, alt.* u *ex* a*? V,* secuntur *RHP* ullum — namque *om. B* ullum *omissum esse in G uestigia et spatia indicant* 13 eodem *R* ratione⌞m⌟ B^2, rationem *RP*^{1}, m *exp.* $P^{2?}$, rationẽ *(˜ er.) H* uiam⌜q.⌝ B^2 qu⌜i⌝a B^3, quia *RP*^{1} (i *expunx.* P^3*) V* 14 quae] que B^1, qui B^3H 15 uacantur *H* 16 *post* terram *eras.* tueri *ut uid. B* 18 seruiri B^1, *corr.* B^2 non] sed non B^1, et non B^2 *in* caelesti non ⟨ad cor⟩ *desinit codicis G pag. 124 (26), sequitur pag. 125 (62) paene tota lecta* 20 opera *H* oculis *R* semper in caelum *B*, [sem]⟨per⟩[i]ncaelum *G* 21 qua] cum *B*, c[u]m *G* oritur] hauritur *B*, hau⟨rit⟩ur *G*, oriatur *H* eumqu∗e *(a er.) B*

nauigii ducem, sua sponte in uiam pedes dirigentur et illut caeleste lumen, quod sanis mentibus multo clarior sol est quam hic quem carne mortali uidemus, sic reget, sic gubernabit, ut ad summum sapientiae uirtutisque portum sine ullo errore per-
6 ducat. suscipienda igitur dei lex est, quae nos ad hoc iter dirigat, illa sancta, illa caelestis, quam Marcus Tullius in libro de re publica tertio paene diuina uoce depinxit: cuius ego, ne
7 plura dicerem, uerba subieci. est quidem uera lex recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnis, constans, sempiterna, quae uocet ad officium iubendo, uetando a fraude deterreat, quae tamen neque probos frustra iubet aut uetat nec inprobos iubendo aut uetando
8 mouet. huic legi nec obrogari fas est neque derogari aliquid ex hac licet neque tota abrogari potest, nec uero aut per senatum aut per populum solui hac lege possumus, neque est quaerendus explanator aut inter-
9 pres Sextus Aelius, nec erit alia lex Romae alia

EPITOME 5 s. (dei lex)] c. 55, 1 (legemque diuinam).
AUCTORES 8] de rep. (III 22, 33).

B(G)RHPV] 1 uia *BH* derigentur *B*[1], *corr.* *B*[3] 2 clarius *RH* sol⌜e⌝ *B*[2] multo clarius est quam hic sol quem *Isaeus* 3 carni *B*[1], *corr.* *B*[2] mortales *B*[1], *corr.* *B*[2] ⟨te⟩ reget *Heumannus* gubernauit *B*[1], *corr.* *B*[2] 5 qui *B*[1], qu⌜a⌝e *corr.* *B*[3] adhoc (o *ex* u *m. 3)* *P* 6 illa *(ante* caelestis) *omissum esse in G uestigia et spatia indicant* Marcus Tullius] m̃ẹntul-lius (~ *add. et* en *exp. m. 3)* *P* 7 poene *B*[1], *corr.* *B*[3], pe(n)de (d *del. et corr. m. 3)* *P* depencsit *B*[1], de(di)pincsit *B*[2], depinxit *B*[3] ⌜cuius⌝ *B*[3] 8 dicere *B*[1] (-rẽ *B*[2]) *R* rect⌞a⌟ *B*[3] 9 omnes *BGH* constant *B*[1], *corr.* *B*[3] 10 semp⌞it⌟er⌜na⌝ (it *et* na *m. 3)* *B* qu⌜a⌝e *B*[2] uoce *R* 11 dete⌜r⌝reat *B*[2] que *B* probos *ex* prob[u]us *B*[2] frust⌜r⌝a *P*[3] 12 inprobus *B*[1], *corr.* *B*[2] 13 legio *P*[1] (o *expunx.* *P*[2]) *V* a[brog]⟨a⟩[r]e *G*, progari *P*[1] (ab ṗrogari *P*[2]), ḍprogari *V* neque — licet *om.* *R* derogare *H* 14 ⌜h⌝ac *V* 15 per *(ante* populum) *om.* *BG* 16 possumus *(pr.* u *in ras. ex* i ? *m. 2)* *B*, ⟨p⟩oss[im]u[s] *G* neque] sed quid *B*[1] *(corr.* *B*[3]), *uestigia 6 litterarum in G* qu⌜a⌝erendus (a *m. 3,* s *ex* m *m. 2)* *B*, ⟨q⟩uae⟨r⟩[en]d⟨u⟩m *G* aut] ut *B*[1], *corr.* *B*[2], nec *R* interpres Sextus Aelius *(in quo uix* eius *desideratur) recepi ex* interpres · extusaelius *H;* interpres(e)alius (e *add. m. 2)* *B*, inter-pr⟨esa⟩[l]ius *G*, interpres laelius *R*, interpres aelius *P*[1] (aẹlius *P*[2?]) *V;* inter-pres eius alius *edd.* 17 rex̣ (s) *(corr. m. 2)* *P* roma *H*

Athenis, alia nunc alia posthac, sed et omnes gentes
et omni tempore una lex et sempiterna et inmutabilis
continebit unusque erit communis quasi magister et
imperator omnium deus: ille legis huius inuentor
disceptator lator, cui qui non parebit, ipse se fugiet
ac naturam hominis aspernatus hoc ipso luet maximas
poenas, etiamsi cetera‹supplicia›quae putantur effu-
gerit. quis sacramentum dei sciens tam significanter enar- 10
rare legem dei posset quam illam homo longe a ueritatis no-
titia remotus expressit? ego uero eos qui uera inprudentes
loquuntur sic habendos puto, tamquam diuinent spiritu aliquo
instincti. quodsi ut legis sanctae uim rationemque peruidit, 11
ita illut quoque scisset aut explicasset, in quibus praeceptis
lex ipsa consisteret, non philosophi functus fuisset officio, sed
prophetae. quod quia facere ille non poterat, nobis facien- 12
dum est, quibus ipsa lex tradita est ab illo uno magistro et
imperatore omnium deo.

9. Huius legis caput primum est ipsum deum nosse, soli 1
obtemperare, solum colere. non potest enim rationem hominis

EPITOME 15—17] c. 55, 1 (tradente ipso domino). c. 9—12] cf. c. 29. 18—510, 2] c. 54, 4.

B(G)RHPV] 1 nu'n'c *V* post haec *HV* et *om. R* omni genti *(duo* i *ex* es) B^2 omnis P^1 *(corr.* P^2) *V* 2 tẽporæ *V* et *ante* sempi-terna] est *B*, ut *GRH, recte?* inmutabilis *BG*, immutabilis *cett.* *post* inmutabilis *s. l.* quamsi *add.* B^2 3 unusquisque *B* *in* continebit unus *desinit codicis G pag. 125 (62), sequitur pag. 126 (61), in qua nihil legi poterat* 4 imperator *(*o *ex* u *m. 2) H* 5 lator *edd.*, sator *C* fug'i'et *P* 6 naturã *(˜ m. 2) B* aspernatur *H* ipse *R* 7 qu'a'e B^2 8 quis] quod B^1, *corr.* B^3, qui" (s *s. l. er.) P* sciens tam] scientiam *B* signifi-cantur P^1, *corr.* P^3 9 illa'm' B^3 10 expressis B^1, *corr.* B^2, expraesit *R* uera] uero P^1, o *in* a *corr.* P^3 inprudenter (r *final. ex* s) B^2 11 lo-cuntur *PV* putem (em *in ras. ex* ant *m. 2) B* diuinen *sic H* spiraliiquiinstricti B^1, spir'itu'aliquoinstructi B^2, instrnti *sic* P^{ac}, inst'i'n'c'ti *corr.* P^1 aliq: *H* 12 quodsi ut] quodsint B^1, q̇u̇ȯdsicu't' B^3 legi's'sanct'a'e *(gi ex 2 litt. incert. corr. et* s *et* a *add. m. 2) B* perdidit P^1, *corr.* P^3 13 ita ụṭ *(exp. m. 2) H* scisset — quibus] si scisset explicasset quibus *R* 14 p'h'ilosophus B^2 15 quia *om. R* 18 cuius *B* deum] prdeum (r *in ras. m. 2) sic H*

obtinere qui parentem animae suae deum nescit; quod est summum nefas. quae ignoratio facit ut diis aliis seruiat, quo
2 nihil sceleratius committi potest. hinc iam procliuis est ad malitiam gradus per ignorantiam ueri ac singularis boni, quia deus, quem nosse refugit, fons est ipse bonitatis: uel si iustitiam sequi uolet, diuini tamen iuris ignarus gentis suae leges tamquam uerum ius amplectetur, quas non utique iustitia, sed
3 utilitas repperit. cur enim per omnes populos diuersa et uaria iura sunt condita, nisi quod una quaeque gens id sibi sanxit
4 quod putauit rebus suis utile? quantum autem ab iustitia recedat utilitas, populus ipse Romanus docet, qui per fetiales bella indicendo et legitime iniurias faciendo semperque aliena capiendo atque rapiendo possessionem sibi totius orbis com-
5 parauit. uerum hi iustos se putant, si contra leges suas nihil faciant: quod etiam timori adscribi potest, si praesentium poe-
6 narum metu sceleribus abstineant. sed concedamus sane ut id natura uel, ut ait philosophus, s u a s p o n t e faciant quod legibus facere coguntur. num idcirco iusti erunt, quia parent institutis hominum, qui ipsi aut errare aut iniusti esse potu-

EPITOME 6—10] c. 54, 8 cum — communi. 14—16] c. 54, 8 sed metus — submouebat.

AUCTORES 5—14] ad Ciceronis de re publica librum III (c. 12, 20 ed. Baiter) rettulit Maius. 17] Cic. de rep. I 2, 3; de legg. I 18, 49.

B(G)RHPV] 1 nesciat *B* est *om.* P^1, & (s) *s. l. add.* P^3 2 ut *eras.* *B* alienis *R* seruiret *B* 3 commit⌜t⌝i B^3 procliuis *(*cl *ex* d *m. 2) P* 4 mali⌜ti⌝am $P^{2?}$ 5 quem *(*e *in ras. ex* a *? m. 2) B* bonitatis] bonitatis ac ueritatis *H* uel si] ne⌜s⌝i *B* iustitia *H* 6 uolet] uolet dei *BP*, *sed* dei *s. l.* P^2 *hinc fere incepit codicis G pag. 127 (60) ter scripta, in qua nihil legi poterat* tamen *om. R* legis B^1, *corr.* B^2 7 uerum *om.* P^1 *(in mg. add.* P^2*) V* amplectetur *Heumannus*, amplectitur *C* 8 omnis P^1 *(corr.* P^2*) V* 9 una⌜quae⌝que B^2 sanxsit *B* 10 a* *(*d *er.) B*, a⌜b⌝ P^2, a *V* iustitia* *(*e *er.) H* 11 ipse populus *R* qui] qui frequenter *H* per fetiales] perfida *B* feciales *P*, fectiales *V* 13 capiendo (v *m. 3) P*; cupiendo *edd., probant Halmius (in ed. Cic.) et Woelfflinus, ut uid., Archiu. lexicogr. et gramm. lat. I 363 s.* comparabit B^1, *corr.* B^2 14 hii *BR* 15 a⌜d⌝scribi B^2 16 ⌜metu⌝ P^2 18 num] non BP^1, *corr.* P^3 qui⌜a⌝ B^3 19 statutis *H*, iustitutis P^1, *corr.* P^3 qu⌜i⌝a *B* et ipsi *edd.*

erunt, sicut illi duodecim tabularum conditores, aut certe publi-
cae utilitati pro condicione temporum seruierunt? aliut est 7
igitur ciuile ius, quod pro moribus ubique uariatur, aliut uera
iustitia, quam uniformem ac simplicem proposuit omnibus deus:
quem qui ignorat, et ipsam iustitiam ignoret necesse est. sed 8
putemus fieri posse ut aliquis naturali et ingenito bono ueras
uirtutes capiat, qualem fuisse Cimonem Athenis accepimus,
qui et egentibus stipem dedit et pauperes inuitauit et nudos
induit, tamen cum illud unum quod est maximum deest, agnitio
dei, iam bona illa omnia superuacua sunt et inania, ut frustra
in iis adsequendis laborauerit. omnis enim iustitia eius si- 9
milis erit humano corpori caput non habenti: in quo tametsi
membra omnia et locis suis constent et figura et habitudine,
tamen quoniam deest id quod est omnium principale, et uita
et omni sensu caret. itaque membra illa formam tantum- 10
modo membrorum habent, usum non habent, tam scilicet quam
caput sine corpore. cui similis est qui cum deum non ignoret,
uiuit iniuste: id enim solum habet quod est summum, sed
frustra, quoniam uirtutibus tamquam membris eget. itaque 11
ut sit uiuum ac sensibile corpus, et agnitio dei necessaria est
quasi caput et uirtutes omnes quasi corpus. ita fiet homo per-
fectus ac uiuus, sed tamen summa omnis in capite est, quod
quamuis constare non possit sine omnibus, sine quibusdam

B(G)RHPV] 1 aut] qui *edd.* 2 utilitati* (s *er.*) *B* 3 ꝑ (*i. e.* pro) *add. m. al. antiqua P* utique *H* aliut] aliud est *PV* 5 ignorat et] ignoraret *B* iustiam *R* 6 ⌜et⌝ B^3 ingeni*o (t *er.*) *B* 7 Cimonem *edd.*, timonem *BHPV*, s*imonem (c *er.*) *R* accipimus *RH* 8 qui* (a *er.*) *B* et (*ante* egentibus) *om.* P^1 (*s. l. add.* P^2) *V* gentibus *H* 9 induit] induit et mortuos sepelliuit *R* ᶜu*ᵐ *ex* ut B^3 illũ B^1, illud *corr.* B^3 *ab* Est ⟨ma⟩[ximum] *incipit codicis G pag. 128 (59) ter scripta, cuius in uerss. 1—9 et 30. 31 pauca legi poterant* deest] in quo est *B*, [d]eest in[quo est] *G* 10 di[i] *G* *post* dei *s. l.* ignorauit B^3 omnia *om. BG* ut] et B^1, *corr.* B^2, aut *H* 11 his *BPV* adsequen****s (tibu *er.*) *V* (di *s. l.*) 12 habendi P^1, *corr.* P^3 13 omnia membra *H* constet nec B^1, conste⌜n⌝t *et B^2 14 et *om. H* 16 ⌜usum non habent⌝ B^3 18 sed *om. R* 19 indiget *H* it⌜a⌝que B^2 20 **uiuum (ui *er.*) *V* ac] et *B* 21 itaque *B* pertectus *R* 22 uibus B^1, *corr.* B^2 sed tamen] et *B* 23 sine *ante* omnibus] in B^1, *corr.* B^3; *an* omnibus ⟨membris⟩? *Thilo*

12 tamen potest. et erit quidem animal uitiosum ac debile, sed
tamen uiuet, sicut is qui et deum nouit et in aliqua re peccat;
dat enim ueniam peccatis deus. itaque sine membris aliquibus
13 uiui potest, sine capite nullo modo. haec res efficit ut philo-
sophi etiamsi natura sint boni, tamen nihil sciant, nihil sapiant.
omnis doctrina et uirtus eorum sine capite est, quia deum
nesciunt, qui est uirtutis ac doctrinae caput. quem qui non
adgnoscit, licet uideat, caecus est, licet audiat, surdus, licet
14 loquatur, elinguis est. cum uero conditorem rerum paren-
temque cognouerit, tunc et uidebit et audiet et loquetur.
habere enim caput coepit, in quo sunt sensus omnes conlocati
15 hoc est oculi et aures et lingua. nam profecto is uidet qui
ueritatem, in qua deus est, uel deum, in quo ueritas est, oculis
cordis aspexerit, is audit qui diuinas uoces ac praecepta uitalia
pectori suo adfigit, is loquitur qui caelestia disserens uirtutem
16 ac maiestatem dei singularis enarrat. quare non est dubium
quin impius sit quisquis deum non adgnouerit, omnesque uir-
tutes eius, quas habere aut tenere se putat, in illa mortifera
17 uia reperiuntur, quae est tota tenebrarum. quapropter nihil
est quod sibi aliquis gratuletur, si has inanes uirtutes adeptus
est, quia non tantum miser, qui bonis praesentibus careat, sed
etiam stultus sit necesse est, qui labores in uita sua maximos
18 suscipiat in cassum. nam adempta spe immortalitatis quam
deus pollicetur in sua religione uersantibus, cuius adsequendae

B(G)RHPV] 1 et] *et *(s er.) s. l. add. B*³ 2 ⌜uiuet⌝ *B*³ *is *(h er.) B* 5 scient *H* nihil] quod nihil *H* sapiėant *B*, sapient *H* 6 omnis] omnis enim *H* 7 uirtus *P* non] ñ *s. l. al. m. R* *in* [q]ue[m qu]⟨i⟩ [non] *desinit codicis G pag. 128 (59), sequitur pag. 129 (31), cuius in uerss. 1—13 nonnulla legi poterant* 8 surdus est *H* 9 ṣụụṃ rerum *V* 11 caput] uocem caput *H* co⌜e⌝pit *V* omnis *P*¹ *(corr. P*³*) V* 12 hoc] id *R* oculis *R; an* ⟨et⟩ oculi *? cf. 6* et uidebit *is *(h er.) B* 13 quo] qua *R* 14 aspecserit *B*¹, *corr. B*² is *om. PV* ac] et *R* u⌜i⌝talia *P*³ 15 peccatori *P*¹ (ca *del. P*³*) V* adfigitis *(tamen* is *sequitur) R*, adfligit *P*¹ (l *expunx. P*³*) V* is *om. B*¹ *(add. B*²*) G* 16 ac maiestatem *in mg. H*² 17 adgnouerit (d *del. m. 3) B* 18 quis *B*¹, *corr. B*³, *alia correctio a m. 2 facta nunc erasa est* putat in] putent *B*¹, *corr. B*³ mortis fera *R* 19 *an* reperiantur *?* 20 aliqui *R* 21 praesentibus] praeceptis *B*¹, *corr. B*³ 23 aderepta *B*¹, abrepta *B*², dempta *PV* spem *B*¹, *corr. B*³

gratia uirtus adpetenda est et quidquid malorum acciderit per-
ferendum, maxima erit profecto uanitas obsequi uelle uirtutibus,
quae frustra homini calamitates adferunt et labores. nam si 19
uirtus est egestatem exilium dolorem mortem, quae timentur a
ceteris, pati fortiter ac subire, quid tandem in se boni habet,
cur eam philosophi propter se ipsam dicant expetendam? nimi-
rum superuacuis et inanibus poenis delectantur quibus licet
agere tranquille. si enim mortales sunt animae, si uirtus 20
dissoluto corpore nihil futura est, quid fugimus adtributa nobis
bona quasi aut ingrati aut indigni qui diuinis muneribus per-
fruamur? quae bona ut habeamus, scelerate inpieque uiuen-
dum est, quia uirtutem id est iustitiam paupertas sequitur.
sanus igitur non est qui nulla spe maiore proposita iis bonis 21
quibus ceteri utuntur in uita, labores et cruciatus et miserias
anteponat. si autem uirtus, ut ab iis rectissime dicitur, ca- 22
pessenda est, quia constet ad eam nasci hominem, subesse
debet spes aliqua maior, quae malorum et laborum, quos per-
ferre uirtutis est, magnum adferat praeclarumque solacium.
nec aliter uirtus cum per se dura sit, haberi pro bono potest,
quam si acerbitatem suam maximo bono penset. aeque non 23
aliter his bonis praesentibus abstinendum est, quam si sint
alia maiora, propter quae tanti sit et uoluptates omittere et
mala omnia sustinere. ea uero nulla sunt alia, ut in tertio
docui, nisi perpetuae uitae. hanc autem praestare quis potest
nisi deus, qui uirtutem ipsam proposuit? ergo in dei agnitione 24

23 in tertio] c. 12.

EPITOME 15—18] cf. c. 29, 7. 25—514, 5] c. 54, 4.

B(G)RHPV] 1 gratiae *H* ⌜uirtus⌝ B^3 attigerit *R* 2 uelle* (t *er.*) *B* 3 quae] q· B^1, *corr.* B^2 4 *hinc fere incepit codicis G pag. 130 (32), in qua nihil legi poterat* 5 eteris *sic R* sibire P^1, *corr.* P^2 6 dicunt *H* ⌜ni⌝mirum B^2 8 augere *R* 9 a⌜d⌝tributa B^3 10 ingratia‿ut (‿ *m.3*) *P* ⌜a⌝ut B^2 11 *ut (a *er.*) *B* 13 nullam spem maiorem *B* proposita] proposita ita *R* iis *R*, his *cett.* 14 laboris *B* 15 ut *om. R* iis *R*, his *cett.* ducitur *H* capissenda *H* 16 constat *H*, constet *V* 17 quos] quae *B* pręferre P^1, *corr.* P^3 18 praeclarum *PV* 19 *post* bono *3 uel 4 litt. eras. B* 20 aceruitatem B^1 (*corr.* B^2) *H* 21 si] quia *H* 23 uera *R* 24 docui] docui libro *H* qui *H* 25 deus (u *ras. ex* o) *B* ⌜p⌝posuit P^2 agnitione (a *in ras. ex 2 litt. et pr.* i *in ras. m. 2*) *B*, agnitio⌜ne⌝ P^2

et cultu rerum summa uersatur: in hoc est spes omnis ac salus hominis, hic est sapientiae gradus primus, ut sciamus qui sit nobis uerus pater eumque solum pietate debita prosequamur, huic pareamus, huic deuotissime seruiamus, in eo promerendo actus omnis et cura et opera collocetur.
1 10. Dixi quid debeatur deo: dicam nunc quid homini tribuen-
dum sit; quamquam id ipsum quod homini tribueris, deo tri-
2 buitur, quia homo dei simulacrum est. sed tamen primum
iustitiae officium est coniungi cum deo, secundum, cum homine. set illut primum religio dicitur, hoc secundum misericordia uel humanitas nominatur. quae uirtus propria est iustorum et cultorum dei, quod ea sola uitae communis continet rationem.
3 deus enim qui ceteris animalibus sapientiam non dedit, natura-
libus ea munimentis ab incursu et periculo tutiora generauit, hominem uero quia nudum fragilemque formauit, ut eum sapientia potius instrueret, dedit ei praeter cetera hunc pietatis adfectum, ut homo hominem tueatur diligat foueat contraque
4 omnia pericula et accipiat et praestet auxilium. summum
igitur inter se hominum uinculum est humanitas: quod qui diruperit, nefarius et parricida existimandus est. nam si ab uno homine quem deus finxit omnes orimur, certe consanguinei sumus et ideo maximum scelus putandum est odisse

EPITOME 6—8] c. 55, 2. 8 s.] c. 55, 1 (legemque — copulat). 10 religio] c. 55, 1. 11—20] c. 60, 1 s.; 33, 8. 20—515, 5] c. 60, 3.

AUCTORES 21 s. (consanguinei). 515, 4 s.] cf. Orac. Sibyll. VIII 481—485 (σύναιμοι).

B(G)RHPV] 1 omnis *om. R* *ac* *ex* haec *B* 2 est *om. H* *hinc fere incepit codicis G pag. 131 (129), in qua nihil legi poterat* ut sciamus *in mg. add.* P^2 3 qui *C*, quis *edd., sed cf. pag. 192, 10* quod — bonum 4 huic deuotissime seruiamus *om. R* 5 promendi B^1, *corr.* B^3 6 dixi* *(t er.) B* 7 quam *H*, qua⌜m⌝quam P^3 tribuerit B^1, *corr.* B^3 tribuer⌜is⌝dõ* *ex* tribuendos *V* deuspertr[e]buitur B^1, deo****tribuatur B^2 10 misericordiam P^1, m *del.* P^3 11 ⌜et cultorum⌝ B^3 12 rationẽ *(˜ m. 2 uel 3) P* 13 quia *R* 14 eam *R* ob incursus et pericula *H* generabit B^1, *corr.* B^2 17 afectum *B* contra P^1 *(*contra⌜q:⌝ P^2*) V* 19 humanitatis HV^{ac} 20 inruperit *B*, disruperit *(*s *ras. ex* r*) R* existimandũ B^1, *corr.* B^2 21 huno *V* deos B^1, *corr.* B^2 oriuntur *B*, oriemur *H* consanguinei *(*o *ex* u *m. 3) P* 22 *ab* Est odi[s]⟨se⟩ *incipit codicis G pag. 132 (130) paene tota lecta*

hominem uel nocentem. propterea deus praecepit inimicitias 5
per nos numquam faciendas, semper esse tollendas, scilicet ut
eos qui sint nobis inimici necessitudinis admonitos mitigemus.
item si ab uno deo inspirati omnes et animati sumus, quid 6
aliut quam fratres sumus, et quidem coniunctiores, quod animis,
quam qui corporibus? itaque non errat Lucretius, cum dicit: 7

denique caelesti sumus omnes semine oriundi,
omnibus ille idem pater est.

ergo pro beluis inmanibus sunt habendi qui homini nocent, 8
qui contra ius humanitatis et fas omne spoliant cruciant occi-
dunt exterminant. ob hanc necessitudinem germanitatis docet
nos deus malum numquam facere, semper bonum. id autem 9
ipsum bene facere quid sit, idem ipse praescribit: praestare
auxilium depressis et laborantibus, inpertiri uictum non haben-
tibus. deus enim quoniam pius est, animal nos uoluit esse 10
sociale: itaque in aliis hominibus nos ipsos cogitare debemus.
non meremur in periculo liberari, si non succurrimus, non
meremur auxilium, si negamus. ad hanc partem philoso- 11
phorum nulla praecepta sunt, quippe qui falsae uirtutis specie
capti misericordiam de homine sustulerunt et dum uolunt sa-
nare, uitiauerunt. et cum idem plerumque fateantur socie- 12

EPITOME 12—18] c. 29, 2; 60, 4 s. 18—21] c. 33, 6.
AUCTORES 7 s.] II 991 s. 15 s.] cf. Addenda.

B(G)RHPV] 1 inimicitias] insidias *BG* 2 faciendas] esse faciendas *BG* semper esse tollendas] sed omnino a nobis esse tolerandas *(*tollendas *m. 3) B*, sed ⟨o⟩mn⟨ino a no⟩bis sem⟨per⟩ esse t⟨oler⟩[a]ndas *G*, semper esse tolerandas *H* 3 *(e)os *P* sunt *G* 4 quid — sumus *in mg. H* 5 et quidem] equidem B^1 *(corr. B^3) R*, [equ]⟨ide⟩[m] *G*, et quide *H; an* eo quidem*? cf. pag. 493, 6; 501, 12* quod] t[am] *G* 6 erat B^1 *(corr. B^2)* GV^1 7 oriundi' *(' est distinctio) B* 8 idem ille *BG* 9 homine[m] *G* 10 omnes *H* 12 *post* bonum *add.* amare *B, additum fuisse in G, cum uerba* amare id autem ipsum — sit idem *repetita sint, priore loco spatiis indicatur, altero ipsum cernitur* 14 *et *(s er.) P* *malim* inpertire, *cf. pag. 520, 8* 15 pius est *om. R* 16 sochiale *B* nosmet *B, fuisse in G spatio indicatur* 17 periculis *H* 19 a nulla *R* falsa *Heumannus, sed Buenemannus confert III 28, 3* 20 *in* sustulerunt *desinit codicis G pag. 132 (130), sequitur pag. 133 (27) paene tota lecta* sanare, uitiauerunt] sanare uitia, auxerunt *codd. recent. et edd.* 21 plerique B^1 *(corr. B^3) G*

tatis humanae communionem esse retinendam, ab ea plane se
ipsos inhumanae uirtutis suae rigore dissociant. conuincendus
ergo etiam hic error illorum est qui nihil cuiquam inpertien-
13 dum putant. urbis condendae originem atque causam non
unam intulerunt, sed alii eos homines qui sint ex terra pri-
mitus nati, cum per siluas et campos erraticam degerent uitam,
nec ullo inter se sermonis aut iuris uinculo cohaererent, sed
frondes et herbam pro cubilibus, speluncas et antra pro domi-
bus haberent, bestiis et fortioribus animalibus praedae fuisse
14 commemorant. tum eos qui aut laniati effugerant aut laniari
proximos uiderant, admonitos periculi sui ad alios homines de-
cucurrisse, praesidium inplorasse et primo nutibus uoluntatem
suam significasse, deinde sermonis initia temptasse ac singulis
quibusque rebus nomina inprimendo paulatim loquendi perfecisse
15 rationem. cum autem multitudinem ipsam uiderent contra
bestias esse tutandam, oppida etiam coepisse munire, ut uel
quietem noctis tutam sibi facerent uel ut incursiones atque im-
petus bestiarum non pugnando, sed obiectis aggeribus arcerent.
16 o ingenia hominibus indigna, quae has ineptias protulerunt,

AUCTORES § 13—17] locum ad Ciceronis de re publica libr. I (c. 25, 40) rettulit Maius, e Lucretio petitum esse ostendit Orellius. 5 s. (— nati)] cf. Lucr. V 805 ss. 6—9 (— haberent)] cf. ibid. 931—987. 9—15] cf. ibid. 988—998. 1022 s. 1028—1090. 16 oppida — munire] cf. ibid. 1105 ss.

B(G)RHPV] 1 esse *om. G* 2 inhumane (a *s. l. er.*) *B* 3 error] ergo *B*[1], *corr. B*[2] 4 putant urbis] putandumbis (t *add. m. 2*) *sic R* condendae (*pr.* d *ex* c *m. 3*) *P* 5 ali *BG* hominis *R* sunt *H* 6 siluos *V* erraticiam *H* 7 sermonis (i *ex* e *m. 2*) *P* 8 herbas (s *ex* m) *B*[3], erbam *V* cubilibus *B*[3] speluncħas *V* et antra] uterẽ|tur (erẽ *m. 2*) antra (*add. m. 3*) *B* 9 fortiores *P*[1], *corr. P*[3] 10 commorant *P*[1] (*corr. P*[2]) *V* laniati *B*[2] effugerent *PV* 11 [de]c[urr]isse *G*, decurrisse *R* 12 primo (i *ex* e m. 3) *P* uoluntatem *P* 14 inpremendo *B*[1], *corr. B*[2], inponendo *codd. recent. et edd.* 15 *post* autem *add.* nec *P*[3] 16 tutandam *B*[3], tutandum *B*[1], tutam *RV*, tuttam *H*, tutam (t *m. 2*, m *exp. m. 1*) *P*; *cf. Addenda* oppidum *B*[1], *corr. B*[3] 17 quietam *R* ut *om. RH* incursionis *B*[1], *corr. B*[2] 18 non (*add. m. 3*) inpugnando *P* 19 has *B*[3] inertias *B*[1], *corr. B*[3] *in* ⟨inept⟩[i]as ⟨pro⟩[t]⟨ul⟩[e] *desinit codicis G pag. 133 (27), sequitur pag. 134 (28), in qua nihil legi poterat malim* protulerint

miseros atque miserabiles, qui stultitiam suam litteris memoriae-
que mandauerint! qui cum uiderent mutis quoque animalibus 17
ingenitam esse rationem uel conueniendi uel inuicem adpetendi
uel periculi fugiendi uel mali cauendi uel cubilia sibi et latibula
parandi, homines tamen ipsos existimauerint non nisi exemplis
admoneri ac discere potuisse, quid metuere, quid cauere, quid
facere deberent, aut numquam conuenturos inter se fuisse nec
loquendi rationem reperturos, nisi eos bestiae comedissent.
haec aliis delira uisa sunt, ut fuerunt, dixeruntque non fera- 18
rum laniatus causam fuisse coeundi, sed ipsam potius huma-
nitatem, itaque inter se congregatos, quod natura hominum
solitudinis fugiens et communionis ac societatis adpetens esset.
non magna inter eos disceptatio est, siquidem causae dispares
sunt, res eadem est. potuit igitur utrumque, quia non re- 19
pugnat, sed tamen utrumque nullo modo uerum est, quia non
per omnem terram nati sunt homines e terra tamquam ex
draconis alicuius dentibus proseminati, ut poetae ferunt, sed
unus homo a deo fictus ab eoque uno terra omnis humano
genere conpleta est, eadem scilicet ratione qua rursus post
diluuium; quod certe negare non possunt. nulla igitur in prin- 20
cipio facta est eiusmodi congregatio nec umquam fuisse ho-

AUCTORES § 18—22] cf. Cic. de rep. I 25, 39.

BRHPV] 1 ⟨o⟩ miseros *malim* miseras *B* miseros atque miserabiles *om. H* qui] aut qui *H* suam *om. H* 2 mandauerunt B^1, *corr.* B^3 uiderint *H* 3 uel conueniendi uel inuicem *om. H* conueniendi *(o ex* u *m. 3, pr.* n *ras. ex* m*) P* uel inuicem adpetendi *om. R* 4 pericula *B* uel mali cauendi *om. H* ciuilia *H* et] uel *R* 5 tamen *scripsi,* autem *C (eadem permutatio est pag. 391, 7; 448, 8), eicit Heumannus;* ipsos aut *Heusingerus, Emendat. pag. 99* ipsos] istos *R, om. H* existimauerunt *BH* admoueri P^{ac} 6 discedere RV^{ac} 7 fuisse *om. B* 8 comdissent *H* 9 aliis *om.* P^1 *(s. l.* P^2*) V* 10 causa∗ (m *er.) B* ipsa∗ (m *er.) B* humanitate∗ (m *er.) B* 11 itaque] ideoque *Heumannus* hominis B^1, hominū *corr.* B^3 12 ⌜solitudine⌝ *sic* B^3 societa⌜ti⌝s P^3 14 igitur utrumque] igitrumque *R* repugnatus B^1, repugnatur B^2 15 sed] et *B* 16 sint *P* e] e∗ *(*x *? er.) B,* et *PV; post* et *s. l.* in *m. 1 uel 2, nunc erasum,* terra *del. m. 3 P* 17 dracones B^1, *corr.* B^2 ⌜dentibus⌝ P^2 perseminati P^1, *corr.* P^3 fuerunt *(exp. m. 3) P* 18 factus *H* fictus] fictus est *RPV* 19 eadem scilicet] ea *H* *post* rursus *eras.* cum *ut uid. B* 20 di∗luuium *(*l *er.) B* 21 congregati⌜o⌝ P^2

mines in terra qui praeter infantiam non loquerentur, intel-
21 leget cui ratio non deest. fingamus tamen illa uera esse
quae otiosi et inepti senes fabulantur, ut eos suis potissimum
22 sensibus et suis rationibus refellamus. si hac de causa sunt
homines congregati, ut mutuis auxiliis inbecillitatem suam
tuerentur, succurrendum est igitur homini qui egeat auxilio.
23 cum enim praesidii causa homines societatem cum hominibus
inierint et sanxerint, foedus illut a principio sui ortus inter
homines tutum aut uiolare aut non conseruare summum nefas
24 putandum est. nam qui se a praestando auxilio remouet,
etiam ab accipiendo remoueat necesse est, quia nullius opera
25 indigere se putat qui alteri suam denegat. huic uero, qui
se ipse dissociat ac secernit a corpore, non ritu hominis, sed
ferarum more uiuendum est. quod si fieri non potest, reti-
nendum igitur omni modo uinculum societatis humanae, quia
homo sine homine nullo modo potest uiuere. retentio autem
societatis est communitas, id est auxilium praestare, ut possi-
26 mus accipere. sin uero, ut illi alii disputant, humanitatis ipsius
causa facta est hominum congregatio, homo certe hominem
27 debet adgnoscere. quod si fecerunt illi rudes et adhuc feri
homines et fecerunt nondum constituta loquendi ratione, quid
putemus hominibus expolitis et sermonis rerumque omnium

EPITOME 10—20] c. 60, 4 s.

B(G)RHPV] 1 non loquerentur] conloquerentur B^1P^1V, *corr.* B^3P^3 *hinc fere incepit codicis G pag. 135 (72), in qua nihil legi poterat* intellegit *(*it *ex* et*)* P^3 3 eis P^1 *(corr.* P^2*)* V 4 suis *om.* PV defellamus P^1 *(corr.* P^3*)* V 5 inbe*cillitatem *(*c *er.)* B 6 succurrendus R 7 prae⌜si⌝dii P^2 8 inierunt B^1, *corr.* B^3 sancserint B^1, *corr.* B^2 a *om.* H inter *eras.* B 9 tutum PV, ///tum *(*tu *ut uid. er.)* B, ictum R, statum H 10 praestandi B, praestandum R 11 ⟨se⟩ remoueat *edd.* opera indigere] opere B^1, *corr.* B^3 12 se indigere R qui* *(ante* alteri*)* *ex* quia B 13 *post* corpore *fort.* generis humani *uel simile excidit* 14 fera|rum *(*ra *add. m. 2)* B uiuendu⌜m⌝ B^3 15 igitur] igitur est R, ⌜est⌝ *(add. m. 2)* igitur P humanae — societatis est *(17) in mg. add.* B^3 16 homine] omne P^1, *corr.* P^3 20 adhuc feri] adueteri B^1, *corr.* B^3 f*eri *(*i *er.)* P, fieri V 21 et] haec B fecerunt *expunx.* B^3 loquendi constituta H ratione* *(*m *er.)* B 22 *ante* expolitis *s. l.* et P *ab* E[xpolitis] *incipit codicis G pag. 136 (71) paene tota lecta* sermonis — copulatis] sermonis latis, *cetera om.* R

commercio inter se copulatis esse faciendum, qui adsueti hominibus solitudinem ferre non possunt?

11. Conseruanda est igitur humanitas, si homines recte dici 1
uelimus. id autem ipsum, conseruare humanitatem, quid aliut est quam diligere hominem, quia homo sit et idem quod nos
sumus? discordia igitur ac dissensio non est secundum ho- 2
minis rationem uerumque illut est Ciceronis, quod ait hominem naturae oboedientem homini nocere non posse. ergo si nocere homini contra naturam est, prodesse igitur
homini secundum naturam sit necesse est. quod qui non 3
facit, hominis se appellatione despoliat, quia humanitatis officium est necessitati hominis ac periculo subuenire. quaero 4
igitur ab iis qui flecti et misereri non putant esse sapientis, si homo ab aliqua bestia conprehensus auxilium sibi armati hominis inploret, utrumne succurrendum putent an minime. non sunt tam inpudentes, ut negent fieri oportere quod flagitat,
quod exposcit humanitas. item, si aliquis circumueniatur igni, 5
ruina opprimatur, mergatur mari, flumine rapiatur, num putent hominis esse non auxiliari. non sint ipsi homines, si putent — nemo enim potest eiusmodi periculis non esse subiectus —, immo uero et hominis et fortis uiri esse dicent seruare periturum.
si ergo in eiusmodi casibus, quia periculum uitae homini ad- 6

EPITOME 9 s.] c. 55, 4 primum — prodesse.
AUCTORES 7] de off. III 5, 25.

B(G)RHPV] 1 commertio (o *final. ex* a *m. 2) P* copulati *G* adsueti∗ (s *er.) B* 4 uellemus B^1, uellimus *sic* B^3, uolumus *R* 5 et *om. G* 6 atque *R* 7 uerum⌜q.⌝ B^3 est *om. B* quod *ex* quo *ortum, ipsum autem* quo ait *spurium esse uult Heumannus, sed cf. pag. 243, 9* 8 obedienti *P*, oboedienti *V* 9 natura B^1 *(corr.* B^3*) G* prodeesse *B* 10 natura *G* 11 dispoliat *GH* 12 ac] a *G* subueniri *PV* 13 iis *edd.*, his *C* et] ac *H* puta⌜n⌝t *P* sapient⌞i⌟s *P* 15 utrumne∗ (c *er.) P* 16 ĩ|p⌜r⌝udentes B^2 17 quod] et quod *H* quod exposcit — si aliquis *om. R* igni — mergatur *om. R* 18 oprimatur *G* num] non B^1 *(corr.* B^3*) P, idem fuisse uid. in G* 19 homines *(ante* esse*)* B^1, *corr.* B^2 20 huiusmodi *G* 21 homines B^1 *(corr.* B^2*) G* fortes B^1 *(corr.* B^2*) G* dicunt *BG in* dicunt *desinit codicis G pag. 136 (71)* 22 ⌜casibus⌝ B^3 quia *om. m. 1*, quae *s. l. m. 3, in* qui *corr. eadem man. B*, qui *R*, qui∗ (a *er.) P* hominũ *H*

ferunt, succurrere humanitatis esse concedunt, quid causae est
cur, si homo esuriat sitiat algeat, succurrendum esse non pu-
tent? quae cum sint paria natura cum illis casibus fortuitis
et unam eandemque humanitatem desiderent, tamen illa discer-
nunt, quia non re ipsa uera, sed utilitate praesenti omnia
7 metiuntur. illos enim quos periculo subripiunt sperant sibi
gratiam relaturos, egentes autem quia non sperant, perire arbi-
8 trantur quidquid eiusmodi hominibus inpertiant. hinc est illa
Plauti detestanda sententia:

male meretur qui mendico dat quod edat:
nam et illut quod dat perit et illi producit uitam
ad miseriam.

9 at enim poeta fortasse pro persona locutus est. quid? Marcus
Tullius in suis officialibus libris nonne hoc idem suadet, non
esse omnino largiendum? sic enim dixit: largitioque quae
fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis ex-
haurit. ita benignitate benignitas tollitur: qua quo
in plures usus sis, eo minus in multos uti possis.
10 et idem paulo post: quid autem est stultius quam
quod libenter facias, curare ut id diutius facere non

AUCTORES 10 s.] Trin. II 2, 58 s. 15. 19] de off. II 15, 52. 54.

BRHPV] 1 succurre *H* concedent *(alt.* e *ex* u*)* B^3 3 si'n't B^3 pari *B* 6 metiuntur *(*e *in ras. et* tiu *ex* tua *corr. m. 3) B* 7 egentes B^2P^2, egentis B^1RHP^1V 8 inpartiant *R* hi'n'c B^2 9 sententia' *(' est distinctio) B* 10 malæ *P* me//retur *(1 uel 2 litt. er.) P* aedat' *B*, dedit *R* de mendico male meretur qui ei dat quod edit aut bibat *Plautus* 11 illut *B*, illud *cett.* peri't'et P^2, pariet (e *supra* a) *V; perdit Plautus* 'et' B^3 illi q̣ụị *(exp. m. 3)* producit *B* prodit *Plautus* ui't'am B^3 12 misericordiam P^1 *(*cord *del.* P^2*) V* 13 **quid *(*id*? er.,* i *ex* o *m. 3) B* 14 eidem *R* 15 largitioque quae *RV cum Cic.,* largitio q̣ụạẹ *(exp. m. 3)* quae *(*a *erasum erat, restituit m. 3) B,* largitioq *(*q *del. m. 3)* quae *P,* largitio quae *H* 16 exaurit *R* exhaurit — benignitas *om.* P^1 *(*exhaurit ita bonitate benignitas *in inf. mg.* P^2*) V* 17 qu*a *(*i *er.) B* quo *eras. et* cum *corr.* P^2 18 pluris B^1, *corr.* B^2 usus] uisus *R* sis eo minus] sisehominus P^{ar} *(*h *er.) V* multis *B* possis *(*i *ex* e *m. 2) P* 19 et] sed *R* quid] quam P^1 *(corr.* P^2*) V* stultus B^1P^1 *(corr.* B^2P^2*) V* 20 diu**tius *(*t *ex* i *m. 3) B*, diu*tius *(*i *er.) P*

possis? uidelicet professor sapientiae refrenat homines ab humanitate monetque ut rem familiarem diligenter custodiant malintque arcam quam iustitiam conseruare. quod cum intel- 11
legeret inhumanum esse ac nefarium, mox alio capite quasi actus paenitentia sic ait: nonnumquam tamen est largiendum nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum et saepe idoneis hominibus egentibus de re familiari inpertiendum. quid est idoneis? nempe iis qui 12
restituere ac referre gratiam possint. si nunc Cicero uiueret, exclamarem profecto: hic, hic, Marce Tulli, aberrasti a uera iustitia eamque uno uerbo sustulisti, cum pietatis et humanitatis officia utilitate metitus es. non enim idoneis homi- 13
nibus largiendum est, sed quantum potest non idoneis. id enim iuste, id pie, id humane fit, quod sine spe recipiendi feceris. haec est uera illa et germana iustitia, cuius solidam et expressam effigiem nullam tenere uos dicis. ipse pluribus locis clamas mercennariam non esse uirtutem 14
faterisque in libris legum tuarum liberalitatem gratuitam esse his uerbis: nec est dubium quin is qui liberalis benignusque dicitur, officium, non fructum sequatur. cur ergo idoneis potius largiris, nisi ut postea mercedem recipias? te igitur auctore ac praeceptore iustitiae quisquis idoneus 15
non erit, nuditate siti fame conficietur nec homines copiosi et

AUCTORES 5] de off. II 15, 54. 15 s.] cf. pag. 504, 6. 17 pluribus locis] de legg. I 18, 48; cf. p. Arch. 11, 28; p. Mil. 35, 96. 19] de legg. I 18, 48.

B(G)RHPV] 2 familiarem *om.* P^1 *(add.* P^2*)* *V* 6 nec hoc — repudiandum *om.* P^1 *(in inf. mg. add.* P^2*)* *V* repudiandum] refutandum est *B*; repudiandum est *codd. Cic.* 7 egentibus] indigentibus *codd. Cic.* 8 quid] quid⌜em⌝ B^3 iis RP^3, is P^1, his *BHV* 9 re**stituere (si *er.)* *P* nunc] non P^1, *corr.* P^2 10 hic hic] nihil B^1, *expunx.* B^2, *corr.* B^3 Marce] m̃** (˜ *m. 2,* en *er.)* *P* 12 officia et utilitatem *B* 13 potest] poetae B^1, potis B^3, pote *R* 14 id pie] inpie B^1, *corr.* B^2 16 effigiam B^1, *corr.* B^2 17 mercenariam *R* 18 tuarum] istarum *B* 19 qu⌞in⌟ H^2 *is (h *er.)* *B*, iis *R*, ⌞i⌟s H^2 benignusue *codd. Cic.* 21 potius *om.* *H* mercedem postea *B* 22 aucto⌜re⌝ P^2 ac] aut *B* 23 s⌞i⌟ti *P* configitur B^1, *corr.* B^3, confietur P^1 *(corr.* P^2*)* *V* *hinc fere incepit codicis G pag. 137 (153) ter scripta, cuius in uerss. 3—12 et 26—31 perpauca legi poterant* cupiosi *H*

usque ad delicias abundantes subuenient ultimae necessitati.
16 si uirtus mercedem non exigit, si propter se, ut dicis, ex-
petenda est, ergo iustitiam matrem principemque uirtutum
suo pretio, non tuo commodo aestima, ei potissimum tribue a
17 quo nihil speres. quid personas eligis? quid membra inspicis?
pro homine tibi habendus est quisquis ideo precatur, quia te
18 hominem putet. abice umbras illas imaginesque iusti-
tiae atque ipsa ueram et expressam tene. largire caecis de-
bilibus claudis destitutis; quibus nisi largiare moriendum est.
inutiles sunt hominibus, sed utiles deo, qui eos retinet in uita,
19 qui spiritu donat, qui luce dignatur. foue quantum in te est
et animas hominum ne extinguantur humanitate sustenta. qui
20 succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit. uerum
isti quia neque naturam retinent neque praemium in eo quod
sit sciunt, dum perdere timent, perdunt et in id quod maxime
cauent incidunt, ut quidquid largiuntur aut pereat omnino aut
21 ad tempus breuissimum prosit. nam qui exiguam stipem
miseris negant, qui⟨a⟩ conseruare humanitatem sine damno suo

AUCTORES 2 s. si uirtus — expetenda est] de legg. I 18, 48: ergo item — expetitur. 7] cf. pag. 504, 8.

EXPILATORES 12 qui — occidit] Prouerb. 66 (Publil. Syr. ed. Woelfflin pag. 100).

B(G)RHPV] 1 dilicias *H* subueniunt P^1 *(tert.* u *part. ras. in* e *corr.* P^3*)* *V* 2 per se *codd. Cic.* dicis *edd.*, dicitis *C* expe⌊te⌋nda *P* 3 iustitiã *(~ m. 2)* *B* 4 tuo] suo B^1 *(corr.* B^3*)* *RH* aestimas *RH* et ei *H* tribues *R*, tribuis *H* a *om. R* 5 menbra *V* 6 id⌜e⌝o P^2, do *V* qui *R* 7 pute*t *(*n *er.)* *B* imaginasque P^1, *corr.* P^3 9 quibus] quis *R* largiare — est] $\overset{\text{inus}}{\text{largiaremuiuendumest}}$ *(*inus *m. 2)* *B* largire *H* 10 utile*s* *(*e *et* t *er.)* *B* qui — donat] qui eis *(*i *ex* o *m. 2)* ** *(*in *er.)* uitã *(~ m. 2)* qui spiritũ *(~ m. 2)* donat *B* 11 spiritum *H* foue — animas] fouere quantum tibi est et *(*et *in ras. ex* ex *? m. 3)* animas *B* 12 et *om. R* humanitati B^1, *corr.* B^3 sostenta B^1, *corr.* B^3 13 succurre porituro *R* succurrit *BR* 14 neque *om. R* natura *B* retinent B^1 (reit⌜e⌝nent B^3) P^2, rei tenent P^1H, rei non tenent *R*, reitene⌜n⌝t *V* 15 s⌊i⌋t P^2 ⌜perdunt⌝ P^2 16 incidunt] incurrunt *H* ⌊ut⌋ B^3 quidquid *(alt.* i *ex* o*)* *R* ⌜a⌝ut *(ante* pereat*)* B^3 17 a tempus *R* 18 nega⌜n⌝t B^3 quia *scripsi*, qui *C edd.; quod si retinetur,* uolunt *scribendum est* humanitate *R* sine] nisi *H* damn*o *(*a *er.)* *B*

nolunt, patrimonia sua effundunt, ut aut peritura et fragilia
sibi conparent aut certe maximis suis damnis nihil consequantur.
quid enim dicendum est de iis qui populari leuitate ducti uel 22
magnis urbibus suffecturas opes exhibendis muneribus inpen-
dunt, nisi eos dementes atque furiosos, qui praestent id po-
pulo quod et ipsi perdant et nemo eorum quibus praestatur
accipiat? itaque ut est omnis uoluptas caduca et breuis, ocu- 23
lorum maxime et aurium, aut obliuiscuntur homines et alterius
damna pro ingratis habent aut etiam offenduntur, si non est
libidini uulgi satisfactum, ut etiam homines stultissimi malum
sibi malo conparauerint, aut si adeo placuerant, nihil amplius
quam inanem fauorem paucorumque dierum fabulas adsequan-
tur: sic cotidie leuissimorum hominum patrimonia in res super-
uacuas prodiguntur. num ergo illi sapientius, qui utiliora et 24
diuturniora ciuibus suis exhibent munera, ii scilicet qui publicis
operibus extructis memoriam nomini suo quaerunt? ne isti
quidem recte: bona sua in terra sepeliunt, quia nec memoria
quicquam mortuis confert nec opera eorum sempiterna sunt,
siquidem aut uno tremore terrae dissipantur et corruunt aut
fortuĩto consumuntur incendio aut hostili aliquo impetu diruuntur

B(G)RHPV] 1 nolunt *C,* uolunt *edd., sed uerba* quia — nolunt *causam continent cur* patrimonia sua effundant*; cf.* sine damno suo *et* maximis suis damnis patrimo *P*¹ *(corr. P*²*) V* fragili⌜a⌝ *B*², f⌞r⌟agilia *P*² 2 consequa⌜n⌝tur *B*², adsequantur *R* 3 iis *R,* his *cett. in* populari leui *desinit codicis G pag. 137 (153), sequitur pag. 138 (154) ter scripta, in qua nihil legi poterat* 4 ex⌜h⌝ibendis *B*², in exhibendis *R* 5 dementes] dementes esse *Heumannus* 6 ⌜et⌝ *(ante* nemo*) B*² 7 ⌞at⌟*que *(*m *ante* q *er.) P* ut] quid *PV* uolumtas *R* ⌜caduca⌝ *B*³ ureuis *B*^{ac} 9 offunduntur *V* ⌜si non est⌝ *P*² 10 liuidi *B*¹, libidi⌜ni⌝ *corr. B*², libidine *H* *ut *(*a *er.) P* ėtiam *(exp. m. 3) B,* iam *RP* 11 conparauerint *(*i *ras. ex* u*) B,* conparauer̃ *V* ade⌜o⌝ *(*e *in ras. ex* õ *? et* o *s. l. m. 2) P* placuerint *edd.* 12 quamquã *H* adsequantur *B,* adsecuntur *(*-quuntur *HV) RHPV;* conparauerint; aut si adeo — adsequuntur *edd.* 13 si *RH* superuas *R* 14 et *om. R* 15 ex⌜h⌝ibent *B*²*V* ii *edd.,* hi *HPV, om. BR* 16 memoria *R* nominisaequent *B*¹, nominisuoqu⌜a⌝e⌜ru⌝nt *B*³ 17 sepe*liunt *(*l *er.) B* quia *om. R* 18 immortuis *R* confer⌞e⌟t *B*² opera* *(*m *er.) B* 19 et] aut *B*¹, *et *B*³ currunt *B*¹, *corr. B*² 20 fortuitu *P* consummuntur *PV* dirruntur *R,* diriuntur *P*¹, *corr. P*³

25 aut certe uetustate ipsa dissoluta labuntur. nihil est enim,
ut ait orator, opere et manu factum quod non con-
ficiat et consumat uetustas. at haec iustitia et lenitas
26 florescet cottidie magis. illi ergo melius, qui tribulibus
suis aut clientibus largiuntur — aliquid enim praestant homi-
nibus et prosunt — sed non est illa uera et iusta largitio.
beneficentia enim nulla est ubicumque necessitas non est.
27 perit ergo quidquid gratiae causa tribuitur non indigentibus
aut cum faenore redit, et beneficentia non erit. quod etsi
gratum est iis quibus datur, iustum tamen non est, quia si
28 non fiat, nihil mali sequitur. unum igitur certum et uerum
liberalitatis officium est egentes atque inutiles alere.

1 12. Haec est illa perfecta iustitia quae custodit humanam
de qua philosophi locuntur societatem, hic diuitiarum maximus
ac uerissimus fructus est, non uti opibus ad propriam unius
uoluptatem, sed ad multorum salutem, non ad praesentem
2 suum fructum, sed ad iustitiam, quae sola non interit. tenen-
dum est igitur omni modo ut ab officio misericordiae spes
recipiendi absit omnino: huius enim operis et officii merces a
deo est expectanda solo. nam si ab homine expectes, iam non
humanitas erit illa, sed beneficii faeneratio, nec potest uideri

AUCTORES 1] Cic. pro Marcell. 4, 11.

BRHPV] 1 certa *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^3 uoluptate *H* **ipsa (et *? er.) B* 2 oper⌜a⌝e B^2, operæ *V* non] non aliquando *codd. Cic. paene omnes* ad *H* 3 hae⌞c⌟ B^3 iustitia ⌞ma⌟gis (ma *m. 3) omissis uerbis* et lenitas florescet cottidie *m. 1,* florescat cotidie *s. l. add. m. 3 B* at haec tua iustitia et lenitas animi *codd. Cic. paene omnes* 4 florescit *codd. quidam Cic.* cotidie *HPV* tribulibus suis] indigentibus suis amicis *B* 5 aut clientibus] audientibus *V* largiuntur? *Heumannus* 6 non] nec *Heumannus* et *om. R* legitio P^1, *corr.* P^2 7 bene-ficientia *BH,* benefiti⌜enti⌝a P^2, beneficia *V* est (*post* nulla) *om. R* 8 quicquid *part. ras. ex* quicquam *P* 9 facinore *B,* fenore *RP* reddit *B* beneficientia *BH,* benefiti⌜enti⌝a P^2 et beneficentia non erit *glossema uidetur Heumanno* ⌜et⌝si *P* 10 iis *R,* his *cett. (nisi quod* his *ex* hi P^2) 11 *an* sequetur? 12 liber⌜ali⌝tatis B^2 13 humanam] humanam uitam *B* 14 locuuntur B^1, loqu*ntur *sic* B^3, locuntur *RP,* loquuntur *HV* 16 uo-luntatem B^1, *corr.* B^3 17 iustiam *R* tenenda *B* 18 ad B^1, *corr.* B^2 19 offici⌜i⌝ B^2 20 expectanda est *H* expetenda P^1 *(in ras. corr.* P^2) *V* 21 f⌜a⌝eneratio B^3, feneratio *PV*

bene meruisse qui quod facit non alteri, sed sibi praestat.
et tamen res eodem redit, ut quod alteri quisque praestiterit
nihil ab eo commodi sperans, uere sibi praestet, quia mer-
cedem capiet a deo. item deus praecipit ut si quando cenam 3
parauerimus, eos in conuictum adhibeamus qui reuocare non
possint et uicem reddere, ut omnis actus uitae nostrae non
careat misericordiae munere. nec tamen quisquam interdictum 4
sibi putet aut communione cum amicis aut caritate cum proxi-
mis, sed notum nobis deus fecit quod sit uerum et iustum
opus: ita nos oportet cum proximis uiuere, dummodo sciamus
illut ad hominem, hoc ad deum pertinere. praecipua igitur 5
uirtus hospitalitas, quod philosophi quoque aiunt, sed eam de-
torquent a uera iustitia et ad commodum rapiunt. recte in-
quit Cicero a Theophrasto est laudata hospitalitas. est
enim, ut mihi quidem uidetur, ualde decorum patere
domus hominum inlustrium hospitibus inlustribus.
eodem modo rursus errauit quo tum, cum idoneis esse diceret 6
largiendum. non enim iusti et sapientis uiri domus inlustri-
bus debet patere, sed humilibus et abiectis: nam inlustres illi
ac potentes nulla re possunt indigere, quos opulentia sua et

EPITOME 4—6. 18 s.] c. 60, 6.

AUCTORES 4—6] Luc. 14, 12. 13] de off. II 18, 64. 17] cf. pag. 595, 4.

BRHPV] 1 meritus*** *(sed er.) B* fecit *H* 3 ad B^{ac} spectans P^1 *(in ras. corr.* P^2*) V* 4 capiat *HP* idem *BRP* praecepit *BH* caenam $B^{ar}RV$ 5 parauerimus B^2 *s. l. corr.*, pararimus B^1, parauimus *RH*, proparauimus P^1 *(corr.* P^2*) V* eos] eos magis *R* inconueniathibeamus B^1, inconuictuathibeamus *sic* B^3 conuinctum *H*, uictum P^1 *(corr.* P^2*) V* qui* *(t er.) B* re⌜uocare⌝ B^3 6 possunt *B* uicem] ////// uicem *(6 apices eras.) P*, ut uicem *V* 7 misericordiae — quisquam *om. R* misericordiae *(e fin. add. m. 2) B* munera B^1, *corr.* B^3 8 aut *om. R* communionem *RH* caritatem *BRH* 9 ⌞notum⌟ P^2 uerum] et uerum *H* iustus P^1, *corr.* P^2 12 uirtus ⟨est⟩ *edd.* hospitalitatis *V* ea *R* 13 rapiunt* *(u ? er.) B* inquid *B* 14 a] etiam a *Cic.* Theophrasto] deofactu⌜m⌝ B^3, theofrasto *cett.* 15 ualde] laude B^1, *corr.* B^3 dequorum *R* 16 domus *BH cum omnibus paene codd. Cic.*, domos *RP*, domos *(exp. m. 2) V* inlustrium] inlustrius *sic H*, inlustrum *V* 18 sapientes *(sed alt.* e *ex* i B^2*)* BP^1, -tis *corr.* P^3 19 sed] sed et *R* 20 opuletia *R*

7 munit et honorat. nihil autem a iusto uiro faciendum est
nisi quod sit beneficum. beneficium autem si refertur, interit
atque finitur: nec enim possumus id habere integrum cuius
8 pretium nobis persolutum est. in iis itaque beneficiis iustitiae
ratio uersatur quae salua et incorrupta permanserint, permanent
autem non aliter quam si praestentur iis hominibus qui prod-
9 esse nullo modo possunt. at ille in recipiendis inlustribus
nihil spectauit aliut nisi utilitatem nec dissimulauit homo in-
geniosus quid ex eo commodi speraret. ait enim, qui id faciat,
potentem aput exteros futurum per gratiam princi-
pum, quos sibi hospitii et amicitiae iure constrinxerit.
10 o quam multis argumentis Ciceronis inconstantia, si id agerem,
coargui posset! nec tam nostris quam suis uerbis refelleretur.
idem quippe ait, ut quisque maxime ad suum commo-
dum referat quaecumque agit, ita minime esse uirum
11 bonum. idem etiam negat simplicis et aperti hominis
esse ambire, simulare aliquid et praetendere, aliut
agere uideri, cum aliut agat, praestare se alteri fin-
gere quod sibi praestet, sed malitiosi potius et astuti
12 et fallacis et subdoli. quomodo ergo defenderet quominus
ambitiosa illa hospitalitas malitia esset? tu mihi per omnes

EPITOME 14–20] cf. c. 59, 2.

AUCTORES 9] de off. II 18, 64. 14] de legg. I 18, 49. 16] cf. de off. I 30, 109; de re publ. III 16, 26.

BRHPV] 1 autem *om. PV* a* *(*d *er.) H* uiro iusto *PV* est *om. B* 2 beneficum] beneficium *B (sed quod sequitur* beneficium *om.* B^1, *s. l. add.* B^2*) HV edd.* 4 iis *R,* his *cett.* 5 ueretur *ut uid.* B^1, *in ras. et s. l. corr.* B^2 salua *(*alua *in ras. ex 2 litt. m. 2) B* permanserit *B* permanet *B* 6 alter *H* prestent˹ur˺ B^3 iis *R,* his BHP^{ac} *(ex* h *ras.* i *corr.) V* prodeesse *BR* 7 ˹pos˺sunt B^2 8 spectabit *(*b *ex* u*)* B^2, expectauit *H* nec] et non *H* dissimilauit B^1, *corr.* B^2 ingeniosos H^{ac} 9 qui id *(ante* faciat*)* B^3, quid B^1*RHPV* faci˹atpot˺entem B^3 11 sibi] ubi *ut uid.* B^1, *corr.* B^2 constr˻inx˼erit B^3, constrinxerint *R* 12 agerẽ *(~ m. 2) B* 13 tamen *H* uerbis *om. V* refelletur B^1 *(corr.* B^2*) H, probat Heumannus* 14 quippe ait] qui dixit *(*dix *in ras. ex 4 litt., quarum primae* dp, *m. 2) B* maxime** *P* su˹u˺m B^2 15 agit] ait *V* minimũ B^1, *corr.* B^2 16 *ex* aperti *hoc* periti B^2, auerti R^1 18 agere uideri cum aliud *s. l.* B^3 uidere *P* aliut *scr.,* aliud B^3*RHPV* 20 fallacis *(*i *ras. ex* e*) V* 21 omnis *R*

portas circumcurses, ut aduenientes populorum atque urbium
principes domum tuam inuites, ut per eos aput ciues eorum
potentiam consequare, uelisque te iustum et humanum et hospi-
talem uideri, cum studeas utilitati tuae? uerum hoc ille non 13
potius incaute, — quid enim minus in Ciceronem conuenit? —
sed ignorantia ueri iuris prudens ac sciens in hos se laqueos
induit. quod ut ei possit ignosci, testificatus est non ad 14
ueram iustitiam, quam non teneat, praecepta se dare,
sed ad umbram imaginemque iustitiae. ignoscendum
est igitur umbratico et imaginario praeceptori nec ab eo ueritas
exigenda est qui se nescire fateatur. — captiuorum redemptio 15
magnum atque praeclarum iustitiae munus est, quod idem ipse
Tullius adprobauit. atque haec benignitas inquit etiam
rei publicae est utilis, redimi e seruitute captos, locu-
pletari tenuiores. hanc ego consuetudinem benigni-
tatis largitioni munerum longe antepono, haec est
grauium hominum atque magnorum. proprium igitur 16
iustorum opus est alere pauperes ac redimere captiuos, cum aput
iniustos, si qui haec faciant, graues et magni appellentur:
iis enim maxime laudis est bene facere quibus nemo sperauit
esse facturos. nam qui bonum facit uel consanguineo uel 17
proximo uel amico, aut nullam aut certe non magnam laudem

EPITOME 17 s.] c. 60, 7.

AUCTORES 6. 7 ss.] cf. pag. 504, 6 ss. 13] de off. II 18, 63.

BRHPV] 1 circumcorses B^{ac}, circumcursus R^{ac} ut] et *H* populos *R* 2 domu* (*s. l. 2 litt. er., post* u *er.* m) *B* tu* (m *er.*, a *add. m. 2*) *B* ⸢eorum⸣ B^3 3 potentia *R* consequ⸢are⸣ B^2 uelisque (a *s. l. er.*) *B* ⸢te⸣ P^2, et *V* 4 utili⸢tati⸣ P^2 5 cicerone *B* 6 prudens (u *ex* o *m. 1?*) *B* a⸢c⸣ P^2 his B^1, *corr.* B^3 laque*os *ex* adquehos B^3 7 inuit *H* posset *RH* 13 haec *om.* B^1 (*add.* B^3) *H* inquit] idquidẽ B^1, *corr.* B^3, inquid *R* 14 utili⸢s⸣ B^3, utillis P^{ar} (*pr.* l *er.*) *V* de *R* seruitute *in ras. ex 10 litt.* B^3 captiuos *B* locupletare *V* 15 *inter* tenuiores *et* hanc *Lact. quaedam omisit* ergo *codd. quidam Cic.* 19 iustos *H* grauis B^1, *corr.* B^2 graue sed *H* 20 iis *R*, his *cett.* laudi *RHV* maximae laudis *Dauisius ad Epit. c. LXV adn. 9 et Heumannus* quibus *scripsi Dauisium secutus ibid.* queîs *conicientem*, quos *C*; quos nemo ⟨paria⟩ *Heumannus; cf. Addenda* sperabit B^{ac} 21 nam *ex* num P^2 22 aut (*ante* certe) *om.* *R* laude *H*

meretur, quia facere debet sitque impius ac detestabilis, nisi fecerit id quod ab eo et natura ipsa et necessitudo exigit, et si facit, non tam gloriae adsequendae quam reprehensionis
18 uitandae gratia facit. qui autem facit alieno et ignoto, is uero dignus est laude, quoniam ut faceret sola ductus est humanitate. ibi ergo iustitia est ubi ad bene faciendum necessitatis
19 uinculum nullum est. hoc igitur officium benignitatis ne anteponere quidem largitioni munerum debuit: quod est conparantis
20 et e duobus bonis id quod sit melius eligentis. illa enim largitio hominum patrimonia sua in munera abicientium inanis et leuis et ab omni iustitia remotissima est. itaque ne dici quidem munera oportet in quibus nemo accipit nisi qui acci-
21 pere non meretur. non minus magnum iustitiae opus est pupillos et uiduas destitutos et auxilio indigentes tueri atque defendere: quod adeo uniuersis diuina lex illa praescribit, quandoquidem boni quique iudices ad officium suum iudicant pertinere ut iis naturali humanitate faueant ac prodesse ni-
22 tantur. uerum haec opera proprie nostra sunt, qui legem, qui uerba ipsius dei praecipientis accepimus. nam illi sentiunt quidem natura esse iustum tueri eos qui tutela carent, sed cur
23 ita sit non perspiciunt. deus enim, cuius perpetua clementia est, idcirco uiduas pupillosque defendi ac foueri iubet, ne quis respectu ac miseratione pignorum suorum retardetur quominus

EPITOME 13—529, 3] c. 60, 6.

B(G)RHPV] 1 ⌜de⌝testabilis *B*² 2 *abeo *(h er.) BV* exi⌜gi⌝t *B*² 4 *faci*t *ex* qfaciet *B* ⌜qui autem facit⌝ *B*³ *is *(h er.) B* 5 uere *edd.* laude* *(m er.) B* 6 benefacere *R* necessit***is *(udin er.) V* 7 est nullum *H* igitur hoc *(corr. m. 1 uel 2) B* 8 munera *V*ᵃᶜ 9 *hinc fere incepit codicis G pag. 139 (167) ter scripta, in qua nihil legi poterat* 10 munera *Buenemannus,* mare *C* auicientium *B*¹, *corr. B*² 11 ab *om. P*¹ *(add. P*²*) V* 12 accipiat *P*¹ *(corr. P*²*) V* accipere *(*i *ex* e *m. 3) P* 14 indigentis *RP*¹*V*¹, *corr. P*²*V*² ⌜t⌝ueri *B*² 15 ado *(*e *ex* ~ *m. 3) P* praescribsit *B* 16 quandoque *B* suũ *ex* sui *P*² 17 iis *RP*¹, his *BHP*³*V* faueant *(*o *s. l. er.) P* ac *del. et expunx. et* & isdẽ *s. l. add. m. 2 P* prodeesse *B* nituntur *B*¹. *corr. B*² 19 uerba ipsius] uera *(sic)* ipsa *H* accipimus *RH* 20 naturiae *sic R* iustae *R* ⌜t⌝ueri *B*² tutelã *(~ er.) B* 21 dominus *B*¹, *corr. B*³ 23 pignerum *H* quo⌊minus⌋ *B*³, quamuis *P*

mortem pro iustitia fideque suscipiat, sed incunctanter ac for-
titer subeat, cum sciat se caros suos deo relinquere nec iis
umquam praesidium defuturum. aegros quoque quibus de- 24
fuerit qui adsistat, curandos fouendosque suscipere summae
humanitatis et magnae operationis est: quod qui fecerit, hic
uiuam hostiam deo adquiret et quod alteri dederit ad tempus,
ipse a deo accipiet in aeternum. ultimum illud et maximum 25
pietatis officium est peregrinorum et pauperum sepultura: quod
illi uirtutis iustitiaeque doctores prorsus non attigerunt. nec
enim poterant id uidere qui utilitate omnia officia metiebantur.
in ceteris enim quae supra dicta sunt quamuis uerum limitem 26
non tenuerint, tamen quoniam commodi aliquid in iis depre-
henderunt, quasi odore quodam ueritatis retenti propius ab-
errarunt, hoc autem, quia nihil uidere in eo commodi poterant,
reliquerunt. quin etiam non defuerunt qui superuacaneam 27
facerent sepulturam nihilque esse dicerent mali iacere inhu-
matum et abiectum. quorum inpiam sapientiam cum omne
humanum genus respuit, tum diuinae uoces, quae id fieri iubent.
uerum illi non audent dicere id non esse faciendum, sed si 28
forte non fiat, nihil esse incommodi. itaque in ea re non tam
praecipientium quam consolantium funguntur officio, ut si forte
id sapienti euenerit, ne se ob hoc miserum putet. nos autem 29
non quid sapienti ferendum sit dicimus, sed quid facere ipse

EPITOME 3—9] c. 60, 7. 5—7] c. 60, 8.

B(G)RHPV] 1 mortẽ *(˜ m. 2) B* fidemque *HPV* 2 derelinquere, *om.* deo, *R* ne⌜c⌝ *ex* ni B^{2} nec iis] necis P^{1} *(corr.* P^{3}*) V* his *BH* 3 aegros quoque] de quoque *R* defueri⌜n⌝t P^{2} 4 adsista⌜n⌝t P^{2} 6 uiua⌜m⌝ B^{3} deo ostiam *B* adquirit B^{1} *(corr.* B^{3}*) R* tem⌜pus⌝ B^{2} 7 accipit *H* *hinc fere incepit codicis G pag. 140 (168) ter scripta, in qua nihil legi poterat* 8 et] ac *R* 9 ille P^{1} (e *in* i *corr.* P^{2}) *V* prorsum *B* attigerit *R* 10 qui] quid⌜e⌝ B^{3} utilitatem B^{1}, m *del.* B^{3} 11 in] id B^{1}, d^{e} B^{2} 12 iis *R*, his *cett. nisi quod* his⌜que⌝ P^{2} reprehenderunt *R* 13 odere *R* proprius *B* oberrarunt *PV* 14 uideri B^{1}, *corr.* B^{3} commodi *(*i *in ras. ex* o *? m. 3) B* 15 defuerint *R* qui *om. R* superuac⌜u⌝aneam B^{3}, suprauacuaneam *sic PV* 16 inhumatum] inhumata cum *R* 17 et] atque *V* 20 fiat] faciat *B* tam] tandem *R*, tantã *H*, *om.* P^{1} *(add.* P^{2}*) V* 22 sapienti*euenerit P^{pr}, sapientiae uenerit P^{ar} *cum cett.* miserum *(*u *in ras. ex* a*? m. 3) B* 23 faciendum *in ras. ex* ferendum B^{3}

debeat. itaque non quaerimus nunc utrumne tota sepeliendi
ratio sit utilis necne, sed haec etiamsi sit inanis, ut illi exi-
stimant, tamen faciendum est uel ob hoc solum, quod aput
homines bene et humane fieri uidetur; animus enim quaeritur
30 et propositum ponderatur. non ergo patiemur figuram et
figmentum dei feris ac uolucribus in praedam iacēre, sed red-
demus id terrae, unde ortum est, et quamuis in homine ignoto
necessariorum munus inplebimus, in quorum locum, quia desunt,
succedet humanitas, et ubicumque homo desiderabitur, ibi exigi
31 officium nostrum putabimus. in quo autem magis iustitiae
ratio consistit quam in eo, ut quod praestamus nostris per ad-
fectum, praestemus alienis per humanitatem? quae est multo
certior iustiorque, cum iam non homini praestatur, qui nihil
sentit, sed deo soli, cui carissimum sacrificium est opus iustum.
32 dicet aliquis fortasse: 'si haec omnia fecero, nihil habebo.
quid enim? si magnus hominum numerus egebit algebit ca-
pietur morietur, ut haec facientem uel uno die patrimonio exui
sit necesse, perdamne rem familiarem meo aut maiorum labore
quaesitam, ut iam ipsi mihi aliena misericordia uiuendum sit?'
33 quid? tu tam pusillo animo paupertatem times, quam etiam
uestri philosophi laudant nihilque hac tutius, nihil tranquillius

EPITOME 14] c. 60, 8. 20—531, 14] c. 57, 1 s.; 60, 9.
AUCTORES § 32 ss.] cf. Cyprian. de op. et eleem. c. 9 s.

BRHPV] 1 nunc *om. H,* nec V^{ac} saeuiendi *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^3, sepelliendi *H* 2 utilis necne sit *H* necne sed haec] nec se sed ⸢haec⸣ *V* sed haec *om. H* 3 facienda *H* 4 enimq· ritur B^1, *corr.* B^3 5 ponderatu⸤r⸥ B^3 6 fiementum *R* dei - ac] deifierised B^1, deif*eriset B^3, dei f*eri *(*i *er.)* ac *R,* dif*eri *(*i *er.)* sed *H* reddemus *(sed alt.* e *minus cert.)* B^1P^{pc} *(alt.* e *part. ras. ex* a*)*, redd⸤a⸥mus B^3, reddamus $RHP^{ac}V$ 8 necessariorum] necessari**um *(*or *er.) B,* necessariorum sepulturam nulli negandam *H* loco *H* 9 succedat *edd.* exici *R* 10 putauimus B^1, *corr.* B^3 magis *om. B, fort. recte* iustitia et *B* 11 consistet *B* praestamus] interpraemus B^1, *corr.* B^3 nostris — praestemus *s. l.* B^3 13 ⸢iustior⸣quae B^3 *post* cum *s. l.* fit B^2 nil *R* 14 iustu*m *(*u *er.) R* 15 omnia *om. R* 16 **egebit *(*et *er.) B* 17 patrimonia V^{ac} exui* *(*t *er.) B* exui sit necesse] exurit necesse est *R,* ex suo sit necesse *H* 18 rẽ familiarẽ *(duo ~ add. m. 2) B* 19 alieni *R* 21 ha*c *(*n *er.) B,* hac *om. H* tutilius *ex* tutius *sic* P^3 nihilque *PV*

esse testantur? hoc quod times sollicitudinum portus est.
an ignoras quot periculis, quot casibus cum his malis opibus 34
subiaceas? quae tecum bene agent, si sine tuo cruore transierint. tu uero praeda onustus incedis et spolia geris, quae
inritent animos etiam tuorum. quid ergo dubitas bene col- 35
locare id quod tibi forsan eripiet aut unum latrocinium aut existens repente proscriptio aut hostilis aliqua direptio? quid uerere fluxum et fragile bonum facere sempiternum aut thesauros tuos custodi deo credere, ubi non furem praedonemque timeas, non rubiginem, non tyrannum? qui aput deum diues
est, pauper esse numquam potest. si iustitiam tanti putas, 36
sequere abiectis oneribus quae te premunt, libera te ipse conpedibus et catenis, ut expeditus ad deum curras. magni et
excelsi animi est despicere et calcare mortalia. sed si hanc 37
uirtutem non capis, ut diuitias tuas in aram dei conferas, ut fragilibus tibi conpares firmiora, liberabo te metu. omnia ista praecepta non tibi soli dantur, sed omni populo, qui mente
coniunctus est et cohaeret sicut homo unus. si solus magnis 38
operibus non sufficis, pro uirili parte operare iustitiam, sic tamen ut quantum diuitiis inter ceteros, tantum opere prae-
cellas. neque nunc suaderi tibi putes ut rem familiarem tuam 39
minuas uel exhaurias, sed quae in superuacua fueras inpensurus, ad meliora conuertas. unde bestias emis, hinc captos

AUCTORES 8 ss.] cf. Matth. 6, 19 s.; Luc. 12, 33. 13 magni — mortalia] cf. Cic. de off. III 5, 24.

EXPILATORES 13] cf. Ps.-Senec. de moribus 44.

B(G)RHPV] 1 sollicitudinem *(*e *ex* u *m. 1?) B* 2 *utroque loco* quod *BH* 3 transierunt *V* 4 **praeda *(*in *er.) B* 6 forsam *BP*^{ac} *(ras. corr.)* 7 quiduerere *(*d *in ras. ex* ui *et* re *final. in ras. m. 3) B* 8 uere *P*[1] *(corr. P*[2]*) V* flu*x⌞u⌟m *(*c *ante* x *er.,* ⌞u⌟ *m. 3) B* fragilē *(~ er.) B,* f*ragile *(*l *er.) P* thesauros *C* 9 suos *B*[1], *corr. B*[3] 10 robiginem *R* 12 liber*atē *(*t *er., ~ add. m. 2) sic B* ipsum *B* 13 ut *om. H* a deum *R* 14 animo *H* despicere — mortalia *s. l. B*[3] mo*talia *(*e *er.) sic R* 15 arcam *codd. recent. et edd.* 16 fragili⌜b⌝us *B*[2] ista] sta *R* 17 *om*ni *(*d *et* i *er.) B* populi *H* 18 cohaerit *P*[1] *(corr. P*[2]*) V* si* *(*s *er.) B* ⌜solus⌝ *B*[3] 19 ⌜ope⌝rare *B*[2] 20 ut* *(*i *er.) B* operē *(*a *s. l. add. m. 2, nunc eras.) B* 21 **neque *ex* denique *P*[2] 22 in *om. R, bis P*[1], *pr. expunx. P*[2] 23 emes *R* captiuos *BH, sed cf. pag. 527, 14 (11. 18)*

redime, unde feras pascis, hinc pauperes ale, unde homines
40 ad gladium comparas, hinc innocentes mortuos sepeli. quid prodest perditae nequitiae bestiarios facere locuplētes et instruere ad flagitia? transfer ad magnum sacrificium male peritura, ut pro his ueris muneribus habeas a deo munus
41 aeternum. magna est misericordiae merces, cui deus pollicetur peccata se omnia remissurum. si audieris inquit preces supplicis tui, et ego audiam tuas: si misertus laborantium fueris, et ego in tuo labore miserebor. si autem non respexeris nec adiuueris, et ego animum tuum contra te geram tuisque te legibus iudicabo.
1 13. Quotiens igitur rogaris, temptari te a deo crede an sis dignus audiri. circumspice conscientiam tuam et quantum potes, medere uulneribus. nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes: abolentur enim, si ideo lar-
2 giare, quia peccaueris. nam si fiducia largiendi pecces, non abolentur. deus enim purgari hominem a peccatis maxime cupit ideoque agi paenitentiam iubet: agere autem paenitentiam nihil aliut est quam profiteri et adfirmare se ulterius non
3 peccaturum. ignoscitur itaque iis qui ad peccatum inprudenter incauteque labuntur, ueniam non habet qui sciens peccat.

EPITOME 1—11] c. 60, 7 s. 17—533, 7] c. 62, 1 s.
AUCTORES 7] locus ignotus; Lactantium liberius reddere sententiam loci Luc. 6, 36 ss. existimat Isaeus.

B(G)RHPV] 1 pasces *B*¹, *corr. B*³ *ab* Aliunde *incipit codicis G pag. 141 (82) paene tota lecta* aliunde *B*¹ *(*aliunde *B*², aleunde *B*³*) G* 2 sepelli *B*¹, sepile *B*², sepili *sic B*³, sepe[l]l⟨i⟩ *G* 3 prodeest *B* ꝑditae *ex* ꝑditae *V* nequitiae] neque uitiae *R* 4 transfer∗ *(*t *er.) P* 5 perditura *P*¹, *corr. P*² dño *B*, [dño] *G* 6 dñs *B*¹, *corr. B*³, d[ñs] *G* 7 auderis *V* inquid *B* praeces *BH* 8 suplicis *H*, supli⌊c⌋is *P* tuis *P*¹, *corr. P*² miseritus *R*, miser⌜a⌝tus *P*³ 10 audieris *B*¹ *(*udi *minus cert., in ras. corr. B*³*) H*, adi⌊u⌋ris *(s. l.* u *er.) ex* adimis *sic P* tuum *del. P*² 12 dño *BG* 13 circuminspice *R* 14 me⌜de⌝re *B*², medere *bis V* 15 putes] putes ab eo *R* abolentur — nam si *om. R* aboletur *P*¹ *(corr. P*²*) V* ideo] dō *P*¹ *(corr. P*²*)*, deo *V* 16 peccaueras *H* fiduci[a]m *G* 17 abole⌜n⌝tur *V* dñs *B*¹ *(corr. B*³*) G* purgare *R* hominem *om. R* 18 iubet agi paenitentiam *H* paenitentiam agere, *om.* autem, *H* 20 ignoscitur *(alt.* i *ex* e*) V* iis *RP*³, his *BHP*¹*V* 21 incaute⌜q.⌝ *P*²

nec tamen si aliquis purificatus fuerit ab omni labe peccati,
temperandum sibi ab opere largitionis existimet, quia non
habeat peccata quae deleat. immo uero tum magis iustitiam 4
debet operari, cum factus est iustus, ut quod ante in medel-
lam uulnerum fecerat, postmodum faciat in laudem gloriam-
que uirtutis. eo accedit quod nemo esse sine delicto potest, 5
quamdiu indumento carnis oneratus est. cuius infirmitas triplici
modo subiacet dominio peccati, factis dictis cogitatione: per hos
gradus ad summum columen iustitia procedit. primus est 6
uirtutis gradus malis operibus abstinere, secundus etiam malis
uerbis, tertius etiam cogitatione rerum malarum. qui primum 7
gradum ascenderit, satis iustus est, qui secundum, iam per-
fectae uirtutis, siquidem neque factis neque sermone delinquat,
qui tertium, is uero similitudinem dei adsecutus uidetur. est 8
enim paene supra humanum modum ne in cogitationem qui-
dem admittere quod sit uel factu malum uel inprobum dictu.
itaque etiam iusti homines, qui frenare se possunt ab omni 9
opere iniusto, nonnumquam tamen ipsa fragilitate uincuntur,
ut uel in ira malum dicant uel in aspectu rerum delectabilium
cogitatione tacita concupiscant. quodsi mortalis condicio non 10
patitur esse hominem ab omni macula purum, debent ergo
largitione perpetua peccata carnis aboleri. unum est enim 11

EPITOME 14—22] cf. c. 56, 1.

B(G)RHPV] 1 lab**e *(*or *er.) B* 2 ab *ex* ad*? B*^{2} *in* ope[r]e largi *desinit codicis G pag. 141 (82), sequitur pag. 142 (81), in qua nihil legi poterat* ex*istimet *(*s *er.) B* qua *P*^{1}, *corr. P*^{2} 3 debeat *B, s. l.* redimere *add. B*^{2} tūm uēro *(corr. m. 2) B* magis *om. B* 4 mede*la *(*l *er.) H,* medelam *P* 5 facerat *R* 7 quam**diu *(*in *er.) P* triplici** *(*que *er.)* quoque modo *R* 8 domino *P*^{1}*(corr. P*^{3}*) V* peccanti *B*^{1}, peccanti^s *B*^{2}, pecc(a)ti'' *B*^{3} cogitationibus *V* 9 culmen *B*^{2} *(*columen *B*^{1}*) H* praecedit *B*^{1}, *corr. B*^{2} est *om. H* 10 abstin*** *(*&ur *er.) sic R* 11 primum gradum qui *H* 12 *scenderit *(*e *er.) sic R,* ascendit *P,* *ascendit *(*g *er.) V* perfectae iam *R* 13 sermonibus *V* 14 qui *om. R* *is *(*h *er.) B* 15 poene *B*^{1}, *corr. B*^{3} humanū *(~ m. 3) B,* hominum *P*^{1} *(in ras. et s. l. corr. P*^{2}*) V* cogitatione *B* 16 factum *B*^{1} (m *expunx. B*^{3}*) H,* facto *PV* dictum *H* 17 ab] ut ab *H* 18 iniuste *R* 19 iram *B*^{1}, m *del. B*^{3} 20 concupiscant *(*a *ex* u *m. 3) P* 20 quod(s)i *B*^{3} 21 ma(c)u(l)a *P*^{2} parum *R* 22 abolere *P*^{1}, *corr. P*^{2}

sapientis et iusti et uitalis uiri opus diuitias suas in sola iu-
stitia conlocare: qua profecto qui eget, licet ille Croesum aut
Crassum diuitiis superet, hic pauper, hic nudus, hic mendicus
12 putandus est. danda igitur opera ut indumento iustitiae pieta-
tisque uelemur, quo nos exuat nemo, quod nobis sempiternum
13 praebeat ornatum. nam si deorum cultores simulacra insen-
sibilia excolunt et quidquid pretiosi habent in ea conferunt,
quibus nec uti possunt nec gratias agere, quod acceperint,
quanto iustius est et uerius uiuentia dei simulacra excolere, ut
14 promereare uiuentem? quae sicut usui habent quidquid acce-
perint et gratias agunt, ita deus, in cuius conspectu bonum
feceris, et probabit et mercedem pietatis exsoluet.

1 14. Si ergo in homine praeclarum et excellens est bonum
misericordia idque diuinis testimoniis et bonorum malorumque
consensu optimum iudicatur, adparet philosophos longe afuisse
ab humano bono, qui neque praeceperunt eiusmodi quicquam
neque fecerunt, sed uirtutem quae in homine propemodum
2 singularis est pro uitio semper habuerunt. libet hic inter-
ponere unum de philosophia locum, ut illorum plenius coar-
guamus errores qui misericordiam cupiditatem metum <morbos
3 animi> appellant. conantur illi quidem uirtutes a uitiis distin-
guere: quod est sane facillimum. quis enim non possit liberalem

EPITOME § 2 — c. 17] c. 56, 2—7. 19—21] c. 56, 2.

BRHPV] 1 uiri *post* sapientis *B* 2 qua] quia *H* eget] haec non perfecerit *H* ille licet *B* coesum (r *s. l.*) *V* 3 grassum *R* pauper et *(exp. m. 1 ?) P* me⌜n⌝dicus P^3 4 est *om. R* pie**tatisque *B* 6 praebe⌜a⌝t B^3, praebeat *H*, praebet B^1RPV insensabilia *R* 7 colunt *H* eo *R* conferent *B* 8 quibus] quae his *Volkmannus, obseru. misc. 1872, pag. 14, sed* quibus *ad* quidquid *respicit (cf. pag. 480, 6);* uti possunt *sc.* simulacra insensibilia 9 iust⌜i⌝us B^2 excol*ere *(u er.) B* 10 uiuentem promereare *R* promerear* *(e er., e s.l.add. m. 3) sic B,* promerear P^1 (promerear⌜e uiuere⌝ *corr., sed* uiuentem *seruauit* P^2) *V* quā *H* sic *R* usu⌜i⌝ B^2 11 dominus *B* conspectum *B* 12 probauit B^1, *corr.* B^2, propabit *H* 14 diuin*is *(i er.) B* 15 consensum P^1 (m *expunx.* P^2) *V* adpare'* (t *er.,* ' *distinctionem add. m. 2) sic B* 16 qui⌜a⌝ P^2 17 *an* ⟨eam⟩ uirtutem ? propemodum *om. R* 18 libet *(b ex c m. 2) P* 19 philosofia* (m *er.) H post* locum *s. l.* et P^2 20 errorem *R* metus *H* 22 sa⌞n⌟e P^2, face *V* posset *B* liberalē *(~ m. 2) P*

a prodigo separare, ut illi faciunt, aut parcum a sordido aut
quietum ab inerti aut cautum a timido, quod haec quae sunt
bona fines suos habent? quos si excesserint, in uitia labuntur,
ita ut constantia nisi pro ueritate suscepta sit, fit inpudentia.
item fortitudo si nulla necessitate cogente aut non pro causa 4
honesta certum periculum subierit, in temeritatem conuertitur.
libertas quoque si alios insectetur potius quam insectantibus
resistat, contumacia est. seueritas etiam nisi se intra con-
gruentes nocentium poenas coerceat, fit saeua crudelitas. ita- 5
que dicunt eos qui mali uideantur non sua sponte peccare nec
mala potius eligere, sed bonorum specie lapsos incidere in mala,
dum bonorum ac malorum discrimen ignorant. haec quidem 6
falsa non sunt, sed ad corpus cuncta referuntur. nam parcum
esse aut constantem aut cautum aut quietum aut fortem aut
seuerum uirtutes sunt quidem, sed huius temporariae uitae.
nos autem, qui hanc uitam contemnimus, alias nobis uirtutes
propositas habemus, de quibus philosophi ne suspicari quidem
ulla ratione potuerunt. itaque et uirtutes quasdam pro uitiis 7
et uitia quaedam pro uirtutibus habuerunt. nam Stoici ad-
fectus omnes quorum inpulsu animus commouetur ex homine
tollunt, cupiditatem laetitiam metum maestitiam, quorum duo
priora ex bonis sint aut futuris aut praesentibus, posteriora ex
malis. eodem modo haec quattuor morbos, ut dixi, uocant 8
non tam natura insitos quam praua opinione susceptos et id-
circo eos censent extirpari posse radicitus, si bonorum malo-

EPITOME 2—6] c. 56, 3 s. 19—236, 1] c. 56, 2.

AUCTORES 20—23] Cic. Tusc. IV 6, 11 (cf. III 11, 24 s.).

BRHPV] 1 prodigio *V* 2 inerti*' *(a er.,* ' *distinctionem add. m. 2) B* 3 habeant *edd.* quod *R* uit'i'a B^3 labantur P^1, *corr.* P^2 4 ita ut] itaque si *R* 'fit' B^3 6 pro certum *(exp. m. 3) B* 11 bon'or'um B^3 malis *B* 12 malorum ac bonorum *B* ac] et *H* ignorent *Heumannus* 13 falsa] facilia B^1, f'r'agilia B^2 sed] sed et *H* 16 contemnimus — habemus] contemni *(sic), cetera om. R* 17 *post* quibus *eras.* ait *ut uid. B* nec *P* 18 et *om. R* uitis *R* 19 adfectum P^1, *in ras. corr.* P^3, adfectum (s *superscr.*) *V* 20 impulsus *H* 22 sunt *B*, sint (v *superscr.*) *(corr. m. 2) P* 23 morbor *sic V* uocant non tam] uocant notam *H*, uocantiam P^1, uocant*am (ñt *superscr.*) P^2, uocantiam *V* 24 naturam *(exp. m. 2) P*

9 rumque opinio falsa tollatur. si enim nihil censeat sapiens
bonum, nihil malum, nec cupiditate ardescet nec laetitiā gestiet
10 nec metu terrebitur nec aegritudine contrahetur. mox uide-
bimus an efficiant quod uelint aut quid efficiant, interim pro-
positum adrogans ac paene furios⟨or⟩um, qui se putent mederi et
eniti posse contra uim rationemque naturae.

1 15. Haec enim naturalia esse, non uoluntaria, omnium uiuen-
tium ratio demonstrat, quae isdem omnibus quatitur adfectibus.
2 Peripatetici ergo rectius, qui haec omnia detrahi negant posse,
quia nobiscum simul nata sint, et conantur ostendere quam
prouidenter et quam necessario deus siue natura — sic enim
dicunt — his nos armarit adfectibus: quos tamen, quia uitiosi
plerumque fiunt, si nimii sint, posse ab homine adhibito modo
salubriter temperari, ut tantum homini quantum naturae satis
3 est relinquatur. non insipiens disputatio, si, ut dixi, non ad
hanc uitam omnia referrentur. Stoici ergo furiosi, qui ea non
temperant, sed abscidunt rebusque natura insitis castrare homi-
nem quodammodo uolunt. quod tale est, quale si uelint aut
metum detrahere ceruis aut uenenum anguibus aut iram feris

3 mox uidebimus] c. 15, 10 ss. 15 ut dixi] pag. 535, 12 s.
EPITOME c. 15] c. 56, 2 s. 16—538, 4] c. 56, 3.
AUCTORES § 2] cf. Cic. Tusc. IV 19 s.

BRHPV] 1 fal⌊s⌋a B^2 censea*t *(n er.)* *B* 2 laetitia* *(e er.)* *R* gesti B^1, gesti⌜t⌝ B^2, gesti⌜et⌝ B^3 3 terretur *B* uideuimus B^1, *corr.* B^2 4 an ante *(exp. m. 3)* *B* 5 adrogans *(s in ras. ex* t *? m. 3)* *B*, agitans *R* poene B^1, *corr.* B^3 furios⟨or⟩um *Schoellius conl. loco c. 15, 3 (adde III 25, 17)*, furiosum *C;* furiosum⟨istorum⟩ *uel* cum *pro* qui *conieceram*, interim ⟨refutabimus eorum⟩ propositum *Thilo* putet *B* mederi *(*d *in ras. m. 3, alt.* e *ex* i *m. 2, s. l.* e *er., quod add. m. 2)* *B* 8 demonstrat — omnibus] demons *(sic)* quae is daemonibus *R* quem *H* ⌜h⌝isdem B^2P, hisdem *V* 9 qui *om. H* 10 ⌜simul⌝ H^2 nati *R*, ⌜nata⌝ H^2, nati (a *s. l.*) *V* sunt *B* 11 dominus B^1, *corr.* B^3 12 armari *B*, armari* *(a er.)* *R* 13 nimis B^1, *corr.* B^3 sunt B^1 *(corr.* B^3*)* *V* athibito *BR* 14 natura *B*, creaturae *R* 15 relinquantur *H* ut *(t in ras. ex* c *? m. 3)* *B* 16 referentur B^1 (referantur B^3) *RH*, refe⌜r⌝rentur *P* qu⌜i⌝ B^3 eã *(~ m. 2)* *P* 17 temperent *R* abscindunt B^1, *pr.* n *del.* B^3; *cf. pag. 48, 19; 49, 13. 18. 21; 50, 7* rebusque natura] rebus quatura *R* *ante* natura *est* a *in PV, eras. B, om. H; cf. pag. 535, 24; 538, 8; Epit. 56, 2* 18 quodadmodo B^1 *(corr.* B^3*)* *R* tales *R* qua⌊le⌋ P^3 19 *post* detrahere *s. l. eras.* a, *quod add. m. 3,* *B* *angui**bus *ex* sanguinibus B^3, angibus P^1 *(corr.* P^2*)* *V*

aut placiditatem pecudibus. nam quae singula mutis animali-
bus data sunt, ea uero uniuersa homini simul. quodsi, ut 4
medici adfirmant, laetitiae adfectus in splene est, irae in felle,
libidinis in iecore, timoris in corde, facilius est interficere animal
ipsum quam ex corpore aliquid euellere: quod est animantis
naturam uelle mutare. sed homines prudentes non intellegunt, 5
cum uitia ex homine tollunt, etiam uirtutem se tollere, cui
soli locum faciunt. nam si uirtus est in medio irae inpetu se
ipsum cohibere ac reprimere, quod negare non possunt, caret
ergo uirtute quisque ira caret. si uirtus est libidinem cor- 6
poris continere, uirtute careat necesse est qui libidinem quam
temperet non habet. si uirtus est cupiditatem ab alieni ad-
petitione frenare, nullam certe uirtutem potest habere qui caret
eo ad quod cohibendum uirtutis usus adhibetur. ubi ergo 7
uitia non sunt, ne uirtuti quidem locus est, sicut ne uictoriae
quidem, ubi aduersarius nullus est. ita fit ut bonum sine malo
esse in hac uita non possit. adfectus igitur quasi ubertas 8
est naturalis animorum. nam sicut in sentes ager qui est
natura fecundus exuberat, sic animus incultus uitiis sua sponte
inualescentibus uelut spinis obducitur. sed cum uerus cultor
accesserit, statim cedentibus uitiis fruges uirtutis oriuntur.
deus itaque cum hominem primum fingeret, mirabili proui- 9
dentia ingenerauit ei prius istas animi commotiones, ut posset

EPITOME 14—17] cf. c. 24. 18—21] c. 55, 5; 56, 2 (hae stirpes — possint); 3 (non enim — inseuit).

BRHPV] 1 qua *P* multis *P*[1] (l *expunx. P*[2]) *V* 2 quodsi⌜c⌝ *B*[2] ut *om. R* 4 liuidinis *B*[1], *corr. B*[2] timore *V* anima⌜l⌝ *B*[2] 5 est *om. R* *post* animantis *s. l.* et *P*[2] 7 cum uitia ex] cum prudentia *R* uirtutē (~ *m. 3) B* setonore *B*[1], setonorē *B*[2], setollerē *B*[3], extollere *P* 8 inpetu se] impetus *R* se ipsum] sē|su *B*[1], seip|sū *corr. B*[3] 10 quisque (quisq; *H*, quisq. *P) C*, quisquis *edd.* libidinem *bis P*[1], *alt. del. P*[2] 11 libi⌜di⌝nem *P*[2] 12 ***temperet (tem *er.) B*, temperat *V* 13 *uix* refrenare; *cf. pag. 540, 14* habere potest *H* 14 uirtu⌞ti⌟s *B*[3] usus *add. B*[3] athibetur *BR* 15 ne* (c *er.) B*, ne⌜c⌝ *P*[2] uirtuti* *B* ne⌜c⌝ *P*[2] 16 fiet *H* 17 in hac uita *om. R* igitur *om. P* 18 ⌞in⌟ *P*[3] a*ger (r *er.) P* 19 ⌞sic animus⌟ *V*[2] 21 uirtutis (is *in ras. ex* es ? *m. 3) B* orientur *RH* 22 dominus *B*[1], *corr. B*[3] ita⌞qu⌟e *B*[3] mi⌞r⌟abili *B*[3] 23 ⌜animi⌝ *H*[2] possit *B*

capere uirtutem sicut terra culturam, posuitque materiam uitio-
rum in adfectibus, uirtutis in uitiis. quae profecto aut nulla
erit aut in usu esse non poterit, si desint ea per quae uis
10 eius aut apparet aut constat. uideamus nunc, idem illi qui
uitia penitus excidunt quid effecerint. quattuor illos adfectus,
quos ex opinione bonorum malorumque nasci putant, quibus
euulsis sanandum esse animum sapientis existimant, quoniam
intellegunt et natura insitos esse et sine iis nihil moueri, nihil
agi posse, alia quaedam in eorum locum uicemque subponunt.
pro cupiditate substituunt 'uoluntatem', quasi uero non multo
sit praestabilius bonum cupere quam [malum] uelle; item pro
11 laetitia 'gaudium', pro metu 'cautionem'. at in illo quarto in-
mutandi nominis eos ratio deficit. itaque aegritudinem penitus
id est maestitiam doloremque animi sustulerunt: quod fieri ne-
12 quaquam potest. quis enim possit non dolere, si patriam aut
pestilentia exhauserit aut hostis euerterit aut tyrannus oppres-
serit? potest aliquis non dolere, si sublatam uiderit liber-
tatem, si proximos, si amicos, si bonos uiros aut exterminatos
aut crudelissime trucidatos? nisi cuius mens ita obstipuerit,
13 ut sit ei sensus omnis ereptus. quare aut omnia tollere de-
buerunt aut inplenda fuerat curta haec ac debilis disputatio, id
est etiam pro aegritudine aliquid reponendum, quoniam superio-

AUCTORES § 10] cf. Cic. Tusc. IV 6, 12 ss.

BRHPV] 1 culturam *(c ex* t *m. 3,* ul *ex* ur *in ras. eadem m.) B* 2 *pr.* i⌊n⌋ *B*³ uitii⌊s⌋ *B*³ aut *om. B* 3 usus *PV* desint *(*i *ras. ex* u*) B* quae per *P*¹ *(signa traiectionis add. P*²*) V* 4 *pr.* au⌈t⌉ *B*² qui⌈ui⌉tia *P*² 5 penetus *R*¹ abscindunt *B ex pag. 536, 17* 6 bonorum ac malorum *B; cf. pag. 535, 12* 7 sapientes *(alt.* e *ex* i*) B*³ 8 iis *R,* his *cett.* mereri *R* 9 alii *B* 10 pro] ut pro *B* substitua⌈n⌉t *B*² qu⌊a⌋si *B*² non] in *R* 11 malum *eiecit Betuleius* 12 ⌈in⌉ *P*² 13 eos *(sic corr. m. 3) P* defecit *(sed alt.* e *ex* i *B*³*) BP*¹ *(corr. P*³*) V* 14 dolorem⌈que⌉ *B*² nequaquam] omnino non *R,* nequamquam *V* 15 dolere *(pr.* e *ex* o *m. 2) P* 16 pestilentia* *(*m *er.) B* hostes *B*¹*, corr. B*² euerteri//t *(1 uel 2 litt. er.) B* 17 aliqui *B* dol⌊e⌋re *B*³ 18 bonos uiros] ui⌈ci⌉nos *(*ci *m. 2) B* 19 opstipuerit *C (nisi quod* opst- *V)* 20 et *ex* ei *B*³ 21 inpleta *B* fuerit *B*¹ *(*fuerit ueri *B*³*) R* cur*ta *(*a *er.) B,* cur ita *V* ac *V,* a⌈c⌉ *P,* et *B,* aut *RH* id est] idem *P* 22 aliquid— laetitiae *(539, 2) om. R* superi⌈ori⌉bus *P*²

ribus ita ordinatis hoc consequens erat. ut enim praesentibus
laetamur bonis, sic malis angimur ac dolemus. si ergo lae- 14
titiae, quoniam uitiosam putabant, nomen aliut indiderunt, sic
aegritudini, quoniam et ipsam uitiosam putant, aliut uocabulum
tribui congruebat. unde apparet non illis rem defuisse, sed
uerbum: cuius indigentia eum totum adfectum qui est uel
maximus, contra quam natura pateretur auferre uoluerunt.
nam illas nominum commutationes poteram coarguere pluribus 15
et ostendere aut sermonis ornandi augendaeque copiae gratia
multa nomina isdem rebus inposita aut certe non multum
inter se illa distare. nam et cupiditas a uoluntate incipit et
cautio a metu oritur et laetitia nihil aliut est quam professum
gaudium. sed putemus, ut ipsi uolunt, esse diuersa. nempe 16
igitur cupiditatem esse dicent perseuerantem ac perpetuam
uoluntatem, laetitiam uero insolenter se efferens gaudium,
metum autem nimiam et excedentem modum cautionem. ita
fit ut ea quae tollenda esse censent non tollant, sed temperent,
siquidem nomina tantummodo immutant, res ipsae manent.
eo igitur inprudentes reuoluuntur quo Peripatetici ratione per- 17
ueniunt, ut uitia quoniam tolli non possunt, medie temperanda
sint. errant ergo, quia non efficiunt quod uolunt, et longo
asperoque circuitu in eandem uiam redeunt.

16. At ego ne Peripateticos quidem accessisse ad ueritatem 1
puto, qui uitia esse concedunt, sed ea mediocriter temperant.

EPITOME 23—540, 18] c. 56, 2 s.

B(G)RHPV] 2 tangimur *(exp. m. 3) B* dolemur *PV* si] sicut *Heumannus* 4 quoniam] quoniam et ipsam *R*, quō *ex* quā *P* putabant *HP*[3] (ba *s. l. add.)* 5 concruebat B^1, *corr.* B^3, congruebant *H* 6 indigent *R*, indigenti'a' *P* eum *ex* cum P^2 motum *H* 9 or'n'andi B^3 10 'h'isdem B^2, hisdem *PV* inposita] inposita edicere *B* aut] aut nihil aut *edd.* 13 *hinc fere incepit codicis G pag. 143 (159) ter scripta, in qua nihil legi poterat* 14 dicunt *H* perpetuā *(˜ m. 2) B* 15 uoro *R* 16 animam B^1, *nim'i'am B^3 ˌetˌ B^3 cautioˌrˌem B^2 17 esse censent] essent *R* 'sed' B^2 18 nominatā tummodo *H* ĩ|mutant *B;* immutantur *? Thilo* maneant *B* 19 ego *V* reuolbuntur B^1, *corr.* B^3 quod *H* peripateticˌiˌ B^3 perueniˌuˌnt B^3 20 medie *P*, mediae *(alt.* e *in ras.* B^3*) BHV*, medieta'te' $R^{1?}$ temperanda* *B* 21 si'n't B^2 ergo errant *R* ˌefˌficiunt B^2 longˌoˌ B^2 22 eodem (o *del. et expunx. et* a *s. l. add. m. 1,* n *add. m. 3) B* 23 ergo *V* 24 qui* (a *? er.) B* ea* (m *er.) B*, ex P^1 *(in ras. corr.* P^2*) V*

2 carendum est enim uitiis etiam mediocribus. quin potius effi-
ciendum fuit primum, ne uitia essent: nec enim quicquam
uitiosum nasci potest, sed uitia fieri, si male utamur adfecti-
3 bus, uirtutes, si bene; deinde monstrandum, non ipsos ad-
fectus, sed eorum causas esse moderandas. 'non est' inquiunt
'nimia laetitia gestiendum, sed modice ac temperate.' hoc uero
tale est, quale si dicerent non esse currendum concitate, sed
gradiendum quiete. at potest et qui graditur errare et qui
4 currit rectam uiam tenere. quid? si ostendo esse aliquid ubi
non tantum modicum, sed uel punctum gaudere uitiosum sit,
et aliut contra in quo uel exultare laetitia minime crimino-
5 sum, quid tandem nobis ista mediocritas proderit? quaero
utrumne sapienti laetandum putent, si quid inimico suo mali
uideat accidere, aut utrumne laetitiam frenare debeat, si uictis
hostibus aut obpresso tyranno libertas et salus ciuibus parta
6 sit. nemo dubitat quin et in illo exiguum laetari et in hoc
parum laetari sit maximum crimen. eadem de ceteris adfecti-
7 bus licet dicere. sed, ut dixi, non in his moderandis sapien-
tiae ratio uersatur, sed in causis eorum, quoniam extrinsecus
commouentur, nec ipsis potissimum frenos inponi oportuit, quo-
niam et exigui possunt esse in maximo crimine, et maximi

EPITOME 18—541, 4] c. 56, 3 s.

B(G)RHPV] 1 qui⸢n⸣ *B*² 2 ne (n *in ras. ex 2 litt. m. 3) B* 3 potest] docent *Heumannus* *uix* necesse est *uel simile post* fieri *intercidit* 4 uirtutib: *part. in ras. ex* uirtutes *P*² inde *B* *post* monstrandum *s. l.* ÷ *(i. e.* est*) P*² adfectos *B*¹, *corr. B*³ 6 laetitia nimia *PV* modicum *B* temperare *B*¹, *corr. B*³, temperaṇte *(exp. m. 2) P* 8 at] an *ut uid. B*¹, quia *B*³ ei *(post* potest*) B*¹, *corr. B*³ 9 ostendero *edd.; cf. de opif. dei 4, 2* esse *om. B* aliquid esse *H* 10 punctu *B* 11 laetitiam|in⸢i⸣me *B*² *hinc fere incepit codicis G pag. 144 (160) ter scripta, in qua primae litterae uersuum 24—31 legi poterant* 12 qui⸢d⸣ *B*² prodeerit *B* 13 ⸤utrumne⸥ *B*³ sapientiae *B*^ar^*H* putet (-ent *B*¹) *B*³ 14 ⸢accidere⸣ *B*³ aut *om. H* refrenare *BH; cf. pag. 537, 13* si* (c *er.) B* 15 aut] ac *B*¹, *corr. B*³ oppressio *V* cibus *P*¹ *(corr. P*³*) V* parata *BH* 16 debitat *P*¹ *(corr. P*³*) V* ⸢in⸣ *B*³ exiguam *B*¹, *corr. B*³ et *(om.* in*)* hoc parum laetari *in mg. H*² 17 parem *B*¹, *in ras. corr. B*² ⸢sit⸣ *B*³ *post* crimen *s. l. eras.* est *ut uid., quod add. m. 2, B* 18 iis *R* 21 *pr.* et *om. BPV* possunt — maximi, *sed om.* esse, *in mg. V*²; esse *om. etiam P*

possunt esse sine crimine, sed adsignandi fuerunt certis tempori-
bus et rebus et locis, ne uitia sint quibus uti recte licet. sicut 8
enim recte ambulare bonum est, errare autem malum, sic moueri
adfectibus in rectum bonum est, in prauum, malum. nam 9
libido si extra legitimum torum non euagetur, licet sit uehe-
mens, tamen culpa caret, sin uero adpetit alienum, licet sit
mediocris, uitium tamen maximum est. non est itaque mor- 10
bus irasci nec cupere nec libidine commoueri, sed iracundum
esse morbus est, cupidum, libidinosum. qui enim iracundus
est, etiam cui non debet aut cum non oportet irascitur, qui
cupidus, etiam quod non opus est concupiscit, qui libidinosus,
etiam quod legibus uetatur adfectat. omnis igitur ratio in 11
eo uersari debuit, ut quoniam earum rerum inpetus inhiberi
nec potest nec debet, quia necessario est insitus ad tuenda
officia uitae, derigeretur potius in uiam rectam, ubi etiam
cursus offensione ac periculo careat.

17. Sed euectus sum coarguendi studio longius, cum sit mihi 1
propositum ostendere ea quae uitia philosophi putauerunt non
tantum uitia non esse, uerum etiam magnas esse uirtutes.
ex his iis docendi gratia sumam quae pertinere ad rem maxime
puto. metum seu timorem in maximo uitio ponunt sum- 2
mamque inbecillitatem esse animi putant, cui sit contraria
fortitudo; quae si sit in homine, locum timori esse nullum.

EPITOME 4—12] c. 56, 4—6. 12—16] c. 56, 7. c. 17] c. 56, 3 s.

EXPILATORES 5] Saluian. de gub. dei VII 100 (pag. 188, 13).

B(G)RHPV] 1 se⌜d⌝ B^2 3 a⌜m⌝bulare *B*, ambulare*** (tur? *er.) R* bonũ *(˜ m. 3) B* 4 bonũ *(˜ m. 3) B* est *om. H* prabum $B^{a?}$ nam si libido si P^1 *(pr.* si *expunx.* P^3*) V* 5 si *om. B* sit] sic B^1, *corr.* B^2 6 alienã *(*ã *ex* ũ*) sic H* 8 cõ|moueri *B* 9 libininosum *H* 11 *hinc incepit codicis G pag. 145 (161), cuius in uerss. 2. 3 pauca legi poterant* libininosus *H* 12 oratio *R* 13 ut] ⌜et⌝ *B* 15 derigeretur *(*r *et* g *in ras. ex* d *et* c *ut uid.* B^2*) BR*, dirigeretur *HPV* 16 ac *om. R* 18 propositũ *(˜ m. 2) B* 20 iis *R*, aliis *PV* gratia* (m *er.) H* su⌞m⌟mam B^3 pertinet *R* 21 puto — maximo *om. R* mecum P^1, *corr.* P^3 seu] Sed *H* 22 inbecillitatẽ *(*tẽ *add. m. 2) R* 23 hominem *B* timoris *H* nullũ *(˜ m. 2)* esse *B*

3 creditne ergo aliquis fieri posse ut idem metus summa sit fortitudo? minime. neque enim uidetur capere natura ut aliquid
4 in contrarium reccidat. atquin ego non arguta aliqua conclusione, ut aput Platonem Socrates facit, qui eos quos contra disputat cogit ea quae negauerant confiteri, sed simpliciter
5 ostendam summum metum summam esse uirtutem. nemo dubitat quin timidi et inbecilli sit animi aut dolorem metuere aut egestatem aut exilium aut carcerem aut mortem: quae omnia quisquis non exhorruerit, fortissimus iudicatur. qui autem
6 deum metuit, illa uniuersa non metuit. ad quod probandum argumentis opus non est: spectatae sunt enim semper spectanturque adhuc per orbem poenae cultorum dei, in quibus ex-
7 cruciandis noua et inusitata tormenta excogitata sunt. nam de mortis generibus horret animus recordari, cum inmanium bestiarum ultra ipsam mortem carnificina saeuierit. has tamen exsecrabiles corporum lacerationes felix atque inuicta patientia
8 sine ullo gemitu pertulit. haec uirtus omnibus populis atque prouinciis et ipsis tortoribus miraculum maximum praebuit,
9 cum patientia crudelitas uinceretur. atquin hanc uirtutem nihil aliut quam metus dei fecit. itaque, ut dicebam, non euellendus, ut Stoici, neque temperandus timor, ut Peripatetici uolunt, sed in ueram uiam dirigendus est auferendique sunt metus, sed ita ut hic solus relinquatur: qui quoniam legitimus ac uerus

EPITOME 6—20] cf. c. 61, 1—5. 20—22] c. 56, 2 s. 7.

EXPILATORES 6—9 nemo — iudicatur] cf. Ps.-Senec. de moribus 99.

B(G)RHPV] 1 creditne] credit. Neget *H* posse''' *B* si⌊t⌋ B^2 2 neque enim *bis, pr. eras. R* 3 recidat *R*, re*cidat *(c er.) H*, r&cidat *P* quin *PV* 4 contra quos *H* 7 qui *PV* inbeccill⌊i⌋ B^3, inbecilli⌈s⌉ $R^{1?}$ 8 carcerẽ *(˜ m. 3) B* 9 *hinc fere incipit codicis G pag. 146 (162), in qua nihil legi poterat* ex⌈h⌉orruerit B^2 10 non] num *H* 11 argumentum B^1, *corr.* B^3 spectati B^1, expectatae B^3R, peccatae P^1 (paratae *part. in ras. corr.* P^3) *V* semper⌈q.⌉ B^3 expectanturque *(-quae B) BR* 12 poen⌈a⌉e *(o in ras. et* a *s. l. m. 3) B* 13 e⌈t⌉ B^2 inu*sitata *(i er.) B*, inaudita *H* excogitata *om. H* 14 recordare H^1, recorda⌈n⌉ti P^3 inman⌈i⌉um V^2 16 ex*ecrabiles *(s er.) B* sapientia *B* 17 ⌊uirtu⌋s V^2 19 an quin *H* 20 ⌊me⌋tus B^3 21 peripatici *H*, paripatetici P^1, *corr.* P^3 22 dirigendus *C* au*ferendique *(t er.) R* metus sunt *B*

est, solus efficit ut possint cetera omnia non timeri. cupiditas 10
quoque inter uitia numeratur: sed si haec quae terrena sunt
concupiscat, uitium est, uirtus autem, si caelestia. qui enim
iustitiam, qui deum, qui uitam perpetuam, qui lucem sempi-
ternam eaque omnia quae deus homini pollicetur consequi cupit,
opes istas et honores et potentatus et regna ipsa contemnet.
dicet fortasse Stoicus uoluntate opus esse ad haec consequenda, 11
non cupiditate. immo uero parum est uelle. multi enim
uolunt, sed cum dolor uisceribus accesserit, uoluntas cedit,
cupiditas perseuerat: quae si efficit ut contemptui sint omnia
quae a ceteris adpetuntur, summa uirtus est, siquidem conti-
nentiae mater est. ideoque illut potius efficere debemus, ut 12
adfectus, quibus praue uti uitium est, derigamus in rectum.
nam istae concitationes animorum iuncto currui similes sunt, 13
in quo recte moderando summum rectoris officium est ut uiam
nouerit: quam si tenebit, quamlibet concitate ierit, non offendet,
si autem aberrauerit, licet placide ac leniter eat, aut per con-
fragosa uexabitur aut per praecipitia labetur aut certe quo non
est opus deferetur. sic currus ille uitae, qui adfectibus uelut 14
equis pernicibus ducitur, si uiam rectam teneat, fungetur officio.

EPITOME 1—6; 544, 1] cf. c. 56, 5 cupiditas — tributa est. 12 s.] c. 56, 7.

AUCTORES 8] cf. Ouid. ex Ponto III 1, 35: uelle parum est. § 13] ad Cic. de rep. librum II (c. 41, 68) rettulit Maius, cf. tamen Halmium ad hunc locum (ed. pag. 814, 12 adn.).

BRHPV] 1 effecit *H* ut *om.* *P*[1] *(s. l. P*[3]*)* *V* 3 concupiscas *R* 5 quae] quam *PV* 6 contem*net *(*p *er.) B*, contemnit *H* 7 dicet *(*t *in ras. ex* ns *m. 2) B* *stoicus *(*i *er.) B* 8 concupiditate *P*[1] *(*con- *in* non- *corr. P*[3]*) V* multi enim uolunt] multient *P*[1] *(in mg.* uolunt *add. m. recentiss. P) V* 9 et *B*[1], set *B*[3] 10 cupidas *V* quam *P*[1] *(corr. P*[3]*) V* si'n't *B*[3] 11 est] est et *H* 13 adiectus *P*[1] *(*a$\overset{\text{b}}{\text{d}}$iect$\overset{\text{i}}{\text{u}}$s *corr. P*[3]*) V* deriga-mus *B*, dirigamus *cett.* 14 cogitationes *B* currus *B*[1], *corr. B*[2] similius *B*[1], *corr. B*[2] 15 in *om. B* recto *B* moderand**um *(*os *er.)* summum *B* ut *add. B*[2] 16 quam] nam *PV* quamlibet] ****** *(*quam si *er.)* licet *R* concito* *B*, concite *H* offendit *B*[1], *corr. B*[2] 17 lenit'er'eat *(*en *s. l. m. 2, in* er *corr. m. 3) B* aut *om. R* 18 uexauitur *B*[1], *corr. B*[2] pr&ipitia *P* lauetur *B*[1], *corr. B*[2] quo* *(*d *er.) B* 19 defer'e'tur *B*[3] cursus *BP* ille] istae *R*[1], istus *sic corr. m. poster.* a*ffectibus *(*d *? er.) B* 20 rectam uiam *H* officia *B*

metus igitur et cupiditas si proiciantur in terram, uitia fient,
15 uirtutes autem, si ad diuina referantur. parsimoniam contra
uirtutis loco habent: quae si studium est habendi, non potest
esse uirtus, quia in augendis uel tuendis terrestribus bonis tota
uersatur. nos autem summum bonum non referimus ad corpus,
16 sed omne officium solius animae conseruatione metimur. quodsi,
ut supra docui, patrimonio minime parcendum est, ut humani-
tatem iustitiamque teneamus, non est uirtus frugi esse: quod
17 nomen specie uirtutis fallit ac decipit. est enim frugalitas
abstinentia quidem uoluptatum, sed eo uitium, quia ex habendi
amore descendit, cum sit et uoluptatibus abstinendum et pe-
cuniae minime temperandum. nam parce id est mediocriter
uti pecunia quasi quaedam pusillitas animi est aut praetimentis
ne sibi desit aut desperantis posse se illam reparare aut con-
18 temptum terrestrium non capientis. sed illi rursus eum qui
rei familiari suae non parcat prodigum uocant. nam ita libera-
lem distinguunt a prodigo, quod is liberalis sit qui et bene
meritis et cum oportet et quantum satis est largiatur, prodigus
uero, qui et non meritis et cum opus non est et sine respectu
19 rei familiaris effundat. quid ergo? prodigumne dicemus eum
qui misericordiae causa tribuat egentibus uictum? atquin mul-
tum refert utrumne scortis propter libidinem largiare an miseris
propter humanitatem, utrum pecuniam tuam perductores alea-
tores lenonesque diripiant an illam pietati ac deo praestes,

7 ut supra docui] c. 12.

BRHPV] 1 proiciatur *PV* 2 parsimoniã *(˜ m. 2) B* 3 ⌜est⌝ *B*³ 4 bonis tota] bona *V* 6 conuersatione *R* met⌞im⌟ur *B*³ quod|si (d *add. m. 3) B* 7 ducui *H* parcendu⌜m⌝ *B*³ 9 fragilitas *B* 10 uoluptat⌜i⌝um *(i s. l. add. et alt.* u *in ras. corr. m. 3) B* ⌜id⌝eo *B*³ quia] quoniam *H* 11 et *ante* uoluptatibus *et* pecuniae *om. PV* 12 parcere *BPV* 13 p*ecuniam *(a er.,* m *del. m. 3) B* est animi *H* 14 ⌜de⌝sperantis *B*³, desperatis *P*¹ *(corr. P*³*) V* posse *om. V* se *om. B* illa separare *B*¹, illa superare *B*³, illa re *R*, illa reparare *HV* 15 prorsus *H* 17 distingunt *RH* *is (h *er.) P* 18 et *(ante* quantum*) om. P* prodigum *H* 19 meriti sed *H* 20 rei] dĩ *R* effundit *H* prodigum non *P*¹, *corr. P*³ 21 ad quid *B*, aut quin *H*, atqui in *P*^ar *(in er.) V* 22 largiar⌜e⌝ *B*² 24 deripiant *P*, diripiant *V* ac] a *P*

utrumne illam uentri et gulae ingeras an in thesauro iustitiae
reponas. ut ergo uitium est effundere in malam partem, sic 20
in bonam uirtus. si uirtus est non parcere opibus quae possunt reparari, ut hominis uitam sustentes quae reparari non potest, uitium igitur parsimonia est. quare nihil aliut dixerim quam insanos qui hominem, mite ac sociale animal, orbant suo
nomine, qui euulsis adfectibus quibus omnis constat huma- 21
nitas, ad immobilem stuporem mentis perducere uolunt, dum studert animum perturbationibus liberare et, ut ipsi dicunt,
quietum tranquillumque reddere. quod fieri non tantum non 22
potest, quia uis et ratio eius in motu est, sed ne oportet quidem, quia sicut aqua semper iacens et quieta insalubris et magis turbida est, sic animus inmotus ac torpens inutilis est etiam sibi, nec uitam ipsam tueri poterit, quia nec faciet quicquam nec cogitabit, cum cogitatio ipsa nihil aliut sit quam
mentis agitatio. denique qui hanc immobilitatem animi ad- 23
serunt, priuare animum uita uolunt, quia uita actuosa est,
mors quieta. quaedam etiam recte pro uirtutibus habent, 24
sed earum modum non tenent. uirtus est constantia, non ut inferentibus iniuriam resistamus — his enim cedendum est; quod cur fieri debeat mox docebo —, sed ut iubentibus facere nos contra legem dei contraque iustitiam nullis minis aut suppliciis terreamur, quominus dei iussionem iussioni hominis praeferamus.
item uirtus est mortem contemnere, non ut adpetamus eam- 25
que nobis ultro inferamus, sicut philosophorum plurimi et

21 mox docebo] c. 18, 12 ss.

EPITOME 5 s.] cf. c. 29. 2. 21—546, 9] cf. c. 61, 1—5.

BRHPV] 1 illa *B* et] ac *B* guilae *R* thesauros *H* 3 si] sic *R* ⌈est⌉ B^3 4 ut hominis — reparari *om. PV* 5 uitium] utique/// *(e ex* i *m. 2) B* 6 mitẽ *(˜ m. 2) B* 7 ebulsis B^1, *corr.* B^2, ⟨eum⟩ euulsis *Heumannus* omnibus *P* 9 et *om. H* 10 quietum *om. H* *pr.* non *om. H* 11 immotu *PV* 13 magnis P^1 (n *del.* P^3) *V* animo P^1 *(corr.* P^3) *V* 14 potest *R* 15 cogitauit B^1, *corr.* B^2 16 immobilem *B* 17 animo *ex* animum B^2, *quod restituit* B^3 uitam *(ante* uolunt) B^1, m *del.* B^3 actuos⌈a⌉ B^2 18 recta B^1, *corr.* B^3 19 eorum *H* 20 in⌈f⌉erentibus *P*, inherentibus *V* 21 dōcebo mōx *(corr. m. 3) B* nos *ex* non B^3 22 suppli⌈ci⌉is P^3 23 iussionem iussioni *RH*, iussioni B^1, iussione⌈m iussioni⌉ B^3, iussionem *PV* 25 ultro nobis *H* adferamus B^1, *corr.* B^3

maximi saepe fecerunt, quod est sceleratum ac nefarium, sed ut coacti deum relinquere ac fidem prodere mortem suscipere malimus libertatemque defendamus aduersus inpotentium stultam uecordemque uiolentiam et omnes saeculi minas atque
26 terrores fortitudine animi prouocemus. sic ea quae alii timent, excelsa et insuperabili mente dolorem mortemque calcabimus. haec est uirtus, haec uera constantia, in hoc tuenda et conseruanda solo, ut nullus nos terror, nulla uis a deo possit auer-
27 tere. uera igitur Ciceronis illa sententia est: nemo inquit iustus potest esse qui mortem, qui dolorem, qui ex-
28 silium, qui egestatem timet; item Senecae in libris moralis philosophiae dicentis: hic est ille homo honestus, non apice purpuraue, non lictorum insignis ministerio, sed nulla re minor, qui cum mortem in uicinia uidit, non sic perturbatur tamquam rem nouam uiderit, qui siue toto corpore tormenta patienda sunt siue flamma ore rapienda est siue extendendae per patibulum manus, non quaerit quid patiatur, sed quam bene.
29 qui autem deum colit, haec patitur nec timet: ergo iustus est. his rebus efficitur ut neque uirtutes neque uirtutum exactissimos limites nosse aut tenere possit omnino quisquis est a religione dei singularis alienus.

AUCTORES 9] de off. II 11, 38. 12] frg. 124.

BRHPV] 2 et fidem *B* 3 malimus *ex* malitis *P* aduersum *B* 4 uaecordem *(om.* -que*)* *PV* omnis *V* 5 fortitudinem *RH* alii *B*[2] 6 dolorem mortemque *eicit Heumannus, sed ad positionem uerborum cf. c. 18, 26* innocentiam patientiamque; *III 9, 18* ad quae — solem calcauimus *B*[1], *corr. B*[3], calcamus *PV, recte?* 7 haec est uera *H* constantia in *ex* constantiam *P*[1?] 8 noster error *B*[1], *ras. et s. l. corr. B*[2] possit a deo *B* euertere *R* 9 ciceronisi *B* est *habet post* uera, *om. post* sententia *H* scientia *P*[1], *corr. P*[3] 10 potest iustus *B* esse potest *codd. Cic.* *ante* mortem *eras.* in *B* exsilium *B*, exilium *cett.* 11 seneca *H* moralib. *(ex* -lis*)* *B*[2] 12 homo ille *B* homo *om. R* 14 rem *H* uicina *H* uidet *(sed* e *ex* i *B*[2]*)* *BPV* 15 perturbatus est *H* nouaem *B* 16 *pr.* siue] sibi *H* sunt] s̃** *(s̃ in ras. m. 1, post* se *? er.)* *P* 17 extendend⌜a⌝e *B*[3] patibulum *(pr.* u *ex* o*)* *B* 18 quam‿sed, *sed traiectionis signa add. P* 19 iustus*** (est *er.)* *B*, iustus, *om.* est *R*, qui iustus est *H* 20 ut] . Nam *H* ne⌜q.⌝ *B*[2] uirtutes neque *om. H* 22 alienis *B*[1], *corr. B*[2], et alienus *H*

18. Sed omittamus philosophos, qui aut nihil omnino sciunt 1
idque ipsum pro summa scientia praeferunt aut qui non per-
spiciunt etiam quae sciunt aut qui quoniam se putant scire
quae nesciunt, inepte adroganterque desipiunt. nos ergo, ut 2
ad propositum reuertamur, quibus solis a deo ueritas reuelata
et caelitus missa sapientia est, faciamus quae iubet inlumi-
nator noster deus. sustineamus inuicem et labores huius uitae
mutuis adiumentis perferamus nec tamen, si quid boni operis
fecerimus, gloriam captemus ex eo. monet enim deus ope- 3
ratorem iustitiae non oportere esse iactantem, ne non tam
mandatis caelestibus obsequendi quam studio placendi humani-
tatis officio functus esse uideatur habeatque iam pretium gloriae,
quod captauit, nec praemium caelestis illius ac diuinae mer-
cedis accipiat. cetera quae obseruare cultor dei debet facilia 4
sunt illis uirtutibus conprehensis. non mentiatur umquam
decipiendi aut nocendi causa. est enim nefas eum qui ue- 5
ritati studeat in aliqua re esse fallacem atque ab ipsa quam
sequitur ueritate discedere: in hac iustitiae uirtutumque omnium
uia nullus mendacio locus est. itaque uiator ille uerus ac 6
iustus non dicet illud Lucilianum:

homini amico et familiari non est mentiri meum,

sed etiam inimico atque ignoto existimabit non esse mentiri
suum nec aliquando committet ut lingua interpres animi a
sensu et cogitatione discordet. pecuniam si quam crediderit, 7

EPITOME 15—24] c. 59, 7. 24—548, 9] c. 59, 2.
AUCTORES 21] ex libr. inc. frg. CXL. 23 lingua interpres animi] Lucr. VI 1149.

BRHPV] 1 qui aut] quia *B* 2 percipiunt P^{1} (persipiunt P^{3}) *V* 3 etiam quae sciunt *om.* *R* 4 despiciunt *H*, ⌊d⌋e⌈s⌉i⌈p⌉iunt *P* 5 prositum *P* ⌈a⌉ B^{3} 7 deus *om.* *PV* 8 a⌈d⌉iumentis B^{3} 9 & captemus *R* 10 oportere] debere *H* iactantem (i *ras. ex* l) *B* 12 pretium *om.* *PV* 13 illius (il *in ras. ex* a *m. 2*) *P* 14 cultores *H* debent *H* 15 illi *R* non] . Si non *H* mentiaturũ quam *H* 16 aut nocendi *om.* *R* . Non est enim fas *H* ueritatem *B* 18 decedere *R* 19 uerus ac *om.* *R* uetus (e *ex* ic ? *m. 2 ?*) *P* 20 illum lucianum *B* 21 meum' (' *est distinctio*) *B* 22 existimauit *BRH* 23 suam B^{1}, *corr.* B^{2} a* (n *er.*) *B* 24 et *om.* *R* quam] cui *Dauisius ad Epit. LXIV adn. 8 (pag. 197)*

non accipiat usuram, ut et beneficium sit incolume, quod suc-
8 currit necessitati, et abstineat se prorsus alieno. in hoc enim
genere officii debet suo esse contentus, quem oporteat alias ne
proprio quidem parcere, ut bonum faciat; plus autem accipere
quam dederit iniustum est. quod qui facit, insidiatur quo-
9 dammodo, ut ex alterius necessitate praedetur. at iustus num-
quam praetermittet quominus aliquid misericorditer faciat, nec
inquinabit se huiusmodi quaestu, sed efficiet ut sine ullo suo
damno id ipsum quod commodat inter bona opera numeretur.
10 munus non accipiat a paupere, ut si quid ipse praestiterit, eo
bonum sit, quod fuerit gratuitum. maledicenti benedicto re-
spondeat, numquam ipse maledicat, ne uerbum malum pro-
11 cedat ex ore hominis qui colit uerbum bonum. quin etiam
caueat diligenter ne quando inimicum sua culpa faciat, et si
quis extiterit tam proteruus, qui bono et iusto faciat iniuriam,
clementer ac moderate ferat et ultionem suam non sibi ad-
12 sumat, sed iudicio dei reseruet. innocentiam semper et ubi-
que custodiat. quod praeceptum non ad hoc tantum ualet,
ut ipse iniuriam non inferat, sed ut inlatam sibi non uin-
dicet. sedet enim maximus et aequissimus iudex, speculator
ac testis omnium. hunc homini praeferat, hunc malit de

EPITOME 10 s.] c. 59, 4. 11–13] c. 59, 1. 13–20] c. 60, 3.

B(G)RHPV] 1 accipiet *Heumannus* et *om. RH* incolume sit *V* incolũ *B*¹, incolumẽ *B*² et quod *B* 2 necessitati" *(s s. l. er., quod add. m. 2) B* porsus *R* 3 contemptus *B*¹, *corr. B*², contemtus *P* alias — faciat *om. R* 5 dederis *RH* insidiabitur *H* quodadmodo *B*¹, *corr. B*², quodmodo *R* 6 at] a*t *(u er.) H* 7 praetermittit *B* qui minus *PV* faci⌜a⌝t *R*² 8 inquinauit *B*¹, *corr. B*² quaestus *B*¹, quaestu'* *(' est distinctio) B*² 9 ipsut *B*¹, *corr. B*² nominetur *H* 11 quod *H*, quo *cett.* gratum *B* maledicen⌞ti⌟ *V*² respondet *H* 12 maledicebat *R* 13 ex] de *B* *ore *(h er.) P* 14 diligentem *B*¹, *corr. B*² et *om. B* 15 proterbus *B*, propteruos *V* 17 iudicii *B*, iudici* *(o er.) P* deo *BRV* semper et] suam speret *B*¹, *corr. B*³ *a* S⟨e⟩mper et *incipit codicis G pag. 147 (73), cuius in uerss. 1—10 pleraque legebantur* 18 non — tantum *om. R* ⌞ua⌟let *B*³ 19 **iuriam *(in er.) sic B* 20 sedet] sed *BG* ⌜et⌝ *B*³ index *B*¹, *corr. B*³ 21 ac testis] actis *H* hominem *B* praefert *H*

causa sua pronuntiare, cuius sententiam nemo effugere po-
test nec defensione cuiusquam nec gratia. ita fit ut homo 13
iustus contemptui sit omnibus, et quia putabitur se ipsum non
posse defendere, habebitur pro segni et inerte. qui autem
fuerit ultus inimicum, hic fortis, hic strenuus iudicatur, hunc
omnes uerentur, hunc colunt. bonus uero ille tametsi prod- 14
esse pluribus possit, illum tamen suspiciunt qui nocere quam
qui prodesse possit. sed iustum prauitas hominum deprauare
non poterit, quominus deo studeat obtemperare malitque con-
temni, dummodo semper boni fungatur officio, mali numquam.
Cicero in isdem illis officialibus a t u e r o s i q u i s u o l u e r i t 15
inquit a n i m i s u i c o n p l i c a t a m n o t i o n e m e u o l u e r e, i a m
s e i p s e d o c e a t e u m u i r u m b o n u m e s s e q u i p r o s i t q u i-
b u s p o s s i t, n o c e a t n e m i n i n i s i l a c e s s i t u s i n i u r i a. o 16
quam simplicem ueramque sententiam duorum uerborum ad-
iectione corrupit! quid enim opus fuerat adiungere n i s i l a-
c e s s i t u s iniuria, ut uitium bono uiro quasi caudam turpissi-
mam adponeret patientiaeque, quae omnium uirtutum maxima
est, faceret expertem? n o c i t u r u m e s s e dixit b o n u m u i r u m, 17
s i f u e r i t l a c e s s i t u s: iam ex hoc ipso boni uiri nomen amittat
necesse est, si nocebit. non minus enim mali est referre in-

EPITOME 20—551, 13] c. 57, 1 (— patientiamque teneamus). 20—550, 1] c. 60, 3.

AUCTORES 11] de off. III 19, 76.

B(G)RHPV] 1 c⸢a⸣usa P^3 2 defensione∗ *(m er.) B*   ⸢ita⸣ B^3 3 semet *H*   4 habetur B^1 (habe⸢a⸣tur B^2) *R*   inert^{ti}} *(extrema litt. cum marg. abscisa,* ti *m. poster.) R, cf. pag. 552, 9*   5 ⸢fuerit⸣ B^3 6 tamsi *B* prodeesse *B*   7 posset *B*   suscipiunt *BR*   8 prodeesse *B*   9 ∗deo *(a er.) P* contem∗ni *(p er.) B*   11 isdem B^1, ⸢h⸣isdem B^3, hisdem *RHPV* at uero] adero B^1, *part. ras. corr.* B^3 qui *codd. Cic.*   14 quibus possit *om. B*   nemii *V*   15 sententiam] iustitiam B^1, *corr.* B^3 aiectione B^1, affectione B^3 16 corrup∗it *(u er.) B*   17 ut] aut *V*   *ante* uitium *eras. in B*   bon⸤o⸥ uir⸤o⸥ B^2 *a* [Qu]⟨asi⟩ *incipit codicis G pag. 148 (74) paene tota lecta*   caudam] quodam BP^1 (quo⸢d⸣dam P^3) *V*   turpissimum *(ex -am)* B^2P^3 18 patientiaeque que *HP*, patientiaequae∗∗∗ *(que er.) B*, patientiae et quae *R*, sapientiaeque·quae *V*   19 nocitur∗um *(n er.) B*, nocitum *R*   *post* dixit *s. l.* cicero V^2 20 iam] immo *Heumannus* [am]ittant *G*   21 noceuit B^1, *corr.* B^2 non] nos *G*   iniuriã *(˜ m. 2) B*

18 iuriam quam inferre. nam unde certamina inter homines, unde pugnae contentionesque nascuntur, nisi quod inprobitati
19 opposita inpatientia magnas saepe concitat tempestates? quodsi patientiam, qua uirtute nihil uerius, nihil homine dignius inueniri potest, inprobitati opposueris, extinguetur protinus, tamquam igni aquam superfuderis. sin autem prouocatrix illa inprobitas inpatientiam sibi comparem nacta est, tamquam perfusa oleo tantum excitabit incendium, ut id non flumen aliquod,
20 sed effusio cruoris extinguat. magna itaque patientiae ratio est, quam sapiens homo ademit bono uiro. ut enim nihil malorum fiat, haec sola efficit: quae si detur omnibus, nullum
21 scelus, nulla fraus in rebus humanis erit. quid igitur bono uiro potest esse tam calamitosum tamque contrarium quam irae frena permittere, quae illum non modo boni, sed etiam hominis appellatione despoliet, siquidem nocere alteri, ut ipse uerissime ait, non est secundum hominis naturam? nam
22 et pecudes si lacessas, aut calce aut cornu repugnant, et serpentes ac ferae, nisi persequare ut occidas, negotium non exhibent, et ut ad hominum exempla redeamus, inperiti quoque et insipientes si quando accipiunt iniuriam, caeco et inrationabili furore ducuntur et iis qui sibi nocent, uicem retribuere
23 conantur. in quo igitur sapiens ac bonus uir a malis et in-

AUCTORES 15] de off. III 5, 25; cf. pag. 519, 7.

B(G)RHPV] 1 referre B^1, *corr.* B^3 certamen *B*, certa[men] *G* 2 ni *P* 3 saepe] sae *sic* *R* 4 homineṃ *R*, homini *H* dig[nus] *G*, dign'i'us *V* inuenire B^1, *corr.* B^2 5 extinguitur *B* 6 sin] si *G* ĩ|probitas *B* 7 inpatientiã *(˜ m. 2)* *B* cõ|parem *B* nancta PV^{ar} 8 excitauit B^1, *corr.* B^2, [excitauit] *G* incendio *R* 11 effecit *R* 12 quid igitur] [qui]⟨di⟩[gn]us *G* 13 tamque] tamquam *V* 14 permittere quae illum] permittere qu'a'e *(a m. 2)* illum non modo bono uiro potest esse̦ tam calamitosum tamquae contrarium quam ire frena permittere *(*illum — permittere *omnia ex 12 ss. repetita expunxit m. 2)* qua˪eill˩um *(*eill *in ras. ex 2 uel 3 litt. m. 3)* *B* 15 dispoliet *(*di *ex* de *? B^3)* *BH* necere B^1, *corr.* B^2 16 *in* hominis na *desinit codicis G pag. 148 (74)* 17 et pecudes si] si *(del. P^3)* pecudes si *(*si *eras. V)* *PV* 18 persequari's' *ex* persequare V^2 19 ex'h'ibent B^2 21 iis *R*, his *BPV*, in his *H* 22 ạuṭ̃ igitur *V*

sipientibus differt, nisi quod habet inuictam patientiam, qua
stulti carent, nisi quod regere se ac mitigare iram suam no-
uit, quam illi quia uirtute indigent, frenare non possunt? sed 24
uidelicet haec illum res fefellit, quod cum de uirtute loque-
retur, in quacumque contentione uincere putauit esse uirtutis
nec uidere ullo modo potuit hominem dolori et irae succum-
bentem et iis adfectibus indulgentem quibus debet potius re-
luctari, et ruentem quacumque inprobitas prouocarit, uirtutis
officium non tenere. qui enim referre iniuriam nititur, eum 25
ipsum a quo laesus est gestit imitari. ita qui malum imitatur,
bonus esse nullo pacto potest. duobus igitur uerbis duas 26
uirtutes maximas bono et sapienti uiro, innocentiam patien-
tiamque, detraxit. sed quia ipse caninam illam facundiam,
sicut Sallustius ab Appio dictum refert, exercuit, uoluit homi-
nem canino modo uiuere, ut remordeat lacessitus. quae re- 27
tributio contumeliae quam perniciosa sit et quas edere soleat
strages, unde oportunius petetur exemplum quam ex ipsius
praeceptoris tristissimo casu, qui dum his philosophorum prae-
ceptis obtemperare gestit, ipse se perdidit? quodsi lacessitus 28
iniuria patientiam tenuisset, si dissimulare, si ferre contume-
liam boni uiri esse didicisset nec illas nobiles orationes alieno
titulo inscriptas inpatientia et leuitas et insania profudisset,
numquam capite suo rostra, in quibus ante floruerat, cruen-

EPITOME 12 innocentiam] cf. c. 55, 4.
AUCTORES 13] Hist. II 37 Dietsch.

BRHPV] 1 differet *R* habe*t *(n er.) B* quam *B*¹ *(m del. B*³*) R*, quasi *(exp. m. 3) P* 2 se *om. H* *ante* iram *eras.* in *ut uid. B* 3 uirtutem *B*¹, m *del. B*³ *post* uirtute *eras.* non *H* 4 quod] quia *R* loqueretur] quaeritur *P*, quaeretur *V* 5 inte(nt)io(ne) *(nt m. 3, ne m. 2) B* 6 uideri *B* metere *ut uid. m. 1,* metire *m. 2,* *etir(a)e *m. 3 B* 7 his *BPV* 8 quemcumque *B*¹, *corr. B*³ prouocauerit *BH* uirtutis *bis P*¹ *(pr. del. P*²*) V* 9 nititur iniuriam *P* 11 pacto] modo *P* dua(s) *B*³ 12 bono *(alt.* o *in ras. ex* i *? m. 2) B* uoro *R*¹ 14 sa(l)lustius *V* oppio *B* dictu *B* re(i)fert *(s. l.* i *er., quod add. m. 2) B* uoluit] uoluit quoque *V* 15 uidere *B*¹, *corr. B*² 16 paernitiosa *(ae ex* a *m. 2) R* 17 opportunius *R*, oportu*nius *P* 19 perdidit] petit *B*¹, *corr. B*³ 20 iniuria* *(m er.) B* si ferre] si *(exp. m. 3)* forte *P*, si forre *sic V* contumelia *B*¹ (-liã *B*²*) H* 21 didixisset *R* 22 scriptas *R* 23 capiti *B*¹, *corr. B*²

tasset nec rem publicam funditus proscriptio illa delesset.
29 sapientis ergo ac boni uiri non est uelle certare ac se periculo committere, quoniam et uincere non est in nostra potestate et est anceps omne certamen, sed est sapientis atque optimi uiri non aduersarium uelle tollere, quod fieri sine scelere ac periculo non potest, sed certamen ipsum, quod fieri et
30 utiliter et iuste potest. summa igitur uirtus habenda patientia est, quam ut caperet homo iustus, uoluit illum deus, ut supra dictum est, pro inerte contemni. nisi enim contumeliis fuerit adfectus, quantum habeat fortitudinis in se ipso cohibendo
31 ignorabitur. si autem lacessitus iniuria laedentem persequi coeperit, uictus est: qui uero motum illum ratione conpresserit,
32 hic plane imperat sibi, hic regere se potest. quae sustentatio sui recte patientia nominatur, quae una uirtus omnibus est opposita uitiis et adfectibus. haec perturbatum ac fluctuantem animum ad tranquillitatem suam reuocat, haec mitigat, haec
33 hominem sibi reddit. ergo quoniam naturae repugnare inpossibile est et inutile, ut non commoueamur omnino, prius tamen quam commotio illa prosiliat ad nocendum, quod fieri potest maturius, sopiatur. praecipit deus non occidere solem super iram nostram, ne furoris nostri testis abscedat.

8 supra] § 13.
EPITOME 2—17] c. 57, 1.
AUCTORES 20] Ephes. 4, 26.

BRHPV] 1 rem publicam] rem publicam semper *H*, rem ꝑ. *P*, rem pro *V* 4 ⌜et⌝ B^2 est *(ante* sapientis*)* *om.* *B* 5 *post* uiri *s. l.* est B^2 aduersari *B* uelle *om.* *RH* 7 uirtus *om.* *B* 8 capere *B* in⌝iustus B^2 noluit *(*n *ex* u*)* B^2 9 contemsit *in ras. ex* sit ni^t^ *ut uid.* B^2 10 acdeffectus B^1, affectus B^3 ipse|ipso *R* 11 si autem *bis* B^1, *pr. expunx.* B^2 iniuria* *(*m *er.)* *B* ⌜la⌝edentem B^3 12 uirtus, *s. l.* nulla *add. m. 2* *B* qui *Heumannus*, si *C*; si quis *Buenemannus* ratione* *(*m *er.)* *H* 13 imperauit *H* se *om.* *H*, si^e^ *(*e *m. 2 ?)* *V* substentiotio^a^ *sic* *V* 15 uitiis et] uitios si B^1, *in ras. corr.* B^3 fluctuantẽ *(*˜ *m. 2)* *B* 16 *pr.* hae P^1V^1, *corr.* $P^3V^{2?}$ 17 quoniam] qui⌜a⌝ B^2 ĩ|possibile *B* 18 ut *om.* *B* commoueatur *H* 19 commotio** *(*ri *er.)* *B* prosileat *H*, prosiluat *V* quo⌜a⌝d P^3, quo *Heusingerus, Emendat. pag. 109* 20 *post* maturius *distinxit Heusingerus, post* potest *edd.* praecepit *HPV* 21 iracundiam H^1

denique Marcus Tullius contra suum praeceptum, de quo paulo 34
ante dixi, obliuionem iniuriarum in magnis laudibus posuit.
spero te inquit Caesari, qui obliuisci nihil soles nisi
iniurias —. quodsi hoc ille faciebat, homo non a caelesti 35
tantum, sed a publica quoque ciuilique iustitia remotissimus,
quanto magis id nos facere debemus qui immortalitatis uelut
candidati sumus?

19. Stoici cum adfectus ex homine tamquam morbos co- 1
nantur euellere, Peripatetici se opponunt eosque non modo
retinent, sed etiam defendunt nihilque in homine esse dicunt
quod non magna ratione ac prouidentia sit innatum. recte
id quidem, si singularum rerum ueros terminos scirent. itaque 2
hanc ipsam iram cotem dicunt esse uirtutis, tamquam nemo
possit aduersus hostem fortiter dimicare, nisi fuerit ira conci-
tatus. quo plane ostendunt nec quid sit uirtus scire se nec 3
cur homini tribuerit iram deus. quae si nobis ideo data est,
ut ea utamur ad occidendos homines, quid inmanius homine,
quid similius feris beluis existimandum est quam id animal
quod ad communionem atque innocentiam deus fecit? tres 4
sunt igitur adfectus qui homines in omnia facinora praecipites
agant, ira cupiditas libido. propterea poetae tres Furias esse

1 paulo ante dixi] § 15 ss.

EPITOME 8—10] c. 56, 2. 19—554, 2] c. 56, 1.

AUCTORES 3] pro Ligar. 12, 35. c. 19, 1 s.] Cic. Acad. pr. II 44, 135; Tusc. IV 19, 43. § 4 ad Cic. de rep. librum II (41, 68) refert Maius, cf. tamen Halmium ad hunc locum (ed. pag. 814, 12 adn.), et Cic. Tusc. III 11, 25 (Furias).

EXPILATORES § 4] Isidor. orig. VIII 11, 95.

BRHPV] 2 iniuriam *B* laũdibus posuit mãgnis *(corr. m. 1 ?) B* 3 spero etiam te qui *Cic.* te *om. PV* caesar *PV* 4 ad caelesti *V* 6 mortalitatis *ut uid.* B^{1}, ⸢in⸣mortalitate B^{2}, immortalitate *R* 8 Stoici cum] stoicum *ut uid.* B^{1}, stoici *(om. cum)* B^{2}, stoi⸢ci⸣ *P*; Stoicis *edd.* 9 peripateci *H* 10 nihilque — dicunt *om. R* 11 prouidentia/// *(1 uel 2 litt. er.) B*, prudentia *H* 12 ⸢si⸣ B^{2} 13 co///tem *(1 uel 2 litt. er.*, m *in ras. ex 2 uel 3 litt. m. 3) B*, comitẽ *R* 14 ira fuerit *H* 15 in quo *H*, quod P^{1} (d *del.* P^{3}) *V* *pr.* ne⸢c⸣ B^{2} uirtutis *B* *post.* ne⸢c⸣ B^{2} 16 illam *ex* iram *ut uid.* B^{2} 17 occi⸢den⸣dos P^{3} inmani*us *(b er.) B* 18 similius *(alt.* i *in ras. ex* e *? m. 2) B* exsistimandum *R* 20 ⸢faci-nora⸣ B^{3} 21 agunt B^{3} (-ant B^{1}) *RH*

dixerunt, quae mentes hominum exagitent: ira ultionem desi-
5 derat, cupiditas opes, libido uoluptates. sed his omnibus deus certos limites statuit: quos si transcenderint maioresque esse coeperint, necesse est naturam suam deprauent et in morbos ac uitia uertantur. qui autem sint isti limites, non est
6 magni laboris ostendere. cupiditas ad ea conparanda nobis data est quae sunt ad uitam necessaria, libido ad subolem propagandam, irae adfectus ad coercenda peccata eorum qui sunt in nostra potestate, id est ut artiore disciplina minor aetas ad probitatem iustitiamque formetur: quae nisi metu cohibeatur, licentia pariet audaciam, quae ad omne flagitium et
7 facinus euadet. itaque ut ira uti aduersus minores et iustum est et necessarium, sic aduersus pares et perniciosum est et impium: impium, quod uiolatur humanitas, perniciosum, quod
8 illis repugnantibus aut perdere necesse est aut perire. hanc autem quam dixi esse rationem cur homini sit irae adfectus datus, ex ipsius dei praeceptis intellegi potest, qui iubet uti maledicis et laedentibus non irascamur, manus autem nostras

EPITOME 2—6] c. 56, 2 s. 6 s.] c. 56, 5. 8—555, 8] c. 56, 4.

BRHPV] 3 certes *V* instatuit *B*[1], instituit *B*[3] quod *B*[1] *ut uid. (in ras. corr. B*[3]*) RP*[1] *(corr. P*[3]*) V* transcenderint *(*int *in ras. ex 1 uel 2 litt. m. 2) B* 4 necesse] quam necesse *RH* deprauent *s. l. corr. P*[3], deprauant *(sed* u *in* b *corr. B*[3]*, sic) BRHP*[1]*V* 5 uertuntur *BHP*[1] *(corr. P*[3]*) V* sunt *B* 7 data'e'st *B* sobolem *HPV* 8 peccate (a s. l.) *(corr. m. 3) P,* peccata *V* 10 prouitatem *B*[1], *corr. B*[2] formetor (v s. l.) *P* 11 licentia *(~ er., quod add. m. 2) B* periet *B* audacia*que *(*m *er.) B,* audaciam atque *H* 12 euadit *B* ut ira] ira sicut *R* ira uti aduersus] iaduersus *B*[1], *corr. B*[3] 14 uolatur *V* **humanitas *(*in *er.) B* 16 'irae' *B*[3] adfect**us *(*ib *er.) B* 17 datus *om. R* ut *RH* 18 maledicis *PV,* inimicis *BRH; illud, quod etiam aptius est ad sensum uerborum* laedentibus *et* irascamur, *recepi non tamen sine dubitatione conl. Matth. 5, 44 ex interpretatione Itala ap. Tertull. d. anima c. 35 (similis est de pat. c. 6; cf. Roenschium, Das Neue Testament Tertullians, pag. 75 s.)* diligite inimicos uestros et orate pro maledicentibus uos, *quo ex loco, qui in Vulgata talis est* diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, et orate pro persequentibus et calumniantibus uos, *in BRH* inimicis *inlatum uidetur; minus uerisimile est* maledicis *in PV ex Vulgata Luc. 6, 28* benedicite maledicentibus uobis *inductum esse* laetantibus *R* irascuntur *V*

supra minores semper habeamus, hoc est ut peccantes eos
adsiduis uerberibus corrigamus, ne amore inutili et indulgentia
nimia educentur ad malum et ad uitia nutriantur. sed rerum 9
imperiti et rationis ignari eos adfectus qui sunt homini ad
usus bonos dati exterminauerunt et latius quam ratio postulat
euagantur. inde iniuste atque impie uiuitur. utuntur ira 10
contra pares: hinc discidia, hinc expulsiones, hinc bella contra
iustitiam nata sunt. utuntur cupiditate ad congerendas opes:
hinc fraudes, hinc latrocinia, hinc omnia scelerum genera exorta
sunt. utuntur libidine ad capiendas tantum uoluptates: hinc
stupra, hinc adulteria, hinc corruptelae omnes extiterunt. qui- 11
cumque igitur illos adfectus intra fines suos redegerit, quod
ignorantes deum facere non possunt, hic patiens, hic fortis,
hic iustus est.

20. Restat ut contra quinque sensuum uoluptates dicam 1
breuiter: nam et ipsius libri mensura iam modum flagitat.
quae omnes quoniam uitiosae ac mortiferae sunt, uirtute superari
atque opprimi debent uel, quod paulo ante dicebam de ad-
fectibus, ad rationem suam reuocari. ceterae animantes praeter 2
unam uoluptatem, quae ad generandum pertinet, nullam sen-
tiunt. utuntur ergo sensibus ad naturae suae necessitatem:

18 paulo ante] c. 16, 11; 17, 12.

EPITOME 3—11] c. 56, 4—6. 11—14] 56, 7. 15—19] c. 57, 4. 21—556, 20] c. 57, 5.

AUCTORES c. 20—24] hac in disputatione Lactantium quartum Ciceronis de republica librum adhibuisse conicit Maius in scholio de quarti libri fragmentis (ed. Stuttg. 1822, pag. 271).

BRHPV] 1 hoc] id *R* peccantis *(*n *s. l. P) PV* 2 indulgenti animo *R,* indulgenti anima *H* 4 ĩ|periti *B* 6 iuste *H* *post* utuntur *s. l.* impie B^3 7 discirdia *R,* discordia *H* 8 cupiditates $P^{ar}V$ congregandas *H* 9 omnium generum scelera *B,* omnia genera scelerum *H* 10 ⸢libidine⸣ B^3, libidines P^1 *(corr.* P^3*) V* tantum *om. H* 12 redeg⸢er⸣it B^3, redigerit P^1 *(corr.* P^3*) V* quos *P* 15 reitã B^1, reitã (s) B^2, res*tä̈t (s) B^3 quinque sensuum uoluptates] in⸢i⸣quos⸢s⸣ensu⸢s⸣uoluptatis *(*i *et duo* s *add. m. 2,* i *in* uoluptatis *ex* e *m. 3) B* 16 mensura* *(*m *er.) B* 17 superati *V* 19 ad — suam] ⸢et ad⸣ *(add. m. 3)* rationem suam *(duo* m *expunxit m. 2, restituit m. 3) B* 20 nullum P^1 *(corr.* P^3*) V*

uident, ut adpetant ea quibus opus est ad uitam tuendam;
audiunt inuicem seque dinoscunt, ut possint congregari; quae
utilia sunt ad uictum aut ex odore inueniunt aut ex sapore
percipiunt, inutilia respuunt ac recusant; edendi ac bibendi
3 officium uentris plenitudine metiuntur. homini uero soller-
tissimi artificis prouidentia dedit uoluptatem infinitam et in
uitium cadentem, quia proposuit ei uirtutem, quae cum uo-
4 luptate semper tamquam cum domestico hoste pugnaret. Cicero
in Catone maiore stupra uero inquit et adulteria et omne
flagitium nullis excitari aliis inlecebris nisi uolup-
tatis. cumque homini siue natura siue quis deus nihil
mente praestabilius dedisset, huic diuino muneri ac
5 dono nihil tam inimicum quam uoluptatem: nec enim
libidine dominante temperantiae locum esse neque in
uoluptatis regno uirtutem posse consistere. sed e
contrario deus idcirco uirtutem dedit, ut expugnaret ac uin-
ceret uoluptatem eamque egredientem fines sibi datos intra
praescriptum coherceret, ne hominem suauitatibus delenitum
atque captum dicioni suae subiceret ac sempiterna morte mul-
6 taret. uoluptas oculorum uaria est et multiplex: quae capitur

EPITOME 20—557, 6] c. 57, 8.
AUCTORES § 4] Cat. mai. 12, 40 s.

BRHPV] 1 adpetent *V* ea *in ras. ex* et *uel* ex B^3 2 seque] sed quae *R* dinoscuntur *ut uid.* B^1, dinoscunt ita *in ras. corr.* B^3, din- *etiam cett.* congregare *RPV* 4 per∗∗cipiunt *(*ti *er.) V* *alt.* ac] et *PV* uiuendi *B* 5 metuuntur *V* 8 *locum* Cicero — consistere *(15), ab interpolatore additum esse putat Heumannus, cui adsentitur Heusingerus, Emendat. pag. 110, sed Lact. ex eodem Ciceronis (12, 4, 40) loco* hinc *(sc.* ex corporis uoluptate*)* patriae proditiones, hinc rerum publicarum euersiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci *iam supra c. 19, 10 colorem quendam duxit* 9 inquit *om. B* omnia *B;* omne tale *codd. Cic.* 10 flagitia *(*-tium B^1*)* B^2 nullus *R* uoluptati⸢s⸣ B^3 13 ⸢dono⸣ B^3 esse inimicum *codd. Cic.* 14 tempera⸢n⸣tiae P^3 neque] neque omnino *codd. Cic.* 15 uoluptates P^1, *corr.* P^3 e *om.* B^1P^1V, *s. l. add.* B^2P^3 16 uinceret∗∗ *B* 17 eaque *B* fine⸤m⸥ B^2 datum *B* 18 coherceret P^1 *(*h *del.* P^3*) V*, cohereret B^1, cohiberet B^2, coerceret *RH* suauitatibus *(alt.* t *in ras ex* r *? m. 3) B* delenit∗um *(*e *? er.) B*, delinitum *PV* 19 dicion⸤i⸥ B^2, dicionis $H^{ar}V$, ditioni *(*t *ex* c*)* P^3 subiaceret *R* 20 capitur *(*c *in ras. ex* s *? m. 2) B*

ex aspectu rerum quae sunt in usu hominum uel natura uel
opere delectabiles. hanc philosophi rectissime sustulerunt.
aiunt enim multo esse praeclarius et homine dignius caelum 7
potius quam caelata intueri et hoc pulcherrimum opus inter-
micantibus astrorum luminibus tamquam floribus adornatum
quam picta et ficta et gemmis distincta mirari. sed cum di- 8
serte ad contemptum terrestrium nos exhortati sunt et ad
caeli spectaculum excitauerunt, tamen spectacula haec publica
non contemnunt. itaque iis et delectantur et libenter inter- 9
sunt: quae quoniam maxima sunt inritamenta uitiorum et ad
corrumpendos animos potentissime ualent, tollenda sunt nobis,
quia non modo ad beatam uitam nihil conferunt, sed etiam
nocent plurimum. nam qui hominem quamuis ob merita dam- 10
natum in conspectu suo iugulari pro uoluptate computat, con-
scientiam suam polluit, tam scilicet quam si homicidii quod
fit occulte spectator et particeps fiat. hos tamen ludos uo- 11
cant, in quibus humanus sanguis effunditur. adeo longe ab
hominibus secessit humanitas, ut cum animas hominum inter-
ficiant, ludere se opinentur, nocentiores iis omnibus quorum
sanguinem uoluptati habent. quaero nunc an possint pii et 12
iusti homines esse qui constitutos sub ictu mortis ac miseri-
cordiam deprecantes non tantum patiuntur occidi, sed et flagi-
tant feruntque ad mortem crudelia et inhumana suffragia nec

EPITOME 8—13] c. 58, 1. 13—558, 9] c. 58, 3 s.

BRHPV] 2 operae *V* rec**tissime *(*en *er.) B* 3 praeclarus *V* 4 c*elata *(*a *er.) B* pulcerrimum *B* 6 disserunt *(*se *et* u *in ras. et* nt *s. l. add. m. 2) B* 7 contentum *B*[1], contemtum *B*[2]*RV* exortati *PV* 8 celum *V* spectalum *B*, expectaculum *V* 9 iis *R*, his *cett.* et *(ante* delectantur*) om. R* inters*unt *(*r *? er.) B* 10 a⸢d⸣ *B*[2] 12 nihil *om. P* 13 quamu⸢i⸣s* *(*a *? er.) B*[2] 14 iugulari *(alt.* u *et* a *in ras. et* ri *s. l. add. m. 2) B* uolu*ptate *(*m *er.) B* cō|putat *B*, *om. H* 15 quam si homicidii *post* occulte *s. l. B*[3] 16 spectatur *B*[ac], peccator *R*, expectator *H* tam⸢en⸣ *B*[2] 17 humanum *(*-num *ex* -nam*) V* 18 animas *(alt.* a *ex* o *uel* u *m. 3) B* 19 ludere] uidere *B*[1], *corr. B*[3] iis *R*, his *cett.* 20 sanguinē *(*˜ *m. 3) B* quaero *R*, quare *B*, quaerē *H*, quaere *PV* ⸢possint⸣ *B*[3] **pii *(*in *? er., quod add. m. 2) B* 21 esse''' *(*nt *? s. l. er., quod add. m. 2) B* i*ctu *(*e *er.) B* misericordia *B* 22 deprecantis *RPV* tantum] tam *B*

uulneribus satiati nec cruore contenti. quin etiam percussos
iacentesque repeti iubent et cadauera ictibus dissipari, ne quis
13 illos simulata morte deludat. irascuntur etiam pugnantibus,
nisi celeriter e duobus alter occisus est, et tamquam humanum
sanguinem sitiant, oderunt moras. alios illis conpares dari
poscunt recentiores, ut quam primum oculos suos satient.
14 hac consuetudine inbuti humanitatem perdiderunt. itaque non
parcunt etiam innocentibus, sed exercent in omnes quod in
15 malorum trucidatione didicerunt. huius igitur publici homi-
cidii socios et participes esse non conuenit eos qui iustitiae
uiam tenere nituntur. non enim cum occidere deus uetat,
latrocinari nos tantum prohibet, quod ne per leges quidem
publicas licet, sed ea quoque ne fiant monet quae aput homines
16 pro licitis habentur. ita neque militare iusto licebit, cuius
militia est ipsa iustitia, neque uero accusare quemquam cri-
mine capitali, quia nihil distat utrumne ferro an uerbo potius
17 occidas, quoniam occisio ipsa prohibetur. itaque in hoc dei
praecepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occi-
dere hominem sit semper nefas, quem deus sacrosanctum
18 animal esse uoluit. ergo ne illut quidem concedi aliquis exi-
stimet, ut recens natos liceat oblidere, quae uel maxima est
inpietas: ad uitam enim deus inspirat animas, non ad mortem.

EPITOME 11—20] c. 59, 5 uetus — inferre. 20—559, 15] c. 59, 5 nec infantem — exponere.

BRHPV] 1 satiat *P*[1] *(corr. P*[3]*) V* per∗∗∗cussos *(*con *? er.;* os *ex* is *m. 3) B*, percussus *P*[ac] 2 iacentisque *B*[1], *corr. B*[3] repe∗ti *(*n *er.) B* cadauer∗ *(*a *er.) B* dispari *H* 3 illa∗ simulata∗ *(duo* s *er.) B* 4 hominum *H* 5 satiant *P*[1], *corr. P*[3] oderunt *(*u *ex* a*) V* mo∗∗ *(*rt *? er.,* ras *m. 3) B* 6 poscunt *(*c *ex* s *m. 1 ?) B* rec⌜en⌝tiores *B*[3] 7 haec *B*[ar]*R* 8 sed] seque *R* exercenti⌜n⌝ *B*[2] omnis *RPV* 11 uiam *(*m *in ras. ex* s *? m. 2) B* 12 os *V* prohibe∗t *(*a *er.) B* 13 mone∗t *(*n *er.) B* 14 liceuit *B*[1], *corr. B*[2] eius *B*[1], *corr. B*[3] 15 iustitia] iustitia neque latronem interficere *R* crimene *B*[1], *corr. B*[2] 16 ⌞c⌟apitali *B*[2] qua *P*[1] *(corr. P*[3]*) V* 17 prohibet⌜ur⌝ *B*[2] ut itaque *B* in *om. PV* 18 pr⌞or⌟su⌞s⌟ *B*[3] exceptionem *(*x *in ras. m. 3, alt.* e *in ras. m. 2) B* 19 sempiternefas *P*[1] *(*it *expunx. P*[3]*) V* quem] quod *B*[1], *corr. B*[3] sacrosancto *B*[1], *corr. B*[2], sanctum *PV* 21 allidere *(*al *in ras. ex* ob *? m. 2) B* maxima *(alt.* a *ex* e *m. 3) B*

uerum homines, ne quod sit facinus quo manus suas non pol- 19
luant, rudibus adhuc et simplicibus animis abnegant lucem
non a se datam. expectet uero aliquis ut alieno sanguini 20
parcant qui non parcunt suo? sed hi sine ulla controuersia
scelerati et iniusti: quid illi quos falsa pietas cogit exponere? 21
num possunt innocentes existimari qui uiscera sua in praedam
canibus obiciunt et quantum in ipsis est crudelius necant quam
si strangulassent? quis dubitet quin impius sit qui alienae 22
misericordiae locum tribuit? qui, etiamsi contingat ei quod
uoluit, ut alatur, addixit certe sanguinem suum uel ad serui-
tutem uel ad lupanar. quae autem possint uel soleant ac- 23
cidere in utroque sexu per errorem, quis non intellegit, quis
ignorat? quod uel unius Oedipodis declarat exemplum duplici
scelere confusum. tam igitur nefarium est exponere quam
necare. at enim parricidae facultatum angustias conque- 24
runtur nec se pluribus liberis educandis sufficere posse prae-
tendunt: quasi uero aut facultates in potestate sint possiden-
tium aut non cottidie deus et ex diuitibus pauperes et ex
pauperibus diuites faciat. quare si quis liberos ob pauperiem 25
non poterit educare, satius est ut se ab uxoris congressione
contineat quam sceleratis manibus dei opera corrumpat. ergo 26

EPITOME 21—560, 3] c. 58, 4.

BRHPV] 1 uerum *om. R* ne*** *B* ⌊non⌋ B^3 polluantur B^1, *corr.* B^3 2 animabus *H, quod etiam cod. Gothano et Regiomentano traditum probare uidetur Struuius, Ueber die lat. Decl. und Coniug., pag. 10 adn., sed cf.* animis *VII 2, 1; de opif. 19, 2* abnega⌜n⌝t B^2, adnegant P^1, *corr.* P^3 4 parcañt (*post* non), *alt.* a *ex* u *m. 3,* n *exp. m. 2 B,* portant *V* sua R^1, *corr. m. al.* hi⌜i⌝ B^2 5 quo⌊s⌋ B^2 6 num] non *BH* possint *V* existimari (r *in ras. ex* t *? m. 2) B* uiscera* sua* (*duo* s *er.) B* 7 negant R^1 8 stranguilent *R,* stranguilassent *H* qui] quin⌜e⌝ B^2 9 quin (*ante* etiamsi) *H* etiamsi* (c *er.) B,* etiam se V^{ac} con⌊tin⌋g⌊at *V* 10 *ut *V* a⌊d⌋dixit *ex* utuixit $P^{1?}$ su⌜u⌝m B^2 seruitium *R* 12 per] uel per *R* errorẽ (˜ *m. 2) B* 13 uel *om. B* unus P^1 (*corr.* P^3) *V* oedypi (ypi *in ras. ex 6 litt. m. 2) B,* ydipodis *H* duplici scelere] dupliciscere *V* 14 nefagrium *V* 15 at] ait *H* conquaerunt *R,* conqu*eruntur (a *er.) H,* conquiruntur *V* 16 plurimis *B* liber seducandis *R* libris *V* 17 aut *om. B,* ut *V* potestatem *H* possidendũ *V* 18 codie *V* et *om. HPV* diuitiis B^1 (*corr.* B^2) *H* 20 satis *PV* ab *ex* ad *V* uxoribus *V* 21 operam *H*

si homicidium facere nullo modo licet, nec interesse omnino conceditur, ne conscientiam perfundat ullus cruor, siquidem
27 populo sanguis ille praestatur. in scaenis quoque nescio an sit corruptela uitiosior. nam et comicae fabulae de stupris uirginum loquuntur aut amoribus meretricum, et quo magis sunt eloquentes qui flagitia illa finxerunt, eo magis sententiarum elegantia persuadent et facilius inhaerent audientium
28 memoriae uersus numerosi et ornati. item tragicae historiae subiciunt oculis parricidia et incesta regum malorum et co-
29 turnata scelera demonstrant. histrionum quoque inpudicissimi motus quid aliut nisi libidines et docent et instigant? quorum eneruata corpora et in muliebrem incessum habitumque mol-
30 lita inpudicas feminas inhonestis gestibus mentiuntur. quid de mimis loquar corruptelarum praeferentibus disciplinam, qui docent adulteria, dum fingunt, et simulacris erudiunt ad uera? quid iuuenes aut uirgines faciant, cum haec et fieri sine pu-
31 dore et spectari libenter ab omnibus cernunt? admonentur utique quid facere possint et inflammantur libidine, quae aspectu maxime concitatur, ac se quisque pro sexu in illis

EPITOME 3—561, 4] c. 58, 5—7.
AUCTORES § 27—35] cf. Minuc. Fel. c. 37, 11 s. § 27—31] cf. Cyprian. ad Donat. c. 8.

BRHPV] 2 ne] nec *H* conscientiam] conspiciam *P*¹ *(corr. P*³*) V* 3 populo] de populo *R* scaenis *P*, scenis *cett.* *ex* quoq. *hoc* quọ̃q. *(alt.* q *lin. del.) i. e.* quoniam *m. 1 ?, tum ras.* quoq. *restitutum, P* 4 uitiosior *(*u *in ras. ex* d *? m. 3) B* 5 locuntur *R*, locuụntur *(exp. m. 3) P*, loquutur *sic V* amatoribus *BH* 6 *post* flagitia *3 uel 4 litt. er. P* 7 persuadente *(om.* et*) PV* 8 tragy⌊ca⌋ *B*², traicae *H* 9 parricid⌈i⌉a *B*², parri⌈ci⌉dia *P*³ incasta *R* rerum *B* malarum *(alt.* a *ex* o*) B*³ coturnata *C (nisi quod* co*turnata, *er.* i *uel* t *B)* 10 demo⌈n⌉strant *B*³ hist*rionum *(*o *er.) B* 11 qui *P*¹ *(corr. P*³*) V* ᵉ̣nisi *(*e *add. m. 1 ?, exp. m. 3) P* 12 muliebri *(*-em *B*¹*) B*³, muliebre *R*, mulie⌈b⌉rem *P*³ incessu* *(*m *er.) B* mol⌈l⌉ita *B*³ 13 et inpudicas *H* **⌊c⌋aestibus *ex* caesaestibus *ut uid. P*¹, **gaestibus *P*³, cestibus *V* qui⌈d⌉ *P*³ 14 minis *P*¹ *(*mim⌈i⌉s *P*³*) V* qui *ex* quo *V* 15 dũ *in ras. ex* et *ut uid. B*³ simulatis *edd.* at uero *H* 16 qui⌈d⌉ *B*³ uirgines*** *(*aut *? er.) B* faciunt *V*ᵃᶜ 17 ab omnibus libenter *H* 18 liuidine *B*¹, *corr. B*³ que *B*¹, qui *B*³ 19 concita⌈n⌉tur *B*²

imaginibus praefigurat probantque illa, dum rident, et adhae-
rentibus uitiis corruptiores ad cubicula reuertuntur, nec pueri
modo, quos praematuris uitiis imbui non oportet, sed etiam senes,
quos peccare iam non decet. circensium quoque ludorum 32
ratio quid aliut habet nisi leuitatem uanitatem insaniam?
tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto
illic impetu curritur, ut iam plus spectaculi exhibeant qui
spectandi gratia ueniunt, cum exclamare et efferri et exsilire
coeperint. uitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid 33
uitiorum pectoribus insidat, quae sedata et pacifica esse debent,
sed ne cuius nos uoluptatis consuetudo deleniat et a deo atque
a bonis operibus auertat. nam ludorum celebrationes deorum 34
festa sunt, siquidem ob natales eorum uel templorum nouorum
dedicationes sunt constituti. et primitus quidem uenationes, 35
quae uocantur munera, Saturno sunt attributae, ludi autem
scaenici Libero, circenses uero Neptuno. paulatim tamen et
ceteris diis idem honos tribui coepit singulique ludi nominibus
eorum consecrati sunt, sicut Sinnius Capito in libris specta-
culorum docet. si quis igitur spectaculis interest ad quae re- 36

EPITOME 4—12] c. 58, 8 s. 12—19] c. 58, 1 s. 19—562, 2] c. 58, 9.

AUCTORES 18 Sinnius Capito] cf. Hertzium, Sinnius Capito, pag. 18. 27.

BRHPV] 1 p̃a|figurat *sic V* probantque *(*n *in ras. ex 2 litt. m. 2) B* illa* *(*m *er.) B* 2 corruptiones *V* 3 praematuriis B^{ar} *(alt.* i *er.) V* senes *om. V* 4 docet B^1, *corr.* B^2 *post* quoque *s. l.* et B^2 7 uti amplius *H* expectaculi *BV* exhibent *H,* exibeant *PV* 8 ueniant B^1, *corr.* B^3 exclamari B^1, *corr.* B^3, ea clamare *H* eferri *R,* effe'r'ri P^3 exilire *R,* exilere *V* 9 non solum ne] m̄alum n̄e *(*ma *in ras. m. 2,* ⁼et⁻ *m. 3) B* 10 insideat *R,* insidiat *P; cf. pag. 562, 20* 11 nec $B^{ar}V$ *post* cuius *add.* quã P^3 deliniat *H,* delaeniat *(corr. m. 3) P* 12 boni**s *(*bu *er.) B* 13 temporum *HPV* nouorum] bonorum *H* 14 et imprimitus *R* quidem *om. B* uenerationes *H* 15 quae] et quae *cum Lipsio Saturn. I 5 Ritschelius, opusc. IV 638; cf. Epit. 58, 1* adtributae *RHPV,* attributa *B, sic* l*udi *(*a *er.) H,* laudi *(*a *exp. et lin. del. m. 1 et 3) P* 16 scenici B^1 *(corr.* B^2*)* HP^1 *(corr.* P^3*) V* 17 diis B^2, deis *P* item B^1, *corr.* B^3 18 sinnius *BHPV (quod propter errorem editorum* Sisinnius *scribentium moneo), om. R* 19 ad quae] atque BRP^1, *corr.* P^3, adque *HV*

ligionis gratia conuenitur, discessit a dei cultu et ad deos se contulit, quorum natales et festa celebrauit.
1 21. Aurium uoluptas ex uocum et cantuum suauitate percipitur, quae scilicet tam uitiosa est quam oblectatio illa de
2 qua diximus oculorum. quis enim non luxuriosum ac nequam putet eum qui scaenicas artes domi habeat? atquin nihil refert utrumne luxuriam solus domi an cum populo exerceas in
3 theatro. sed iam de spectaculis dictum est. restat unum quod est nobis expugnandum, ne capiamur iis quae ad sensum intimum penetrant. nam illa omnia quae uerbis carent, id est aeris ac neruorum suaues soni possunt facile contemni,
4 quia non adhaerent nec scribi possunt. carmen autem compositum et oratio cum suauitate decurrens capit mentes et quo uoluerit inpellit. inde homines litterati cum ad religionem dei accesserint ab aliquo inperito doctore fundati, minus cre-
5 dunt. adsueti enim dulcibus et politis siue orationibus siue carminibus diuinarum litterarum simplicem communemque sermonem pro sordido aspernantur. id enim quaerunt quod sensum demulceat, persuadet autem quidquid suaue est et animo
6 penitus, dum delectat, insidit. num igitur deus et mentis et uocis et linguae artifex diserte loqui non potest? immo uero

EPITOME c. 21] c. 58, 6 s.
AUCTORES 13 s.] cf. Cic. de or. I 8, 30.

B(G)RHPV] 1 conuenit *BR* a dei* *(a er.) B* 3 uolumptas *B* ex] et *B* cantu'u'm B^2 perci|tur B^1, percipi|tur B^3 4 ille *V* 6 scenicas *BH* adquid B^1, adquin B^3, atquin *(exp. m. 3) P* 7 luxuri**am *(os er.) B* 8 dictū *(~ m. 2) B* est *om. R* 9 his *BHP*^{ar} *(iis ras. ex* his*) V* qui B^1, *corr.* B^2 sensū *(~ m. 2) B* 10 penetra'n't B^2 nam *ex* nec *V* 11 suauis *B* 12 exscribi *R* carnem P^1, *s. l. et ras. corr.* P^3, carnem *ex* carnen V^1, carmen *corr.* V^2 13 decurrens *R, quod coniecerat Buenemannus conl. IV 18, 12; V 1, 10;* decipiens *(n s. l.* B^2*) BHPV* 14 religionē *(~ m. 3) P* *ab* Ad religionem *incipit codicis G pag. 149 (79) paene tota lecta* 15 accesseri'n't *P*, accesserit *(~ m. 2) V* *post* accesserint *hoc* si non fuerint *B (sed s. l. add.* B^3*) R* a perito aliquo *R* inperito *(imp- H) GH*, 'i'perito V^2, perito *BRPV*^{1} munus *H* 17 sermonem** *(et er.) B* 18 asperna'n'tur B^2 20 insidet *(-dit* B^1*)* B^3, insidit *ex* insidat *V; cf. pag. 561, 10* mentes B^1, *corr.* B^3 21 diserti *V* sūmma uēro immo *(corr. m. 1 ?) B*

summa prouidentia carere fuco uoluit ea quae diuina sunt, ut
omnes intellegerent quae ipse omnibus loquebatur. ergo qui 7
ueritati studet, qui non uult se ipse deicere, abiciat inimicas
ac noxias uoluptates, quae animam uitiant ut corpus cibi dulces:
praeferantur uera falsis, aeterna breuibus, utilia iucundis. nihil 8
aspectu gratum sit nisi quod iuste, quod pie fieri uideas, nihil
auditu suaue nisi quod alit animam melioremque te reddit,
maximeque hic sensus non est ad uitium detorquendus, qui
nobis ideo datus est, ut doctrinam dei percipere possemus.
itaque si uoluptas est audire cantus et carmina, dei laudes 9
canere et audire iucundum sit. haec est uoluptas uera quae 10
comes est et socia uirtutis, haec non est caduca et breuis ut
illae quas adpetunt qui corpori ut pecudes seruiunt, sed per-
petua et sine ulla intermissione delectans. cuius terminos si 11
quis excesserit nihilque aliut ex uoluptate petierit nisi ipsam
uoluptatem, hic mortem meditatur, quia sicut uita perpetua
in uirtute est, ita mors in uoluptate. qui enim temporalia 12
maluerit, carebit aeternis, qui terrena praetulerit, caelestia non
habebit.

B(G)RHPV] 2 intellegerunt *B*¹, *corr. B*³ quae ipse] quae ipsius ut ipse *R* omnibus ipse *P* 3 ueritati∗ *B* deicere *R*, decipere *cett., sed cf. II 12, 17 et adn. crit.; III 29, 15; IV 27, 17* 4 uo[l]untates *G* uitiant *Buenemannus,* subiciat *B*¹, subiciu'n't *B*², subiciant *G*, sibi uitiant *R*, subiciunt *H*, sibi uinciant *P*, sibi uinceant *V*; *praeterea* illiciunt *uel* sibi subiciunt, uitiant *coni. Buenemannus,* suffocant *Heumannus,* sibi uinciant *alii edd.;* subuitiant *scriberem, si haec uox non careret auctore;* uitiauit *recepi,* sibi *et* sub *in codd. ex proximo* cibi, *ad quod transiluisset librarius archetypi, correcta esse coniciens* cibi] sibi *V* dulces] ducas *B*¹, *corr. B*² 5 praeferuntur *G* uera falsis aeterna *om. G* falsi *V* [br]ebibus *G* 6 iure *B*¹, *corr. B*³ ni.h.i.l. *B*³ 7 auditu∗ *(s ? er.) B* auditu suane *P*¹, *corr. P*³, auditus uane *V* alet *B* te *del. P*³ 9 data *P*¹, *corr. P*³ possimus *B*, ⟨po⟩[ssimus] *G* 10 itaque] ita est *P*¹, *corr. P*³ 11 ∗∗iucundum *(in ? er.) B*, [etiucun]⟨d⟩[u]⟨m⟩ *G* 12 e's't *(ante* et*) B*³ breui's'sedill'a'e *(s et* a *add. m. 2,* sed *ex* et *m. 3) B* 13 illa *R* qui] quae *B* uelut *BH,* ue[lut] *G* 14 cuius] cumius *P*¹, m *del. P*³, cumuis *V*¹ *in* cuius t[er] *desinit codicis G pag. 149 (79), sequitur pag. 150 (80), cuius in uerss. 1—22 et 30. 31 multa legi poterant* 15 uoluntate *V* 17 uolu[n]|[ta]⟨te⟩ *G* temporaria *B*³ (-lia *B*¹) *PV* 18 et caruerit *B*¹, ėt carebit *B*³ t.errena pr.aetulerit *V*¹, terrena prae *del. et s. l.* terrena per *scr. V*²

1 22. Ad uoluptates autem saporis et odoris, qui duo sensus
ad solum corpus pertinent, nihil est quod a nobis disputetur,
nisi forte quis exigit ut dicamus turpe esse sapienti ac bono,
si uentri et gulae seruiat, si unguentis oblitus aut floribus
coronatus incedat: quae qui facit, utique insipiens et ineptus
2 et nihili est et quem ne odor quidem uirtutis attigerit. for-
tasse quispiam dixerit 'cur ergo illa facta sunt, nisi ut iis
fruamur?' at enim saepe iam dictum est uirtutem nullam fu-
turam fuisse, nisi haberet quae opprimeret. itaque fecit omnia
3 deus ad instruendum certamen rerum duarum. ergo inlece-
brae istae uoluptatum arma sunt illius cuius unum opus est
expugnare uirtutem iustitiamque ab hominibus excludere. his
blandimentis et suauitatibus titillat animas: scit enim quia
4 mortis est fabricatrix uoluptas. nam sicut deus hominem
ad uitam non nisi per uirtutem ac laborem uocat, ita ille ad
mortem per delicias ac uoluptates, et sicut ad uerum bonum
per fallacia mala, sic ad uerum malum per fallacia bona per-
5 uenitur. cauenda sunt igitur oblectamenta ista tamquam la-
quei et plagae, ne suauitudinum mollitie capti sub dicionem
mortis cum ipso corpore redigamur, cui nos manciparimus.

1 23. Venio nunc ad eam quae percipitur ex tactu uoluptatem:
qui sensus est quidem totius corporis. sed ego non de orna-

8 saepe iam dictum est] cf. ad Epit. 24, 10.

EPITOME 1—6] c. 57, 6. 10—20] c. 57, 5 (*a* quibus omnibus); cf. c. 24. 18—20] c. 58, 9 renuntiandum — incidamus.

B(G)RHPV] 1 at *B* doloris *V* 3 for⌊te⌋ B^2 sapientia $B^{ar}P^1$, *alt.* a *del.* P^3 4 guylae *H* ungentis *R* aut] ac *edd.* 5 ineptus] ineptus est *R* 6 nihil *GHV* et *(ante* quem*) om.* *R* 7 iis RP^3 *in ras. corr.*, his BHP^1V 9 nisi] nihil *P* habenṭ (s supra) *(corr. m. 3)* *P* o⌊p⌋primeret B^2 itaque] *idqu*e *(*h *et* a *er.)* *B* omn⌊e⌋ B^2 10 istruendum *B*, [struendum] *G* 12 ⌊ius⌋titiamque B^2 his] Bis *H* 13 titillas B^1, *corr.* B^3 15 ⌜ad uitam⌝ B^3 16 ac] ad B^1, *corr.* B^2, et *R* uoluptatẽ* *(*s *er.*, ~ *add. m. 3)* *B* ⌜ad⌝ *B* [bon]⟨umu⟩[e]⟨rum⟩ *G* 17 fallaciä *(*~ *er.)* mala* *(*m *er.)* *B* mala — fallacia *om.* *P* bona] *hic fere desinit codicis G pag. 150 (80)* 18 oblecm̃ta *V* tamquam] quam P^1 *(corr.* P^3*)* *V* 19 mollitiae *BHV*, molliti *R*, mollitię P^{ar}, *ras. in* -tie *corr.* capta *P* 20 redicamur *R* mancipamus *B*, mancipari oportet *H*, mancipauimus *edd.*

mentis ac uestibus, sed de sola libidine dicendum mihi puto,
quae maxime coercenda est, quia maxime nocet. cum excogi- 2
tasset deus duorum sexuum rationem, adtribuit iis ut se in-
uicem adpeterent et coniunctione gauderent. itaque arden-
tissimam cupiditatem cunctarum animantium corporibus ad-
miscuit, ut in hos adfectus auidissime ruerent eaque ratione
propagari et multiplicari genera possent. quae cupiditas et 3
adpetentia in homine uehementior et acrior inuenitur, uel quia
hominum multitudinem uoluit esse maiorem uel quoniam uir-
tutem soli homini dedit, ut esset laus et gloria in coercendis
uoluptatibus et abstinentia sui. scit ergo aduersarius ille 4
noster quanta sit uis huius cupiditatis, quam quidam necessi-
tatem dicere maluerunt, eamque a recto et bono ad prauum
et malum transfert. inlicita enim desideria inmittit, ut aliena 5
contaminent quibus habere propria sine delicto licet. obicit
quippe oculis inritabiles formas suggeritque fomenta et uitiis
pabulum subministrat; tum in intimis uisceribus stimulos omnes 6
conturbat et commouet et naturalem illum incitat atque in-
flammat ardorem, donec inretitum hominem inplicatumque de-
cipiat. ac ne quis esset qui poenarum metu abstineret alieno, 7
lupanaria quoque constituit et pudorem infelicium mulierum
publicauit, ut ludibrio haberet tam eos qui faciunt quam quas
pati necesse est. his obscenitatibus animas ad sanctitatem 8
genitas uelut in caeni gurgite demersit, pudorem extinxit, pu-
dicitiam flagitauit. idem etiam mares maribus adplicuit et

EPITOME 15—20] c. 57, 8 quae autem — uoluptatem.
EXPILATORES § 7] Isidor. orig. XVIII 42, 2.

BRHPV] 1 ac] aut *PV* 2 coercenda *C* quia] quae *R* 3 iis *RP*³ *in ras. corr.*, his *BHP*¹*V* 7 possint *B* 8 qui⌜a⌝ *P*³ 9 quoniam] quia *B* 10 nomini *B*¹, *corr. B*³ esset] est *H* cohercendis *PV* 11 et *om. P* 12 necessitate⌜m⌝ *B*³ 14 malum *B*, ad malum *cett.* transtulerunt *P* 15 contaminet *H* obicit *om. R* obicit — oculis] obicitque prae oculis *B* 17 sumministrat *R* tum *om. B* in *om. H* stimulus *B* omnis *B*¹ *(corr. B*²*) PV* 18 ⌜ad⌝que *B*² 19 inrititum *B*¹, *corr. B*² 21 lupinaria *B* 22 ⌞u⌟t *B*² 23 hinc *H*, hic *P*¹ *(corr. P*³*) V* animus *V* 24 genitus *V* c⌜a⌝eni *B*³ gurgitem *PV* flagitauit] profligauit *codd. recent. et edd.*, flagitiauit *Fasitelius*, exagitauit *Volkmannus, obseru. misc. 1872, pag. 14* 25 adplicuit *B*, admiscuit *cett.; cf. Petron. c. 25*

nefandos coitus contra naturam contraque institutum dei ma-
chinatus est. sic imbuit homines et armauit ad nefas omne.
9 quid enim potest esse sanctum iis qui aetatem inbecillam et
praesidio indigentem libidini suae depopulandam foedandamque
10 substrauerint? non potest haec res pro magnitudine sceleris
enarrari. nihil amplius istos appellare possum quam inpios et
parricidas, quibus non sufficit sexus a deo datus, nisi etiam
suum sexum profane ac petulanter inludant. haec tamen apud
11 illos leuia et quasi honesta sunt. quid dicam de iis qui ab-
ominandam non libidinem, sed insaniam potius exercent? piget
dicere, sed quid iis fore credamus quos non piget facere? et
tamen dicendum est, quia fit: de istis loquor quorum teter-
12 rima libido et execrabilis furor ne capiti quidem parcit. qui-
bus hoc uerbis aut qua indignatione tantum nefas prosequar?
uincit officium linguae sceleris magnitudo. cum igitur libido
haec edat opera et haec facinora designet, armandi aduersus
13 eam uirtute maxima sumus. quisquis affectus illos frenare
non potest, cohibeat eos intra praescriptum legitimi tori, ut
et illut quod auide expetit consequatur et tamen in peccatum
14 non incidat. nam quid sibi homines perditi uolunt? nempe
honesta opera uoluptas sequitur: si ipsam per se adpetunt,
15 iusta et legitima frui licet. quodsi aliqua necessitas prohi-
bebit, tum uero maxime adhibenda uirtus erit, ut cupiditati
continentia reluctetur. nec tantum alienis toris quaeque attin-

EPITOME 17—568, 12] 57, 3; 59, 6; 61, 6—8.

BRHPV] 2 hominem *B* 3 potes(t) R^2 iis RP^3 *in ras. corr.*, his BHP^1V 4 **depopulandam *(in ? er.)* *B* foedadamque *sic* RP^1, *corr.* P^3 5 substraueri(n)t B^2 6 appella(re) V^2 7 parridas BP^1 *(corr.* P^3*)* *V* sufficiat *H* 8 haec] hac R^1 *uerba* haec tamen — quidem parcit *(13) om.* *H* 9 iis R^1, his BR^2HPV ab(h)ominandam V^2 11 quid iis R^1, quid de his R^2, quid his *BP*, qui his *V* tradamus *V* 12 t(a)eterrima B^3 13 parcet B^1, *corr.* B^3 15 uicit *BRHV* 16 edat] et *H* operam *B* designet *B*, dissignet *cett.* 17 maxime *R* 19 et *in ras. ex* ad *ut uid.* B^3, e*t**(s *et* ut *er.)* *P*, est *V* expedit P^1 *(corr.* P^3*)* *V* im *P* 21 honestã operã *(duo ~ add. m. 1 ?)* *B* uoluntas *B* ipsa *B* 22 quodsi] etsi *B* cohibebit *R*, prohibet *H* 23 maxim*e *(a er.)* *B*, maxima *PV* 24 alieniṣ *(exp. m. 1 uel 2)* *R* tor*is *(i er.)* *B*, tori *R* quae *BH*

gere non licet, uerum etiam publicis uulgatisque corporibus
abstinendum deus praecipit docetque nos, cum duo inter se
corpora fuerint copulata, unum corpus efficere. ita qui se 16
caeno inmerserit, caeno sit oblitus necesse est. et corpus qui-
dem cito ablui potest, mens autem contagione inpudici corporis
inquinata non potest nisi et longo tempore et multis bonis
operibus ab ea quae inhaeserit conluuione purgari. oportet 17
ergo sibi quemque proponere duorum sexuum coniunctionem
generandi causa datam esse uiuentibus eamque legem his
affectibus positam, ut successionem parent. sicut autem dedit 18
nobis oculos deus non ut spectemus uoluptatemque capiamus,
sed ut uideamus propter eos actus qui pertinent ad uitae ne-
cessitatem, ita genitalem corporis partem, quod nomen ipsum
docet, nulla alia causa nisi efficiendae subolis accepimus. huic 19
diuinae legi summa deuotione parendum est. sint omnes qui
se discipulos dei profitebuntur ita morati et instituti, ut in-
perare sibi possint. nam qui uoluptatibus indulgent, qui 20
libidini obsecuntur, hi animam suam corpori mancipant ad
mortemque condemnant, quia se corpori addixerunt, in quod
habet mors potestatem. unus quisque igitur quantum potest 21
formet se ad uerecundiam, pudorem colat, castitatem conscientia
et mente tueatur: nec tantum legibus publicis pareat, sed sit
supra omnes leges qui legem dei sequitur. quibus bonis si 22

AUCTORES 1—3 (docetque)] I Cor. 6, 16.

BRHPV] 2 praecipit *B*, praecepit *cett.* 4 c⌜a⌝eno *(ante* sit*)* B^3 5 c̄orporis ⌜inpudici⌝ *B* 6 temporis *B* 7 inh⌜a⌝eseri*t *(*a *m. 3,* n *er.) B*, inhaeserint P^1, *alt.* n *del.* P^3, inheserunt *V* conlubione B^1, *corr.* B^3 8 quemquem B^1, *alt.* m *del.* B^3 propoenere *V* 10 adfectibus *HPV* 11 expectemus *B* *ad* uoluptatemque capiamus *in mg.* ł qua capiamur *m. post. R* 12 actos B^1, *corr.* B^3 14 effigiendae P^1 (effigiandae P^3) *V* suboles B^1, *corr.* B^2 huic — legi *om.* B^1, huic *s. l. add.* B^3 15 diuina* (m *er.) H* legis *R* est] ut *B* ⌜sint⌝ B^3, sintque *R* 16 ⌜ut⌝ B^3 inperare *B*, imperare *cett.* 17 nam (am *in ras. ex 3 uel 4 litt., quarum prima* o, *m. 3) B* 18 obsequntur *B*, obsequuntur *HPV* hi⌜i⌝ B^2 ad mortemque] morteque *B* 19 adfixerunt *R* quo *BV* 21 pudoremque *BPV* conscientiam *B* 22 mentē *(˜ exters.) B* 23 omnis *RPV* ⌜dei⌝ B^3

adsueuerit, iam pudebit eum ad deteriora desciscere: modo
placeant recta et honesta, quae melioribus iucundiora sunt
23 quam praua et inhonesta peioribus. nondum omnia castitatis
officia exsecutus sum: quam deus non modo intra priuatos
parietes, sed etiam praescripto lectuli terminat, ut cum quis
habeat uxorem, neque seruam neque liberam habere insuper
24 uelit, sed matrimonio fidem seruet. non enim, sicut iuris
publici ratio est, sola mulier adultera est quae habet alium,
maritus autem etiamsi plures habeat, a crimine adulterii so-
25 lutus est, sed diuina lex ita duos in matrimonium, quod
est in corpus unum, pari iure coniungit, ut adulter habeatur
26 quisquis compagem corporis in diuersa distraxerit. nec ob
aliam causam deus cum ceteras animantes suscepto fetu ma-
ribus repugnare uoluisset, solam omnium mulierem patientem
uiri fecit, scilicet ne feminis repugnantibus libido cogeret uiros
27 aliut adpetere eoque facto castitatis gloriam non tenerent. sed
neque mulier uirtutem pudicitiae caperet, si peccare non posset.
nam quis mutum animal pudicum esse dixerit, quia suscepto
fetu mari repugnat? quod ideo facit, quia necesse est in do-
28 lorem atque in periculum ueniat, si admiserit. nulla igitur laus
est non facere quod facere non possis. ideo autem pudicitia in
29 homine laudatur, quia non naturalis est, sed uoluntaria. ser-

EPITOME 22—569, 18] c. 61, 8 sed sicut — teneatur.
EXPILATORES § 26] Isidor. orig. XI 2, 19. 20 nulla — possis] Ps.-Seneca de moribus 4.

B(G)RHPV] 1 iam] tum *H* desuescere *R*, descendere *PV* 2 merioribus *P*[1] *(corr. P*[3]*) V* iucundiara *V* 3 ⌜in⌝honesta *B*[1?], honesta *R* non *R* 4 *ab* Officia *incipit codicis G pag. 151 (137), cuius in uerss. 1—9 pleraque legi poterant* quae *B*[1] *(corr. B*[3]*) G* 5 praescripto] intra *(s. l. m. 2)* praescriptos *B*, intra praescripto *G* terminauit *B* 6 neque *ante* seruam] nequam *B* 7 publici iuris *R* 9 maritum *B*[1], *corr. B*[2] autẽiã|si *ut uid. B*[1], autem|si *in ras. corr. B*[2] pluris *RV*, p⌜l⌝u*ris *(*1 *er.) P* 10 matrimonio (v) *P* 11 est in *om. R* 12 quisq; *(i. e.* -que*) V* compagem] partem *B* 13 foetũ *(~ er.) H* 17 possit *B* 18 multum *RP*[ar] duxerit *PV* qui *R*, quod *H* susceptũ *(~ m. 2) B* 19 f*etu *B* id⌜eo⌝ (id *in ras. corr. et* eo *add. m. 2) B* 20 in *om. B* [si]se *(*[si] *m. 2) V* 21 tacere *(post* quod*) R* pudicitia *(*t *ex* a *m. 2) V* 22 laudantur *P*[1] (n *expunx. P*[3]*) V*[ar]

uanda igitur fides ab utroque alteri est, immo exemplo con-
tinentiae docenda uxor ut se caste gerat. iniquum est enim
ut id exigas quod praestare ipse non possis. quae iniquitas
effecit profecto ut essent adulteria, feminis aegre ferentibus
praestare se fidem non exhibentibus mutuam caritatem. deni- 30
que nulla est tam perditi pudoris adultera quae non hanc
causam uitiis suis praetendat, iniuriam se peccando non facere,
sed referre. quod optime Quintilianus expressit. homo inquit
neque alieni matrimonii abstinens neque sui custos
— quae inter se natura conexa sunt. nam neque maritus 31
circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus potest uacare
domesticae sanctitati et uxor cum in tale incidit matrimonium,
exemplo ipso concitata aut imitari se putat aut uindicare.
cauendum igitur, ne occasionem uitiis nostra intemperantia 32
demus, sed adsuescant inuicem mores duorum et iugum paribus
animis ferant: nos ipsos in altero cogitemus. nam fere in
hoc iustitiae summa consistit, ut non facias alteri quidquid
ipse ab altero pati nolis. haec sunt quae ad continentiam 33
praecipiuntur a deo. sed tamen ne quis diuina praecepta cir-
cumscribere se putet posse, adduntur illa, ut omnis calumnia
et occasio fraudis remoueatur, adulterum esse qui a marito

EPITOME 16—18] c. 55, 3. 19—570, 3] c. 61, 8.
AUCTORES 8] cf. Quintiliani declam. ed. Ritter, praef. pag. III adn. 17 ut non facias — nolis] praeter Matth. 7, 12 et Publil. Syr. 2 cf. Doctrin. XII Apostol. I 2 (cf. supra ad c. 3). 20 ss.] Matth. 5, 32; 19, 9.
EXPILATORES 16—18] cf. Orientii commonit. I 195—198.

B(G)RHPV] 1 imo *BRP¹ (corr. P³) V* 2 *a* Docenda *incipit codicis G pag. 152 (138) paene tota lecta; uers. 31 cum margine resectus est* caste gerat] castigarat *V¹, s. l. corr. V²* inicum *GR* 3 exigas] ex[e]as *G* iniquita**s *(te er.) V* 4 efficit *GRV,* id effecit *H* ut essent] e[s]se *G* *aegre *B,* hae[g]re *G* 5 exibentibus *GV,* exigentibus *R* 8 ⸢sed referre⸣ *B³* quintialianus *PV* 9 nequã *(˜ m. 3) B* matrimonia *P¹, corr. P³* abstinens] appetens *B* neque *om. B* 10 *uerba* quae — conexa sunt *Quintiliano tribuunt edd.* nam neque] namq. *B,* namque *G* 12 sanctitati] sc̃i *G* 13 **imitari *P,* inimitari *V* uindicare *edd.,* uindicari *C* 14 igitur] ergo *BR* 16 fer*e *(r ? er.) B,* ferae *G* 17 consistet *B,* constitit *R* non *om. P¹ (s. l. P³) V* 18 nolis] nobilis *V* 20 addantur *H* illi *Pᵃᶜ (corr. P¹?) V* 21 occassio *V* adulterum ⟨et eum⟩ *Heumannus* *in* ⟨a⟩[d]ulterum esse *desinit codicis G pag. 152(138)*

dimissam duxerit et eum qui praeter crimen adulterii uxorem
dimiserit, ut alteram ducat: dissociari enim corpus et distrahi
34 deus noluit; praeterea non tantum adulterium esse uitandum,
uerum etiam cogitationem, ne quis aspiciat alienam et animo
concupiscat: adulteram enim fieri mentem, si uel imaginem
35 uoluptatis sibi ipsa depinxerit. mens est enim profecto quae
peccat, quae immoderatae libidinis fructum cogitatione con-
36 plectitur, in hac crimen est, in hac omne delictum. nam
etsi corpus nulla sit labe maculatum, non constat tamen pu-
dicitiae ratio, si animus incestus est, nec inlibata castitas
37 uideri potest, ubi conscientiam cupiditas inquinauit. nec uero
aliquis existimet difficile esse frenos inponere uoluptati eamque
uagam et errantem castitatis pudicitiaeque limitibus includere,
cum propositum sit hominibus eam uincere ac plurimi beatam
atque incorruptam corporis integritatem retinuerint multique
38 sint qui hoc caelesti genere uitae felicissime perfruantur. quod
quidem deus non ita fieri praecipit tamquam adstringat, quia
generari homines oportet, sed tamquam sinat. scit enim quan-
tam his adfectibus inposuerit necessitatem. si quis hoc in-
quit facere potuerit, habebit eximiam inconparabi-
39 lemque mercedem. quod continentiae genus quasi fasti-

EPITOME 3—11] c. 61, 9 s. (— pectus).
AUCTORES 4 ne quis — concupiscat] Matth. 5, 28. 19] locus ignotus; cf. tamen I Cor. 7, 7 s.; Matth. 19, 12.

BRHPV] 1 dimissam duxerit] duxerit *(sed* i *in ras. ex* a *m. 2)* eiectam *B* adulteri P^1 *(corr.* P^3*)* *V* 2 ducat *om. R* 3 non] ñ *ex alia litt.* P^3 4 cogitatum *in ras. ex* cogitationẽ $P^{1?}$ 6 uoluptatis] uoluptatis aliquam *R* enim profecto est *H* 7 immoderate (with a *s. l.*) *(t exp. m. 1,* a *s. l. m. 2 sic)* *B,* inmoderate *(*im- *P)* *HPV,* -tę P^3 8 nam etsi] manet si *B* 9 consi⌜s⌝tat *B* rātio pūdicitiae *(corr. m. 1 ?)* *B* 10 incaestus *R* inlabata *V* 11 potes⌜t⌝ B^2 13 pudictiaeque *V* 14 cum *in ras.* $P^{1?}$, nec *V* sit propositum *H* eam *codd. recent. et edd.*, etiam *C* 15 a⌜t⌝que P^3 retinuerint *(alt.* i *ras. ex* u*)* *B* 17 deus *om. B* praecipit *R,* praecepit *cett.* *post* praecepit *s. l.* deus B^3 abstineat *ex* adstringat B^2 quo *B* 18 tamquam sinat] tamquam qui libertatem arbitrio largiatur *R* quantum B^1, *corr.* B^2 20 eximiam *(*a *ex* u*)* *P* incomparabilemque∗ *(*m *er.)* *H*

gium est omnium consummatioque uirtutum. ad quam si
quis eniti atque eluctari potuerit, hunc seruum dominus, hunc
discipulum magister adgnoscet: hic terram triumphabit, hic
erit consimilis deo, qui uirtutem dei cepit. haec quidem diffi- 40
cilia uidentur, sed de eo loquimur cui calcatis omnibus ter-
renis iter in caelum paratur. nam quia uirtus in dei agnitione
consistit, omnia grauia sunt, dum ignores, ubi cognoris, fa-
cilia: per ipsas difficultates nobis exeundum est, qui ad sum-
mum bonum tendimus.

24. Nec tamen deficiat aliquis aut de se ipse desperet, si 1
aut cupiditate uictus aut libidine inpulsus aut errore deceptus
aut ui coactus ad iniustitiae uiam lapsus est. potest enim
reduci ac liberari, si eum paeniteat actorum et ad meliora
conuersus satis deo faciat. quod fieri posse Cicero non pu- 2
tauit, cuius haec in Academico tertio uerba sunt: quodsi
liceret ut iis qui in itinere deerrauissent, sic uitam
deuiam secutis corrigere errorem paenitendo, facilior
esset emendatio temeritatis. licet plane. nam si liberos 3
nostros, cum delictorum suorum cernimus paenitere, correctos

EPITOME 10—573, 12] c. 62, 1 s.
AUCTORES 15] Acad. post. frg. 16.

BRHPV] 1 omnium consummatioque (consumatioque *H,* cosummatioque *P) C,* omniumque consummatio *edd.* 2 eniti atque] enitat quae *H* luctari *R* doñs *ex* deus *B* 3 adgnoscit *B,* agnoscit *(*i *ex* e *m. 2 uel 3) P* triump'h'abit B^2, triumphauit (triumf- *PV) H*P^1 *(corr.* $P^{2?}$*) V* 4 erit *om. H*P^1 *(s. l.* P^2*) V* similis *R* coepit *H;* ceperit *edd.* difficili *H* 6 nam quia *H,* namque (namq. *P) BPV,* nam si *R* 7 dum *R,* dumquàe, *exp. m. 3 B,* dumquae *H,* dumq. *P,* dumque *V; an* dum ⟨deum⟩ *uel* ⟨eum⟩ *? Thilo* ubi cognoris *del.* P^2 cogno'ue'ris R^2 8 facultates *R* exeundũ (˜ *m. 2) B* 10 aut] ac *R* 12 ad] aut *B,* a *H* iustitiae *H* uia *BH* 13 p.a.eniteat B^3 actörum (v *s. l. er., quod add. m. 2 ?) P* 14 faci'a't B^2 15 tertia P^1, *corr.* P^3 uerba (a *in ras. ex* o *uel eodem* a *m. 2) B* 16 ut iis] uitiis *B,* ut his *H,* his *(om.* ut*) PV* 17 secutis *edd.,* secutus *B*P^1*V,* secutos *RH*P^3 p'a'enitendo B^2 18 emendatio (t *ex* c *m. 2) B,* emendati'o' R^2 plane (a *ras. ex* æ, *s. l.* a *er., quod add. m. 2) P* 'si' P^2 19 paenitere'correctos (' *distinctionem add. m. 2) B*

esse arbitramur et abdicatos abiectosque rursus tamen susci-
pimus fouemus amplectimur, cur desperemus clementiam ueri
4 patris paenitendo posse placari? ergo idem dominus ac parens
indulgentissimus remissurum se paenitentibus peccata promittit
et obliteraturum omnes iniquitates eius qui iustitiam denuo
5 coeperit operari. sicut enim nihil prodest male uiuenti ante
actae uitae probitas, quia superueniens nequitia iustitiae opera
deleuit, ita nihil officiunt peccata uetera correcto, quia super-
6 ueniens iustitia labem uitae prioris aboleuit. quem enim
facti sui paenitet, errorem suum pristinum intellegit, ideoque
Graeci melius et significantius μετάνοιαν dicunt quam nos
Latine possumus resipiscentiam dicere. resipiscit enim ac men-
tem suam quasi ab insania recipit quem errati piget, casti-
gatque se ipsum dementiae et confirmat animum suum ad
rectius uiuendum: tum illud ipsum maxime cauet, ne rursus
7 in eosdem laqueos induatur. denique muta quoque animalia
cum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fugam extricaue-
rint, fiunt postmodum cautiora uitantque semper ea omnia in
8 quibus dolos insidiasque senserunt. sic hominem paenitentia
cautum ac diligentem facit ad euitanda peccata in quae semel
9 fraude deciderit. nemo enim potest esse tam prudens, tam

BRHPV] 1 arbitramur *(alt.* a *in ras. ex* e *? m. 3) B* rursum *B ante* suscipimus *s. l.* sustentamus P^2 suscipiamus foueamus amplectemur *sic H* 2 disperemus *B,* desperamus *P* ueri] dei *PV* 3 posse] non posse *B* 4 ⌊pr⌋omittit B^2 5 et *om. R* obli*teraturum *(*t *er.) H,* oblittera⌈tu⌉rum P^3 6 prodeest *B* uiuendi (ƚ ti) *(corr. m. 2) V* 7 prauitas B^1, *corr.* B^3 operam *B* 8 delebit B^1, *corr.* B^3 officiũ P^1, officiu(nt) P^3 uetera] et uitia *R,* uera P^1 *(corr.* P^2*) V* correpto H^{ac} 9 abolebit *(*b *ex* u*)* B^2, oboleuit P^1, *pr.* o *in* a *corr.* P^2 quem enim] ⌊is enim quẽ⌋ P^2 10 *ante* errorem *fort.* is *excidit* 11 MЄTANOIAN *B,* metanoean *RHP,* metanoĕean *V* 12 Latine *om. B* dicere resipiscit enim *om. R* re-si⌈p⌉piscit *B* ac] aut B^1, *corr.* B^3 13 quasi *om. PV* recepit B^1, *corr.* B^3 quem errati] quem enim B^1, errati *s. l.* B^3 pudet *H in ras. ex* piget P^2 14 suum *om. R* 15 rect⌈i⌉us V^2 16 laqueos induatur] laqueatur *R* inducatur *BH edd., sed cf. III 1, 8; VI 12, 13* multa *R* 17 extricauerunt *V* 18 semper ea] eo semper *H* 19 sic *(*si *in ras. et* c *ex* e *? m. 3) B* 20 ⌊eui⌋tanda B^2, uitanda *R* 21 decederet B^1, decederit B^2

circumspectus, ut non aliquando labatur. et idcirco deus inbecillitatem nostram sciens pro sua pietate aperuit homini portum salutis, ut huic necessitati, cui fragilitas nostra subiecta est, medicina paenitentiae subueniret. ergo quicumque aberrauerit, referat pedem seque quam primum recipiat ac reformet.

sed reuocare gradum superasque euadere ad auras, 10
hoc opus, hic labor est.

degustatis enim male iucundis uoluptatibus uix diuelli ab iis possunt: facilius recta sequerentur, si earum suauitates non attigissent. sed eripiant se malae seruituti: condonabitur iis error omnis, si errorem suum uita meliore correxerint.
nec lucrari se quisquam putet, si delicti conscium non habebit: 11
scit ille omnia in cuius conspectu uiuimus, nec si uniuersos homines celare possumus, deum possumus, cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. Exhortationes suas Seneca 12
mirabili sententia terminauit. magnum inquit nescio quid maiusque quam cogitari potest numen est, cui uiuendo operam damus. huic nos adprobemus. nihil prodest
inclusam esse conscientiam, patemus deo. quid uerius 13

EPITOME 13—575, 9] c. 61, 10 (— potest).
AUCTORES 7 s.] Verg. Aen. VI 128 s. 17] frg. 24.

BRHPV] 1 circumspect(u)s *B*[2] inbetillitatem *V* 2 timens *ut uid.* *B*[1], **(sc)iens *B*[2] pietate] fidelitate *R* 3 f(r)agi(li)tas *(*r *m. 2,* li *m. 3) B* 4 medicina* *(*e *er.) H* p(a)enitentiae *B*[3] 5 quam *om. H* recipiant ac reforment *H* 7 gredum (a s. l.) *(*e *del.) B* superasq. *(*q. *in ras. ex* se *m. 2) P* aures *V* 8 hoc *(*o *in ras. ex* i *? m. 3) B* hic *(*i *in ras. ex* o *m. 2) B* est *cum parte marginis abscissum, V* 9 iis *R,* his *cett.* 11 sed] sed si *(*si *s. l. add. P*[3]*) HP* se] si *V* seruitutis *H* 12 iis *R,* his *cett.* meliori *B*[1], *corr. B*[2], meliora *V* 13 delictis *B,* delicto *P*[1] *(corr. P*[3]*) V* habet *P*[1] *(corr. P*[2]*) V* 15 deum possumus] eum latemus *R* deum *ras. ex* dñm *H* *post* deum *s. l.* ñ *P*[2] absconditur *B*[1], absconditu͂ *B*[2], absconditu (m s. l.) *B*[3] 16 exortationes *H,* Eexortationes *V* 17 admirabili* *(*a *er.) B (sed cf. pag. 575, 2),* mirabili* *(*s *er.) H* inquit] igitur *H* 18 maiusq(ue) *P*[2?] nomen *H*[ac] cuius uiuendi *PV* 19 opera *H* *post* adprobemus *in fine uersus add.* nã *P*[2] 20 inclusam — conscientiam] inclusa conscientia *B*

dici potuit ab eo qui deum nosset quam dictum est ab homine
uerae religionis ignaro? nam et maiestatem dei expressit ma-
iorem esse dicendo quam ut eam cogitatio mentis humanae
capere posset, et ipsum ueritatis attigit fontem sentiendo uitam
hominum superuacuam non esse, ut Epicurei uolunt, sed deo
ab iis operam uiuendo dari, siquidem iuste ac pie uixerint.
14 potuit esse uerus dei cultor, si quis illi monstrasset, et con-
tempsisset profecto Zenonem et magistrum suum Sotionem, si
15 uerae sapientiae ducem nactus esset. huic nos inquit
adprobemus: caelestis prorsus oratio, nisi antecederet igno-
rantiae confessio. nihil prodest inclusam esse conscien-
tiam, patemus deo: nullus ergo mendacio, nullus dissimu-
lationi locus est, quia parietibus oculi hominum submoventur,
dei autem diuinitas nec uisceribus submoueri potest, quominus
16 totum hominem perspiciat et norit. idem in eiusdem operis
primo quid agis? inquit quid machinaris? quid abscon-
dis? custos te tuus sequitur. alium tibi peregrinatio
subduxit, alium mors, alium ualitudo: haeret hic quo
17 carere numquam potes. quid locum abditum legis
et arbitros remoues? puta tibi contigisse ut oculos

AUCTORES 16] frg. 14.

B(G)RHPV] 1 potuit dici *B* potuit] potuit te *R*, potest *P* dictum est *add.* B^3 3 ea *B*, eum *H* 4 capere] cogere B^1, *corr.* B^3 possit *R* attigerit *B*, *om.* *R*, atti*git *(n er.)* *H* 5 *ab* Homin⟨um⟩ *incipit codicis G pag. 153 (139) paene tota lecta* ut] quod *B*, ⟨qu⟩[o]d *G* deo] ḍọ̃ *(exp. m. 2)* *P* 6 iis *R*, his *cett.* uixerit *B*, ⟨u⟩[ixeri]⟨t⟩| *G* 7 quid *H* et *scripsi*, ac *edd.*, ut *BGHPV*, uiam *R* contemptisset *(corr. m. 3)* *P* 8 procerto *H* [sum] *G* 9 ēsse⌜t⌝ nāctus (t *add. m. 2,* ‾ *et* ‾ *m. 1 uel 2)* *B* nanctus *HPV* inquid nos *B*, ⟨i⟩[nq̃it no]⟨s⟩ *G* 10 [pro]⟨r⟩[su]⟨ses⟩[t] *G*, prorsus *ras. ex* ꝓrorsus *P* oratio nisi] rationis *sic* *B* antecedere *R*, antecederet (-et *ex* -it *m. 3)* *P* 11 confessione *B* prodeest *B* 12 patemus (a *ex* u *m. 2)* *P* nullu⌜s⌝ *(ante* ergo*)* P^2 13 hominum oculis *(sic)* *B* oculis P^1 (s *expunx.* P^3*)* *V* 14 uisceri⌜b.⌝ B^3 15 et *in ras. ex 2 litt., quarum alt.* e, B^2 16 quid abscondis *om.* *R* 17 custos] cuius *R* 17. 18 *tribus locis* aliut *pro* alium *B* 18 ualitudo *B*, ualetudo RHP^1 (et *in* it *corr.* P^2*)* *V* heret B^1, heris *sic in ras. corr.* B^2 19 canere B^{ac} potes* (t *er.)* *HP* 20 arbitrọṣ *(corr. m. 2)* *P*, abitros *V* putat‿ibi *(s. l.* ᵛ *i. e.* ur *er.,* ‿ *m. 3)* *P* contigissẹt *(exp. m. 2 ?)* *P*

omnium effugias, demens: quid tibi prodest non habere
conscium habenti conscientiam? non minus mirabiliter 18
de conscientia et deo Tullius. meminerit inquit deum se ha-
bere testem, id est, ut ego arbitror, mentem suam,
qua nihil homini dedit deus ipse diuinius. item cum 19
de iusto ac bono uiro loqueretur, itaque talis uir inquit
non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam
audebit quod non audeat praedicare. purgemus igitur 20
conscientiam, quae oculis dei peruia est, et, ut ait idem, sem-
per ita uiuamus, ut rationem reddendam nobis arbi-
tremur, putemusque nos momentis omnibus non in aliquo,
ut ille dixit, orbis terrae theatro ab hominibus, sed de-
super spectari ab eo qui et iudex et testis idem futurus est,
cui rationem uitae reposcenti actus suos infitiari non licebit.
ergo satius est aut effugere conscientiam aut nos ipsos ultro 21
aperire animum et perniciem rescissis uulneribus effundere:
quibus nemo alius mederi potest nisi solus ille qui gressum
claudis, uisum caecis reddidit, maculata membra purgauit,
mortuos excitauit. ille ardorem cupiditatis extinguet, extir- 22

EPITOME 17—576, 4] cf. c. 62, 1 (remedium) 2 (sanatio).
AUCTORES 3] de off. III 10, 44. 6] ibid. III 19, 77. 9] II Verr. 11, 28. 11] ibid. V 14, 35. 17 qui — excitauit] Matth. 11, 5.

B(G)RHPV] 1 omniu[s] (m s. l.) *(littera* s *incertissima) G* effugias] offundas *B* prodeest *B* 2 miraliter *V* 3 et *om. H* ideo *BH,* id[eo] *G;* et deo *Schoellio glossema uidetur* habere] adhibere *codd. Cic.* 4 idē* (m *er.) P* 5 quā̈ (˜ *er., quod add. m. 2) B,* qu*a (i *er.) H* homine *B*¹, *in ras. corr. B*³ diuinus *BG* idem *Heumannus conl. pag. 574, 15; infra 9* 6 bono] de bono *B* uiri *RH* 7 *in* facere sed n[e] co *desinit codicis G pag. 153 (139), sequitur pag. 154 (140) postrema codicis, cuius in uerss. 1—9 paene omnia legi poterant* 8 p[a]⟨r⟩[ce]mus *G* 9 perui*a *B,* peruna *G* et *s. l. B, om. PV* 10 uibamus *B*¹, *corr. B*² reddandam *PV^{ac}* 11 ⌊mo⌋mentis *B*², [a]rgu[m]e[ntis] *G* in *om. H*¹*P*¹ *(add. H*²*P*²*) V* aliqu//// *(2 uel 3 litt. er., quarum prima* a*) sic B* 12 terrarum orbis *codd. Cic.* sē (d *s. l. er., quod add. m. 2) B,* se *G* 13 spectari *(i ex* e*) V* et *ante* testis] est et *B,* e⟨s⟩t *G* isdē *V;* ipse *edd.* est *om. B* 14 cu *in* cui *cum mg. sinistra abscissum, V* ratio**m *(ne er.) sic B* 15 aut est *H,* est *om. V* 17 graessum *B* 18 membra maculata *H* 19 extinguet *(alt.* e *ex* i *et alt.* t *ex alia litt. m. 2) P* exterpabit *B*¹, *corr. B*²

pabit libidines, inuidiam detrahet, iram mitigabit, ille reddet
23 ueram et perpetuam sanitatem. adpetenda est haec omnibus
medicina, quoniam maiore periculo uexatur anima quam corpus
et quam primum latentibus morbis adhibenda curatio est.
24 neque enim si utatur aliquis oculorum acie clara, membris
omnibus integris, firmissima totius corporis ualitudine, tamen
eum dixerim sanum, si efferatur ira, superbia tumidus infletur,
25 libidini seruiat, cupiditatibus inardescat: sed eum potius qui
ad alienam felicitatem non attollat oculos, opes non admiretur,
alienam mulierem sancte uideat, nihil omnino adpetat, nihil
concupiscat alienum, non inuideat ulli, non fastidiat quemquam,
sit humilis misericors beneficus mitis humanus, pax in animo
eius perpetua uersetur: ille homo sanus, ille iustus, ille per-
26 fectus est. quisquis igitur his omnibus praeceptis caelestibus
obtemperauerit, hic cultor est uerus dei, cuius sacrificia sunt
27 mansuetudo animi et uita innocens et actus boni: quae
omnia qui exhibet, totiens sacrificat, quotiens bonum aliquid
ac pium fecerit. deus enim non desiderat uictimam neque
muti animalis neque mortis ac sanguinis, sed hominis et uitae.

EPITOME 12 sit humilis] c. 62, 3 humilitas. 14—577, 6] c. 62, 4 haec sunt — laetatur.

AUCTORES 12 humilis — 577, 6] cf. Orac. Sibyll. VIII 481 (ταπεινοφρονεῖν) — 498.

EXPILATORES § 26 ss.; c. 25 passim] cf. Orientii commonit. I 65—88.

B(—19)RHPV] 1 distrahet *HV* irã *(~ m. 2) B* mitigauit B^1, *corr.* B^2 3 maiori *R* 4 morbi͗s *ex* mortis P^2 5 aliqui *B*, ut aliquis *H* clare *PV* membri*s *(s er.) B*, mẽ|enim *sic R* 6 ualetudine RHP^1 (et *in* it *corr.* P^2) *V* 7 eũ|** (eũ *add. m. 2*, cũ *er.) P* insanum *H* efferratur *P* tumore *ex* tumidus *sic B* 9 adalienä̈felicitatë̈ *(duo ~ er.) B* admiretur] appetere *R* 10 aliena muliere *H* scancte *H* omnino adpetat nihil *om.* P^{ac} (adpetat *s. l. m. 1 ?*, omnino *s. l. m. 2*, non *s. l. m. 3 P) V* 13 iustus] homo iustus *H* 14 omnibus his *B* ⸢his⸣ *P* 15 obtemperauit, *om.* hic V^1, obtemperauith (ueri ī) V^2 ⸢c⸣ultor P^3 ueri *PV*, *sed cf. pag. 574, 7* 16 animi *om. R* 18 enim] autem *H* 19 muti* (s *er.) B* *in* sanguinis *deficit cod. B (fol. 188*^{b}*) proximo folio exciso; perierunt quae sequuntur usque ad* ominare o Asclepi *c. 25, 11*

ad quod sacrificium neque uerbenis opus est neque februis neque 28
cespitibus, quae sunt utique uanissima, sed iis quae de intimo
pectore proferuntur. itaque in aram dei, quae uere maxima 29
est et quae in corde hominis conlocata inquinari non potest
sanguine, iustitia imponitur, patientia fides innocentia castitas
abstinentia. hic est uerissimus ritus, haec illa lex dei, ut a
Cicerone dictum est, praeclara et diuina, semper quae
recta et honesta iubet, uetat praua et turpia: cui pa-
rentem sanctissimae ac certissimae legi iuste ac legitime ne-
cesse est uiuere. cuius legis pauca equidem capita posui, 30
quod sum pollicitus ea me tantummodo esse dicturum quae
summum fastigium uirtuti et iustitiae imponerent. si quis 31
uolet cetera omnia comprehendere, ex fonte ipso petat unde
ad nos riuus iste manauit.

25. Nunc de sacrificio ipso pauca dicamus. ebur inquit 1
Plato non castum donum deo. quid ergo? picta scilicet
et texta pretiosa? immo uero non castum donum deo quidquid
corrumpi, quidquid subripi potest. sed sicut hoc uidit, non 2
oportere uiuenti offerri aliquid quod sit ex mortuo corpore, cur
illud non uidit, non debere incorporali corporale munus offerri?
quanto melius et uerius Seneca uultisne uos inquit deum 3
cogitare magnum et placidum et maiestate leni ueren-
dum, amicum et semper in proximo, non immolationi-

EPITOME 15—578, 21] c. 61, 10 ut templum—inlustrat. c. 25] cf. c. 53.

AUCTORES 3 aram — maxima est] cf. Verg. Aen. VIII 271 s. 6] ex libr. inc. frg. 13; sed cfr. de legg. I 6, 18; II 4, 8 s.; Philipp. XI 12, 28. 15] Legg. XII pag. 956 A; Cic. de legg. II 18, 45. 21] frg. 123.

RHPV] 1 februis *R, recepi conl. Ouid. Fast. II 25 s.,* fibris *HP*² *edd.,* febris *P*¹*V* 2 caspitibus *R,* caespitibus *P* his *HPV* 4 et *om. R* 5 imponitur (a *sup.*) *P*², *fort. recte corr.* 7 semperq; *H* 9 sanctissime *RPV,* scanctissime *H* certissime *RHPV* iustitiae *H* 10 paucequidem *H,* pauc'a'equidem *P* 13 *inter* ex *et* fonte *eras.* ponere *P* 14 minauit *V* 15 dicæmus (e *ex* a *m. 2) P* 18 subripi *(pr.* i *ras. ex* u) *H* sed *om. H* 19 offerri *H,* offerre *RP (sed alt.* e *ex* o *P*²) *V* 20 corpor'al'e *P*² munus] aliquid *R* offerre (i *sup.*) *P* 21 et *om. V* *an* uultis*? cf. Gronouium ad Senec. epist. 58, 24, Thilo* 22 ma*um (gn *sup.*) (1 *er., corr. m. 2) V* ue'ne'randum *(*ne *m. 2,* a *ex* e *m. 3?) P*

bus nec sanguine multo colendum — quae enim ex tru-
cidatione immerentium uoluptas est? —, sed mente
pura, bono honestoque proposito? non templa illi con-
gestis in altitudinem saxis extruenda sunt: in suo
4 cuique consecrandus est pectore. uestes igitur et gem-
mas et cetera quae habentur in pretio si quis putat deo cara,
is plane quid sit deus nescit: cui putat uoluptati esse eas res
5 quas etiam homo si contempserit, iure laudabitur. quid ergo
castum, quid deo dignum nisi quod ipse in illa diuina lege
sua poposcit? duo sunt quae offerri debeant, donum et sacri-
6 ficium, donum in perpetuum, sacrificium ad tempus. uerum
apud istos, qui nullo modo rationem diuinitatis intellegunt,
donum est quidquid auro argentoque fabricatur, item quidquid
purpura et serico texitur, sacrificiumque uictima et quaecum-
7 que in ara cremantur. sed utroque non utitur deus, quia et
ipse incorruptus est et illud totum corruptibile. itaque deo
utrumque incorporale offerendum est, quo utitur. donum est
integritas animi, sacrificium laus et hymnus; si enim deus non
uidetur, ergo his rebus coli debet quae non uidentur. nulla
igitur alia religio uera est nisi quae uirtute et iustitia con-
8 stat. quomodo autem deus iustitia hominis utatur, intellectu
facile est. si enim iustus fuerit homo, accepta immortalitate
9 in aeternum deo seruiet. homines autem non nisi ad iusti-
tiam nasci cum philosophi ueteres tum etiam Cicero suspi-
catur. disserens enim de legibus sed omnium inquit quae
in hominum doctorum disputatione uersantur, nihil

EPITOME 21—579, 3] c. 29, 1 s. 7 (si — hominem).
AUCTORES 25] de legg. I 10, 28.

R(—7)HPV] 1 nec] et *edd.* *uix* colendus *scribendum, ut signum interrog. ponatur post* proximo, *deleatur post* proposito quæ *ex* qua P^3 trucidatio'ne' *P* 4 extruendi *P* 7 res eas *R* *a* res eas *statim in eodem uersu ad* uera subuertunt *VII 7, 3 transilit cod. R* 8 sic *H* laudare *H* 11 in *om. P* tem**pus *(o et litt. incerta er.) P* 12 a'pu'd P^2 14 sacrificiumq; *H,* sacrificium est *PV* 16 est *om. H* **corruptibile *(in er.) P* 17 *an* utatur *?* 18 enim] ergo *H* 19 *an* iis*?* debet *(alt.* e *ex* i *m. 3) P* 20 et] ac *PV* 26 homin'i'um *(corr. m. 3) P,* ominum *(sic) ex* omnium *ut uid. V* disputationem *H*

est profecto praestabilius quam plane intellegi nos
ad iustitiam esse natos. id ergo solum deo exhibere atque
offerre debemus ad quod capiendum nos ipse generauit. hoc 10
autem duplex sacrificii genus quam sit uerissimum, Trismegistus
Hermes idoneus testis est, qui nobiscum, id est cum prophetis
quos sequimur, tam re quam uerbis congruit. de iustitia sic
locutus est: hoc uerbum, o fili, adora et cole. cultus
autem dei unus est malum non esse. item in illo ser- 11
mone perfecto, cum exaudisset Asclepium quaerentem a filio
suo utrum placeret patri eius proferri tus et alios odores ad
sacrificium dei, exclamauit: bene, bene ominare, o Asclepi.
est enim maxima inpietas tale quid de uno illo ac
singulari bono in animum inducere. haec et his si-
milia huic non conueniunt: omnium enim quaecumque
sunt plenus est et omnium minime indigens. nos
uero gratias agentes adoremus: huius enim sacri-
ficium sola benedictio est. et recte. uerbo enim sacri- 12
ficari oportet deo, siquidem deus uerbum est, ut ipse con-
fessus est. summus igitur colendi dei ritus est ex ore iusti
hominis ad deum directa laudatio, quae tamen ipsa ut deo
sit accepta, et humilitate et timore et deuotione maxima opus

EPITOME 19—580, 17] c. 62, 3 s.

AUCTORES 7] Poemandr. c. 12, 23 (pag. 113, 11 Parthey). 8—17] cf. Ps.-Apulei. Asclep. c. 41 (pag. 61, 16 Goldb.). 18] Ioann. 1, 1.

B (ab 11) HPV] 2 id ergo] idcirco *PV* 5 id est] idem *P* 7 filii P^{ac}*V* colæ *V* 8 idem *Heumannus* 9 ꝑfecto *(i. e.* pro-*) V* 10 proferri tus] proferritur *P*[1], proferri⌜ri⌝tu⌊s⌋ *P*[2] 11 *ab* ominare *denuo incipit B, cf. pag. 576, 19* *om⌜i⌝n*are *ex* somniare *B*[3], ominare (t) *(sic corr. m. 3) P* asclepii *H* 12 illo uno *P*[1], *signis traiectionis corr. P*[2] 13 animũ-inducere *ex* animumducere *V* induceret *(exp. m. 2) P* 14 ⌜non⌝ *B* 15 et *om. H* indigentnos *(*nt *in ras. et* o *ex* u *m. 2) B* uero nos *H* 16 cuius *B, unde* adoremus ⟨eum⟩ cuius *coni. Heumannus, sed cf. Ps.-Apul. p. 61, 21* sed nos agentes gratias adoremus. hae sunt enim summae incensiones dei, gratiae cum aguntur a mortalibus. 17 est *om. PV* et *om. B* uerbo enim] ergo uerbo *B* sacrificare HV^{ac} 18 est *om. V* ut] et *H* confussus *V* 19 sumus igitur colendi. *(sic distinctum) V* 20 d⟨i⟩recta *V* 21 et *(ante* humilitate*) om. B,* ut *H* et *ante* deuotione] ac *in ras. ex* & *P*[2?]

est, ne quis forte integritatis atque innocentiae fiduciam gerens
tumoris et adrogantiae crimen incurrat eoque facto gratiam
13 uirtutis amittat. sed ut sit deo carus omnique macula ca-
reat, misericordiam dei semper inploret nihilque aliut precetur
14 nisi peccatis suis ueniam, licet nulla sint. si quid aliut de-
siderauerit, non est opus dicto scienti quid uelimus: si quid
ei boni euenerit, gratias agat, si quid mali, satisfaciat et id
sibi ob peccata sua euenisse fateatur. et nihilo minus etiam
in malis gratias agat et in bonis satisfaciat, ut idem sit sem-
per et stabilis et immutabilis et inconcussus. nec tantum
hoc in templo putet sibi esse faciendum, sed et domi et in
15 ipso etiam cubili suo. secum denique habeat deum semper
in corde suo consecratum, quoniam ipse est dei templum.
16 quodsi deo, patri ac domino, hac adsiduitate, hoc obsequio,
hac deuotione seruierit, consummata et perfecta iustitia est:
quam qui tenuerit, hic, ut ante testati sumus, deo paruit, hic
religioni atque officio suo satisfecit.

16 ut ante testati sumus] c. 24, 25 s.
EPITOME 12 s.] c. 61, 10 templum dei.
AUCTORES 10 inconcussus] cf. Oracul. Apoll. supra pag. 25, 15: ἀστυφέλικτος.

BHPV] 1 fudutiam *V* 4 misericordia *H* 5 sit *BV* quit *B* 6 est *om. V* 8 uenisse *H* minis *V* etiam] et *H* 9 malis] malis suis *B* et *ante* in] etiam *PV* 10 *stabilis *(i er.) B* 11 et in] etiamin *(s. l. puncta erasa, quae add. al. m. antiqua) B* 12 etiam *om. B* cubiculi *H* 14 ac patri ac *H* ha^{c} *in ras. ex* ac *ut uid.* B^{3} siduitate *V* obsequium B^{1}, *corr.* B^{3} 15 iustitiã *V* DE VERO CVLTV EXP · LIB · VI · INC · DE VITA BAEATA *(pr.* A *del. m. 3)* LIB · VII · *B;* INCP̄T · LIB̄ · VII · EIVSDĒ · DE VITA · BEATA · FELICITER *H;* L *(in mg. add. m. 1?)* CAECILI FIRMIANI LACTANCI DE VERO CVLTV EXPLICIT LIB̄ ∴ VI ∴ INCP̄T : LIBER ∴ VII ∴ EIVSDĒ DE VITA BEATA FELICITER *M;* EXP̄L DE VERO CVLTV DN̄O GRATIAS INCIPIT LIB̄ · SEPTIMVS DE VITA BEATA *P;* EXPLICIT DE VERO CVLTV · DEO GRATIAS · MIHI AVTEM ADHAERERE DŌ BONVM EST INMANVHEL *V*

LIBER VII

DE VITA BEATA.

1. Bene habet, iacta sunt fundamenta, ut ait eximius 1
orator. uerum nos non fundamenta solum iecimus quae firma
et idonea essent operi perferendo, sed magnis robustisque
molibus aedificium totum paene usque ad summa perduximus.
restat, id quod est multo facilius, uel tegere uel ornare, sine 2
quo tamen priora opera et inutilia sunt et ingrata. nam 3
quid prodest aut falsis religionibus liberari aut intellegere
ueram? quid aut uanitatem falsae sapientiae peruidere aut
quae sit uera cognoscere? quid, inquam, prodest caelestem
illam iustitiam defendere? quid cum magnis difficultatibus
cultum dei tenere, quae est summa uirtus, nisi eam diuinum
praemium beatitudinis perpetuae subsequatur? de qua nobis 4
est in hoc libro disserendum, ne priora omnia irrita et in-
fructuosa uideantur, si hoc cuius causa illa suscepta sunt in-
certum relinquamus, ne quis forte arbitretur tantos labores
in cassum suscipi, dum eorum caelesti mercede diffidit, quam
deus statuit ei qui haec suauia terrae bona prae sola nuda-
que uirtute contempserit. satis et huic parti faciamus cum 5
testimoniis diuinarum litterarum tum etiam probabilibus argu-

EPITOME c. 1—5] c. 62, 4—64, 4. 13—582, 8] c. 62, 4 (*ab* deique).
AUCTORES 3] Cic. p. Mur. 6, 14.
EXPILATORES 3] Saluian. de gub. dei III 1, 1.

BHP] 3 habeạt *P* fundamentũ *P*[1], fundamentā̈* *corr. P*[3] 5 robus⸢tis⸣que *H*[2] 6 perduxerimus *H* 7 resta[t] (s *et* a[t] *in ras. m. 3) B* 8 quo* (d *er.) H* 9 a⸢ut⸣ (*ante* falsis) *B*[2] falsis] a falsis *H* 10 uerum *H* 11 inquã (˜ *m. 2) H* prodeest *B* 13 eam] eadem *H; cum uel* eum *edd.* 14 qua *ex* quo *P* 15 in *om. P* 16 ui⸢de⸣antur *H*[2] in incertum *P edd.* 17 reli⸢n⸣quamus *H*[2] 18 suscipi, *in mg.* ere *add. m. 3?, sed nunc erasum, P* du⸤m⸥ *B*[2] horum *B* 19 suauia — sola] suauitate prae bona sola *P* prae] per *B* 20 satisque et *H* 21 tum *s. l. add. m. 2, rubro renouauit alia man., B* probauimus *B*[1], probabimus *B*[3] argumentis] argumentis uatum *B*

mentis, ut aeque clarum sit et futura praesentibus et diuina
terrenis et perpetua breuibus esse anteponenda, quoniam tem-
6 poralia sunt praemia uitiorum, sempiterna uirtutum. exponam
igitur rationem mundi, ut facile possit intellegi et quando et quare sit effectus a deo, quod Plato, qui de mundi fabricatione disseruit, nec scire poterat nec explicare: quippe qui caeleste mysterium, quod non nisi prophetis ac deo docente discitur, ignorabat ideoque in perpetuum dixit esse fabricatum. quod longe secus est, quoniam quidquid est solido et graui corpore ut initium cepit aliquando, ita finem capiat necesse
7 est. nam Aristoteles, qui cum non uideret quemadmodum
posset tanta rerum magnitudo interire, et hanc praescriptionem
uellet effugere, semper ait fuisse mundum ac semper fu-
8 turum, prorsus nihil uidit, quia quidquid est necesse est
habuerit aliquando principium nec omnino quicquam potest esse nisi coeperit. nam cum terram et aquam et ignem disperire consumi extinguique uideamus, quae sunt utique mundi partes, intellegitur id totum esse mortale cuius sunt membra
9 mortalia. ita fit ut natum sit quidquid potest interire. sed
et omne quod sub uisum oculorum uenit, et corporale, ut ait
10 Plato, et solubile sit necesse est. unus igitur Epicurus

AUCTORES 5 Plato] cf. Cic. Acad. prior. II 37, 118. 11 Aristoteles] cf. ibid. 38, 119. 20 s. Plato] cf. Phaed. 80 C τὸ μὲν ὁρατὸν αὐτοῦ, τὸ σῶμα, — διαλύεσθαι. § 10 (Epicurus)] cf. ad frg. 304 (pag. 214, 21).
EXPILATORES 9 s.] cf. Lucifer. pag. 305, 4 s.

BHP] 1 ut aeque] cum *B* aequæ (æ *ex* a) H^2 2 *post* quoniam *eras.* omnia *H* temporalium *P* 3 uitiorum *om. P* 4 et (*ante* quando) *om. P* 5 quide* (m *er.*) mundi *H* 6 disseruit (ui *ras. ex* un) *H* potera*t (n *er.*) *H* cae|caeleste *P* 7 docente (o *in ras. ex* i ? *m. 3*) *B* 8 ideo⌜q:⌝ P^2 esse dixit *H* esse* (t *er.*) *P* in perpetuum—fabricatum] *nolui* mundum *(cf. pag. 593, 14) addere, cf. pag. 588, 11* 9 est et quoniam *B* 10 c*epit *B*, coepit *P* 11—14 Aristoteles, cum (*om.* qui) — futurum. prorsus *edd.* 11 non *om. B* 12 possit *H* tanta** (rũ ? *er.*) *B* 14 prorsum *B* 15 aliquando habuerit *B* 17 e⌜x⌝tinguique (x *s. l. addidit et pr.* u *ex alia litt. uel eodem* u *correxit rubro utrumque scriptum man. alia antiqua*) *B*, extinguiquae (a *del. m. 3 ?*) *P* 20 uisu *BH*

auctore Democrito ueridicus in hac re fuit, qui ait et ortum
aliquando et aliquando esse periturum. nec tamen rationem
reddere ullam potuit aut quibus de causis tantum hoc opus
aut quo tempore resoluatur. quod quoniam nobis deus reue- 11
lauit nec coniecturis id adsequimur sed traditione caelesti, do-
cebimus sedulo, ut tandem studiosis ueritatis appareat non
uidisse neque conprehendisse philosophos ueritatem, sed ita
leuiter odoratos, ut tamen unde eos odor ille sapientiae tam
suauis, tam iucundus adflauerit, nullo modo senserint. interim 12
necessarium puto admonere lecturos quod haec nostra quae
tradimus prauae uitiosaeque mentes aut omnino non intelle-
gent — hebetatur enim acies eorum terrenis cupiditatibus,
quae sensus omnes grauant inbecillosque reddunt — aut etiamsi
intellegent, dissimulabunt tamen et haec uera esse nolent,
quia trahuntur a uitiis et scientes malis suis fauent, quorum
suauitate capiuntur, et uirtutis uiam deserunt, cuius acerbitate
offenduntur. nam quia auaritia et opum inexplebili quadam 13
siti flagrant, quia non possunt uenditis aut dilargitis quae
amant tenui cultu uitam degere, sine dubio malunt id esse

AUCTORES 18 uenditis aut dilargitis] cf. Sallust. ap. Priscian. VIII pag. 392, 22 H.; Gell. XV 13, 8 (Hist. I 31 Dietsch): uenditis proscriptorum bonis aut dilargitis.

BHP] 1 au⌜c⌝tore $P^{2?}$ uiridicus B^1, *corr.* B^3, ueridicus *(corr. m. 3)* *P* ait] at *H* ait] *uix* mundum *excidit, cf. ad pag. 582, 8* ortum aliquando et aliquando esse *H*, ortum ⌜et⌝ *(s. l. m. 2)* esse *B*, ortum aliquando et esse *P* 3 ullam reddere *B* 4 ⌜re⌝soluatur P^2, soluatur *BH*, *sed cf. pag. 592, 4. 6* deus nobis *P* reue⌊la⌋u⌊it⌋ H^2 5 caelest⌊i⌋ B^2 doce⌜bi⌝mu⌊s⌋ *(*bi *et* s *m. 2)* *B* 8 u⌜n⌝de H^2 9 adflaret *BH* nullu⌜s⌝ *ex* nullo B^2, ⌜n⌝ullo P^2 modo *om.* *B* senseri*t *(*n *er.)* *B* 11 aut *om.* B^1 *(s. l.* B^2*)* *P* intellegunt *(*u *del. et corr. m. 1); s. l. add.* hd *et in inf. mg.* aut non probabunt. hs. B^3 12 hebetatur *(*a *s. l. er.)* *B* earum *BH* 13 grabant B^1, *corr.* B^2 14 ⌊n⌋olent B^2, nollent *H*, nollunt *(exp. m. 2)* *P* 15 quia| huntur P^1, *s. l.* abutuntur P^3 trauntur *H* a *(exp. m. 3)* *P* scientes *(alt.* e *ex* i *m. 3)* *P* 16 aceruitate *H* 17 quia] qua *H* auaritia *(*e *s. l. er.)* *B* opus *P* 18 siti] cupiditate *B* delargitis *B* *(sic etiam codd. quidam Prisciani)*, largitis *H; cf. supra Sallust.* 19 esse] est *H*

14 fictum quo desideriis suis renuntiare coguntur. item qui libi-
dinum stimulis incitati, ut ait poeta, in furias ignemque
ruunt, utique incredibilia nos adferre dicunt, quia uulnerant
aures eorum praecepta continentiae, quae illos uoluptatibus
suis prohibent quibus animam suam cum corpore adiudi-
15 cauerunt. qui uero ambitione inflati aut amore potentiae
inflammati omne studium suum ad honores adquirendos con-
tulerunt, ne si solem quidem ipsum gestemus in manibus,
fidem commodabunt ei doctrinae quae illos iubet omni potentia
et honore contempto humiles uiuere atque ita humiles, ut et
16 accipere iniuriam possint et referre nolint, si acceperint. hi
sunt homines qui contra ueritatem clausis oculis quoquo modo
latrant. qui autem sani erunt, id est non ita uitiis in-
mersi, ut insanabiles sint, et credent his et libenter accedent,
et quaecumque dicimus aperta plana simplicia et, quod maxime
17 opus est, uera et inexpugnabilia illis uidebuntur. nemo uir-
tuti fauet nisi qui sequi potest, sequi autem non facile est
omnibus: ii possunt quos paupertas et rerum indigentia exer-
18 cuit et capaces uirtutis effecit. nam si uirtus est tolerantia
malorum, non capiunt ergo uirtutem qui semper in bonis
fuerunt, quia mala neque experti sunt neque ferre possunt
19 adsuetudine ac desiderio bonorum, quae sola nouerunt. eo
fit ut pauperes et humiles deo credant facilius, qui sunt ex-
pediti, quam diuites, qui sunt inpedimentis pluribus inplicati.
immo uero catenati et conpediti seruiunt ad nutum dominae

AUCTORES 2] Verg. Georg. III 244.

BHP] 1 quodẽsideriis *(d s. l. er.) B,* quod desideriis *HP*¹, *pr.* d *del. P*³ libidinũ *(ũ ex* is *m. 2) B* 2 ignemqu*e *(*a *er.) B* 3 r^u^nt *(*u *rubro add. al. m.) B* 4 a uoluptatibus *H, sed cf. c. 9, 16* 6 uero] autem *B* 7 inflãmati *(˜ m. 2) H* suum studium *B* 10 humile^s^ *(ante* uiuere*) P*² et *om. P* 11 et *ex* ut *P*²? nollint *(exp. m. 2) P* acciperint *H* hii *BP*¹, hii *P*³, hi *H* 12 quoquo *H,* canino *B ex VI 18, 26,* quodam *P* 13 id est *om. P* inmersis *(exp. m. 2) P* 15 et *ante* quaecumque] ei^s^ *P*³ *an* dicemus ? *Thilo* 16 illius *H* 18 ii *edd., om., sed* sequi autem *repetiit B,* hi* *(*i *er.) H,* hi *P* pauperitas *(exp. m. 3 ?) P* 19 capaces *(*e *ex* i *m. 3) P* uirtutis *(*i *ex* e *m. 3) P* 21 experti sunt neque *om. P* 24 plurimis *B*

cupiditatis, quae illos inextricabilibus uinculis inretiuit, nec
possunt in caelum aspicere, quoniam mens eorum in terram
prona humique defixa est. uirtutis autem uia non capit 20
magna onera gestantes: angustus admodum trames est per
quem iustitia hominem deducit in caelum, hunc tenere non
potest nisi qui fuerit expeditus ac nudus. nam isti locupletes 21
multis et ingentibus sarcinis onerati per uiam mortis incedunt, quae latissima est, quoniam late perditio dominatur.
his acerba sunt, his uenena quae deus ad iustitiam praecipit 22
quaeque nos dei magisterio de uirtute ac ueritate disserimus.
quibus si repugnare audebunt, hostes se necesse est uirtutis
iustitiaeque fateantur.

Adgrediar nunc quod superest, ut finis operi possit inponi, 23
id autem superest ut de iudicio dei disseramus: quod tum
constituetur, cum dominus noster redierit in terram, ut uni
cuique pro merito aut praemium persoluat aut poenam.
itaque ut in quarto libro de primo aduentu eius diximus, sic 24
in hoc secundum referemus aduentum, quem Iudaei quoque
et confitentur et sperant, sed frustra, quoniam necesse est ad
eos consolandos reuertatur ad quos conuocandos prius uenerat.
nam qui uiolarunt impie humilem, sentient in potestate uicto- 25
rem eaque omnia quae legunt et non intellegunt deo repensante patientur, quippe qui peccatis omnibus inquinati et insuper sancto cruore perfusi ab illo ipso cui nefandas manus
intulerunt sint ad aeterna supplicia destinati. sed erit nobis 26
contra Iudaeos separata materia, in qua illos erroris et sceleris reuincemus.

2. Nunc ignaros ueritatis instruamus. dispositione summi 1
dei sic ordinatum, ut iniustum hoc saeculum decurso tem-

17 in quarto libro] c. 12, 22.

BHP] 2 in *om. P* terra *B* 4 gestantis *(*i *ex* e*)* B^2 tramis *B* ⌊est⌋ $P^{2?}$ 6 ⌜qui⌝ B^2 7 multi *P* honerati *P* 9 *utroque loco* hi*s (i *er.) P* uenena⌜ta⌝ B^2 praecepit *H* 10 ac de ueritate *H* 11 quibus] ut quibus *H* 13 operis *H* 14 tunc *H* 15 ⌊dominus⌋ H^2 18 refe*remus (r *er.) B* 21 uiolauerunt *P* potestate* (m *er.) H* 22 et non intellegunt *om. P* rependente *B* 26 separare *B* 27 reuincimus *H rectius sic* reuincemus: nunc *distinguendum uidetur* 29 ordinatum] ordinatum est *H*

porum spatio terminum sumat extinctaque protinus omni ma-
litia et piorum animis ad beatam uitam reuocatis quietum
tranquillum pacificum, aureum denique ut poetae uocant sae-
2 culum deo ipso regnante florescat. in primis causa errorum
omnium philosophis haec fuit, quod rationem mundi, quae
3 totam sapientiam continet, non conprehenderunt. ea uero
sensu proprio et interna intellegentia non potest conprehendi:
quod illi sine doctore per se ipsos facere uoluerunt. itaque
in uarias sibique saepe contrarias sententias inciderunt ex
quibus exitum non haberent, et in eodem luto, sicut comicus
ait, haesitauerunt, scilicet adsumtionibus eorum non respon-
dente ratione, cum adsumpsissent quidem uera, sed quae ad-
firmari probarique non possent sine scientia ueritatis rerumque
caelestium: quae, ut saepe iam dixi, non potest esse in homine
4 nisi deo docente percepta. nam si potest homo intellegere
diuina, poterit et facere: nam intellegere est quasi e uestigio
subsequi. non potest autem facere quae deus, quia mortali
corpore indutus est, ergo ne intellegere quidem potest quae
facit deus: quod an fieri possit, ex inmensitate rerum atque
5 operum diuinorum facile est uni cuique metiri. nam si
mundum cum omnibus quae sunt in eo contemplari uelis, in-
tellegas profecto quantum dei opus humanis operibus antistet.
ita quantum inter opera diuina et humana interest, tantum
6 distare inter dei hominisque sapientiam necesse est. nam
quia deus incorruptus atque inmortalis est et ideo perfectus,
quia sempiternus est, sapientia quoque eius perinde ut ipse

EPITOME 4—15] c. 62, 4 s. qui quia—tenebant.
AUCTORES 10 comicus] Terent. Phorm. V 2, 15.

BHP] 2 *post* et *eras.* in *ut uid.* *B* 5 quod] quod filosofi *B*, quae *H* 7 inter⌊na⌋ *P* 8 ille B^1P^1, *corr.* B^2P^2 9 in uarias] iniurias B^1, *corr.* B^2 ⌊in⌋ciderunt B^2 10 lutu B^1, *corr.* B^2 11 adsumptionibus *HP* 12 ad⌈sūp⌉sissent P^2 uerā *H* quia B^1, qua⌈e⌉ *corr.* B^3 13 possint B^1 *(corr.* B^2*)* *P* 15 deo] in deo *H* 17 quia *(exp. m. 3 ?)* *P* 19 fecit *codd. recent. et edd.* quod an] quod | quodam B^1, quod | quod an B^3 20 me*tiri *(n er.)* *B* 21 intellegis (-gas B^1) B^2 22 *malim* quanto *conl. VII 15, 13* dei opus *om.* *H* antestet *P* 23 inter *om.* *P* 24 hominesque P^{ac}, *corr. m. 1 ?*

perfecta est nec obstare illi quicquam potest, quia nulli rei
deus ipse subiectus est. homo autem quia subiectus est 7
passioni, subiecta est et sapientia eius errori, et sicut hominis
uitam multae res inpediunt, quominus possit esse perpetua,
ita sapientiam quoque eius multis rebus inpediri necesse est,
quominus in perspicienda penitus ueritate perfecta sit. ergo 8
nulla est humana sapientia, si per se ad notionem ueri scien-
tiamque nitatur, quoniam mens hominis cum fragili corpore
inligata et in tenebroso domicilio inclusa neque liberius eua-
gari neque clarius perspicere ueritatem potest, cuius notitia
diuinae condicionis est. deo enim soli opera sua nota sunt.
homo autem non cogitando aut disputando adsequi eam potest, 9
sed discendo et audiendo ab eo qui scire solus potest et do-
cere. ideo Marcus Tullius sententiam Socratis de Platone 10
transferens dicentis uenisse tempus ut ipse migraret e uita,
illos autem aput quos causam suam perorabat agere uitam,
utrum melius sit, inquit dii immortales sciunt, homi-
nem arbitror scire neminem. quare necesse est omnes 11
philosophiae sectas alienas esse a ueritate, quia homines erant
qui eas constituerunt, nec ullum fundamentum aut firmitatem
possunt habere quae nullis diuinarum uocum fulciuntur oraculis.

3. Et quoniam de philosophorum erroribus loquimur, Stoici
naturam in duas partes diuidunt, unam quae efficiat, alteram 1
quae se ad faciendum tractabilem praebeat: in illa prima esse

EPITOME 2—21] c. 62, 4 s. (*a* qui quia). c. 3, 1—19] cf. 62, 8.
AUCTORES 14 ss.] Tusc. I 41, 99; cf. Plat. Apol. Socr. pag. 42 A.

BHP] 3 passioni* (s *er.*) *H* et *s. l.* *P*² errori (e *ex* o *m. 1 uel 2*) *B* et *om.* *H* 4 esse possit *H* 5 i*ta (s *er.*) *P* eius quoque *B* 7 scientiaeque *P* 9 inclausa *P* neque liberius euagari *om.* *P* 10 inspicere *H* notitiae *P*¹, *corr.* *P*³ 13 sed *ex* set *H*² et (*ante* docere) *om.* *H* 14 Marcus *om.* *H* sententia *H* socratis (i *in ras. ex* e ? *m. 2*) *B* platone* (m *er.*) *B* 15 tranferens *H* dicentis (*alt.* i *ex* e *m. 2*) *B* emigraret uita *P* 17 utrum autem sit melius *codd. Cic.* sit *om.* *H* dii *P*¹? hominem quidem scire arbitror neminem *codd. Cic.* 21 uocum] rerum *H* 23 unam *om.* *H* efficiant *H* efficiat alteram quae *om.* *P* 24 "esse prima" (*signa erasa uid. quibus ordo uerborum restitutus erat*) *P*

uim sentiendi, in hac materiam nec alterum sine altero ⟨quic-
2 quam⟩ posse. quomodo potest idem esse quod tractat et quod
tractatur? si quis dicat idem esse figulum quod lutum aut
3 lutum idem esse quod figulum, nonne aperte insanire uideatur?
at isti uno naturae nomine duas res diuersissimas conprehendunt, deum et mundum, artificem et opus, dicuntque alterum sine altero nihil posse, tamquam natura sit deus mundo permixtus. nam interdum sic confundunt, ut sit deus ipse mens mundi et mundus sit corpus dei, quasi uero simul esse coeperint
4 mundus et deus ac non ipse mundum fecerit. quod et ipsi fatentur alias, cum hominum causa praedicant esse fabricatum, et esse sine mundo, si uelit, possit, siquidem deus est diuina et aeterna mens, a corpore soluta et libera. cuius uim maiestatemque quoniam intellegere non poterant, miscuerunt eum
5 mundo id est operi suo. unde est illud Vergilianum:

totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet.

6 ubi est ergo illud quod idem ipsi aiunt, et factum esse diuina prouidentia et regi? si enim fecit mundum, fuit ergo sine mundo; si regit, non utique sicut mens corpus regit, sed tamquam domum dominus, nauem gubernator, auriga currum,
7 nec tamen mixti sunt iis rebus quas regunt. nam si haec omnia quae uidemus dei membra sunt, iam insensibilis ab his constituitur deus, quoniam membra sensu carent, et mortalis,

EPITOME 11] cf. c. 63, 7.
AUCTORES 12 s.] cf. I 5, 25. 16 s.] Aen. VI 726 s.

BHP] 1 alterum sine altero] altera *H* quicquam *addidi, cf.* nihil posse 7, ⟨esse⟩ posse *Parrhasius* 2 *malim* ⟨sed⟩ quomodo esse idem *(corr. m. 1 ?) B* idem] id enim *H* 3 idem//// (m *ex* n, *1 uel 2 litt. er.) P* lutum *om. H* 4 uidebitur *B* 5 uer*issimas *(*s *er.) H* 7 nihil *(*ihil *in ras. ex 2 litt. m. 2) B* permixtus *P*, terminatus *BH; cf. 14 (*miscuerunt*) 17. 22; 589, 16. 22* 8 confund⌊unt⌋ H^2 9 dei] di quasi di *(exp. m. 3) P* 11 esse fabricatum] *cf. pag. 582, 8* 12 *uix uel ante uel post* esse *excidit* deus est *om. B* 13 mens] mens dicatur *B* ⌜uim⌝ B^2 maiestatem B^1 *(*que *s. l.* B^2*) H* 14 non intellegere *(corr. m. 1 ?) B* eam *P* 16 totamque *(*que *in ras. ex 2 uel 3 litt. m. 2) B* 17 magn⌊o⌋ H^2 18 ipse B^1, *corr.* B^2 19 feci⌜t⌝ P^3 22 iis *edd.*, his *C* 23 sint H^1 *an* iis *?* 24 sensu* *(*m *er.) B*

quoniam uidemus membra esse mortalia. possum enumerare 8
quotiens repentinis quassatae motibus uel hiauerint terrae uel desederint in abruptum, quotiens demersae fluctibus et urbes et insulae abierint in profundum, frugiferos campos paludes inundauerint, flumina et stagna siccauerint, montes etiam uel deciderint abrupti uel planis fuerint adaequati; plurimas regiones et multorum fundamenta montium latens et internus ignis ab-
sumit. et hoc parum est si membris suis non parcit deus, 9
nisi etiam homini liceat aliquid in dei corpus: maria extruuntur, montes exciduntur et ad eruendas opes interiora terrae uiscera effodiuntur. quid quod ne arari quidem sine laceratione diuini corporis potest? ut iam scelerati atque impii
simus, qui dei membra uiolemus. patiturne ergo uexari cor- 10
pus suum deus et debilem se uel ipse facit uel ab homine fieri sinit? nisi forte diuinus ille sensus qui mundo et omnibus mundi partibus mixtus est, primam terrae superficiem reliquit ac se in ima demersit, ne quid doloris de adsidua
laceratione sentiret. quodsi hoc uanum et absurdum est, 11
tam igitur ipsi eguerunt quam haec indigent sensu, qui non perspexerunt diuinum quidem spiritum esse ubique diffusum eoque omnia contineri, non tamen ita, ut deus ipse, qui est incorruptus, grauibus et corruptibilibus elementis misceatur.
illut ergo rectius quod a Platone sumpserunt, a deo factum 12
esse mundum et eiusdem prouidentia gubernari. oportebat

EPITOME 23—590, 3] c. 62, 8; 63, 1.
AUCTORES 9 maria extruuntur] Sallust. Cat. 20, 11. 10 s. ad—effodiuntur] Ouid. Metam. I 138—140.

BHP] 1 *post* uidemus *s. l.* eius P^3 2 quassata⌜e⌝ B^2 3 desierint B^{ac}, dese⌜d⌝erint *corr. m. 1 uel 2* 4 et *om. H* abierunt *B* fructiferos *B* 5 et *om. B* stagna* (s *er.) H* ł (*i. e.* uel) *s. l.* P^2 6 decederint B^1, *corr.* B^3 7 absumpsit *B*, a$\overset{b}{d}$sumit (d *del. et corr. m. 3) P* 9 aliquid liceat *H* ma**ria (te *er.) B* 11 qui⌜d⌝ P^2 sine quidem *H* 12 potest] non potest *B* ut**iam (et *er.) B* 14 facit *dubitanter cum Heumanno scripsi*, facere *C*, facere ⟨uult⟩ *temptabam*, fatetur *Volkmannus, obseru. miscell. 1872, pag. 14* ⌞h⌟omine H^2 16 superfaciem B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 17 reli*quit (n *er.) B* 19 aeguerunt P^1, a *del.* P^3 22 corruptilibus *BP* 24 eius *P* oportebat (bat *m. 2 in ras. ex 2 uel 3 litt., quarum prima* r *?) B*

igitur et Platonem et eos qui idem senserunt, docere atque explicare quae causa, quae ratio fuerit tanti operis fabricandi,
13 quare hoc aut cuius gratia fecerit. at idem Stoici 'hominum' inquiunt 'causa mundus effectus est'. audio. sed Epicurus ignorat ipsos homines quare aut quis effecerit. nam Lucretius cum mundum diceret non esse a diis constitutum, sic ait:

dicere porro,, hominum causà '' uoluisse parare
praeclaram mundi naturam

deinde intulit

desipere est. quid enim inmortalibus atque beatis
gratia nostra queat largirier emolumenti,
ut nostra quicquam causa gerere adgrediantur?

14 merito. illi enim nullam rationem adferebant cur humanum genus uel creatum uel constitutum esset a deo: nostrum hoc officium est, sacramentum mundi et hominis exponere, cuius illi expertes sacrarium ueritatis nec attingere nec uidere po-
15 tuerunt. ergo, ut paulo ante dicebam, cum adsumpsissent id quod erat uerum, id est mundum a deo ⟨factum⟩ et hominum causa ⟩esse factum, tamen quoniam eos in consequentibus ratio defecit, non potuerunt defendere id quod adsumpserant.
16 denique Plato ne dei opus inbecillum et ruinosum faceret, in

17 paulo ante] c. 2, 3.

EPITOME 3 s. 18 s.] c. 63, 7. 14—17] c. 62, 9.

AUCTORES 3—5 (Epicurus)] cf. ad frg. 371 (pag. 250, 22). 7 s. 10 ss.] Lucr. V 156 s. 165 ss. 21 s. Plato] cf. supra c. 1, 6.

BHP] 1 idem] eadem *B* 4 inquit *P* 6 a diis] adõ *(*ad *in ras. m. 2,* õ *in ras. m. 3) B* ⌞con⌟stitutum sic ait *add. B*[2] 7 dicere *om. P* porro' *(' est distinctio) B* 10 est *om. P* baeatis *B* 11 gratiam *B* nostra queat] nostram'.q|ad *B*[1], nostramqu|id *B*[2] quead *H*, quaeat *P*[1], *pr.* a *del. P*[3] largirier *B*[1] *cum codd. Lucr.*, largirier⌜e⌝ *B*[2], largier *H*, largiri *P* 12 nostrā *(~ er.) B* quidquam *(*d *ex* c *et* am *in ras. m. 2) B*, quiquam *H* causā *(~ er.) B*, causa* (m *er.) H* gerere *codd. Lucr.*, agere *C* 13 merito' *B;* et merito *edd.* illi] illi iam *H* 14 esse⌜t⌝ *P*[2] nonstrum *H* 17 adsumpsisse⌜n⌝t *B*[2] 18 factum *add. Isaeus; cf. Epit. 62, 8* et ab eo mundum factum et hominum causa factum *et pag. 591, 1 s.* ⌜et⌝ *B*[2] 20 adsumpserunt *H*

aeternum dixit esse mansurum. si hominum causa factus
est et ita factus est, ut esset aeternus, cur ergo ipsi quorum
causa factus est non sunt sempiterni? si mortales, propter
quos factus est, ergo et ipse mortalis atque solubilis: neque
enim pluris est ipse quam ii quorum gratia factus est. quodsi 17
ei ratio quadraret, intellegeret periturum esse quia factus est,
nec posse in aeternum manere nisi quod tangi non potest.
qui autem negat hominum causa factum, hic nullam rationem 18
tenet. si enim dicit ipsum fabricatorem sua causa tanta haec
opera esse molitum, cur ergo nos nati sumus? cur mundo
ipso fruimur? quid sibi uult humani generis ceterarumque
animantium fictio? cur aliena commoda intercipimus? cur deni-
que augemur minuimur interimus? quid habet rationis ipsa 19
generatio? quid perpetua successio? nimirum uidere deus uoluit
et suis uariis imaginibus tamquam sigilla confingere quibus se
oblectaret: et nihilominus tamen, si ita esset, curae haberet
animantes praecipueque hominem, cuius imperio cuncta subiecit.
qui autem dicunt semper fuisse mundum — omitto illut, quod 20
esse ipsum sine aliquo principio non potest; unde se extricare
non queunt — sed hoc dico: si mundus semper fuit, nullam
potest habere rationem. quid enim potuit in eo ratio moliri 21
quod numquam sumpsit exordium? nam priusquam fiat ali-
quid aut struatur, opus est consilio, ut disponi possit quem-

EPITOME 18—593, 6] c. 62, 5 s.

BHP] 2 et ita factus est *om. HP* 4 quos (s *in ras. ex* d *m. 1?) P* mortalis *(*i *ex* e *m. 2) P* soluibilis *B*[1], *pr.* i *del. B*[3], solubilis *(alt.* i *ex* e *m. 2) P* 5 ipse] et ipse *H* ii *edd.*, hi͡i *B*[2], hi *H*, hi∗ (i *er.) P* 6 ⸢ei⸣ *B*[2], et *HP* quadratet *ex* quadraret *P*[2?] intellegeret *om. P* periturū *(~ m. 3) B* 7 ⸢non⸣ *B*[3] 10 opera∗ (m *er.) H* nos *om. H* 11 humani∗ *B* ceterarumque *Heumannus,* ceterorumque *C* 12 finctio *H* 14 perpetua∗ *(*e *er.) H* uidere uos *(hoc Zangemeisterus legit,* nos *Thomasius et Isaeus ediderunt) B; an fort. uerba* quibus se oblectaret *post* uoluit *ponenda sunt?* 15 *uerba* et suis — confingere *ab Heumanno coniectura non probabili temptata defendit Buenemannus conl. II 4, 19* configere *B,* confingeret *H* 16 et *om. H* nihil∗ominus *(*h *er.) B* 17 praecipuaque *uel* -æque *B*[1], *corr. B*[2] 18 illum *B* 19 ˌesˌse *P*[2?] ipsum] ipse *Egnatius, sed cf. Epit. 62, 6* ipsum enim esse — potest *et Buenemannum* 20 nequeunt *edd.* 23 aut] ut *H* ∗struatur *(*i *er.) B*

admodum fiat, nec incipi quicquam potest sine prouisione rationis.
22 itaque omne opus ratio praecedit: non habet ergo rationem quod factum non est. atquin mundus habet rationem, quia et constat et regitur: ergo factus est; si factus est, et resoluetur.
23 reddant ergo isti rationem, si possunt, cur aut factus in principio sit aut postea resoluatur. quod quia docere non poterat Epicurus siue Democritus, sua sponte natum esse dixit seminibus inter se passim coeuntibus: quibus iterum resolutis
24 discidium atque interitum secuturum. corrupit ergo quod recte uiderat et totam rationem penitus ignorantia rationis euertit redegitque mundum et omnia quae in eo geruntur ad similitudinem cuiusdam uanissimi somnii, siquidem rebus hu-
25 manis ratio nulla subsistet. cum uero mundum omnesque partes eius ut uidemus mirabilis ratio gubernet, cum caeli temperatio et aequalis in ipsa uarietate cursus astrorum luminumque caelestium, temporum constans ac mira descriptio, terrarum uaria fecunditas, plana camporum, munimenta et aggeres montium, uiriditas ubertasque siluarum, fontium saluberrima eruptio, fluminum opportuna inundatio, maris opulenta et copiosa interfusio, uentorum diuersa et utilis aspiratio ceteraque omnia ratione summa constent, quis tam caecus est ut

AUCTORES § 23 s. (Epicurus)] cf. ad frg. 382 (pag. 256, 20).

BHP] 1 quicquam] um(q)uam *P* 2 omnem *B*[1], m *del.* *B*[3] procedit *B*[1], *corr.* *B*[2] rationem habet *P* 3 quia et] quae *H* 4 ergo factus est] et factus est ergo *(corr. m. 1 ?) B;* ergo et factus est *edd.* si] et si *P* 5 rationem isti *H* 7 po**terat (te *er.) H* natu *H* 8 seminibus (e *ex* i) *B; non recte quis* ⟨uel⟩ seminibus *coniciat conl. Epit. 62, 6* aut sua sponte esse nata aut minutorum seminum conglobatione concreta, *Inst. VII 7, 8* qui uel omnia sua sponte nata esse dixerunt uel minutis seminibus conglobatis, *contra quos locos cf. III 17, 20* sed omnia sua sponte fieri necesse est, *21* sunt enim semina *eqs., 23* (Leucippum . . Democritus . . Epicuro) coentibus *P* 10 recti *B* 11 redigitque *B* 12 somni(i) *B*[2] huminis *P*[1], *corr.* *P*[2] 13 subsistat *H* uero] ergo *H* 14 ut uidemus mirabilis] uitae uideamus quemadmodum mirabilis *B* 15 & *(exp. m. 1 ?)* gubernet *(in ras. m. 1 ?) P* aequans *B* 16 temporum] ac temporum *H* ad *P*[1], *corr.* *P*[3] descriptio *C, malim* discriptio 19 oportuna *HP* inun**datio (nu *er.) H* 20 (a)spiratio *P*[1]? 21 conste(n)t (n *m. 1 uel 2) B* est *om.* *B*

existimet sine causa esse facta in quibus mira dispositio pro-
uidentissimae rationis elucet? si ergo sine causa nec est nec 26
fit omnino quicquam, si et prouidentia summi dei ex dispo-
sitione rerum et uirtus ex magnitudine et potestas ex guber-
natione manifesta est, hebetes ergo et insani qui prouidentiam
non esse dixerunt. non inprobarem, si deos idcirco non esse
dicerent ut unum dicerent, cum autem ideo ut nullum, qui
eos delirasse non putat, ipse delirat.

4. Sed de prouidentia satis in primo libro diximus: quae si 1
est, ut apparet ex mirabilitate operum suorum, necesse est
etiam hominem ceterasque animantes eadem prouidentia crea-
uerit. uideamus ergo quae ratio fuerit fingendi generis hu- 2
mani, quoniam constat, id quod Stoici aiunt, hominum causa
mundum esse fabricatum; quamquam in hoc ipso non medio-
criter peccent, quod non hominis causa dicunt, sed hominum:
unius enim singularis appellatio totum conprehendit humanum
genus. sed hoc ideo, quia ignorant unum hominem a deo 3
esse formatum putantque homines in omnibus terris et agris
tamquam fungos esse generatos. at Hermes non ignorauit
hominem et a deo et ad dei similitudinem fictum. sed redeo
ad propositum. nihil est, ut opinor, quod sit propter se ipsum 4
factum, sed quidquid omnino fit, ad usum aliquem fieri ne-
cesse est. quis est enim uel tam ineptus uel tam otiosus, ut
adgrediatur aliquid facere frustra ex quo nullam utilitatem,
nullum commodum speret? qui domum aedificat, non idcirco 5

EPITOME 13 s.] c. 63, 7. 19 tamquam fungos] cf. c. 9, 2. 21—594, 17] c. 63, 5 s. (*a* nec fiet).
AUCTORES 19 Hermes] cf. ad pag. 149, 13.

BHP] 1 estimet *H* factum *B* 3 quicquam omnino *H* si *om. B* prudentia *sic H* ex dispositione] expositione *H* 4 ex *ante magnitudine*] et *H* gubernatione* (m *er.) H* 5 heuetes B^1, *corr.* B^2 7 ut unum dicerent *om. P* cum (m *in ras. ex* i *? m. 2) B* 8 errasse B^1, ⌈d⌉elirasse *corr.* B^2 ⌊deli[a]ret⌋ B^2 9 quae si *edd.*, quiautsi *B*, quia etsi *HP* 11 homines *H* ceterosque *B* 14 qua⌈m⌉quam P^3 17 hominum *H* 18 esse *om. B* et *om. B* 20 finctum *H* 22 ad usum] aduersus *P* 23 est (*ante* enim) *om. H* 24 nullam P^1, *corr.* P^3 25 conmodum (n *ras. ex* m) *sic H* donum B^1, *in ras. corr.* B^2

aedificat, ut tantummodo domus sit, sed ut in ea possit habi-
tari; qui nauem fabricat, non ideo insumit operam, ut tantum
6 nauis appareat, sed ut in ea nauigetur; item qui uas aliquod
instituit ac format, non propterea id facit, ut tantum fecisse
uideatur, sed ut uas illut effectum capiat aliquod necessarium.
similiter cetera quaecumque fiunt, non utique in superuacuum,
7 sed ad usus aliquos utiles laborantur. mundus igitur a deo
factus est non utique propter ipsum mundum: neque enim aut
calore solis aut lumine lunae aut adspiratione uentorum aut
umore imbrium aut alimonia frugum, cum sensu careat, in-
8 diget. sed ne illut quidem dici potest, quod deus propter se
ipsum fecerit mundum, quoniam potest esse sine mundo, sicut
fuit antea, et iis omnibus quae in eo sunt quaeque generantur
9 deus ipse non utitur. apparet ergo animantium causa mun-
dum esse constructum, quoniam rebus iis quibus constat ani-
mantes fruuntur: quae ut uiuere, ut constare possint, omnia
10 iis necessaria temporibus certis sumministrantur. rursus ce-
teras animantes hominis causa esse fictas ex eo clarum est,
quod homini seruiunt et tutelae eius atque usibus datae sunt,
quoniam, siue terrenae sunt siue aquatiles, non sentiunt mundi
11 rationem, sicut homo. respondendum est hoc loco philosophis
maximeque Ciceroni, qui ait: c u r d e u s o m n i a n o s t r a c a u s a
c u m f a c e r e t, t a n t a m u i m n a t r i c u m u i p e r a r u m q u e f e-
c e r i t? c u r t a m m u l t a p e s t i f e r a t e r r a m a r i q u e d i s p e r-
12 s e r i t? ingens ad disputandum locus, sed ut in transcursu

EPITOME 21—25] cf. c. 63, 1 (*ab* atquin) s. 25—595, 9] cf. c. 24.
AUCTORES 22] Acad. prior. II 38, 120.

BHP] 1 *ut (a *er.)* tantummodo *B* 5 *post* capiat *s. l.* usũ B^2 aliquid *H* 7 elaborantur *? Hartelius* 9 lumine lunae] lumine *P*, lunae *BH* spiratione *P* 10 *umore (t *er.) H*, ʰumore P^3 caret *H* 13 his *HP* 14 causa* (m *er.) H* 15 iis *edd.*, his *C* constant *P* 16 possent *P* 17 his *HP* subministrantur *H* cetera animantia *H* 18 ficta *H* 19 datae *Isaeus*, data *C* 22 nostra *BP (sed* i *in ras. ex* a *?* P^1*) cum plurimis optimisque codd. Cic.*, nostri *H cum rell. codd. Cic.; cf. pag. 591, 9. 597, 6* sua causa; *de ira 13, 1* nostra causa; *al.* 24 tam] tanta B^1, *corr.* B^3 cur mortifera tam multa perniciosa *codd. Cic.* 25 disputandũs (˜ *m. recens*) locus (*exp. m. recens*) *sic P* 25 transcursum *H*

breuiter stringendus est. quoniam homo ex rebus diuersis ac
repugnantibus configuratus est, anima et corpore, id est caelo
atque terra, tenui et conprehensibili, aeterno ac temporali, sensi-
bili atque bruto, luce praedito atque tenebroso, ipsa ratio ac
necessitas exigebat et bona homini proponi et mala, bona, qui-
bus utatur, mala, quae uitet et caueat. idcirco enim data est 13
illi sapientia, ut cognita bonorum malorumque natura et in ad-
petendis bonis et in malis declinandis uim suae rationis exer-
ceat. nam ceteris animalibus quia sapientia non data est, et
munita indumentis naturalibus et armata sunt, homini autem
pro his omnibus, quod erat praecipuum, rationem solam dedit.
itaque nudum formauit et inermem, ut eum sapientia et mu- 14
niret et tegeret: munimenta et ornatum eius non foris, sed
intus, non in corpore, sed in corde constituit. nisi ergo essent
mala, quae caueret, quae a bonis utilibusque distingueret, non
esset ei sapientia necessaria. sciat ergo Marcus Tullius aut 15
ideo homini datam esse rationem, ut et pisces caperet usus sui
gratia et natrices uiperasque uitaret salutis suae causa, aut id-
circo ei bona malaque proposita, quia sapientiam acceperat,
cuius uis omnis in discernendis bonis malisque uersatur. magna 16
igitur et recta et admirabilis est uis et ratio et potestas ho-
minis, propter quem mundum ipsum et uniuersa quaecum-
que sunt deus fecit tantumque illi honoris habuit, ut eum
praeficeret uniuersis, quoniam solus poterat dei opera mirari.
optime igitur Asclepiades noster de prouidentia summi dei dis- 17
serens in eo libro quem scripsit ad me, atque ideo inquit
merito quis arbitretur proximum sibi locum diuinam
prouidentiam dedisse ei qui potuerit intellegere ordi-

EXPILATORES 18—20 (aut—uersatur)] Lucifer pag. 312, 15—17.

BHP] 4 *post* tenebroso *hoc* **q̇u̇i *ex* atque *? m. 3 B* 7 malorum *H* 9 animali'bu's *P*[3] 10 indumenta *P*[1], *corr. P*[3] 11 *ante* dedit *uix* deus *excidit* 12 sapientia* *(*m *er.) H* 13 munimentum *H* ornamentum *H* 14 in *(ante* corpore*) om. H* 18 uitare't' *B*[2] aut] ut (e *s. l.*) *(corr. m. 3) P* 20 omni**s *(*bu *er.) B* 21 uis—potestas *om. P, s. l. et in mg. paucae litt. erasae* homini *B* 23 tribuit *(*tri *in ras. ex 2 uel 3 litt. m. 2) B* 24 operam *P* 28 poterat *P*

18 nationem suam. nam sol iste est: quis eum uidet ita, ut intellegat quia sol est et quantum gratiae adferat ceteris institutis? hoc caelum est: quis id suspicit? terra haec: quis eam colit? hoc pelagus: quis id naui-
19 gat? hic ignis est: quis eo utitur? instituit ergo ⟨cuncta⟩ summus deus non propter se, quia nihilo eget, sed propter hominem, qui iis congruenter uteretur.

1 5. Reddamus nunc rationem quare hominem ipsum fecerit; quod si philosophi scissent, aut defendissent illa quae uera in-
2 uenerant aut in maximos errores non incidissent. haec enim summa, hic cardo rerum est, quem qui non tenuerit, ueritas illi omnis elabitur, hoc est denique, quod efficiat illis non quadrare rationem: quae illis si adfulsisset, si sacramentum hominis omne cognossent, numquam disputationes eorum et
3 omnem philosophiam de transuerso Academia iugulasset. sicut ergo mundum non propter se deus fecit, quia commodis eius non indiget, sed propter hominem, qui eo utitur, ita ipsum ho-
4 minem propter se. quae utilitas deo in homine, inquit Epicurus ut eum propter se faceret? scilicet ut esset qui opera eius intellegeret, qui prouidentiam disponendi, rationem faciendi, uirtutem consummandi et sensu admirari et uoce pro-

EPITOME 1—7] c. 64, 3. 8—13] c. 64, 4 (—fecerit). 15—597, 11] c. 64, 4 (*ab* erat). 7.

AUCTORES § 3 s. (Epicurus)] frg. 371. 18 s.] cf. Lucr. V 165—167.

BHP] 1 ita ut] aut *P* 2 intelleg[i]at *(sic corr. m. 3) P* 4 id nauigat *scripsi (*eum nauigat *iam Walchius)*, nauigat *BP*, in eo nauigat *H edd.; cf. Epit. 64, 3* quis nauigat mare, *et supra § 5* nauis — ut in ea nauigetur 5 est *om. P* cuncta *addidi ex Epit. 64, 3* cuncta igitur propter hominem deus fecit, *quod etiam* iis *7 commendat;* ergo ⟨haec⟩ *Heumannus* 6 nihil(o) *B*², nihil *H* 7 iis *scr.*, is *B*, his *HP* congrue(n)ter *H*² 9 sciscent *P*¹, *corr. P*³ 11 quem *om. P* 12 omni(s) *B*², omnis *(i ex* e *m. 2 ?) P* *uerba* hoc est — rationem *ut glossema ex c. 3, 17 deriuatum damnat Heumannus* [c]non *(sic corr. m. 3)* quadrar& *(*t *exp. m. 1) P* 13 si *(ante* sacramentum*) om. P* 14 homi[n]e *(exp. m. 2 ?) P* cognouissent *H* n(ec)umquam *P*³ disputationis *P*¹, *corr. P*³ 15 ac∗ademias *(*s *er.) sic P* 17 hominū *(ante* qui*) B* 20 operam *H* 21 sensum *P*

loqui posset: quorum omnium summa haec est, ut deum colat.
is enim colit qui haec intellegit, is artificem rerum omnium, 5
is uerum patrem suum debita ueneratione prosequitur qui uir-
tutem maiestatis eius de suorum operum inuentione inceptione
perfectione metitur. quod planius argumentum proferri potest 6
et mundum hominis et hominem sua causa deum fecisse, quam
quod ex omnibus animantibus solus ita formatus est, ut oculi
eius ad caelum directi, facies ad deum spectans, uultus cum
suo parente communis sit uideaturque hominem deus quasi
porrecta manu adleuatum ex humo ad contemplationem sui
excitasse? quid ergo inquit deo cultus hominis confert 7
beato et nulla re indigenti? uel si tantum honoris ho-
mini habuit, ut ipsius causa mundum fabricaret, ut
instrueret eum sapientia, ut dominum uiuentium fa-
ceret eumque diligeret tamquam filium, cur mortalem
fragilemque constituit? cur omnibus malis quem dili-
gebat obiecit, cum oporteret et beatum esse hominem
tamquam coniunctum ac proximum deo et perpetuum,
sicut est ipse, ad quem colendum et contemplandum
figuratus est? quamquam haec fere in prioribus libris 8
sparsim docuimus, tamen quoniam proprie id materia nunc
exigit, qua de uita beata disserere propositum est, explicanda
sunt ista diligentius et plenius, ut dispositio dei et opus uolun-
tasque noscatur. cum posset semper spiritibus suis immor- 9
talibus innumerabiles animas procreare, sicut angelos genuit,

EPITOME 24—599, 2] c. 64, 4 (ut cum hominis — mundo).
AUCTORES § 7] Epicur. frg. 371 (pag. 250, 14).

BHS(ab 8)P] 1 colatis//enim *(interpunction. er. et* ‿ *add. m. 2) P* 2 *is *(ante* enim*)*, h *er.*, *B* q̄ūi intellegit c̄olit haec *B* omnium rerum *P* 3 uerum *om. P* 4 inceptione perfectione *om. P* 8 *a* cum suo parente *denuo incipit cod. S (fol. 160 a)* 9 uideaturque] ut uideatur *H* 12 nulla re] nulla *(corr. m. 3) P* 14 faceret eumque] faceret ⸢ut⸣ *(s. l. m. 3)* eum *P* 15 tamquam *(*t *ex* i *m. 2) P* 17 oportebat *H* 19 7 *(i. e.* et*) inseruit S*[1?] 20 qua⸢n⸣quam *P*[3] libris *om. H* 21 docuimus] discussimus *Heumannus, sed cf. pag. 602, § 1* docuerim 22 quam *(exp. m. 2) P*, quia *edd.; an* ⟨in⟩ qua *? cf. pag. 585, 26* pro⸢po⸣situm *P*[2] 24 semper] semel *Heumannus, recte?*

quibus inmortalitas sine ullo malorum periculo ac metu con-
stat, excogitauit tamen inenarrabile opus, quemadmodum in-
finitam multitudinem crearet animarum, quas primo fragilibus
et inbecillis corporibus inligatas constitueret inter bonum ma-
lumque medias, ut constantibus ex utrisque natura uirtutem
proponeret, ne immortalitatem delicate adsequerentur ac mol-
liter, sed ad illut aeternae uitae ineloquibile praemium cum
10 summa difficultate ac magnis laboribus peruenirent. ergo ut
eas grauibus et uexabilibus membris indueret, quoniam con-
sistere in medio inani non poterant ponderibus et grauitate
corporis deorsum premente, sedem illis ac domicilium primo
11 condendum esse decreuit. itaque ineffabili uirtute ac potentia
praeclara mundi opera molitus est: suspensis in altitudinem
leuibus elementis et grauibus in ima depressis et caelestia
12 firmauit et terrena constituit. non est necesse nunc exsequi
singula, quoniam in secundo libro uniuersa executi sumus.
lumina igitur posuit in caelo, quorum moderatio et claritas et
motus aptissime ad utilitates uiuentium temperatus est, terrae
autem, quam sedem uoluit esse, fecunditatem uaria gignendi
ac proferendi dedit, ut ubertate frugum et herbarum et uiren-
tium pro natura et usu cuiusque generis alimoniam ministraret.
13 tum perfectis omnibus quae ad condicionem mundi pertinebant,

16 in secundo libro] c. 9 ss.

BHSP] 1 constaret *? Thilo* 2 inenarr'ab'ile B^2 3 procrearet *H* 4 ĩ|becillis *B*, inbecillib: *(*m *pro* n *m. 3) P* inliga'ta's H^2 5 ut] et *B* utri's'que *(*i *in ras. et* s *s. l. m. 2) B* naturae *SP;* naturis *edd.*; natura *uid. esse ablatiuus, cf. pag. 599, 13; 600, 26* uirtutẽ *(˜ m. 3) P* 6 delicata B^1, *corr.* B^2 7 sed] sed ut *H* inequabile *(*ę *ex* e *m. 3) P* 8 *supra* ut *add.* cum P^3 9 induerit *(*-it *ex* -&*)* P^3 10 inani'a' B^3 11 deor's'um P^2 praemente* *(*s *? er.) B* ⸤se⸥dem B^2, sed⸤ẽ⸥ S^2 ⸤i⸥llis B^2, illius *(exp. m. 2) P* 13 praeclaram *H* operam *H* 14 et *(ante* caelestia*) om. H* 16 uniuersa] omnia *H* 17 proposuit *H* moderationes *SP* claritates *SP* et *(ante* motus*) om. H* 18 aptissime *om. S* utilitatis *P* temperauit *SP* 19 *an* sedem ⟨eorum⟩ *?* uariam *H* 20 ut] et B^1, *corr.* B^3 ubertatem *(*-tẽ *H) HP^1*, m *del.* P^3 et *(ante* uirentium*) om. SP* uirentium] uirentium prouidentium *H*, uiuentium *S* 21 cuique *S* alimoniam *(*l *ras. ex* d*) P* administraret *SP, sed cf. Buenemannum* 22 conditionem B^1, *corr.* B^3 mundi] hominis *BP*, uiuendi *Schoellius* perti**nebant *(*ti *er.) H*

hominem finxit ex ipsa terra, quam illi a principio in habi-
taculum praeparauit, id est spiritum suum terreno corpore in-
duit et inuoluit, ut conpactus ex rebus diuersis ac repugnan-
tibus bonum ac malum caperet. et sicut terra ipsa fecunda 14
est ad fruges pariendas, ita corpus hominis, quod adsumptum
est e terra, generandi copiam facultatemque prodendae su-
bolis accepit, ut quoniam ⟨e⟩ fragili materia formatus in aeter-
num manere non poterat, peracto temporalis uitae spatio ce-
deret et illut, quod fragile atque inbecillum gerebat, perpetua
successione renouaret. cur igitur eum mortalem finxit et 15
fragilem, cum illius causa mundum aedificasset? primum, ut
infinita uis animarum gigneretur omnemque terram multitudine
obpleret, deinde, ut proponeret homini uirtutem id est tole-
rantiam malorum ac laborum, per quam posset praemium in-
mortalitatis adipisci. nam quia homo ex duabus rebus con- 16
stat, corpore atque anima, quorum alterum terrenum est, alterum
caeleste, duae uitae homini adtributae sunt, una temporalis,
quae corpori adsignatur, altera sempiterna, quae animae subiacet.
illam nascendo accipimus, hanc adsequimur laborando, ne im- 17
mortalitas homini, ut ante diximus, sine ulla difficultate con-
staret; illa terrena est sicut corpus et ideo finitur, haec uero
caelestis sicut anima et ideo terminum non habet; illam pri-
mam nescientes accipimus, hanc secundam scientes: uirtuti
enim, non naturae datur, quia uoluit nos deus uitam nobis

20 ut ante diximus] pag. 598, 6.
EXPILATORES § 16—19] cf. Orientii commonit. I 43—58.

BHSP] 1 ex] et ex *B* 2 *an* praeparauerat ? spiritum ***|suum (suũ *ut uid. er.) B* 3 ut] ut et *S* 5 adsumpta *P*[1], *corr. P*[2] 6 est *om. S* ẹterra *S* prodendae *(pru- H) BH*, procreandae *SP (cf. pag. 604, 14; Epit. 56, 6* ad procreandos liberos*), recte ?* suboculis *H*, sobolis *ex* subulis *P*[2?], sobolis *(pr.* o *ex* u *m. 1 ?) S* 7 e *add. Heumannus conl. II 12, 3; an* de *excidit ? cf. II 10, 12; cf. etiam* figurare fingere facere *sim.* ex *uel* de *supra 1; II 10, 3. 5. 7. 13; Epit. 20, 12; 22, 2; de ira 10, 43; al.* informatus *P* 8 cedere[t] *P*[2] 13 to*lerantiam *(1 er.) H* 14 laborum] dolorum *H* possit *HS* 15 adispisci *H* 16 alterum terrenum est *om. HP* 18 *alt.* quam *H* 19 et illam *H* 20 *an* constet ? 21 et *om. S* 23 accipimus — scientes *om. S* 24 nos *om. S*

18 in uita conparare. idcirco hanc praesentem dedit, ut illam
ueram et perpetuam aut uitiis amittamus aut uirtute merea-
mur. in hac corporali non est summum bonum, quoniam
sicut necessitate diuina nobis data est, ita rursus diuina ne-
cessitate soluetur: ita quod finem habet, summum bonum non
19 habet. in illa uero spiritali, quam per nos ipsi adquirimus,
summum bonum continetur, quia nec malum potest habere
nec finem. cui rei argumentum natura et ratio corporis praebet.
20 cetera namque animalia in humum uergunt, quia terrena sunt,
nec capiunt immortalitatem, quae de caelo est, homo autem
rectus in caelum spectat, quia proposita est illi immortalitas,
nec tamen uenit, nisi tribuatur homini a deo: nam nihil inter-
esset inter iustum et iniustum, siquidem omnis homo natus
immortalis fieret. ergo immortalitas non sequella naturae, sed
21 merces praemiumque uirtutis est. denique homo non statim
quam natus est rectus ingreditur, sed quadrupes primo, quia
ratio corporis et huius praesentis uitae communis est nobis
cum mutis animalibus: post deinde confirmatis uiribus erigitur
et lingua eius in eloquium soluitur et mutum animal esse de-
22 sinit. quae ratio docet mortalem nasci hominem, postea uero
inmortalem fieri, cum coeperit ex deo uiuere id est iustitiam
sequi, quae continetur in dei cultu, cum excitauerit hominem
deus ad aspectum caeli ac sui. quod tum fit, cum homo cae-
lesti lauacro purificatus exponit infantiam cum omni labe uitae
prioris et incremento diuini uigoris accepto fit homo perfectus
23 ac plenus. ergo quia uirtutem proposuit homini deus, licet

AUCTORES 23—26] cf. I Cor. 13, 11; Eph. 4, 13 (εἰς ἄνδρα τέλειον).

BHSP] 2 uirtute**mereamur *(*me *er.) B* 4 est data *H* rursum *BSP* 5 soluitur *S* 8 cuius *codd. recent. et edd.* et ratio] e* *(*t *er.)* ratio et natura *B* praebet corporis *S* 9 humũ'u'ergunt *(*˜ *et* 'u' *m. 2) P* 11 caelo* *(*m *er.) H* 12 *malim* euenit 13 e͞sse't' i͞nter *(signa traiectionis et* t *add. m. 2 ?) B,* esset *SP* omnis homo natus *om. P* 14 mortalis *P* sequela *(*l *s. l. er.) H,* sequela *S,* sequella *(exp. m. 3 ?) P* 16 quam] quo* *(*d *er.) H,* quan'do' *ex* quam *P*[3] 19 animales|se *P*[1], animalesse||** *P*[2] 24 deponit *Heumannus, sed cf. pag. 261, 7* exposito 25 perf*ectus *P*

anima et corpus consociata sint, tamen contraria sunt et in-
pugnant inuicem. animi bona mala sunt corporis, id est opum
fuga, uoluptatum interdictio, doloris mortisque contemptus. item
corporis bona mala sunt animi, hoc est cupiditas et libido, qui-
bus et opes adpetuntur et suauitates uariarum uoluptatum,
quibus eneruatus animus extinguitur. ideo necesse est iustum 24
et sapientem in omnibus malis esse, quoniam malorum uictrix
est fortitudo, iniustos autem in diuitiis, in honore, in potestate:
haec enim bona corporalia et terrena sunt; illi autem terrenam
uitam agunt nec adsequi immortalitatem queunt, quia se uolup-
tatibus dediderunt, quae sunt uirtutis inimicae. itaque uita
haec temporalis illi aeternae debet esse subiecta sicut corpus
animae. quisquis ergo animae uitam maluerit, uitam corporis 25
contemnat necesse est nec aliter eniti ad summum poterit, nisi
quae sunt ima despexerit. qui autem corporis uitam fuerit
amplexus et cupiditates suas in terram deiecerit, illam supe-
riorem uitam consequi non potest. sed qui mauult bene ui- 26
uere in aeternum, male uiuet ad tempus et adficietur omnibus
molestiis et laboribus quamdiu fuerit in terra, ut habeat di-
uinum et caeleste solacium. et qui maluerit bene uiuere ad
tempus, male uiuet in aeternum: damnabitur enim sententia
dei ad aeternam poenam, quia caelestibus bonis terrena prae-
posuit. propterea igitur coli se deus expetit et honorari ab 27
homine tamquam pater, ut uirtutem ac sapientiam teneat, quae
sola inmortalitatem parit. nam quia nullus alius praeter ipsum
donare eam potest, quia solus possidet, pietatem hominis qua

EPITOME 23—602, 2] c. 64, 4. 7.

BHSP] 1 ⸢t⸣amen B^2 2 sunt *om.* *H* ⸢i⸣dest B^2 4 animę *(ex* -mi*)* S^2 6 necesse est ideo *H* 7 homi|nibus B^1, inom*|nibus B^2 8 iniustus *B* in *(ante* honore*)* *s. l.* B^2 9 enim] est *eras.* *H* autem* *P* 10 qui *H*, q* *(i. e.* a *in* quia *er.)* *S* 11 dederunt *H* 13 quisquis ergo] ergo qui *H* aluerit *H* 14 niti *P* summum] summum bonum *S* 15 despexerit *(pr.* e *ex* i *m. 3)* *P* 16 ill⸤ã⸥ S^2 18 a⸤ff⸥icietur S^2 19 terra* *(*m *er.)* *H* 20 maluerit] malet *B*, malit *H*; *cf. 13* 21 sentia B^1, *corr.* B^2 23 expetit *(alt.* t *add. m. 3)* *P* 24 ac] et *H* 25 solam *H* quia *om.* *H* 26 qua] qui *H*

deum honorauerit hoc adficit praemio, ut sit in aeternum beatus sitque aput deum et cum deo semper.

BHSPg] 2 *post* cum deo semper in *Sg locus est hic: (1)* neque nunc aliquis eo confugiat, ut dicat ad ipsius culpam pertinere quod *(sic scripsi,* qui *Sg)* et bonum instituit et malum. cur enim malum uoluit esse, si id odio habet? cur non bonum tantum fecit, ut nemo *(*n *ras. ex* m *S)* peccaret, nemo faceret malum? quamquam hoc in omnibus fere prioribus libris docuerim et id iam superius *(c. 5, 15 ss.)* quamuis leuiter attigerim, tamen subinde admonendum est, quia omnis ratio ⟨uirtutis⟩ *(hoc addidi, cf. proximum* nulla enim uirtus esse poterat, *uerba § 6* cui omnis ratio *eqs., § 13* ut ratio *eqs., locum similis disputationis post cap. 19, 8 libri de opificio dei in quibusdam codd. insertae hunc* ne uirtus otio torpens naturam suam perderet. cuius omnis ratio in eo est ut *eqs.)* in eo posita est. *(2)* nulla *(*nullä, *er.* ~, *S)* enim uirtus esse poterat, nisi diuersa fecisset, nec omnino apparere uis boni potest nisi ex mali comparatione: adeo malum nihil aliud est quam boni interpretatio. sublato igitur malo etiam bonum tolli necesse est. *(3)* si laeuam manum aut pedem amputaueris, nec corpus erit integrum nec uita ipsa constabit: adeo ad compagem *(*cōpagem *Sg)* corporis temperandam aptissime cum dextris sinistra iunguntur. *(4)* item si pares calculos feceris, nemo ludet, si unum colorem circo dederis, nemo spectandum putabit sublata omni circensium uoluptate: quos profecto qui primus *(Heumannus,* prius *[*pus (i superscr.) *S] Sg)* instituit, amator unius coloris fuit, sed alterum ei quasi aemulum posuit, ut posset esse certamen et aliqua in spectaculo gratia. *(5)* sic deus cum bonum constitueret, cum uirtutem daret, statuit etiam diuersa, cum quibus illa confligerent. si desit hostis et pugna, nulla uictoria est. tolle certamen, ne uirtus quidem quicquam est. quam multa sunt hominum inter se et quam uariis artibus constituta certamina! nemo tamen fortior uelocior praestantior haberetur, si aduersarium cum quo contenderet non haberet. unde autem abest uictoria, abesse hinc et gloriam simul et praemium necesse est. *(6)* ut igitur uirtutem ipsam exercitatione assidua roboraret eamque faceret de malorum conflictatione perfectam, utrumque simul dedit, quia utrumque sine altero retinere uim suam non potest. ergo diuersitas est cui omnis ratio uirtutis *(sic scripsi,* ueritatis *Sg, cf. § 1)* innititur. *(7)* non me praeterit quid hoc loco a peritioribus possit opponi *(ex* apponi *S).* si bonum sine malo esse non potest, quomodo *(*quō *g)* primum hominem dicis ⟨ante⟩ *(add. edd.)* offensum deum in solo bono fuisse aut postea in solo bono futurum? discutienda nobis haec quaestio est, quod in prioribus libris praetermisi, ut hic implerem *(*ĩplerem *g). (8)* diximus superius *(pag. 599, 3)* ex elementis repugnantibus hominis constare naturam. corpus enim quia de *(*quę *ut uid. S*[1], qad *[i. e.* quia de*] in ras. S*[2], qď *[i. e.* quod*] g)* terra est, comprehensibile *(sequitur* ẽ *in S*[1], *del. S*[2]*)* temporale brutum atque tenebrosum est, anima uero quia de caelo est, tenuis aeterna

6. Nunc totam rationem breui circumscriptione signemus. idcirco mundus factus est, ut nascamur: ideo nascimur, ut

EPITOME 1—604, 6] c. 64, 1.
EXPILATORES 2—604, 3] Orientius commonit. I 59—64.

sensibilis illustris est. *(9)* quae quia inter se contraria sunt, necesse est hominem bono et malo esse subiectum: animae ascribitur bonum, quia indissolubilis (ĩdissolubilis $S^{1?}$) est, corpori malum, quia fragile est. quoniam igitur sociata et coniuncta sunt corpus et anima, aeque bonum et malum cohaereat (coereat *S)* necesse est nec separari alterutro possunt, nisi cum illa separata sunt. *(10)* denique boni malique notitia simul homini primo data est: qua percepta statim de loco sancto pulsus est, in quo malum non est. ubi cum esset in bono tantum, id ipsum bonum esse ignorabat: postquam uero accepit boni malique intellegentiam, *(sequitur* ita in *in* S^1, ita** S^2, iam *edd.)* nefas erat eum in beatitudinis loco morari relegatusque (relegatusque, *corr. m. 2 S)* est in hunc communem orbem, ut ea utraque simul experiretur quorum naturam pariter agnouerat. *(11)* apparet ergo idcirco datam esse homini (homini*, *er.* s, *S)* sapientiam, ut bonum discernat a malo, ut ab incommodis commoda, ab inutilibus utilia distinguat (distinguant S^1, distinguat// S^2), ut habeat iudicium et considerantiam, quid *(*i *in ras. ex* o *?* S^2*)* cauere quid appetere, quid fugere quid sequi debeat. sapientia igitur constare sine malo non potest, uixitque *(an* uixit itaque *?)* ille princeps generis humani, quamdiu in solo bono fuit, uelut infans, boni ac mali nescius. *(12)* at enim postea hominem necesse est et sapientem esse et sine ullo malo beatum. sed id fieri non potest, quamdiu anima domicilio (domicilia *S)* carnis (corporis *edd., sed cf. VII 12, 11)* induta *(an* inclusa *? cf. VII 2, 8; 12, 11)* est. cum uero factum fuerit corporis animaeque discidium, tunc malum a bono separabitur, et sicut corpus interit, anima manet, ita malum interibit et bonum permanebit: tunc homo accepto immortalitatis (immortalitalitatis *S)* indumento erit (erit S^2) sapiens, expers mali *(edd.,* malis *Sg). (13)* si quis *(sic g,* sicut aiã *[s. l. m. 2]* qui *S,* sicut deus. qui *edd.)* ergo uult nos in bono esse tantum, id potissimum desiderat, ut sine corpore uiuamus, in quo est malum. quod si tollatur, aut sapientia homini (homini *bis* S^1, *alt. del.* $S^{2?}$) ut dixi aut corpus adimetur, sapientia, ut ignoret malum, corpus, ut non sentiat. nunc autem cum homo et sapientia sit instructus, ut sciat, et corpore, ut sentiat, utrumque pariter in hac uita deus esse uoluit, ut ratio uirtutis sapientiaeque constaret. *(14)* posuit itaque hominem inter utrumque medium, ut haberet licentiam uel mali uel boni sequendi. sed malo admiscuit apparentia quaedam bona, id est uarias et delectabiles suauitates, ut earum illecebris induceret hominem ad latens malum, bono autem admiscuit apparentia quaedam mala, id est aerumnas et (et *om. g)* miserias et labores, quorum asperitate ac (*ac, *er.* h, *S)* molestia offensus animus

BHSP] 2 nascam S^2

adgnoscamus factorem mundi ac nostri deum: ideo adgnoscimus,
ut colamus: ideo colimus, ut immortalitatem pro laborum mer-
cede capiamus, quoniam maximis laboribus cultus dei constat:
ideo praemio immortalitatis adficimur, ut similes angelis effecti
summo patri ac domino in perpetuum seruiamus et simus
2 aeternum deo regnum. haec summa rerum est, hoc arcanum
dei, hoc mysterium mundi, a quo sunt alieni qui sequentes
praesentem uoluptatem terrestribus et fragilibus se bonis ad-
dixerunt et animas ad caelestia genitas suauitatibus mortiferis
3 tamquam luto caenoue demerserunt. quaeramus nunc uicis-
sim an in cultu deorum ratio ulla subsistat. qui si multi
sunt, si ideo tantum ab hominibus coluntur, ut praestent illis
opes uictorias honores quaeque alia non nisi ad praesens ualent,
si sine causa gignimur, si in hominibus procreandis prouidentia
nulla uersatur, si casu nobismet ipsis ac uoluptatis nostrae
gratia nascimur, si nihil post mortem sumus, quid potest esse
tam superuacuum, tam inane, tam uanum quam humana res et

refugeret a bono latenti. *(15)* hic *(*hinc *g)* ergo sapientiae officium desideratur, ut plus mente uideamus quam corpore: quod pauci admodum facere possunt, quia et uirtus difficilis ac rara *(*rar͜a *S,* rata *g*¹, *corr. g*²*)* est et uoluptas communis ac publica. *(16)* ita necesse est sapientem pro stulto haberi, qui dum appetit bona quae non cernuntur, dimittit *(in ras. S,* dimittat *g)* e manibus quae uidentur, et dum uitat mala quae non *(*ñ *s. l. S*²*)* aspiciuntur, incurrit in mala quae *(*aspiciuntur — mala que *in mg. S)* ante oculos sunt. quod accidit nobis, cum neque cruciatum neque mortem pro fide recusamus, quando ad summum nefas compellimur *(*cõpellimur *Sg),* ut prodita fide atque abnegato deo uero diis mortuis mortiferisque libemus. *(17)* haec ratio est cur hominem deus et mortalem fecerit et malis subiecerit, licet ipsius causa mundum aedificasset, scilicet ut uirtutem caperet et ei uirtus sua immortalitatem daret. uirtus autem, sicut ostendimus *(cf. pag. 600, 21 s. et 498, 16 s.),* ueri dei cultus est. *cf. Prolegomena*

BHSP] 1 adgnoscamus *B,* agn- *cett., sed post* ideo *habet* agnoscimus *B cum cett.* dñm *H* 2 merce *H* 4 similes *(*e *ex* i *m. 3) P* 5 domino] domino nostro *H* 6 ae'ter'num *P*³ dĩ *P* est *om. H* 6. 7 hoc] *utroque loco* hunc *S*¹, *corr. S*² 7 alieni* *S* p̄r̄aesentẽ *(*-ẽ *ex* -es? *m. 2)* sēq̄uentes *(*-es *ex* -em *m. 2;* ═ et ‾ *m. 1?) B* 10 demerserint *BH, recte, ut supra 8* addixerint *scribendum sit?* 11 si multi sunt] simulati sint *H;* si multi nati sunt *codd. recent. et edd., sed cf. pag. 606, 2* 12 si *om. P* ab *om. S* 13 *post* alia *s. l.* quae *P*³ 15 casu] casus in *H,* casu si* *sic S* 16 gratie *P*¹, *corr. P*³ 17 ua*num *P* et] est *H,* est et *S*

quam mundus ipse, qui cum sit incredibili magnitudine, tum
mirabili ratione constructus, tamen rebus ineptis uacet? cur 4
etenim uentorum spiritus citent nubes? cur emicent fulgura,
tonitrua mugiant, imbres cadant? cur fruges terra producat,
uarios fetus alat? cur denique omnis natura rerum laboret, ne
quid desit earum rerum quibus uita hominis sustinetur, si est
inanis, si ad nihilum interimus, si nihil est in nobis maioris
emolumenti deo? quod si est dictu nefas nec putandum est 5
fieri posse ut non ob aliquam maximam rationem fuerit con-
stitutum quod uideas maxima ratione constare, quae potest
esse ratio in his erroribus prauarum religionum et in hac per-
suasione philosophorum qua putant animas interire? profecto
nulla. quid enim habent dicere cur dii hominibus tam dili- 6
genter suis quaeque temporibus exhibeant? an ut illis far et
merum demus et odorem turis et sanguinem pecudum? quae
neque inmortalibus grata esse possunt, quia sunt fragilia, ne-
que usui esse expertibus corporum, quia haec ad usum corpo-
ralium data sunt: et tamen si ea desiderarent, sibi ipsi possent
exhibere, cum uellent. siue igitur intereunt animae siue in 7
aeternum manent, quam rationem continet cultus deorum aut
a quo mundus constitutus est? cur aut quando aut quousque,
quatenus homines aut quam ob rem procreati? cur nascuntur
intereunt succedunt renouantur? quid dii ex cultibus eorum
adsecuntur qui post mortem nihil futuri sunt? quid praestant,
quid pollicentur, quid minantur aut hominibus aut diis dignum?
uel si manent animae post obitum, quid de iis faciunt facturiue 8

BHSP] 1 tum mirabili] et admirabili *S*, tam mirabili P^1 *edd.*, tam *in* ^e^tam (d *supra*) *corr.* P^3 3 enim *B* spiritum *P* ci*ent (t *er.*) *B*, cient *S*, scitent *P* cur *om.* *P* fulgora *HSP* 4 i*m**bres (n *et* em *er.*) *B*, imbes *H*, inbres *P* cur *scripsi*, ut *C*; *aliud est* ne 5 6 hominum *H* 7 inane *H* 9 ab aliqua maxima ratione *H* ob'a'liquam B^2 10 uideamus *H* 11 regionum *H* 12 qui *H* 13 di (e *supra*) (*ex* dĩ) P^3 15 demus (mus *m. 2*, m *in ras. ex* b ?) *P* 16 *pr.* nec *P* 18 ipsi *om.* *P* 19 siue* (l *er.*) *B* igitur] ergo *H* 20 rationẽ (~ *m. 2*) *S* 21 est *om.* *P* aut̃ (*ante* quando) *i. e.* autem *S* 22 quatenus *del. Heumannus, sed cf. Buenemannum et Woelfflinum, Archiu. lexicogr. et gramm. lat. V 407* aut *om.* *P* nascuntur] natura nascuntur *H* 23 qui'd' P^2 24 adsequuntur *HSP* 25 homi'ni'bus P^2 26 ue'l' P^2 obitum] mortem *SP* his *HSP*

sunt? quid illis opus est thesauro animarum? ipsi illi ex quo
9 fonte oriuntur? quomodo aut quare aut unde multi sunt? ita fit ut si ab illa rerum summa quam superius conprehendimus aberraueris, omnis ratio intereat et ad nihilum omnia reuoluantur.

1 7. Quam summam quia philosophi non conprehenderunt, nec ueritatem conprehendere potuerunt, quamuis ea fere quibus summa ipsa constat et uiderint et explicauerint. sed diuersi ac diuerse illa omnia protulerunt non adnectentes nec causas rerum nec consequentias nec rationes, ut summam illam quae
2 continet uniuersa et conpingerent et inplerent. facile est autem docere paene uniuersam ueritatem per philosophos et sectas esse diuisam. non enim sic philosophiam nos euertimus, ut Academici solent, quibus ad omnia respondere propositum est, quod est potius cauillari et inludere, sed docemus nullam sectam fuisse tam deuiam neque philosophorum quemquam tam
3 inanem qui non uiderit aliquid ex uero. sed dum contradicendi studio insaniunt, dum sua etiam falsa defendunt, aliorum etiam uera subuertunt, non tantum elapsa illis ueritas est quam se quaerere simulabant, sed ipsi eam potissimum suo uitio
4 perdiderunt. quodsi extitisset aliquis qui ueritatem sparsam per singulos per sectasque diffusam colligeret in unum ac redigeret in corpus, is profecto non dissentiret a nobis. sed hoc

3 superius] § 1.
EPITOME c. 7, 1—5. 14] c. 62, 8 s. (*a* sed cum); 64, 1 (—potuerunt).

BR(ab 19)HSP] 1 thensaurum *sic H* 7 conprehendere potuerunt] conpraehenderunt *B* conprehendere — adnectentes *(9)*] cō̃p̃hendentes, *cetera om. S* 8 et explicauerint *om. HP*[1], *in mg.* et docuerint *P*[3] 9 omnia illa *P* causas] ad causas *H* 10 consequentias *H*, consequentia *BSP*[1], consequentia⌜s⌝ *P*[3] nec rationes *om. H* summa illa *P* 11 e⌜t⌝ *(ante* conpingerent*)* *B*[2] 12 philosophos et] philosophorum *S* 13 sic—nos] sic philosophiam sic *B* philosophos *S* 15 cauillari *(hoc est* ad omnia respondere *14) scripsi*, calumniari *C; cf. Senec. epist. 111, 1 s.; Iulian. ap. Augustin. op. impf. c. Iul. III 50* cauillo . . illudere; *Cic. de or. III 31, 122* irridentes . . cauillantur *ap. Funckium, Archiu. lexicogr. et gramm. lat. IV 79 s.* inludere] inuideri *H* 16 quemquā̃n *sic H* 17 u⌊ero⌋ *S*[2] 18 sua* *B*, suae *P*[1], e *del. P*[3] 19 *a* uera subuertunt *denuo incipit cod. R (cf. 578, 7)* 20 se quaerere] sequerere *P* e*am (n *er.) B* 22 diffusam *om. S* *post* ac *1 uel 2 litt. eras., quarum prior* r *uel* p *uel* f, *B*

nemo facere nisi ueri peritus ac sciens potest, uerum autem
scire non nisi eius est qui sit doctus a deo. neque enim 5
potest aliter repudiare quae falsa sunt, eligere ac probare quae
uera: sed si uel casu id efficeret, certissime philosopharetur,
et quamuis non posset diuinis testimoniis illa defendere, tamen
se ipsa ueritas inlustraret suo lumine. quare incredibilis est 6
error illorum qui cum aliquam sectam probauerint eique se ad-
dixerint, ceteras damnant tamquam falsas et inanes armantque
se ad proeliandum nec quid defendere debeant scientes nec
quid refutare incursantque passim sine dilectu omnia quae ad-
ferunt quicumque dissentiunt. ob has eorum pertinacissimas 7
contentiones nulla extitit philosophia quae ad uerum propius
accederet: nam particulatim ueritas ab iis tota conprehensa est.
factum esse a deo mundum dixit Plato: idem prophetae lo- 8
cuntur idemque ex Sibyllae carminibus apparet. errant igitur
qui uel omnia sua sponte nata esse dixerunt uel minutis se-
minibus conglobatis, quoniam tanta res, tam ornata, tam magna
neque fieri neque disponi et ordinari sine aliquo prudentissimo
auctore potuit et ea ipsa ratio qua constare ac regi omnia sen-
tiuntur, sollertissimae mentis artificem confitetur. hominum 9
causa mundum et omnia quae in eo sunt esse facta Stoici
loquuntur: idem nos diuinae litterae docent. errauit ergo Demo-
critus, qui uermiculorum modo putauit effusos esse de terra
nullo auctore nullaque ratione. cur enim formatus sit homo, 10

EPITOME 15—20] c. 62, 6.

BRHSP] 1 nemo] ne *P* 2 scire *post* eius *S, om. P* 4 efficere *B,* ifficeret R^1, deficeret *H* 5 et] ut *P* 6 ipsam *R* 7 eiqu*e *(a er.) B* 8 armantesque *R* 9 *utroque loco* ne⌜c⌝ B^2 10 incu⌞r⌟santque B^3 delicto *H,* delectu *(pr.* e *ex* i*)* P^2 11 quęcumque P^3 earum *RP* 12 exsistit *R* quam B^1, *corr.* B^2 proprius $H^{ar}P^1$, *corr.* P^3 13 particulatı̃* *ex* -tis S^2 his *HSP* 14 facta P^1, *corr.* P^2 loquuntur *HP,* loquntur *S* 15 apparent *BR* erant HS^{ac}, *corr. m. 1?* 16 sua *om. H* 18 neque disponi neque fieri neque ordinari *(*ornari *R)* nisi ab *(*si non, *om.* ab, *S)* aliquo *RS* prouidentissimo B^3 *(s. l.,* pru- B^1*) H* 19 potuit] non potuit *BRS,* potest *H* et *om. BH* ea *om. R* 21 ⌜sunt⌝ B^3 22 locuntur *R* 23 m⌞odo⌟ S^2 effusos] homines effusos *codd. recent., uix probabilius* effusos nos 24 nullaque] nulla *B*



diuini sacramenti est, quod quia ille scire non poterat, huma-
11 nam uitam deduxit ad nihilum. ad uirtutem capessendam
nasci homines Ariston disseruit: idem nos monemur ac dis-
cimus a prophetis. falsus igitur Aristippus, qui hominem uo-
12 luptati hoc est malo tamquam pecudem subiugauit. inmor-
tales esse animas Pherecydes et Plato disputauerunt: haec
uero propria est in nostra religione doctrina. ergo Dicaearchus
cum Democrito errauit, qui perire cum corpore ac dissolui ar-
13 gumentatus est. esse inferos Zeno Stoicus docuit et sedes
piorum ab inpiis esse discretas et illos quidem quietas ac de-
lectabiles incolere regiones, hos uero luere poenas in tenebrosis
locis atque in caeni uoraginibus horrendis: idem nobis pro-
phetae palam faciunt. ergo Epicurus errauit, qui poetarum id
esse figmentum putauit et illas inferorum poenas quae ferantur
14 in hac esse uita interpretatus est. totam igitur ueritatem et
omne diuinae religionis arcanum philosophi attigerunt, sed aliis
refellentibus defendere id quod inuenerant nequiuerunt, quia
singulis ratio non quadrauit, nec ea quae uera senserant in
summam redigere potuerunt, sicut nos superius fecimus.
1 8. Unum est igitur summum bonum inmortalitas, ad quam
capiendam et formati a principio et nati sumus. ad hanc ten-
dimus, hanc spectat humana natura, ad hanc nos prouehit
uirtus: quod bonum quia deprehendimus, superest ut etiam de
2 ipsa inmortalitate dicamus. Platonis argumenta quamuis ad

19 superius] c. 6, 1.

EPITOME 5 s.] c. 63, 8; 64, 6. 20—23] c. 65, 7 (immortalitatem — mentis). 24—609, 6] c. 63, 8; 64, 6.

AUCTORES § 13 (Epicurus)] cf. ad frg. 341 (pag. 228, 21). 14 s.] cf. Lucr. III 978 s.

BRHSP] 2 duxit *H* capessandam *B* 3 aristo toleo *R*, cariston *H*, aristoteles *S* deseruit *H* 4 falsus *om.* *R* uoluptati* (s *er.)* *S* 5 male *S* pecudum *B* 6 fereades *S* 7 dicearcus *BS* 8 democritus *R* 10 discreta⌜s⌝ B^2 illo⌜s⌝ P^3 12 locis *om.* *RS* 13 palam] plana *R* 14 poenas quae] inte| *sic* *R* feruntur *(pr.* u *ex* a*)* S^2 17 nequiuerant *R* 18 rati *R* non quadrauit] inquadrauit *S* qui *S* sen-senserant *R* 20 summumum bonunum *R* immortalitas (s *in ras. ex* tis ?) *S* 21 ad hanc] et ad (ad *s. l.* S^2) *SP* tendimus *om.* *P* 22 a,d, S^2 24 documenta *S* quamuis] quamuis argui *H*

rem multum conferant, tamen parum habent firmitatis ad pro-
bandam et inplendam ueritatem, quoniam nec rationem totius
mysterii magni consummauerat in unumque collegerat nec
summum bonum conprehenderat. nam licet uerum de animae
inmortalitate sentiret, tamen non ita de illa tamquam de summo
bono disserebat. nos igitur certioribus signis eligere possumus 3
ueritatem, qui eam non ancipiti suspicione colligimus, sed di-
uina traditione cognouimus. Plato autem sic argumentatus 4
est: immortale esse quicquid per se ipsum et sentit et
semper mouetur; quod enim principium motus non
habet, nec finem habiturum, quia deseri a semet ipso
non potest. quod argumentum etiam mutis animalibus aeter-
nitatem daret, nisi adiectione sapientiae discreuisset. addidit 5
ergo, ut effugeret hanc communitatem, fieri non posse quin
sit inmortalis animus humanus, cuius miranda sol-
lertia inueniendi et celeritas cogitandi et facilitas
percipiendi atque discendi et memoria praeteritorum
et prouidentia futurorum et artium rerumque innume-
rabilium scientia, qua ceterae careant animantes, di-
uina et caelestis appareat, quia et origo animi, qui 6
tanta capiat, tanta contineat, nulla reperiatur in terra,
siquidem ex concretione terrena nihil habeat admix-
tum: sed necesse esse in terram resolui quod est in

EPITOME 8—610, 4] c. 65, 1.

AUCTORES 8—12] Phaedr. 245 C ss. (cf. Cic. Tusc. I 23, 53; de rep. VI 25, 27). § 5 s.] Cic. Tusc. I 27, 66 (ex Consolatione).

BRHSP] 1 rem multum] remedium *S* tamen *om. P* approbandam *(om.* ad*) S* probandam] pro| *R* 3 collegerat *(pr.* e *ex* i *m. 3) P* 6 elicere *BH* 7 ancipiti] a principio *R*, accipiti H^{ac} suspitione *R* collegimus *H* sed — cognouimus *in inf. mg.* P^2 11 qui *H* deseri a] deside|ria B^1, desidera|ria *sic* $B^{2?}$ semet] se∗ *(*d *er.) B* 12 animali⌜bu⌝s P^3 13 addit *S* 14 ergo] igitur *P* potest *H* 15 cũi *(˜ ut uid. er.)* ius *P* 16 et *(ante* facilitas*) om. H* 17 memoriam *H*, memoriã *(˜ er.) S* 18 ⌜et prouidentia futurorum⌝ P^2 prudentia *R*, prouidentiam *H* plerumque *BHP, sed cf. Epit. 65, 1 et Buenemannum* 19 carent *RS* diuinae⌜t⌝ B^2 21 capiat tanta *om. P* cupiat *B* in terra *om. B* 22 congregationem *P* 23 esse] est *B* terra *R*

homine ponderosum et dissolubile, quod autem tenue
atque suptile, id uero esse indiuiduum ac domicilio cor-
poris uelut carcere liberatum ad caelum et ad naturam
7 suam peruolare. haec fere Platonis collecta breuiter, quae
aput ipsum late copioseque explicantur. in eadem sententia fuit
etiam Pythagoras antea eiusque praeceptor Pherecydes, quem
Cicero tradidit primum de aeternitate animarum dispu-
8 tauisse. qui omnes licet eloquentia excellerent, tamen in
hac dumtaxat contentione non minus auctoritatis habuerunt
qui contra hanc sententiam disserebant, Dicaearchus primo,
deinde Democritus, postremo Epicurus, adeo ut res ipsa de
9 qua inter se pugnabant in dubium uocaretur. denique Tul-
lius expositis horum omnium de inmortalitate ac morte sen-
tentiis nescire se quid sit uerum pronuntiauit. harum inquit
sententiarum quae uera sit, deus aliqui uiderit. et
rursus alibi quoniam utraque inquit earum sententia-
rum doctissimos habuit auctores nec quid certi sit
10 diuinari potest —. uerum nobis diuinatione opus non est,
quibus ueritatem diuinitas ipsa patefecit.
1 9. Aliis itaque argumentis, quae nec Plato nec ullus alius
inuenit, animarum aeternitas probari ac perspici potest: quae
nos breuiter colligemus, quoniam properat oratio ad enarran-
dum iudicium dei maximum, quod in terra propinquante saecu-
2 lorum fine celebrabitur. ante omnia, quoniam deus ab ho-

AUCTORES 6] Tusc. I 16, 38. 14] ibid. I 11, 23. 16] ex libr. incert. frg. 11.

BRHSP] 1 quod — subtile (suptile *unus B) s. l. P*[2] tenerum *H* 2 uerum *H* indiuiduum] in diuinum *H* 4 preuolare *H*[1], puolare *H*[2] 5 sententiam *H* 7 tradit *BSP* primum *ante* tradit *S, om. P* 9 contione *H* 10 dicearchus *BSP*, dichearcus *H* primum *H* 11 postremus *B, om. H* 12 denique] denique et *H edd.* 13 ac morte ac *H* morte (e *ex* i ? *m. 2 ?) P* 14 se] si *B*[1] *(corr. B*[2]*) R* 15 aliquit *H*, aliqd (d *add. m. 2) S* 17 *post* nec *eras.* quid *ut uid.* 20 Aliis *scripsi*, sihis *B*[3], his *RHSP; eadem uocabula* aliis *et* his *(uel* iis*) permutata sunt pag. 541, 20 (ubi* iis *in textu delendum)* cultus *(corr. m. 3) P* 22 colligemus *ex* collegimus *H*, collegimus *P* pperat *P*[2] 23 *nolui* appropinquante, *cf. c. 14, 3; 15, 7*

mine uideri non potest, ne quis tamen ex eo ipso putaret
deum non esse, quia mortalibus oculis non uidetur, inter ce-
tera institutorum suorum miracula fecit etiam multa quorum
uis quidem apparet, substantia tamen non uidetur, sicut est
uox odor uentus, ut harum rerum argumento et exemplo
etiam deum, licet sub oculos non ueniret, de sua tamen ui et
effectu et operibus cerneremus. quid uoce clarius aut uento 3
fortius aut odore uiolentius? haec tamen cum per aërem fe-
runtur ad sensusque nostros ueniunt et eos potentia sua in-
pellunt, non cernuntur acie luminum, sed aliis corporis partibus
sentiuntur. similiter deus non aspectu nobis alioue fragili 4
sensu conprehendendus est, sed mentis oculis intuendus, cum
opera eius praeclara et miranda uideamus. nam illos qui 5
nullum omnino deum esse dixerunt non modo philosophos, sed
ne homines quidem fuisse dixerim, qui mutis simillimi ex solo
corpore constiterunt nihil cernentes animo et ad sensum cor-
poris cuncta referentes, qui nihil putabant esse nisi quod oculis
contuebantur. et quia uidebant aut bonis accidere aduersa 6
aut malis prospera, fortuito geri omnia crediderunt et natura
mundum, non prouidentia constitutum. hinc iam prolapsi sunt
ad deliramenta, quae talem sententiam necessario sequebantur.
quodsi est deus et incorporalis et inuisibilis et aeternus, ergo 7
non idcirco interire animam credibile est, quia non uidetur,
postquam recessit a corpore, quoniam constat esse aliquid sen-
tiens ac uigens quod non ueniat sub aspectum. at enim 8
difficile est animo comprehendere quemadmodum possit anima

BRHSP] 1 ⌜ne⌝ P^2 ipso *om. P* 2 dñm *H* uideretur *edd.* 3 suorum *om. HP* fecit *(e ex a m. 2) H* 4 uis] multa uis *B* appareret *BP* uiderētur *(exp. m. 3) B,* uide⌜re⌝tur P^3 est *om. P* 5 odorũentus *R* ut] et *H* et *om. S* 6 dñm *P* oculis *B* uenire *B* 7 et *om. P* 9 sensosque B^1, *corr.* B^3 11 a nobis *S* alioue** *(ro? er.) B* sensu fragili *B* 12 intuendus] intuendus est *H* 14 ⌜deum esse⌝ P^2 15 ex *om. S* 16 animo·s ḍ& *(i. e.* sed *corr. m. 3; om.* ad*) P* et] sed *S* 17 esse nisi quod] nisi esse quod esse *H* 19 fortuito HS^1, fortuitu BRS^2, -tu *ex* -to *P* 21 qu⌜i⌝a* *ex* quae B^2 sequebatur *H* 24 secessit *R,* recesdsit *(corr. m. 2) S* sentiens] constans et sentiens *S* 26 cō|praehendere *B* possit — quemadmodum *(612, 3) om. S* animus *P*

retinere sensum sine iis partibus corporis in quibus inest officium sentiendi.
9 quid de deo? num facile est comprehendere quemadmodum uigeat sine corpore? quodsi deos esse credunt, qui si sunt, utique ⸢animae⸣ sunt expertes corporum, necesse est humanas animas eadem ratione subsistere, quoniam ex ipsa ratione ac prudentia intellegitur esse quaedam in homine ac deo similitudo.
10 denique illut argumentum, quod etiam Marcus Tullius uidit, satis firmum est, ex eo aeternitatem animae posse dinosci, quia nullum sit aliud animal quod habeat notitiam aliquam dei, religioque sit paene sola quae hominem discernat a mutis: quae cum in hominem solum cadit, profecto testatur id adfectare nos, id desiderare, id colere quod nobis familiare, quod proximum sit futurum.
11 an aliquis cum ceterarum animantium naturam considerauerit, quas pronis corporibus abiectas in terramque prostratas summi dei prouidentia effecit, ut ex hoc intellegi possit nihil eas rationis habere cum caelo, potest non intellegere solum ex omnibus caeleste ac diuinum animal esse hominem, cuius corpus ab humo excitatum, uultus sublimis, status rectus originem suam quaerit et quasi contempta humilitate terrae ad altum nititur, quia sentit summum bonum in summo sibi esse quaerendum memorque condicionis suae, qua deus illum fecit eximium, ad artificem suum spectat? quam spectationem Trismegistus θεοπτίαν

EPITOME 9—613, 6] c. 65, 4.
AUCTORES 7] de legg. I 8, 24. 23 Trismegistus] ?

BRHSP] 1 his *HP* inest] est *P* 2 nam *H* 3 dō sese *P*[1], *corr. P*[2] 6 prouidentia *(s. l. ex* pru-*) B*[3] 7 Marcus *om. RH* 8 firm**um (at *er.) H* 9 hebeat *H* 10 religioquae *BP*[1], a *del. P*[2?] penae *B*[1], p⸢a⸣en*e *B*[3] sola *om. P* hominem *bis, sed prius expunx. B* 11 a mutis *om. R* cum] etiam *R* cadit *B;* cadat *edd.* 13 an *s. l. B m. 1 uel 2* 15 abiectus *S*[1], abiectis *S*[2], abiectis (a *supra* i) *P* pro⸢ui⸣dentia *B*[2] 16 efficit *RP, corr. P*[3] ⸢ut⸣ *P*[2] rationes *HP*[1], *corr. P*[3] 18 hominum *B*[1]*P*[1], *corr. B*[2]*P*[2] 20 contempta* *(a ex* u, *et* d *er.) P* terrā *(*terrae *H*[1]*) H*[2] 21 esse sibi *SP* 22 quia *S* ad *om. P* 23 quam spectationem *om. P* expectationem *H* θεοπτίαν *Fritzschius, adde frg. Hermet. ap. Stob. florileg. 11, 23* οἷς ἂν ὁ θεὸς τὴν θεοπτικὴν δωρήσεται δύναμιν, OIIIϬA *in ras., in mg.* dī inspectionem *B*, ΘЄOΠIda *R*, ΘЄΩΠIΔΛ *(*ΘΙΙ- *P) HSP;* θεωρίαν *edd.*

rectissime nominauit: quae in mutis animalibus nulla est. cum 12
autem sapientia, quae soli homini data est, nihil aliut sit quam
notitia dei, apparet animam non interire neque dissolui, sed
manere in sempiternum, quia deum, qui sempiternus est, et
quaerit et diligit, ipsa cogente natura sentiens uel unde orta
sit uel quo reuersura. praeterea non exiguum inmortalitatis 13
argumentum est quod homo solus caelesti elemento utitur.
nam cum rerum natura his duobus elementis, quae repugnantia
sibi atque inimica sunt, constet, igni et aqua, quorum alterum
caelo, alterum terrae adscribitur, ceterae animantes quia ter-
renae mortalesque sunt, terreno et graui utuntur elemento,
homo solus ignem in usu habet, quod est elementum leue
sublime caeleste. ea uero quae ponderosa sunt, ad mortem 14
deprimunt, et quae leuia sunt, ad uitam subleuant, quia uita
in summo est, mors in imo. et ut lux esse sine igni non
potest, sic uita sine luce. ignis igitur elementum est lucis ac
uitae: unde apparet hominem qui eo utitur, immortalem sor-
titum esse condicionem, quia id illi familiare est quod facit
uitam. uirtus quoque soli homini data magno argumento 15
est inmortales animas esse. quae non erit secundum naturam,
si anima extinguitur; huic enim praesenti uitae nocet. nam
uita ista terrena, quam communem cum mutis animalibus du-
cimus, et uoluptatem expetit, cuius fructibus uariis ac suauibus
delectatur, et dolorem fugit, cuius asperitas naturam uiuen-
tium acerbis sensibus laedit et ad mortem perducere nititur,
quae dissoluit animantem. si ergo uirtus et prohibet iis bonis 16

EPITOME 6—19] c. 65, 5. 19—614, 15] c. 65, 2 s.

BR(—5)HSP] 3 notitiã, *sed ˜ del. m. 1? S* sed] sed et *H* 5 *in* natura *desinit R* 6 non *om. S* 8 cum *om. P* naturã *B* 9 atque] et *B* const$\overset{a}{\&}$ *(corr. m. 3?) P* igne *P* 10 *caelo *(*a *er.) P* quae *S* 11 sunt *om. S* 13 ponderosas, *om.* sunt, *S* 14 et] ut *Heumannus* uitam] uita *H* 15 esse sine igne non potest sic *** *(*non *? er.)* uita *in mg. P*[2] 16 uita] nec uita *codd. recent., Heumannus, sed cf. Buenemannum* 19 uitam] ad uitam *H* magnum argumentum *B* 20 qui *P*[1], *corr. P*[3] 22 mu*tis *(*l *er.) P* 23 uoluntatem *H* 25 aceruis *B*[1], *corr. B*[2] 26 iis *edd.*, h̔is *B*[3]*S*[2], his *HP*

hominem quae naturaliter adpetuntur et ad sustinenda mala inpellit quae naturaliter fugiuntur, ergo malum est uirtus et inimica naturae stultumque iudicari necesse est qui eam sequitur, quoniam se ipse laedit et fugiendo bona praesentia et ad-
17 petendo aeque mala sine spe fructus amplioris. nam cum liceat nobis iucundissimis frui uoluptatibus, nonne sensu carere uideamur, si malīmus in humilitate, in egestate, in contemptu, in ignominia uiuere aut ne uiuere quidem, sed dolore cruciari et emori, ex quibus malis nihil amplius adsequamur quo possit
18 uoluptas omissa pensari? si autem uirtus malum non est facitque honeste, quod uoluptates uitiosas turpesque contemnit, et fortiter, quod nec dolorem nec mortem timet, ut officium seruet, ergo aliquod maius bonum adsequatur necesse est quam sunt illa quae spernit. at uero morte suscepta quod ulterius bonum sperari potest nisi aeternitas?

1 10. Transeamus nunc uicissim ad ea quae uirtuti repugnant,
2 ut etiam ex his inmortalitas animae colligatur. uitia omnia temporalia sunt: ad praesens enim commouentur. irae impetus recepta ultione sedatur, libidinis uoluptas corporis finis est, cupiditatem aut satietas earum rerum quas expetit aut aliorum affectuum commotiones interimunt, ambitio postquam honores quos uoluit adepta est, consenescit; item cetera uitia consistere ac permanere non possunt, sed ipso fructu quem expetunt
3 finiuntur. recedunt ergo et redeunt. uirtus autem sine ulla intermissione perpetua est nec discedere ab eo potest qui eam semel cepit. nam si habeat interuallum, si aliquando carere ea

BHSP] 1 q: P^1, q̃: P^3 3 iudicare *S* 4 effugiendo, *om.* et, *H* 5 aeque] quę *H*, eaq (e *s. l. m. 2*) *S* malũ'm' (*i. e.* mus *s. l. add. m. 2*) *S* si ñ (*i. e.* non) *S* 6 'sensu' B^3 7 uidemur *H* humilitatẽ *B* in (*ante* egestate) *om. B* conte'm'tu B^2 8 aut] *an* ac*?* dolere *BH* 9 emori *S*, mori *cett.*, *sed cf. V 13, 2. 15* 'ex' *B* adsequemur *B* 10 om*issa (n *? er.*) *B* 11 uoluptates (e *ex* i *m. 2*) *S* contemnet *B* 12 for*titer (o *ex* u *m. 1 ?*, i *er.*) *P* 13 adsequamur *H* 14 illi *H* spernimus *H* a*t (u *? er.*) *B*, aut *H* 15 aeternitatis *S* 17 colligatur (i *ex* e *m. 2*) *H* 19 seda'v't' (*i. e.* tur *s. l. add. m. 2*) *S*, sedantur *P* *fort.* finis *post* libidinis *traiciendum* 21 intermittunt *P* 25 nec] ac *H* potest] non potest *H* qui* (a *er.*) *B* 26 capit *P* ea carere *SP*

possumus, redibunt protinus uitia, quae uirtutem semper in-
pugnant. non est igitur conprehensa, si deserit, si aliquando 4
secedit: cum uero sibi domicilium stabile conlocauit, in omni
actu uersari eam necesse est nec potest fideliter depellere uitia
et fugare, nisi pectus quod insedit perpetua statione munierit.
ipsa ergo uirtutis perpetuitas indicat humanum animum, si 5
uirtutem ceperit, permanere, quia et uirtus perpetua est et
solus animus humanus uirtutem capit. quoniam igitur con- 6
traria sunt uitia uirtuti, omnis ratio diuersa et contraria sit
necesse est. quia uitia commotiones et perturbationes animi
sunt, uirtus e contrario lenitudo et tranquillitas animi est; quia
uitia temporalia et breuia sunt, uirtus perpetua et constans et
par sibi semper; quia uitiorum fructus id est uoluptates aeque
ut ipsa breues temporalesque sunt, uirtutis ergo fructus ac prae-
mium sempiternum est; quia uitiorum commodum in prae- 7
senti est, uirtutis igitur in futuro. ita fit ut in hac uita uir-
tutis praemium nullum sit, quia uirtus adhuc ipsa est. nam 8
sicut uitia cum in actu suo finiuntur, uoluptas et praemia
eorum secuntur, ita uirtus cum finita est, merces eius insequi-
tur. uirtus autem numquam nisi morte finitur, quoniam et in
morte suscipienda summum eius officium est. ergo praemium
uirtutis post mortem est. denique Cicero in Tusculanis quam- 9
uis dubitanter tamen sensit summum homini bonum non nisi
post mortem contingere. fidenti animo, inquit si ita res
feret, gradietur ad mortem, in qua aut summum bonum
aut nullum malum esse cognouimus. mors igitur non

AUCTORES 24] Tusc. I 46, 110.

BHSP] 1 redeunt *S* 2 aliquando si *SP* 3 sicedit *P* 5 statione* (m *er.) H* 7 pepetua *P* 8 humanus* (t *er.) P* uirtutem] uirtute *H* 9 ***** | diuersa (diuer *er.*, a *ex* ic) *P* 10 uitia] in uitiis *H* 12 uirtus — semper] '*uersus est, et fortasse Lucilii uel ueteris poetae hodie ignoti' Heusingerus, Emendat. pag. 120* 14 temporalesqu*e (a *er.) H* uirtutis (*alt.* i *ex* e *m. 2) P* ad *SP* 16 *supra* igitur *add.* autem S^2 'in' hac P^3 17 ipsa] imperfecta *Heumannus* 18 cum *om. P* 19 sequuntur *HSP* infinita *B* 20 et *om. P* 21 summo P^1, *corr.* P^3 24 fidentiạ (*exp. m. 1 ?) P* 25 fere't' *B*, ferret *S* 26 malum *om. H*

10 extinguit hominem, sed ad praemium uirtutis admittit. qui
autem se, ut ait idem, uitiis ac sceleribus contaminauerit uolup-
tatique seruierit, is uero damnatus aeternam luet poenam, quam
diuinae litterae secundam mortem nominant: quae est et per-
11 petua et grauissimis cruciatibus plena. nam sicuti duae uitae
propositae sunt homini, quarum altera est animae, altera cor-
poris, ita et mortes duae propositae sunt, una pertinens ad
corpus, qua cunctos secundum naturam fungi necesse est, al-
tera pertinens ad animam, quae scelere adquiritur, uirtute ui-
tatur. ut uita haec temporalis est certosque terminos habet,
quia corporis est, sic et mors aeque temporalis est certumque
habet finem, quia corpus attingit.

1 11. Inpletis igitur temporibus quae deus morti statuit ter-
minabitur ipsa mors. et quia temporalem uitam temporalis
mors sequitur, consequens est ut resurgant animae ad uitam
2 perennem, quia finem mors temporalis accepit. rursus sicut
uita animi sempiterna est, in qua diuinos et ineloquibiles in-
mortalitatis suae fructus capit, ita et mors eius perpetua sit
necesse est, in qua perennes poenas et infinita tormenta pro
3 peccatis suis pendit. ergo in ea condicione res posita est, ut
qui beati sunt in hac uita corporali atque terrena, semper mi-
seri sint futuri, quia iam bonis quae maluerunt potiti sunt,
4 quod iis euenit qui deos adorant ac deum neglegunt, deinde
qui iustitiam sequentes in hac uita miseri fuerint et contempti
et inopes et ob ipsam iustitiam contumeliis et iniuriis saepe

AUCTORES 1] ibid. I 30, 72. § 10] Lactantium respicere seu potius emendare locum Cic. de rep. VI 25, 29 existimat Maius (ed. 1822, pag. 328).

BHSP] 2 ac] aut *S* 3 aeterna *H* ⌈luet penam⌉ P^2 poena *H* 4 secundum *H*, secundam (a *ex al. litt. m. 2) S* 5 nam *om. P* sicut *B* 6 animi *B* altera] altera est *S* 8 quae *H*, qu*a (i *er.) P* cunctas *S* 9 scelere (e *fin. ex* a *m. 2) H* 10 *an* ⟨et⟩ ut*?* ut uita *om. P* 12 attigit *H* 13 Conpletis *H* 15 resurga⌈n⌉t S^1? 16 perhennem *S* quia finem *om. P* rursus *H*, rursum *cett.* 17 anime (e *ex* i) S^2 18 capiat *H* ita *om. H* 20 pendet *H* reposita, *om.* res, *S* 22 boni⌈s⌉ P^3 quae *del.* P^3 maluerunt *om. P* 23 iis *B*, his *H*, ⌈h⌉is S^2, hiis *P*

uexati, quia nec aliter uirtus teneri potest, semper beati sint
futuri, ut quia mala iam pertulerunt, etiam bonis fruantur:
quod iis utique contingit qui contemptis terrestribus diis et
fragilibus bonis caelestem religionem dei secuntur, cuius bona
sicut ipse qui tribuit sempiterna sunt. quid? opera corporis 5
atque animi nonne indicant esse animam mortis expertem?
nam corpus quia ipsum fragile est atque mortale, quaecumque
opera molitur, aeque caduca sunt. nihil enim Tullius ait esse
quod sit manibus humanis laboratum, quod non ali-
quando ad interitum redigatur uel iniuria hominum
uel ipsa confectrice rerum omnium uetustate. at uero 6
animi opera uidemus aeterna. nam quicumque contemptu
praesentium studentes in memoriam monumenta ingeniorum
factorumque magnorum reliquerunt, hi plane mentis ac uirtutis
suae nomen indelebile quaesierunt. ergo si opera corporis ideo
mortalia sunt, quia ipsum mortale est, sequitur ut anima ex
eo inmortalis appareat, quia uidemus opera eius non esse mor-
talia. eodem modo desideria quoque corporis animique de- 7
clarant alterum esse mortale, alterum sempiternum. corpus
enim nihil nisi temporale desiderat id est cibum potum indu-
mentum quietem uoluptatem, et tamen haec ipsa sine nutu et
adminiculo animi nec cupere nec adsequi potest: animus autem
per se multa desiderat quae ad officium fructumue corporis
non redundent, eaque non fragilia, sed aeterna sunt, ut fama

AUCTORES 8] p. Marcello 4, 11.

BHSP] 1 nec aliter *i. e.* uel sic tantum; *uix* nec *in* non *corrigendum est aut alterum membrum a* nec *incipiens supplendum* semper] cum semper *P* 2 iam *om. H* boni⌜s⌝ P^2 3 iis *edd.*, ⌜h⌝is B^3S^2, his *HP* 4 sequuntur dei *SP* secuntur *B*, sequuntur *cett.* 6 animam esse *H* 7 fragile *ex* facile $P^{2?}$ 8 aeque] eaque *H* 10 iniuria] in iurgia *S* 11 an *P* 12 *an* ⟨esse⟩ aeterna *? cf. 17* contemptũ *P; contemptui *edd.*, 'sed* studentes in memoriam *(an* nominis *uel* posteritatis *addendum?) coniungendum est, cf. Quintil. X 2, 6; XII 6, 6' Thilo* 13 studentis B^1, *corr.* B^2 14 malignorum *S* hii *P* 15 indelibile BP^1, *corr.* P^3 17 inmortalis] mortalis non *P* 19 mortalem *BP* sempiternum] esse inmortalem ⌜alterum temporale⌝ *(s. l. m. 3)* alterum sempiternum *P* 20 enim *om. P* nihil *om. H,* non *S* temporalia *S* 22 ā̄nimi et admīniculo *B* 23 fructumque (-quę *S) SP* 24 redeunt *S* eaquae $B^{ar}H$

8 uirtutis, ut memoria nominis. nam cultum dei, qui constat
abstinentia cupiditatum ac libidinum, patientia doloris, con-
temptu mortis, etiam contra corpus anima concupiscit. unde
credibile est non interire animam, sed dissociari a corpore,
quia corpus sine animo nihil potest, animus uero potest multa
9 et magna sine corpore. quid quod ea quae uisibilia sunt
oculis et tangibilia manu, quia externam uim pati possunt,
aeterna esse non possunt, ea uero quae neque sub tactum
neque sub uisum ueniunt, sed tantummodo uis eorum et ratio
et effectus apparet, aeterna sunt, quia nullam uim patiuntur
10 extrinsecus? corpus autem si ideo mortale est, quia uisui
pariter et tactui subiacet, ergo et anima idcirco inmortalis
est, quia nec tangi potest nec uideri.
1 12. Nunc argumenta eorum qui contra disserunt refellamus:
quae Lucretius tertio libro executus est. quoniam cum cor-
pore inquit anima nascitur, cum corpore intereat ne-
2 cesse est. at non est par utriusque ratio. solidum enim
et conprehensibile corpus est et oculis et manu, anima uero
tenuis et tactum uisumque fugiens. corpus e terra fictum
atque solidatum est, anima nihil in se concreti, nihil ponderis
terreni habet, ut Plato disserebat. nec enim tantam posset
habere sollertiam, tantam uim, tantam celeritatem, nisi ori-
3 ginem traheret e caelo. corpus igitur quoniam fictum ex pon-
deroso et corruptibili elemento et tangibile est et uisibile, cor-

AUCTORES 15] III 417 ss. 21 Plato] cf. Phaed. 80 D; cf. supra ad c. 8, 5 s.

BHSP] 2 cupiditatẽ S^1 libidum *H* 4 a *om.* *P* 5 corpus sine —magna sine corpore *om.* P^1, *in inf. mg.* corpus sine animo ⌜nihil potest animus autem⌝ *(s. l. m. 3)* potest multa et magna sine corpore P^2, animo] anima *S* uero] autem *SP (i. e.* P^3*)* 6 uisibilia *(*u *ex* b *? m. 2)* *B* 7 quia—pati possunt *s. l.* P^2 8 tactŭ *(~ er.)* *S* 9 uisŭ *(~ er.)* *S*, uisũ *(~ m. 2)* *P* ⌞sed⌟ P^1? 10 nullum *H* 12 actui *BH* et anima] etiam *H* 13 est *om.* *H* 16 nas⌜ci⌝tur P^2 17 pars B^{ac} (s *del. et expunct.)* S^{ar} 18 et *(ante* conprehensibile*)* *s. l.* B^3 19 et] sed *H* uisumque] ui summumque *S* e terra] ẽtna *(i. e.* aeterna*)* S^{ar}, ẽtra S^{pr} 20 consolidatum *B* anima] anima uero *S* creti *P* nihil in ⌜se⌝ *(*se *m. 3)* ponderis *P* 22 tantam uim *bis* *P* claritatem *S* 23 e] a *SP*

rumpitur atque occidit nec uim repellere potest, quia sub
aspectum et sub tactum uenit, anima autem quia tenuitate
sua omnem tactum fugit, nullo ictu dissolui potest. ergo 4
quamuis inter se coniuncta et sociata nascantur et alterum,
quod est de terrena concretione formatum, quasi uasculum sit
alterius, quod est a caelesti suptilitate deductum, cum uis
aliqua utrumque discreuerit, quae discretio mors uocatur, utrum-
que in naturam suam recedit: quod ex terra fuit, id in terram
resoluitur, quod ex caelesti spiritu, id constat ac uiget semper,
quoniam diuinus spiritus sempiternus est. denique idem Lu- 5
cretius oblitus quid adsereret et quod dogma defenderet, hos
uersus posuit:

cedit item retro, de terra quod fuit ante,
in terram, sed quod missum est ex aetheris oris,
id rursum caeli fulgentia templa receptant.

quod eius non erat dicere qui perire animas cum corporibus
disserebat: sed uictus est ueritate et inprudenti ratio uera sub-
repsit. praeterea id ipsum quod colligit, dissolui animam, 6
hoc est simul cum corpore interire, quoniam simul nascantur,
et falsum est et in contrarium conuerti potest. non enim
simul interit, sed anima discedente integrum per multos dies
manet et plerumque medicatum diutissime durat. nam si ut 7
simul nascuntur, simul interirent, non discederet repente anima

AUCTORES 5 uasculum] cf. Lucr. III 440. 13 ss.] II 999 ss.

BHSP] 1 occidet *B* 2 aspectū (~ *er.*) *S* quia] quoniam *H* sub te[a]ctum (*corr. m. 3*) *P*, sub ictum *B*, sub ictū (~ *er.*) *S*, tactum, *om.* sub, *H* 4 sese *S* nascuntur *P* ⌜et⌝ P^3 5 si⌜t⌝ P^3 6 a *om.* *S* caelesti (i *ex* e *m. 3*) *P* 7 ⟨tum⟩ utrumque *edd.* 8 redit *S* id *om.* *S* terrā (~ *m. 2*) *S* 9 ac] aut SP^1, *corr.* P^3 11 ⌜dogma⌝ P^2 12 **posuit (de *er.*) *H* 13 caedit (ce- *S*) $B^{ar}HS$ idem *HP* de terra] in terrā *H* ⌜quod fuit ante⌝ P^2 14 in terrā sed *S*, ⌜in trā⌝ (~ *er.*) sed P^2, in terra' (' *est distinctio*) sed *B*, terra sed *H*; in terras et *codd. Lucr.* missum est] missus *codd. Lucr.* oris' *B* 15 rursum *BP cum codd. Lucr.*, rursus *HS* fulgentia] rellatum *codd. Lucr.* 18 quod *P*, quo *cett.* colligi⌜t⌝ P^3 19 ho est *P* nasca⌜n⌝tur P^2 20 falsum (m *ex* s *? m. 3*) *B* 21 dies multos *S*

corpusque desereret, sed uno temporis puncto utrumque pariter
dissiparetur et tam celeriter etiam corpus adhuc spiritu in eo
manente deliquesceret ac periret, quam celeriter anima secedit,
immo uero dissoluto corpore anima uanesceret uelut umor
8 fracto uase diffusus. nam si terrenum et fragile corpus post
secessum animae non statim diffluit in terramque tabescit, ex
qua illi origo est, ergo anima, quae fragilis non est, in aeter-
9 num manet, quoniam origo eius aeterna est. quoniam
crescit inquit mens in pueris et in iuuenibus uiget et
in senibus deminuitur, apparet esse mortalem. primum
non idem est anima et mens: aliut est enim quo uiuimus,
aliut quo cogitamus. nam dormientium mens, non anima so-
pitur, et in furiosis mens extinguitur, anima manet, et ideo
10 non exanimes, sed dementes appellantur. mens ergo id est
intellegentia uel augetur uel minuitur pro aetate. anima in
statu suo semper est, et ex quo tempore spirandi accipit facul-
tatem, eadem usque ad ultimum durat, donec emissa corporis
11 claustro ad sedem suam reuolet. deinde, quod anima quam-
uis a deo sit inspirata, tamen quia tenebroso domicilio terrenae
carnis inclusa est, scientiam non habet, quae est diuinitatis.
12 audit igitur ac discit omnia et sapientiam discendo et audiendo
capit, et senectus non minuit sapientiam, sed auget, si tamen

AUCTORES 4 s.] Lucr. III 434 s. 8] ibid. 445 ss. 22 s. senectus — decursa est] cf. Cic. de sen. 8, 26: sed uidetis eqs.; 18, 62.

BHSP] 2 ⌜adhuc⌝ *(s. l. m. 2)* corpus ad spiritu *sic H* 3 ac *ex* a S^2 quã *(˜ m. 3) P* 4 euanesceret *H, uix recte, cf. pag. 621, 2* ⌜uelut umor⌝ B^2 5 fragili uase P^2 6 defluit *H* terram qua *S* 7 illa *P* 9 mens *scripsi,* sensus *C; cf. quae sequuntur et Lucr. III 446. 453* uiget at *(sic)* in senibus *s. l.* P^3 et *om. S* 10 diminuitur *BS* 11. 12 *utroque loco* quod *edd.* 12 nam *ex* non P^3 14 exanimis *B,* excordes *P* 15 uel *(ante* minuitur*) om. H* pro aetate] pe̦tate *(i. e.* propriaetate, ⁱ *et* ̦ *add. m. 2) S* anima] Aĩa u *(i. e.* Anima uero*)* S^2 16 et *om. H* inspirandi *BH* accepit *S* 18 deinde, quod] *cf. ad pag. 324, 4* 20 inclusa est scientiam] inclusaestinclusaesenscientiam *ut uid.* B^1, inclusaest************⌜s⌝cientiam B^2 inclausa *H* 21 augit B^1, *corr.* B^3

iuuenilis aetas uirtute decursa est, et si nimia senectus fregerit
membra, non est animae uitium, si uisus euanuit, si lingua
torpuit, si auditus obsurduit, sed corporis. at enim me- 13
moria deficit. quid mirum si labentis domicilii ruina pre-
mitur mens et praeterita obliuiscitur, non aliter futura diuina
quam si carcerem quo cohibetur effugerit? uerum eadem 14
inquit dolori et luctui obnoxia est et ebrietate de-
mentit, unde fragilis ac mortalis adparet. idcirco 15
igitur uirtus et sapientia necessaria est, ut et maeror, qui con-
trahitur indigna patiendo ac uidendo, fortitudine repellatur et
uoluptas non modo potandi, sed etiam rerum ceterarum abs-
tinentia superetur. nam ⟨anima⟩ si careat uirtute, si uolup-
tatibus dedita molliatur, morti fiet obnoxia, quoniam et uirtus,
ut docuimus, inmortalitatis est fabricatrix et uoluptas mortis.
mors autem, sicut ostendi, non funditus perimit ac delet, sed 16
aeternis afficit cruciatibus. nam interire prorsus anima non
potest, quoniam ex dei spiritu qui aeternus est originem cepit.
anima inquit etiam morbum corporis sentit et obli- 17
uionem sui patitur et sicut aegrescit, ita etiam saepe
sanatur. hoc est ergo cur maxime uirtus adhibenda sit, ne 18
ullo corporis dolore frangatur et obliuionem sui non anima, sed

14 docuimus] III 12; VII 9 ss. 15 ostendi] III 19, 3—10; VII 11, 2.

AUCTORES 1 ss. si nimia senectus eqs.] Lucr. III 451 ss. 3] ibid. 453; cf. etiam Cic. de sen. 7, 21: at memoria minuitur. 6] ibid. 459—486. 14 fabricatrix] cf. ibid. 472. 18] ibid. 487—522.

BHSP] 1 iuuenilis *S*, iuuenalis *BH*, iuuenalis (i *s. l.*) *(corr. m. 3) P* aeta⌜ti⌝s *(*ti *add. m. 1 uel 2) B* et] sed *BS* 2 non est animae uitium *post* obsurduit *traicit Heumannus* e*uanuit *(*x *? er.) B* 3 torpit *H* obsorduit *SP* 4 labentis *(*i *ex* e *m. 3) P* 5 diuinat *(*t *add. m. 2) S* 6 carcerem *(pr.* e *ex* a *m. 2) S* cohibetur *(*e *ex* i *m. 3) P* 7 luctu⌜i⌝ P^3 dedementit *H* 8 idõ *S* 9 necesseria *B* et *om. H* maeror *P*, meror *BS*, memor *H* qui *edd.*, quo *C* contrahuntur *P* 11 putandi HP^{ac} certarum *H* 12 anima *addidi, cf. 622, 5* 13 debita, *sed* b *part. eras. B* mo⌞l⌟lia⌟tur B^3, mo⌜l⌝liatur P^3 morti fiet] mortificet et *H* fiat SP^1, *corr.* P^3 et *om. B* 14 est] et *H* 16 aff⌞i⌟cit B^2, ac deficit P^1, ardere facit *s. l. corr.* P^3 17 quia B^1 *(*a *del.* B^3*)* P^{ar} 18 sensit B^1, *corr.* B^3 19 ⌜a⌝egr*escit *ex* egraescit B^2 20 ho⌜c⌝ P^3

mens patiatur. quae quoniam certa corporis regione consistit,
cum eam partem uis aliqua morbi uitiauerit, mouetur loco et
quasi conquassata sede sua emigrat reditura scilicet, cum me-
19 della et sanitas domicilium suum reformauerit. nam quia
iuncta est anima cum corpore, si uirtute careat, contagio eius
aegrescit et inbecillitas de societate fragilitatis redundat ad
mentem, cum autem dissociata fuerit a corpore, uigebit ipsa
per se nec ulla iam fragilitatis condicione temptabitur, quia
20 indumentum fragile proiecit. sicut oculus inquit euulsus
ac separatus a corpore nihil potest uidere, ita et
anima separata nihil sentire, quia et ipsa pars est
21 corporis. falsum hoc et absimile est: anima enim non pars
corporis, sed in corpore est. sicut id quod uase continetur,
uasis pars non est nec ea quae in domo sunt, partes domus
esse dicuntur, ita nec anima pars est corporis, quia corpus uel
22 uas est animae uel receptaculum. iam illut argumentum
multo magis inane est, quod ait animam, quia non citius
emittatur ex corpore, mortalem uideri, sed paulatim
se ex omnibus membris explicet a summis pedibus
incipiens: tamquam si esset aeterna, uno temporis momento
erumperet, quod fit in iis qui ferro intereunt. quos autem
morbus interimit, spiritum diutius exhalant, ut paulatim frige-
23 scentibus membris anima effletur. quae cum materia san-
guinis contineatur sicut lumen oleo, ea materia febrium calore

AUCTORES 1 certa—regione] Lucr. III 610. 3 conquassata] ibid. 600. 9] ibid. 548—579. 13 s. 16 uas] ibid. 555. 17 quod ait] ibid. 526—547.

BHSP] 1 patitur *BP* religione *H* 3 de sede *H* medela *SP* 4 et] et cum *P* quia (i *ex* e *? m. 2) B* *post* quia *s. l.* diu S^2 5 iuncta est *bis* P^1, *alt. del.* P^2 6 societa'te' P^3 8 qu'i'a B^3 9 gracile P^1, gra(va)tile P^3 11 anima] in anima *H* 12 absimile *H*, dissimile *cett.* 13 corporis sed] est corporis sed animae *H* uas*e *(a ? er.) B* continentur *P* 14 domus *om. S* 15 *post* est *del.* & $P^{1?}$ 15. 16 *prius* uel *exp. m. 2, alt. om. S* 16 illum *H* 17 quo *P* anima *B* 18 mortalem uideri *post* animam *ponit Heumannus, fort. recte* uiderit *H* 19 explicit B^1, *corr.* B^2 20 tamquam] ***tam *(tan ? er.,* a *ex* u*) P* uno *om. S* 21 iis *edd.*, his *C* intere'ũt' S^2 22 mor*bus *(i er.) S* interemit *H* ut] et *S* 23 efflatur *S* 24 continetur *P* ea] ex *H* colore *H*

consumpta necesse est membrorum summa quaeque frigescere, quoniam uenae exiliores in extrema corporis porriguntur et extremi ac tenuiores riui deficiente uena fontis arescunt. nec 24
tamen quia sensus corporis deficit, animae sensum extingui et occidere putandum est. non enim anima corpore deficiente, sed corpus anima decedente brutescit, quia sensum omnem trahit secum. cum autem praesens anima sensum tribuat 25
corpori et uiuere id efficiat, fieri non potest ut non ipsa per se et uiuat et sentiat, quoniam ipsa est et sensus et uita. nam quod ait: 26

quodsi inmortalis nostra foret mens,
non tam se moriens dissolui conquereretur,
sed magis ire foras uestemque relinquere, ut anguis,

equidem numquam uidi qui se quereretur in morte dissolui: sed 27
ille fortasse Epicureum aliquem uiderat etiam dum moritur philosophantem ac de sui dissolutione in extremo spiritu disserentem. quomodo sciri potest utrum dissolui se sentiat an 28
corpore liberari, cum in exitu lingua mutescat? nam dum sentit et loqui potest, nondum dissolutus est, ubi dissolutus est, nec sentire iam nec loqui potest: ita queri de dissolutione aut nondum potest aut iam non potest. at enim prius- 29
quam dissoluatur, intellegit se dissolutuiri. quid quod

AUCTORES 6 brutescit] ibid. 545. 11 ss.] ibid. 612 ss.

BHSP] 1 membro⌊rum s⌋umma S^2 summa⌜quae⌝q: P^3 2 uene *(*u *in ras. ex* b*)* *S* 3 fontes B^1, *corr.* B^2 arescunt *(*u *in ras. ex* a *? m. 2)* *B* 6 decidente *BH* 7 trahet B^1, *corr.* B^3 ⌜cum⌝ P^3 sensum] sensum suum *BP* 8 non *(ante* ipsa*)* *s. l.* P^3 9 ėt *(ante* sensus*)*, *exp. m. 3* *B* ⌜et⌝ *(ante* uita*)* B^3, et *ex* ut *P* 11 immoralis *H* mens' *(' est distinctio)* *B* 12 moriendi *P* conquaerereretur *(' add. in B)* $BH^{ar}S$ 13 ire⌜t⌝ B^3, ≡ire^t *(*i *ras. ex* u *?,* t *add. m. 1 uel 2)*, ≡ira^t *(*a *corr.,* t *del. m. post.)* *S* relinquere $B^1S^1P^1$, t *s. l. add.* B^3P^3, *inseruit* S^2 14 et quidem *P* quaere⌜re⌝tur BP^3 *(ead. m. 3 del.* a*)* im B^1, *corr.* B^3 15 epicurus *P* 16 sui *S*, sua *cett.* 17 dissolui∗se *(*s *er.)* *P* se *om.* *S* sentiant *H* an] a⌜c⌝ *B* 18 extu *H* 19 sentit—nondum *om.* *P* ubi dissolutus est *om.* *SP* 20 nec sentire iam] ⌜cū⌝ *(m. 2)* iam nec sentire *S* quaeri $BH^{ar}P^{ac}$ 21 at enim] aut *P* prius] non prius *S* 22 intellexit *S* dissolutum iri *HS; cf. ad pag. 23, 4* quicquod B^1, *corr.* B^2

uidemus plerosque morientium non dissolui conquerentes, ut ait, sed exire se et proficisci et ambulare testantes idque aut gestu significant aut si adhuc possunt, et uoce pronuntiant? unde apparet non dissolutionem fieri, sed separationem, quae
30 declarat animam permanere. cetera Epicurei dogmatis argumenta Pythagorae repugnant disserenti migrare animas de corporibus uetustate ac morte confectis et insinuare se nouis ac recens natis et easdem semper renasci modo in homine modo in pecude modo in bestia modo in uolucre et hac ratione inmortales esse, quod saepe uariorum ac dissimilium corporum
31 domicilia commutent. quae sententia deliri hominis quoniam ridicula et mimo dignior quam scola fuit, ne refelli quidem serio
32 debuit: quod qui facit, uidetur uereri ne quis id credat. praetereunda sunt igitur nobis ea quae pro falso contra falsum disserebantur: satis est ea refutasse quae contra uerum disputata sunt.

1 13. Declaraui, ut opinor, animam non esse solubilem: superest citare testes, quorum auctoritate argumenta firmentur.
2 neque nunc prophetas in testimonium uocabo, quorum ratio et diuinatio in hoc solo posita est, ut ad cultum dei et ad inmortalitatem ab eo accipiendam creari hominem doceant, sed eos potius quibus istos qui respuunt ueritatem credere sit ne-
3 cesse. Hermes naturam hominis describens, ut doceret quemadmodum esset a deo factus, haec intulit: καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ

EPITOME 16—627, 9] c. 65, 6.

AUCTORES 23] pag. 45[b] Patric.; cf. Ps.-Apulei. Asclep. c. 31 (pag. 45, 1 Goldb.) et c. 8 (pag. 34, 7).

EXPILATORES 23] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 246).

BHSP] 1 conquaerentes *BH*[ar] 2 et *(ante* proficisci*) om. B* etquae *B*[1], idqu*e *B*[3] 3 si *(*i *add. m. 3) B* 6 disserenti *(*i *fin. ex* e *m. 3) P* 7 uet⌊u⌋state *S*[2] uetustate ac] uetusta *P* se *om. S* nobis *BH* 8 modo in homine *om. S* hominem *B*[1] *(*m *del. B*[3]*) P* 9 pecudem *P* bestiam *P* uolucrem *P* inmortalis *B*[1], *corr. B*[2], mortales *P* 11 diri *P*[1], de⌈li⌉ri *P*[3] homines *B*[1], *corr. B*[2] 12 ridiculo *H* mimo] eo *P* ⌈s⌉chola *sic P*[2] seria *P* 13 debuit *(*b *ex* r *m. 2) P* 14 nobis *om. P* 15 ea *om. P* 16 declara⌈ui⌉ *B*[2], declarauit *H* 18 uocauo *B*[1], *corr. B*[2] 19 sola *P*[1], *corr. P*[3] 20 docent *H* 21 qui *om. H* ueritati *P* 22 describens *(pr.* e *ex* i*) B* 23 esse *H* hanc *S* καὶ τὸ — θνητῆς] Caeto

ἑκατέρων φύσεων, τῆς τε ἀθανάτου καὶ τῆς θνητῆς,
μίαν ἐποίει φύσιν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, τὸν αὐτὸν πῇ μὲν
ἀθάνατον, πῇ δὲ θνητὸν ποιήσας, καὶ τοῦτον φέρων ἐν
μέσῳ τῆς θείας καὶ ἀθανάτου φύσεως καὶ τῆς θνητῆς
καὶ μεταβλητῆς ἵδρυσεν, ἵνα πάντα μὲν ὁρῶν πάντα
θαυμάζῃ. sed hunc fortasse aliquis in numero philosopho- 4
rum conputet, quamuis in deos relatus Mercurii nomine ab
Aegyptiis honoretur, nec plus ei auctoritatis tribuat quam
Platoni aut Pythagorae. maius igitur testimonium requira- 5
mus. Polites quidam consuluit Apollinem Milesium utrumne
maneat anima post mortem an dissoluatur, et respondit his
uersibus:

auto execateron fyseon teste athanatu ⌊cetesth netes⌋ *(in ras. m. 2) H* αὐτὸ *om. B,* ΔΥΤΟ *S* καὶ τὸ αὐτὸ *interpretandum uidetur* et eadem ratione, *nisi rectius cum Wachsmuthio pro* καὶ *legitur* κατὰ *uel* καὶ κατὰ; *loci Ps.-Apulei* a denique *et* itaque *incipiunt; interpretatio lat. in BP sic incipit* et hoc idem *(*quidem *P)* ex utraque natura tam inmortales *(*mortalis *P)* quam etiam mortales *(*immortalis *P)* unam efficiebat *(*efficiet *P)* naturam hominis, *ap. Sedulium sic* et hoc idem ex utraque natura immortalique et mortali unam faciebat naturam hominis.

BHSP] 1 ЄΚΑΤЄΡΩ *BSP,* ЄΙCΑΤЄΡΩΝ *Sedulius* καὶ] ΚΑΥ *S* τῆς] ΘΗC *B*[1], *corr. B*[3] ΟΝΗΤΗC *S,* ΘΗΤΗC *P* 2 μίαν — ποιήσας] mian epoti fysisten tuanthropu ton auton pemana thanaton phedeihn et *(add. m. 2)* onpuesas *H* ЄΤΤΟΙЄΙ *S,* ЄΠΟΙЄ *Sedulius* τὴν] ΘΗΝ *B,* ΤΗ *SP* ΑΝΩΡΩΠΟΥ *P,* ΑΝΘΡΟΠΟΥ *Sedulius* ΑΥΤΩΝ *P Sedulius* πῇ] ΙΤΗ *S* ΜΗΝ *P* 3 ΝΑΘΑΝΑΤΟΝ *S,* ΑΘΑΝΑΤΩΝ *P Sedulius* πῇ] Η *B* δὲ] ΔΗ *SP* ΠΟΙΗCΑЄ *S,* ΠΩΙΗCΑC *P* καὶ τοῦτον — ἵδρυσεν] cetuton feron emneso thesthia sceathanatu fyseosce testhne tesce metablete si drysen *H,* ΚΑΠΩΥΤΩΝ ΦΗΡΩΝΗΝΤ ΑΛΗCΩΘΗC ΘΗΙΑCΚΑΥ ΑΝΘΑΝΑΤΩΥ ΦΥCΗΩCΚ ΤΗCΘΝΗΤΗC ΚΑΙΜΗΤΑΒΗ ΤΗCΥΔΡΥCΗ *P* ΤΟΥΤΩΝ *Sedulius* ΦЄΡΟΝ *B* 4 ΜЄCΩ *BS Sedulius* τῆς] ΤЄC *B* ΘCΙΑC *S,* ΘΑΙC *Sedulius* ΑδΑΝΑΤΟΝ *B* ΦΥCЄΟC *B* καὶ] Κ *S* τῆς — ἵδρυσεν] ΘЄCΑΘΝΗΘΗCΚδΙΜЄ|ΤΑΒΑЄΤЄCΙδΡΥCЄΝ *B* 5 ΜЄΤΑΒΑΗΤΗC *S* ΙΔΡΥCЄ *S,* ΔΡΥCЄΝ *Sedulius* ἵνα — θαυμάζῃ] in apania menoron panta thauze *H,* ΙΝΑΠΑΝΘΑ ΑΛΗΝΩΡΩΝ ΠΑΝΘΑΩΑΥΜΑΖΗ *P* *pr.* ἅπαντα *edd.* *alt.* ΑΠΑΝΤΑ *B edd.* 6 ΘΑΥΜΑΖΗ *B Sedulius,* ΟΑΥΜΑΖΗ *S* *interpretatio latina paene eadem in B (in mg. m. 1) et P, diuersa ap. Sedulium* *ad loc. Hermet. cf. Struuium, opusc. I 152* se *H* 7 cō|putet *B* in] inter *S* 10 quidem *P* 12 uerbis *BS*

6 Ψυχὴ μὲν μέχρις οὗ δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖται,
φθαρτὰ νοοῦσα πάθη θνηταῖς ἀλγηδόσιν εἴκει·
ἡνίκα δ' ἀνάλυσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαρανθὲν
ὠκίστην εὕρηται, ἐς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται
αἰὲν ἀγήραος οὖσα, μένει δ' εἰς πάμπαν ἀτειρής.
πρωτόγονος γὰρ τοῦτο θεία διέταξε πρόνοια.

quid? carmina Sibyllina nonne hoc ita esse declarant, cum fore aliquando denuntiant ut a deo de uiuis ac mortuis iudi-

AUCTORES 1 ss.] cf. G. Wolffium, Porphyrii de philosophia ex oraculis haurienda librorum reliquiae, pag. 177 s.

EXPILATORES 1 ss.] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 246 s.): Apollo dicit (sequuntur graeca).

BHSP] 1 ΤΥΧΗ *B* οὗ] ΟΓ *S* ΚΡΑΤΗΠΑΙ *S* physcemen metrhisudes moes pros somacratite *H*, ΨΥΧΗΑΑΗΝ ΜΗΧΡΙCΩΥ ΔΗCΜΩΙC ΠΡΩCCΩΜ ΚΡΑΤΗΠΑΥ *P*, ΨΥΧΗ ΜЄΝ ΜЄΧΡΙC ΟΙ ΔЄCΜΟΥC ΠΡΟCΩΜΑ ΚΡΑΤΗΙΤΑΙ *Sedulius* 2 ΦΘΡΤΑ *B* ΝΟΟΥCΑ *B*, ΝΩΩΥCΑ *P; an* νοσοῦσα*?* ΙΤΑΘΗ *B*, ΠΑΘΝ *S* ΑΑΤΗΔΟCΙ̃ *S*, ΑΑΤΗΔΩCΙ̃ *P* ΗΙΚЄΙ *P* p^t^har tan usa pathethnetes algedosin eci *H*, ΦΘЄΑΡΤΑΝΟ ΟΥΡΑ ΠΑΘΗ ΘΝΗΤΑΙCΑ ΑΓΗΔΟCCΙ ΝЄΙΚΑΙ *Sedulius* 3 δ' *om. Sedulius* ἀνάλυσιν *Sedulius (sc.* ΑΝΑΛΥCΙΝ*) et edd.*, ΑΝΛΥCΙΝ *B*, ΑΝΑΥCΙΝ *S;* ἡνίκ' ἀνηλυσίην *Struuius, opusc. I 154,* ἡνίκα δ' αὖτε λύσιν *Wolffius, sed cf. interpretat. lat. huius uersus in BP hanc* cum uero humanam solutionem uelocissimam post corruptum corpus inuenerit, *ap. Sedulium hanc* cum uero solutionem humanam post corpus corruptum uelocissimam inuenerit βροτέων *Dauisius ad Epitom. LXXI, pag. 236 adn. 1* ΜΑΡΑΘЄΝ *Sedulius* en gkadan lysin brote enim et a soma maranthen *H*, ΙΙΝΥ ΚΑΔΑΝΑΥCΝ ΒΡΩΘΗ ΗΝΜΗΤΑCΩ ΜΑΜΡΑΝΘΗΝ *P* 4 ΩΚΙCΤЄΝ *(sed* Є *del. et corr. m. 1 uel 2) B*, ΩΚΙCΘΗΝ *P* ΗΥΡΗΤΑΙ *P* ΗC *P*, ЄΦC *(*Ι *m. recens) Sedulius* ΦΩΡЄΙΤΑΙ *P*, ΦΟΡΙΤΑ: *Sedulius* ochesten curete . esatherupasa . forita *H* 5 ΑΓЄΡΑΟC *B*, ΑΤΗΡΑΟC *S* οὖσα] ΥCΑ *S* ea ingeraosus amenideis pampanatires *H*, ΑΙΗΝ ΗΘΓΗ ΡΑΩCΩΥCΑΜΗ ΝΗΔΗΙCΠΑΑ ΠΑΝΑΤΗΙΡΗC *P*, ЄΝΑΓЄΡΑΟC · ΟΥCΑ · ΜЄΝЄΙ · ЄΙC ΠᾹΤΑΜΑ ΤΙΡΗΟ *Sedulius* 6 ΠΡΩΤΟΤΟΝЄ *S*, ΠΡΟΤΟΓΟΝΟC *Sedulius* ΘЄΙΑ *BS Sedulius*, θεοῦ *edd.*, θεῷ *Opsopoeus in edit. oracul. metric. (a. 1607) pag. 9; 'uideri potest singularis Christianis deberi pro* θεῶν' *Wolffius, sed cf. interpretat. lat. huius et antecedentis uersus in BP et ap. Sedulium hanc* numquam senescens et manet in aeternum sine poena primogenita. etenim hoc diuina disposuit prouidentia (prudentiam, *sed* m *del. m. 3? P*, prudentia *Sedulius)* ΠΡΟΟΝΙΑ *S*, ΠΡΟΝΟΥΑ *Sedulius* protogonos gar thea dieta aepronoean *H*, ΠΡΩΤΩΝΩΝΩC ΤΑΡΤΥΤΟΘЄЄΙΑ ΔΙЄΤΞЄ ΠΡΩΝΩΙΑ *P* *interpretatio latina eadem in B (in mg. m. 1) et P, paene eadem ap. Sedulium* 7 i̇ta *(i m. 1 uel 2) B* esse *om. H* 8 for*e *(t er.) P* đ *(i. e.* de*)* *uiuis *ex* diuinis *ut uid. S*[2]

cetur? quorum exempla paulo post inferemus. falsa est ergo 7
Democriti et Epicuri et Dicaearchi de animae dissolutione sen-
tentia. qui profecto non auderent de interitu animarum mago
aliquo praesente disserere, qui sciret certis carminibus cieri ab
inferis animas et adesse et praebere se humanis oculis uiden-
das et loqui et futura praedicere, et si auderent, re ipsa et
documentis praesentibus uincerentur. sed quia non perui- 8
debant animae rationem, quae tam suptilis est, ut oculos hu-
manae mentis effugiat, interire dixerunt. quid Aristoxenus, 9
qui negauit omnino ullam esse animam, etiam cum uiuit in
corpore? sed sicut in fidibus ex intentione neruorum effici
concordem sonum atque cantum, quem musici harmoniam uo-
cant, ita in corporibus ex conpage uiscerum ac uigore mem-
brorum uim sentiendi exsistere: quo nihil dici delirius potest.
uerum ille oculos quidem habuit incolumes, cor tamen caecum, 10
quo uiuere se et habere mentem, qua id ipsum cogitauerat,
non uidebat. sed plerisque hoc philosophis accidit, ut puta- 11
rent omnino non esse quicquid oculis non apparet, cum mentis
acies multo clarior debeat esse quam corporis ad ea perspi-
cienda quorum uis ac ratio sentitur potius quam uidetur.

14. Quoniam de immortalitate animae diximus, sequitur ut 1
doceamus quatenus homini et quando tribuatur, ut in hoc
quoque prauitatis ac stultitiae suae perspiciant errores qui
mortales quosdam decretis placitisque mortalium deos esse

EPITOME 21 s.] c. 65, 7.
AUCTORES § 9] cf. Cic. Tusc. I 22, 51 et 10, 19.

BHSP] 2 dicearchi *C* 3 qđ *(i. e.* quod*) in ras. ex* q *(i. e.* qui*)* S^2 mag*o (n *er.) H* 4 disserere (cere *supra*) *B,* dissere *(sic corr. m. 2) S* 5 adesse'* (t *er.,* ' *distinctionem add. m. 2), om.* et *B* 8 ratione *H* 10 nullam *S* etiam *om. S* 11 sic̃ *(~ i. e.* ut *m. 3 ?) P* *ad* sicut.— effici *eqs. cf. pag. 630, 3 ss.* ut — gerere 12 so*num (m *er.) H* musichi B^1, h *del.* B^3 armoniam *BS,* harmoniam $H^{ar}P^{ar}$ 13 in] ex *P* uigore* (m *er.) B* 14 existere *HSP* dici *om. P* 16 qu*a (i *er.) P* 18 quicquid] quid (o *supra*) *(corr. m. 2) P* cum] et cum *S* mentis (i *ex* e *m. 2) P* 19 esse debeat *H* 20 ra⌜tio⌝ (a *in ras. et* tio *add. m. 3) P* 21 inmortalitate (imm- B^1) B^3 diximus animae *H* 23 ⌜suae⌝ $P^{2?}$ 24 quosdam] quos *P*

factos opinantur, uel quod artes inuenerant uel quod usum
quarundam frugum docuerant uel quod utilia uitae hominum
2 prodiderant uel quod inmanes bestias interemerant. quae
merita quam longe ab inmortalitate semota sint, et docuimus
in prioribus libris et nunc docebimus, ut appareat solam esse
iustitiam quae uitam homini pariat aeternam, et solum deum
3 qui aeternae uitae praemium largiatur. nam illi qui suis me-
ritis inmortales facti esse dicuntur, quia nec iustitia nec ulla
in his uera uirtus fuit, non inmortalitatem sibi, sed mortem
peccatis ac libidinibus quaesierunt neque caeleste praemium,
sed inferna supplicia meruerunt, quae pendent simul cum iis
omnibus qui eos coluerunt. cuius iudicii propinquare tempus
ostendam, ut et iustis merces digna soluatur et poena merita
4 inpiis inrogetur. Plato et multi alii philosophorum cum igno-
rarent originem rerum supremumque illut tempus quo mundus
esset effectus, multa milia saeculorum fluxisse dixerunt, ex quo
hic pulcherrimus mundi extiterit ornatus, secuti fortasse Chal-
daeos, qui, ut Cicero tradit in libro de diuinatione primo, qua-
dringenta septuaginta milia annorum monumentis conprehensa
se habere delirant: in quo se quia posse argui non putabant,
5 liberum sibi crediderunt esse mentiri. nos autem, quos di-
uinae litterae ad scientiam ueritatis erudiunt, principium mundi
finemque cognouimus: de quo nunc in fine operis disseremus,
6 quoniam de principio in secundo libro explicauimus. sciant

24 in secundo libro] c. 8 ss.

EPITOME 12 s.] c. 65, 7 id — in proximo est. 13—629, 4] c. 65, 8 s. (*ab* si quis).

AUCTORES 18] de diuin. I 19, 36.

BHSP] 1 artis *B* 2 quarundam *edd.*, quarumque (-q; *H*, -q: *P*) *C*; *cf. I 18, 1. 18 s.* utalia P^1, *in ras. corr.* P^2 3 immanis *S* 4 ⌊re⌋mota $P^{2?}$ 5 librised (d *ex* t *m. 3, sic*) *B* 7 *pr.* qui* (a *er.*) *SP* *alt.* qui] quibus B^1, quisuis B^3 8 iustitiam P^1, m *del.* P^3 10 ac] et *H* caelestem P^1, m *del.* P^3 11 iis *edd.*, his *C* 13 merce⌊s⌋ $P^{1?}$ 15 sũppremumque *sic P* 16 sc[l]orum S^2 fluxisse (l *ex* r *? m. 2*) *B* 17 chaldeos *C* 18 tradidit *H* quadri⌊ng⌋enta $S^{1?}$, quadringinta *P*, quadringentorum *B*, quadragintorum *H* 19 *supra* milium *uox 7 fere litterarum erasa, B* 20 argui posse *H* 22 principium* (i *? er.*) *B*

igitur philosophi qui ab exordio mundi saeculorum milia enu-
merant, nondum sextum millesimum annum esse conclusum.
quo numero expleto consummationem fieri necesse est et hu-
manarum rerum statum in melius reformari: cuius rei argu-
mentum prius enarrandum est, quo ratio eluceat.

Mundum deus et hoc rerum naturae admirabile opus, sicut 7
arcanis sacrae scripturae continetur, sex dierum spatio con-
summauit diemque septimum, quo ab operibus suis requie-
uerat, sanxit. hic est autem dies sabbati, qui lingua He- 8
braeorum a numero nomen accepit, unde septenarius numerus
legitimus ac plenus est. nam et dies septem sunt quibus per
uicem reuolutis orbes conficiuntur annorum et septem stellae
quae non occidunt et septem sidera quae uocantur errantia,
quorum dispares cursus et inaequabiles motus rerum ac tem-
porum uarietates efficere creduntur. ergo quoniam sex diebus 9
cuncta dei opera perfecta sunt, per saecula sex id est annorum
sex milia manere in hoc statu mundum necesse est. dies
enim magnus dei mille annorum circulo terminatur, sicut in-
dicat propheta, qui dicit: ante oculos tuos, domine, mille
anni tamquam dies unus. et sicut deus sex illos dies in 10
tantis rebus fabricandis laborauit, ita et religio eius et ueritas
in his sex milibus annorum laboret necesse est, malitia prae-
ualente atque dominante. et rursus quoniam perfectis operi- 11
bus requieuit die septimo eumque benedixit, necesse est ut in
fine sexti millesimi anni malitia omnis aboleatur e terra et
regnet per annos mille iustitia sitque tranquillitas et requies

EPITOME 24—630, 2] c. 65, 9.

AUCTORES § 8 ss.] cf. Iren. c. omn. haer. V 28, 3; 33, 2, et ad totam hanc partem libri Irenaeum V 28—36. 10 (septenarius numerus) ss.] cf. Gell. III 10 (ex Varronis hebdomad. lib. I). 19] Ps. 89 (90), 4.

BHSP] 2 milensimum *(exp. m. 2 ?) P* 3 consum*ationem *(m exters.) B* 4 statim *P*[1], *corr. P*[3] 5 quo *SP*, ut *BH edd.; cf. pag. 103, 2* 6 admarabile *P* 7 diebus *H* 9 autem est *H* hebreorum *C* 11 et *om. H* 12 orbes] styrpes *P* 14 quarum *H* motos *B*[ac], *corr. m. 1 uel 2* 16 opera] opera quae uera *H* 20 sicut] ut *S* deus *om. H* 21 fabricaedis *H* laborandi(s) *S*[1?] et *om. S* eius *om. P* 25 milesimi *P* e *B,* de *H,* æ *S,* a *P; cf. pag. 632, 18*

12 a laboribus quos mundus iam diu perfert. uerum quatenus id eueniat, ordine suo explicabo. saepe diximus minora et exigua magnorum figuras et praemonstrationes esse, ut hunc diem nostrum, qui ortu solis occasuque finitur, diei magni speciem gerere, quem circuitus annorum mille determinat.
13 eodem modo etiam figuratio terreni hominis caelestis populi praeferebat in posterum fictionem. nam sicut perfectis omnibus quae in usum hominis molitus est deus ipsum hominem sexto die ultimum fecit eumque induxit in hunc mundum tamquam in domum iam diligenter instructam, ita nunc sexto die magno uerus homo uerbo dei fingitur, id est sanctus populus
14 doctrina et praeceptis dei ad iustitiam figuratur. et sicut tunc mortalis atque inperfectus e terra fictus est, ut mille annis in hoc mundo uiueret, ita nunc ex hoc terrestri saeculo perfectus homo fingitur, ut uiuificatus a deo in hoc eodem mundo
15 per annos mille dominetur. quomodo autem consummatio futura sit et qualis exitus humanis rebus inpendeat, si quis
16 diuinas litteras fuerit scrutatus, inueniet. sed et saecularium prophetarum congruentes cum caelestibus uoces finem rerum et occasum post breue tempus adnuntiant describentes quasi
17 fatigati et dilabentis mundi ultimam senectutem. quae uero a prophetis et uatibus futura esse dicantur, priusquam superueniat extrema illa conclusio, collecta ex omnibus et coaceruata subnectam.

EPITOME 16—24] c. 66, 1 (—dicuntur).

AUCTORES § 16 (mundi ultimam senectutem)] cf. Lucr. II 1144 ss.; Ps.-Apul. Asclep. c. 25 s. (pag. 48, 18 Goldb., cf. 23: senectus ueniet mundi; quem locum Lact. Epit. 66, 6 significare uidetur).

BHSP] 1 loboribus P^1, laboribus P^3 perfert] perfectus (pessus est) *(corr. 2)* S 2 ueniat *H* 3 ut] et *S edd.; ad* ut—gerere *cf. pag. 627, 11* sicut—effici *eqs.* 4 diei *(alt.* i *add. m. 2) S,* dieri P^2 6 figurati, *sed* ti *del. m. 3 P* 7 quae ferebat *B* sicuti *H* profectis P^1, pr*fectis (e supra) P^3 8 hominis H^2 17 ĩ|pendeat *B* 19 uoce* (s *er.) S* fines *SP* 20 *occasum *(h er.) P* discribentes *B* 21 dislabentis *(alt.* i *ex* e *m. 2) B,* dilabentes S^1, *in ras. corr.* $S^{2?}$ 22 *post* et *s. l.* a *B* 23 coacerbata B^1 *(corr.* B^2*) H,* coaueruata S^1, *part. ras. corr.* S^2 24 subnectat B^1, *corr.* B^2

15. Est in arcanis sanctarum litterarum transcendisse in 1
Aegyptum cogente inopia rei frumentariae principem Hebraeo-
rum cum omni domo et cognatione. cuius posteri cum diu- 2
tius in Aegypto commorantes in magnam gentem creuissent
et graui atque intolerando seruitutis iugo premerentur, per-
cussit Aegyptum deus insanabili plaga et populum suum libe-
rauit traductum medio mari, cum discissis fluctibus et in utram-
que partem dimotis per siccum populus graderetur. conatusque 3
rex Aegyptiorum profugos insequi coeunte in statum suum
pelago cum omnibus copiis interceptus est. quod facinus tam 4
clarum tamque mirabile quamuis ad praesens uirtutem dei
hominibus ostenderet, tamen praesignificatio et figura maioris
rei fuit, quam deus idem in extrema temporum consumma-
tione facturus est: liberabit enim plebem suam de graui ser-
uitute mundi. sed quoniam tunc una plebs dei et aput unam 5
gentem fuit, Aegyptus sola percussa est, nunc autem quia
populus dei ex omnibus linguis congregatus aput omnes gentes
commoratur et ab his dominantibus premitur, necesse est uni-
uersas nationes id est orbem totum caelestibus plagis uerbe-
rari, ut iustus et cultor dei populus liberetur. et sicut tunc 6
signa facta sunt quibus futura clades Aegyptiis ostenderetur,
ita in ultimo fient prodigia miranda per omnia elementa mundi,
quibus imminens exitus uniuersis gentibus intellegatur. pro- 7
pinquante igitur huius saeculi termino humanarum rerum sta-
tum commutari necesse est et in deterius nequitia inualescente
prolabi, ut iam nostra haec tempora, quibus iniquitas et ma-
litia usque ad summum gradum creuit, in illius tamen insana-
bilis mali conparatione felicia et prope aurea possint iudicari.

EPITOME 23—632, 15] c. 66, 1 s.

BHSP] 2 hebreorum *C* 3 cognationem P^1, m *del.* P^3 cuius] cius S^2, eius *corr.* S^2 5 graui* *(a ? er.)* *P* 8 popł*s *(i er.)* *S* 12 prẽsignificatio *(e ex a m. 2, supra e littera erasa)* *B*, praesignificatione *H* 13 ide⌊min⌋ B^2 14 liberauit $B^1HS^1P^1$, *corr.* $B^3S^2P^3$ 16 persussa *H* 20 tunc] cum B^1, *corr.* B^3, tum *H; cf. 15* 21 aegypti *BS* 23 gentibus *(g ex c m. 2)* *H* 24 terminum B^1, *corr.* B^2 25 cõ|mutari *B* et *om.* *H* 26 iam] etiam *S* 28 mali* *(s er.)* *H* conparationẽ *B*, compa⌊c⌋ation S^2 felicia et pro- *renouauit* B^3 -sent *(sic)* iudica- *renouauit* B^3

8 ita enim iustitia rarescet, ita inpietas et auaritia et cupiditas
et libido crebrescet, ut si qui forte tum fuerint boni, praedae
sint sceleratis ac diuexentur undique ab iniustis, soli autem
mali opulenti sint, boni uero in omnibus contumeliis atque
in egestate iactentur. confundetur omne ius et leges interibunt.
9 nihil quisquam tunc habebit nisi aut quaesitum aut defensum
manu, audacia et uis omnia possidebunt. non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non ueritas erit
atque ita neque securitas neque regimen neque requies a malis
10 ulla. omnis enim terra tumultuabitur, frement ubique bella,
omnes gentes in armis erunt et se inuicem obpugnabunt: ciuitates inter se finitimae proeliabuntur et prima omnium Aegyptus stultarum superstitionum luet poenas et sanguine uelut
11 flumine operietur. tum peragrabit gladius orbem metens omnia
et tamquam messem cuncta prosternens. cuius uastitatis et
confusionis haec erit causa, quod Romanum nomen, quo nunc
regitur orbis — horret animus dicere, sed dicam, quia futurum est — tolletur e terra et inperium in Asiam reuertetur
12 ac rursus oriens dominabitur atque occidens seruiet. nec
mirum cuiquam debet uideri, si regnum tanta mole fundatum
ac tamdiu per tot et tales uiros auctum, tantis denique opibus
confirmatum aliquando tamen conruet. nihil est enim humanis
uiribus laboratum quod non humanis aeque uiribus destrui
13 possit, quoniam mortalia sunt opera mortalium. sic et alia

AUCTORES 12 ss. prima omnium Aegyptus] cf. Orac. Sibyll. V 54 ss. (πρῶτον). 77—85. 180. 14 s. gladius] cf. ibid. III 316 s. 15—19] cf. ibid. 350—355. 22—24] cf. supra c. 11, 5.

BHSP] 1 -stitia *renouauit* B^3 rarescit BHP^1, *corr.* P^3 ita] et *P* ⸢im⸣pietas P^2 auar- *renouauit* B^3 2 crebrescit BP^1, *corr.* P^3, crebescent *S* 3 sceleratis sint *S* diu uexentur *HS* 4 ⸤sint⸥ S^2 *boni *P* 5 confundetur *(*e *ex* a *m. 2) H*, confundet* (v *i. e.* ur *add. m. 2) S* 6 nisi aut quaesitum] aut nisi male quaesitum *P, sed cf. Epit. 66, 1* nemo — defensum 7 ui *H* possi⸢de⸣bunt H^2 fidis *B* 11 eru⸢n⸣t P^3 obpugnabant P^1, *corr.* P^3 ciuitates *(*e *ex* i *m. 3) P* 12 prim⸢a⸣ H^2 14 peragrauit B^1, *corr.* B^2 gladius] clades *S* gladiu⸤s⸥*orbem *P* 15 cunctu *H* 16 haec] haec enim *H* 18 e *B*, de *H*, ę *S*, *e (a *er.) P; cf. pag. 629, 25* asia *B* reuertitur *H* 20 ⸤f⸥undatum P^3 21 ⸢et⸣ P^2 22 est enim *BS*, *dubitanter recepi*, est *HP* 23 aeque *om. H* 24 sic̃ *(i. e.* -cut*)* et *S*

prius regna cum diutius floruissent, nihilominus tamen occiderunt. nam et Aegyptios et Persas et Graecos et Assyrios proditum est regimen habuisse terrarum: quibus omnibus destructis ad Romanos quoque rerum summa peruenit. qui quanto ceteris omnibus regnis magnitudine antistant, tanto maiore decident lapsu, quia plus habent ponderis ad ruinam quae sunt ceteris altiora. non inscite Seneca Romanae urbis 14 tempora distribuit in aetates. primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse, a quo et genita et quasi educata sit Roma; deinde pueritiam sub ceteris regibus, a quibus et aucta sit et disciplinis pluribus institutisque formata; at uero Tarquinio regnante cum iam quasi adulta esse coepisset, seruitium non tulisse et reiecto superbae dominationis iugo maluisse legibus obtemperare quam regibus; cumque esset adulescentia eius fine Punici belli terminata, tum denique confirmatis uiribus coepisse iuuenescere. sublata 15 enim Carthagine, quae tam diu aemula imperii fuit, manus

AUCTORES 2—4] cf. Orac. Sibyll. III 159—161; VIII 6 ss. § 14—16] cf. frg. 99 et adnot. Haasii, qui Lactantium Senecam patrem significare existimat, quae sententia est etiam Mai ad Cic. de rep. II 11, 21 (ed. Stuttg. 1822, pag. 149 adn. 2), Jahnii in praef. edit. Flori pag. XXXVIII ss., Rossbachii, de Senecae philos. librorum recensione et emendatione (a. 1888) pag. 164 ss., cf. Addenda nostra ad pag. 61, 3—7 et 'Auctores' ad I 22, 1—4; Annaei Flori (cf. I § 4—8), non Annaei Senecae, cum Lact. nomina confuderit, locum esse uolunt cum Salmasio in edit. Flori a. 1609, not. et castigat. pag. 12, Spengelius, *Abhandl. der philos.-philol. Classe der bair. Akad. der Wissensch.*, uol. IX, part. 2 (a. 1861), pag. 317 ss., et Ungerus, Philol. XLIII 438 ss.; Senecam philosophum, qua in opinione fuerunt priores quidam uiri docti, uelut Vossius de histor. lat. I c. 30 (ed. Amstelod. 1699, pag. 52), Fabricius, Biblioth. lat. uol. II pag. 439 ed. 1773, alii (cf. Buenemannum), retinet Westerburgius, Mus. Rhen. XXXVII 47 s. — cf. Ammian. Marcell. XIV 6, 4. § 15] aut Seneca aut Lactantius Sallust. Cat. c. 10 (maxime § 1) sequitur.

BHSP] 2 et *(ante* Aegyptios*)* *om.* *H* et grecos et persas *H* adsyrios P^1, *corr.* P^3 3 terrarũ $P^{1?}$ distructis *B* 5 regni *P* magnitudinis *S* 6 labsu *B* 7 iscite *H* urbes *(*e *ex* i*)* *B* 8 in] per *edd.* aetatis B^1, *corr.* B^2 10 ducata *P* pueritia *S* 12 ad *B* cum iam quasi] cum iam quasi cum *S* 13 seruitium non tulisse *in mg.* H^2 17 iueniscere *(alt.* i *ex* e*)* P^3 18 etenim *S* tandiu *S*

suas in totum orbem terra marique porrexit, donec regibus
cunctis et nationibus imperio subiugatis cum iam bellorum
materia deficeret, uiribus suis male uteretur, quibus se ipsa
16 confecit. haec fuit prima eius senectus, cum bellis lacerata
ciuilibus atque intestino malo pressa rursus ad regimen singu-
laris imperii reccidit quasi ad alteram infantiam reuoluta.
amissa enim libertate, quam Bruto duce et auctore defenderat,
ita consenuit, tamquam sustentare se ipsa non ualeret, nisi
17 adminiculo regentium niteretur. quodsi haec ita sunt, quid
restat nisi ut sequatur interitus senectutem? et id futurum
breui contiones prophetarum denuntiant sub ambage aliorum
18 nominum, ne facile quis intellegat. Sibyllae tamen aperte
interituram esse Romam locuntur et quidem iudicio
dei, quod nomen eius habuerit inuisum et inimica
19 iustitiae alumnum ueritatis populum trucidarit. Hy-
staspes quoque, qui fuit Medorum rex antiquissimus, a quo
amnis nomen accepit qui nunc Hydaspes dicitur, admirabile
somnium sub interpretatione uaticinantis pueri ad memoriam
posteris tradidit: sublatuiri ex orbe imperium nomenque
Romanum multo ante praefatus est quam illa Troiana gens
conderetur.

AUCTORES 13 ss. Romam] cf. Orac. Sibyll. VIII 9—159. 165 (III 364). 171—173. § 19 Hystaspes] cf. Hilgenfeldium, Nouum Testament. extra canonem receptum, fascic. IV ed. alt. (1884) pag. 64, et locos ab eo adlatos.

EXPILATORES 15—17] Isidor. orig. XIII 21, 12.

BHSP] 1 terrae ⌊mar⌋ique *P* 3 uterentur *H* 4 haec] et hæc *(æ ex* a *m. 3) P* lacera⌈ta⌉ *P*² 5 cibilibus *H* intestino *ras. ex* in testimonio *S* rursũ *S* 6 recidit *S* ad alteram] adulteram *H* 7 duc⌈e⌉ *B*² 8 ipsam *H* 9 recentium *S* uteretur *S* 10 resta*t *(n er.) S* interitu⌈s⌉ *P*³ ⌊senec⌋*⌈tute⌉ *(in ras. et s. l. m. 2) P* 11 declarant *SP* *post* ambage *2 uel 3 litt. eras., quarum extrema* m *?, B* 12 ne *om. P* apert*e *(a er.) B* 13 locuntur *B*, loquuntur *HP*, loquantur *(corr. m. 2) S* 14 numen *B*¹, *corr. B*³ 15 histaspes B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2*, histaspex *H*, hydaspes *S*, hystaspes *(corr. m. 3) P* 16 fuit *H*, fuerit *BP*, fuerat *S* 17 amnis ⟨quoque⟩ *edd.* hysdaspes *B Isidor.*, chydaspes *H* admirabilis omnium *HP* 18 uaticinantis *(tert.* i *ex* e *m. 3) P* 19 sublatuiri *B*, sublatuiri *P*, sublatum iri *HS; cf. ad pag. 23, 4* 20 precatus *H*

16. Quomodo autem id futurum sit, ne quis incredibile ar- 1
bitretur, ostendam. in primis multiplicabitur regnum et summa
rerum potestas per plurimos dissipata et concisa minuetur.
tum discordiae ciuiles in perpetuum serentur nec ulla requies
bellis exitialibus erit, donec reges decem pariter existant, qui
orbem terrae non ad regendum, sed ad consumendum partian-
tur. hi exercitibus in inmensum auctis et agrorum cultibus 2
destitutis, quod est principium euersionis et cladis, disperdent
omnia et comminuent et uorabunt. tum repente aduersus eos 3
hostis potentissimus ab extremis finibus plagae septentrionalis
orietur, qui tribus ex eo numero deletis qui tunc Asiam obti-
nebunt, adsumetur in societatem a ceteris ac princeps omnium
constituetur. hic insustentabili dominatione uexabit orbem, 4
diuina et humana miscebit, infanda dictu et exsecrabilia mo-
lietur, noua consilia in pectore suo uolutabit, ut proprium sibi
constituat imperium, leges commutet et suas sanciat, contami-
nabit diripiet spoliabit occidet: denique inmutato nomine atque
imperii sede translata confusio ac perturbatio humani generis
consequetur. tum uero detestabile atque abominandum tempus 5
existet, quo nulli hominum sit uita iucunda. eruentur funditus
ciuitates atque interibunt non modo ferro atque igni, uerum
etiam terrae motibus adsiduis et eluuie aquarum et morbis fre-
quentibus et fame crebra. aer enim uitiabitur et corruptus 6

EPITOME 2—20] c. 66, 3 s. 20—636, 8] c. 66, 4.
AUCTORES 2—20] cf. Dan. 7, 2 ss. 7. 8. 17. 23—25. § 5—12] cf. Apocal. c. 6 et 'Hippolyti' libellum περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου c. 8, in quo nonnulla traduntur ex eodem ut uid. quo Lactantiana c. 16 ss. fonte deriuata. 23—636, 4] cf. Orac. Sibyll. VIII 178—181.

BHSP] 3 minuetur] minuetur regno *(corr. m. 2) H* 6 non—consumendum] non regendum *P* 7 hii* *(*n *er.) B* coactis *S* agris cultoribus *Heumannus; cf. Buenemannum* 8 distitutis B^1, *corr.* B^2 9 et *(ante* comminuent*) om. P malim* deuorabunt *cum Epit. 66, 3* aduersũ *S* 10 plagae *(*g *ex* c *m. 2) P* 11 qui⌜tri⌝bus P^3 tun*c *(*i *er.) B* 12 societate *S* 13 hi*c *(*n *er.) S* 14 dictu et] dicta et *H,* dicet *P* 15 uolu*tabit *(*p *er.) S* 16 leges *(alt.* e *ex* i *m. 3) P* commutabit et suas sanciet *H edd.; cf. Epit. 66, 3* et *om. S* 17 ⌜diripiet⌝ H^2 spoliauit *S* 18 sed⌜et⌝translata H^2 19 consequitur *S* 20 euertentur *H* 22 motis *S* diluuio *P*

ac pestilens fiet modo inportunis imbribus modo inutili sicci-
tate, nunc frigoribus nunc aestibus nimiis, nec terra homini
dabit fructum: non seges quicquam, non arbor, non uitis feret,
sed cum in flore spem maximam dederint, in fruge decipient.
7 fontes quoque cum fluminibus arescent, ut ne potus quidem
suppetat, et aquae in sanguinem aut amaritudinem mutabun-
8 tur. propter haec deficient et in terra quadrupedes et in aere
uolucres et in mari pisces. prodigia quoque in caelo mirabilia
mentes hominum maximo terrore confundent, et crines co-
metarum et solis tenebrae et color lunae et cadentium siderum
9 lapsus. nec tamen haec usitato modo fient, sed existent subito
ignota et inuisa oculis astra. sol in perpetuum fuscabitur, ut
uix inter noctem diemque discernat, luna iam non tribus de-
ficiet horis, sed perpetuo sanguine offusa meatus extraordinarios
peraget, ut non sit homini promptum aut siderum cursus aut
rationem temporum agnoscere: fiet enim uel aestas in hieme
10 uel hiemps in aestate. tunc annus breuiabitur et mensis
minuetur et dies in angustum coartabitur, stellae uero creber-
rimae cadent, ut caelum omne caecum sine ullis luminibus
11 appareat. montes quoque altissimi decident et planis aequa-
buntur, mare innauigabile constituetur. ac ne quid malis ho-
minum terraeque desit, audietur e caelo tuba: quod hoc modo
Sibylla denuntiat:

EPITOME 8—20] c. 66, 5 s.
AUCTORES 7 s.] cf. Orac. Sibyll. VIII 342—344. 9—11] cf. ibid. 190—194. 341; Matth. 24, 29. 15—17] cf. ibid. VIII 214 s. 18 s. (stellae)] cf. ad 9—11 et Orac. Sibyll. V 531; VIII 204. 20 s.] cf. ibid. VIII 234—237.

BHSP] 1 fiet et *H* 4 ⸢spem⸣ B^2 frigem (u *m. 2 ?*) *P* 6 a*quae (t *? er.*) *B* aut in amaritudinem *HP* 7 et (*ante* in terra) *om. H* 9 mente⸢s⸣ P^2 et *del. Heumannus* fines *H* 12 ⸢in⸣uisa P^2 13 discerna⸤t⸥ H^2; discernatur *edd.* 14 oris *H* obfusa *H* 15 siderium *H* 16 uł (*i. e.* uel) *S*, uera BP^1 (uel* P^2), uerae *H* 17 hiems *S* 18 diem *H* ⸢in⸣ P^3 creberrimae *S*, creberrime *cett.; cf. Epit. 66, 5* stellae omnes decident 19 cadunt *S* caelo P^1, *corr.* P^2 omne|cęcum S^1, omne ob|cecętum (a) S^2 20 appareret S^{ac}, *corr. m. 1 ?* 21 quis *H* 22 audiebatur (*exp. m. 2*) *P* e *B*, de *H* (*recte ? cf.* οὐρανόθεν *pag. 637, 1, sed etiam pag. 629, 25*), ę *S*, ae *P* tu*ba (r *er.*) *H* 23 adnuntiat *H*

σάλπιγξ οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει.

itaque trepidabunt omnes et ad luctuosum illum sonitum con-
tremescent. tum uero per iram dei aduersus homines qui 12
iustitiam non adgnouerint, saeuiet ferrum ignis fames morbus,
et super omnia metus semper inpendens. tunc orabunt deum
et non exaudiet, optabitur mors et non ueniet. ne nox quidem
requiem timori dabit nec ad oculos somnus accedet, sed ani-
mas hominum sollicitudo ac uigilia macerabit, plorabunt et
gement et dentibus strident, gratulabuntur mortuis et uiuos
plangent. his et aliis pluribus malis solitudo fiet in terra 13
et erit deformatus orbis atque desertus: quod in carminibus
Sibyllinis ita dicitur:

§ 12. 13] hoc loco Lactantium quod IV 26, 42 'in nouissimo libro' se docturum esse ostenderat, 'quomodo uel in qua plaga tuti omnes sint futuri qui signum hoc ueri et diuini sanguinis in summo corporis sui notauerint', exponere uoluisse conicio conlatis uerbis 'aduersus homines qui iustitiam non adgnouerint' (supra 3) et 'tertia quae fuerit probata' (pag. 638, 5) ex progressu et carminis Sibyllini lib. VIII per totum hunc locum a Lactantio adhibiti, cuius uersibus 244—247 illud signum commemoratur, et Apocalypsis, cuius c. 7, 2—8 (cf. 14, 1—5 et supra ad c. 16, 5—11) simile argumentum continetur. — cf. 'Hippolyt.' ibid. c. 28 ἵνα μή τις τὸν τίμιον σταυρὸν ποιήσῃ ἐν τῷ μετώπῳ τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρί.

EPITOME 3—638, 5] c. 66, 7.

AUCTORES 1] Orac. Sibyll. VIII 239. 4—10] cf. ibid. 352—356. 350 s.; II 306—311; cf. 'Hippolyt.' ibid. c. 27; 33 (καὶ τῆς ἡμέρας διαφαυσκούσης κτλ., cf. supra 6: ne nox quidem eqs.). 6] cf. Apocal. 9, 6.

EXPILATORES 1] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 247).

BHSP] 1 CΑΛΓΓΙΞ *B*, CΑΛΠΙΓΞ *S*, CΑΛΠΙΝΞ *P*, CΑΛΠΙ · ЄΞ *Sedulius* ΟΥΡΑΝΟΘЄ *S*, ΟΥΡΑΝΩΘΗ *P;* οὐρανόθεν *cum Lact. codd. Sibyll. HMQV,* δ' οὐρανόθεν *rell.* ΦΩΝЄΝ *B* ΙΤΟΘΡΗΝΟΝ *B*, ΠΟΑΥΘΡΗΝΟΝ *S*, ΠΟΛΥΘΡΗΝΩΝ *P* ΑΡΗΘЄΙ *S*, ΑΡΗCЄΡ *P* Salpi∗x *(n er.)* uathen fone polithronafesi *H* *interpretatio latina in B (in mg. m. 1), alia in P, alia ap. Sedulium* 2 lu^(c)tuosum *(c m. 3 ?) P* 3 aduersum *S* 4 adgnouerunt *B* fames *(e ex* i *m. 3) P* 5 ∗orabunt *(i ? er.)* ad deum *P* 6 ñueniet *(i. e.* non-*) ex* inueniet S^2 nec *S* 7 dabit timori *S* 8 macerauit B^1, *corr.* B^3 9 gemunt P^1, *corr.* P^3 stridunt *B* mortui sed *H* 10 iis *B*, hiis *P* plurimis *Heumannus* sollicitudo SP^{ar} 11 formatus *S*

ἔσται κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων.

14 ita enim conficietur humanum genus, ut uix decima pars hominum relinquatur, et unde mille processerant, uix prodient centum. de cultoribus etiam dei duae partes interibunt et tertia quae fuerit probata remanebit.
1 17. Sed planius quomodo id eueniat exponam. imminente
iam temporum conclusione propheta magnus mittetur a deo,
qui conuertat homines ad dei agnitionem, et accipiet potestatem
2 mirabilia faciendi. ubicumque homines non audierint eum,
claudet caelum et abstinebit imbres, aquam conuertet in sanguinem et cruciabit illos siti ac fame, et quicumque conabitur
eum laedere, procedet ignis de ore eius atque conburet illum.
his prodigiis ac uirtutibus conuertet multos ad dei cultum. peractisque operibus ipsius alter rex orietur e Syria malo spiritu
genitus, euersor ac perditor generis humani, qui reliquias illius
3 prioris mali cum ipso simul deleat. hic pugnabit aduersus
prophetam dei et uincet et interficiet eum et insepultum iacere
patietur, sed post diem tertium reuiuiscet atque inspectanti-
4 bus et mirantibus cunctis rapietur in caelum. rex uero ille

EPITOME 6 s. 13—16] c. 66, 7 inter haec — interimet. 19—639, 13] c. 66, 8 s.

AUCTORES 1] Or. Sibyll. VII 123. § 14] cf. ibid. III 544; Apocal. 9, 15. 18. c. 17, § 1—3] cf. Apocal. 11, 3. 5—9. 11. § 4—8] cf. Apocal. 13, 4—8 (11, 2). 12—17; II Thess. 2, 3 s.; 'Hippolyt.' ibid. c. 26; 28.

EXPILATORES 1] Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

BHSP] 1 ΝΗCЄΤΑΙ *S*, ЄCΤЄ (ΑΙ *m. post.*) *Sedulius* ΑΚΟCΜΩC *P* ΑΙΤΟΛΛΥΜЄΝΩΝ *B*, ΑΠΟΜΥΜЄΝΩΝ (ΑΠΩ- *P*) *SP* ΑΝΘΡΩΙΤΩΝ *B*, ΑΝΘΡΩ***ΠΩΝ (ΤΙΒ: *ut uid. er.*) *P* ecthycosmo sacosmos apollymẽ non anthropon *H* *interpretatio latina paene eadem in B (in mg. m. 1) et P, similis ap. Sedulium* 5 fuerint, *sed* n *del. S*, fueriṇt *P* 6 quod modo *H* idueniat (d *ex* u ?) *P* immitente *sic H*² 9 audierint (*alt.* i *ras. ex* u) *P* 10 claudat *H*, cludet *SP* imbres (s *in ras. ex* m *m. 1 ?*) *P* conuertit *B*¹*P*¹, *corr. B*²*P*²? sanguine *B* 11 cruciauit *B* fame (a *s. l. er.*) *B* 12 amburet *B*, ambueret *P*; *cf. ad c. 21, 6* amburentur 13 h*is (i *er.*) *H* atque *H* 14 de *H*, ex *P* spiritum gentib; *H*² 16 mali *del. Heumannus, sed cf. Buenemannum* 18 reuiuiscet *BP*³, reuiuescet *HSP*¹ inspectantibus (*exp. m. 3*) *B*, spectatibus *sic H*

taeterrimus erit quidem et ipse, sed mendaciorum propheta, et
se ipsum constituet ac uocabit deum, se coli iubebit ut dei
filium. et dabitur ei potestas, ut faciat signa et prodigia,
quibus uisis inretiat homines, ut adorent eum. iubebit ignem 5
descendere a caelo et solem a suis cursibus stare et imaginem
loqui, et fient haec sub uerbo eius: quibus miraculis etiam
sapientium plurimi adlicientur ab eo. tunc eruere templum 6
dei conabitur et iustum populum persequetur et erit pressura
et contritio qualis numquam fuit a principio mundi. qui- 7
cumque crediderint atque accesserint ei, signabuntur ab eo
tamquam pecudes, qui autem recusauerint notam eius, aut in
montes fugient aut conprehensi exquisitis cruciatibus necabun-
tur. idem iustos homines obuoluet libris prophetarum atque 8
ita cremabit. et dabitur ei desolare orbem terrae mensibus
quadraginta duobus. id erit tempus quo iustitia proicietur 9
et innocentia odio erit, quo mali bonos hostiliter praedabuntur.
non lex aut ordo aut militiae disciplina seruabitur, non canos
quisquam reuerebitur, non officium pietatis adgnoscet, non
sexus aut infantiae miserebitur: confundentur omnia et misce-
buntur contra fas, contra iura naturae. ita quasi uno com-
munique latrocinio terra uniuersa uastabitur. cum haec facta 10

EPITOME 13—15] c. 66, 8 tunc — persequetur. 21—640, 9] c. 66, 9 s.

AUCTORES 8 s.] cf. Matth. 24, 21. § 9] cf. 'Hippolyt.' ibid. c. 7: διὸ πάντες τῷ ἰδίῳ θελήματι ἐμπεριπατήσουσι — πρεσβυτέρου πολιὰν οὐδεὶς αἰδεσθήσεται καὶ νεωτέρου κάλλος οὐδεὶς οἰκτειρήσεται κτλ. § 10 s.] cf. 'Hippolyt'. ibid. c. 32.

BHSP] 1 t⌜a⌝eterrimus B^3 et ipse] *sc.* propheta prophetã *(~ m. 3) P* et *om. S* 2 uocari *BP* *post* deum *add.* et *edd.* saeculi B^1, secoli⌜que⌝ B^3, caeli *P; cf. Epit. 66, 8* 3 *pr.* et *om. H* *alt.* et] ac *SP* 4 hom*nes *(i er.) sic P* 5 e caelo *H* *post* imaginem *fort.* quam posuerit *uel simile excidit, cf. Epit. 66, 8* 6 uerbo sub *H* 7 erue⌜re⌝ B^2, euertere *H* 8 praesura HP^{ac} 9 a principio] ab initio *H* 10 atque accesserint *om. H* 11 nota *H* 13 obuoluet et *(puncta sub* et *erasa) P* libris *(sic corr. m. 3) P* 14 ita *om. P* cremauit B^1, *corr.* B^2 15 erit id*** (erit *er.) H* 17 malitiae *H* 18 pieta⌜ti⌝s B^2, ĩpietatis *P* 19 confundebuntur *S* omnia *om. P* 21 uniuersaque *H* facta erunt] factae sunt *H,* ita erunt *P*

erunt, tum iusti et sectatores ueritatis segregabunt se a malis et fugient in solitudines. quo audito inpius inflammatus ira ueniet cum exercitu magno et admotis omnibus copiis circumdabit montem in quo iusti morabuntur, ut eos conprehendat.
11 illi uero ubi se clausos undique atque obsessos uiderint, exclamabunt ad deum uoce magna et auxilium caeleste inplorabunt, et exaudiet eos deus et mittet regem magnum de caelo, qui eos eripiat ac liberet omnesque inpios ferro ignique disperdat.

1 18. Haec ita futura esse cum prophetae omnes ex dei spiritu tum etiam uates ex instinctu daemonum cecinerunt.
2 Hystaspes enim, quem superius nominaui, descripta iniquitate saeculi huius extremi pios ac fideles a nocentibus segregatos ait cum fletu et gemitu extenturos esse ad caelum manus et inploraturos fidem Iouis: Iouem respecturum ad terram et auditurum uoces hominum atque inpios extincturum. quae omnia uera sunt praeter unum,
3 quod Iouem dixit illa facturum quae deus faciet. sed et illut non sine daemonum fraude subtractum, missuiri a patre tunc filium dei, qui deletis omnibus malis pios liberet. quod Hermes tamen non dissimulauit. in eo enim libro qui λόγος τέλειος inscribitur, post enumerationem malorum de quibus diximus

EPITOME 10 s.] c. 66, 1; 68, 1. 12 Hystaspes] c. 68, 1. 20 Hermes] c. 68, 1; cf. c. 66, 6.

AUCTORES 2 (solitudines). 4 (montem)] cf. Hebr. 11, 38; Matth. 24, 16 (Apocal. 6, 15 ?). 7 s.] cf. ad c. 19. 12 Hystaspes—nominaui] cf. supra ad c. 15, 19.

BHSP] 1 tunc *HS* se***gregabunt *(con er.) H* 2 inpius rex *edd., sed cf. c. 19, 5; Epit. 66, 8* inflammabitur *H* 3 amotis *H* 5 ātque obsessos ūndique *B*, undique atque obsessos *om. H* 6 dm̃ *ras. ex* dñm *P* 7 de] a *B* 8 eos *om. P* ferro* *(o er.) P* 11 tunc *H* ex instinctu] instinctu* *(m er.) H*, extinctu (ins) *(corr. m. 3) P* daemon*um *(i er.) H* 12 hydaspes *S*, hystaspes (d) *(corr. m. 3) P* 13 extremi *om. P* a'c' *P*[3?] segregatos] se gratos *B* 15 ĩ|ploraturos *B*, imploratos (v) *(v i. e. ur in ras. m. 2) S* respecturũ *(~ m. 3) B* 18 efecit *ut uid. P*[1], *faci'e't *P*[3] 19 subtractum est *BP* missu'i'ri *B*, missum iri *cett.; cf. ad pag. 23, 4* 21 dissimilauit *P*[ac] λόγος τέλειος *edd. conl. IV 6, 4*, ΤΕΛΙΟϹ *B*, te ΛΕΙΟϹ *H*, ΤΕΛΟΓΟϹ telius *S*, telios *P* 22 enumeratione'm' *B*[3]

subiecit haec: ἐπὰν δὴ ταῦτα γένηται, ὦ Ἀσκληπιέ, τότε 4 ὁ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεὸς καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς θεοῦ δημιουργὸς ἐπιβλέψας τοῖς γενομένοις καὶ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν τοῦτ' ἔστιν τὸ ἀγαθὸν ἀντερείσας τῇ ἀταξίᾳ καὶ ἀνακαλεσάμενος τὴν πλάνην καὶ τὴν κακίαν ἐκκαθάρας

AUCTORES 1] pag. 51ª Patricius; cf. Ps.-Apulei. Asclep. c. 26 (pag. 48, 24 Goldb.): cum haec cuncta contigerint, o Asclepi, tunc ille dominus et pater deus primipotens et unius gubernator dei intuens in mores factaque [uoluntaria, *del. Bernaysius*], uoluntate sua, quae est dei benignitas, uitiis resistens et corruptelae omnium, errorem reuocans, malignitatem omnem uel inluuione diluens uel igne consumens uel morbis pestilentibus iisque per diuersa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem mundum reuocabit.

EXPILATORES 1] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 247).

BHSP] 1 *ad loc. Hermetis cf. Bernaysium, opusc. I 334* ἐπὰν — Ἀσκληπιέ] ЄΙΤΑΝΔЄΤΑΥΤΑΓЄΝЄΤЄΩΑϹ ΚΛΗΠΙЄ *B, om. H,* ЄΠΑΝΑΗΤΑΥΤΑ ΤЄΝΤΑΙ ΩΑϹΚΛΗΠΙЄ *S,* ЄΠΑΝΔΗΤΑΥ ΤΑΓΗΝΘΑΙ ΩΑϹΚΛΗΠΙЄ *P,* ЄΠΑΝ ΔЄΤΑΥΤΑΓЄΝΗΤΑΥΩΑϹΚΛΗΠΙЄ *Sedulius* *post* ταῦτα *add.* ὧδε *edd.* 1—3 τότε — δημιουργὸς] ΤΟΤЄΩΚΥΡΙΟϹΚΑΙΠΑΤΗΡΚΑΙΘЄΟϹΚΑΙΤΟΥΠ ΡΟΤΟΥ-ΚΑΙЄΝΝΟϹΘЄΟΥΑΗΜΙΟΥΡΓΟϹ *B,* O syrios cepar cetheos cetu protu caenostheu . demiurgos *(initio* τότε *om.) H,* ΤΟΤЄΟΚ͞ϹΚΑΙ ΠΑΤΗΡΗΧΙΘЄΟϹΚΑΙ ΤΟΥΠΡΩΤΟΥΚΑΙЄΝΟϹΘΥ ΔΗΜΙΟΥΡΓΟϹ *S,* ΤΩΘΗΟΚ͞ΩΚΑΙ ΠΑΘΗΡΚΑΥ ΘΗϹ-ΚΑΙ ΤΩΥ* (P *er.)* ΡΩΤΟΥ ΚΑΙΗΝΟϹΘΥ ΔΗΜΙΩΥΡΤΩϹ *P,* ΤΟΤЄΟΚΥΡΙΟϹ ΚΑΙΠΑΤΗΡ ΚΑΙΘЄΟϹΚΑΙΤΟΥΗΡΩΤΟΥΚΑΙЄΝΟϹΘЄΟΥΔΗΜΙΟΥΡΓΟϹ *Sedulius* 2 τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς] τοῦ πρωτογενοῦς *Dauisius ad Epit. c. LXXIII adn. 6 (pag. 243), sed cf. Ps.-Apul.* deus primipotens et unius gubernator dei *et Bernaysii ibid. adnot. ad uers. 68* 3 ἐπιβλέψας — βούλησιν] ЄΠΙ-ΒΛЄΨΑϹ ΤΟΙϹΓЄΝΟΜЄΙΝΟΥϹΚΑΙΤЄΝЄΑΥΤΟΥΒΟΥΛΗϹΙΝ *B,* epiblepstoes ginomenes ceten erutu bulesin *H,* ЄΗΙΒΛЄΨΑϹ ΤΟΙϹΤЄΙΝΟ ΜЄΝΟΙϹΚΑΙ ΤΗΝЄΑΥΤΟΥ ΒΟΥΛΗϹΙΝ *S,* ЄΗΙΒΛЄΨΑϹ ΤΩΙϹΓΗΙΝΩ ΜΗΝΩΙϹΚΑΙ ΘΗΝΗ-ΑΥΘΩΥ ΒΩΥΛΗϹΥΝ *P,* ЄΠΙΒΛЄΨΑϹΤΟΙϹ ΓΙΝΟΜЄΝΟΙϹΚΑΙΤЄΝЄΑΥΤΟΥ-ΒΟΥΛΗϹΙΝ *Sedulius* 4 τοῦτ' — ἀταξίᾳ] ΤΟΥΤЄϹΤΙΝ ΤΟΑΓΑΘΟΝΑΝΤЄΡΙ-ϹΑϹΤΗ ΑΤΑΞΙΑ *B,* tutes tinto agathon antherisas teataxia *H,* ΤΟΥΤЄϹΤΙΝ ΤΟΑΤΑΘΟΝΑΝΤЄΡЄΙϹΑϹ ΤΗΤΑΞΙΑ *S,* ΘΩΥΘΗϹΤΙΝ ΤΩΑΘΑΘΩΝ ΑΝΘΗΡΗΗ-ϹΑϹ ΤΗΑΤΑΞΙΑΙ *P,* ****ΤΟΥΤЄϹΤΙΝΤΟΝΑΓΑΘΩΝ ΑΝΤЄΡΙϹΑϹΤΗΑΤΑΞΙΑ *Sedulius* τοῦτ' ἔστιν τὸ ἀγαθὸν *glossema uidetur Struuio, opusc. I 157, interpretationem lat. in cod. Regiomontano desideranti, sed est interpretatio in BP* 4. 5 καὶ — ἐκκαθάρας] ΚΑΙΑΝΑΚΑΛЄϹΑΜЄ ΝΟϹΘΗΝΠΛΑΝΗΝΚΑΙ-ΤЄΝΚΑ ΚЄΙΑΝЄΚΚΑΘΑΡΑϹ *B,* caeana calesamene nosten osten planen ceten sasian ecatharas *H,* ΚΑΙΑΝΑΚΑΙ ΑΝΚΑΛЄΙΑΜΝΟϹΤΗΝ ΠΛΑΝΗΝΚΑΙΤΗΝΚΑ-ΚΙΑΝ ЄΚΚΑΘΑΡΑϹ *S,* ΚΑΙ ΑΝΑΚΑΛΗϹΑ ΜΗΝΩϹ ΘΗΝ ΠΛΑΝΗΝΚΑΥ ΘΗΝ-

πῇ μὲν ὕδατι πολλῷ κατακλύσας, πῇ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ διακαύσας, ἐνίοτε δὲ πολέμοις καὶ λοιμοῖς ἐκπαίσας ἤγαγεν ἐπὶ
5 τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀποκατέστησεν τὸν ἑαυτοῦ κόσμον. Sibyllae quoque non aliter fore ostendunt quam ut dei filius a summo patre mittatur, qui et iustos liberet de manibus inpiorum et iniustos
6 cum tyrannis saeuientibus deleat. e quibus una sic tradit:

EPITOME 3 Sibyllae] c. 68, 1.

ΚΑΚΙΑΝ ЄΚΚΑΘΔΡΑϹ *P*, ΚΑΙ ΑΝΑΚΑΛΗϹΑΜЄΝΟϹΤЄΝΠΛΑΝΗΝΚΑΙΤΗΝΚΑΚΙΑΝЄΚΚΑΘΑΡΑϹ *Sedulius* ἐκκαθήρας *Bernaysius*

BHSP] 1 πῇ μὲν — κατακλύσας] ΠΗΜЄΝ ΥΔΑΤΙΠΟΛΛΟΚΑΤΑΥϹΑϹ *B*, pemen . hydati pillo cataclyesas *H*, ΠΗ *(in mg. m. 1?)* ΜЄΝΥΔΑΤΙ ΠΟΜΩΚΤΑ ΚΑΙϹΑϹ *S*, ΤΗΜΗΝΗΔΑΤΙ ΠΩΛΛΩΚΑΤΑ, *om.* -κλύσας, *sed spatio relicto P*, ΠΗΜЄΝΙΔΑΤЄΙΠΟΛΛΩΚΑΤΑΚΑΙϹΑϹ *Sedulius;* κατακλύσας *Patricius, cf. cod. H et Sedul.*, καταλύσας *edd., sed cf. Ps.-Apul.* inluuione diluens *et interpretat. lat. in B et ap. Sedul.* πῇ δὲ — διακαύσας] ΠΗΔЄ ΠΟΥΡΙΟΞΥΤΑΤΩΔЄΙΑΚΑΥϹΑϹ *B*, pedepyri oxiotato diacausas pyri *H*, ΤΗΔЄ ΠΥΡΙΟΞΥΤΑΤΩ ΔΙΑΚΑΥϹΑϹ *S*, ΠΥΡΡΩΞΥΤΑΤΩ ΔΙΑΚΑΥϹΑϹ, *om.* πῇ δέ, *sed spatio relicto P*, ΠΗΔЄΠΥΡЄΥΟΞΙΤΑΤΟΔΙΑΚΑΥϹΑϹ *Sedulius* 2 ἐνίοτε — ἐκπαίσας] ЄΝΙΟΤЄΔЄΠΟΛЄΜΟΙ ϹΚΑΙΛΟΙΜΟΙϹ ЄΚΙΤЄϹΑϹ *B*, aniote depolomoes . caelimoes ecpesas *H*, ЄΝ ΙΟΤЄΛЄΠΟΛЄ ΜΟΙϹΚΑΙΛΟΙ ΜΟΙϹЄΚΠΑϹΑϹ *S*, ΗΝ ΠЄΔЄΠΩΛΗ ΜΩΙϹ *(om.* καὶ λοιμοῖς*)* ΗΚΠϹΑϹ *P*, ЄΝΙΟΤЄΔЄ ΠΟΛЄΜΟΙϹΚΑΙΛΟΙΜΟΙϹ ЄΚΠΗϹΑϹ *Sedulius;* ἐκπαίσας *edd. quidam et Struuius*, ἐκπιέσας *alii edd. et Bernaysius, sed cf. interpretat. lat. in B* malitia—percussa ἤγαγεν — κόσμον] ΗΤ ΑΓЄ̄ΝЄΠΙΤΟΑΡΧЄΩΝΚΑΙΑΠЄΚΑΤΗϹΤΗϹЄΝΤΟΝЄΑΥΤΟΥ ΚΟϹΜΟΝ *B*, egagenepito archeon. ea poca testesentoneatu cosmo *H*, ΗΤΑΤЄΝЄΠΙ ΤΟΑΡΧΑΙΟΝΚΑΙΑΠΟΚΑ ΤЄϹΤΗϹЄΝΤΟΝЄΑΥΤΟΥϹΟϹΜΟϹ *S*, ΗΓΑΓЄΝΗΠΙ ΤΩΑΡΧΑΙΩΝ ΚΑΙΑΠΩΚΑ ΤΗϹΘΗϹΗΝΤΩ̄ ЄΑΥΤΩΥϹΩϹ ΜΩΝ *P*, ЄΓΑΓЄΝЄΠΙΤΟΑΡΧΑΙΟΝ ΚΑΙΑΠЄΚΑΤЄϹΤΗϹЄΝ ΤΟΝ ЄΑΥΤΟΥ ΚΟϹΜΟΝ *Sedulius* *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P haec* cum igitur haec fuerint, o asclepi, tunc *(*o — tunc *om., sed spatio relicto P)* dominus et pater et deus et primi et unius dei creator inspectis his quae fient et sua uoluntate *(*uolumptate *B)* id est bono opposito temeritati et reuocato errore et malitia expurgata *(cetera desunt in P)* et tam aqua nimia deluta quam igni rapido exusta, plerumque autem bellis et pestibus percussa adduxit ad pristinum et restituit suum mundum, *ap. Sedulium haec* cum autem haec facta fuerint, aesculapii, tunc dominus et pater et deus primique atque solius dei creator respiciens facta et suam uoluntatem id est bonitatem opponens disturbationi et reuocans errorem atque malitiam purgans alicubi quidem aqua multa deluens, alicubi autem igni uelocissimo exurens, interdum autem bellis ac pestibus excutiens reduxerit ad antiquum et restituet suum mundum 3 sibellae *H* 4 ⌜fore⌝ B^2

ἥξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι.
καί κέν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπὶ τοῦτον
πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλους καὶ φῶτας ἀρίστους,
εἶθ' οὕτως κρίσις ἔσται ὑπ' ἀφθίτου ἀνθρώποισιν.

item alia: 7

καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο θεὸς πέμψει βασιλῆα,
ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.

et rursus alia: 8

ὅς ῥά κε πραὺς ἰδοὺ ἥξει, ἵνα τὸ ζυγὸν ἡμῶν

AUCTORES 1 ss.] V 107 ss. 6 s.] III 652 s. 9 ss.] VIII 326 ss.
EXPILATORES 1 ss.] Sedulius (cf. Montefalconium, palaeograph. graec. pag. 247. 6 s.] Sedulius (cf. ibid.). 9 ss.] Sedulius (cf. ibid.).

BHSP] 1 καὶ *cum Lactantio Excerpta Sibyll. Parisina (cod. 1043) Rzachii,* δ'αὖ *codd. Sibyll.* ΜΑΚΑΡΦΩΝ *Sedulius* ЄΘЄΩ͂ ΠΟΛЄΙ *S* ЄΞΑΛΛΑΠΑΙ: *Sedulius* ΗΞЄΚΑΙΜΑΚΡΑΡΟΝΟCΚЄΝ ΠΟΛΙΝЄΞΜΑΠΑΞЄ *B,* Exicemacaron ethelon poline xalapaxe *H,* ΗΞЄΙΚΑΙΜΑ ΚΑΡΗ(Ω)ΝЄΘЄΩ͂ ⌊ΠΩΛЄΙΝЄΞ⌋ ΛΑΠΞΑΙ *P* 2 καὶ] ΚΑ *P* ΘЄΩΝ *B,* ЄΘΟЄЄΝ *Sedulius* ΒΑCΙΛЄΙC *S* ΠЄΜΦΟΙC *Sedulius* ἐπὶ τοῦτον] ЄΠΠΟΥΤΟΥ *B* ΤΩΥΤΩΝ *P* ceceuntis theothenbasi leus penphisepituton *H* *in Excerpt. Paris. uersus ut ap. Lact., nisi quod* κακεῖ τις, *in codd. Sibyll. sic* κἀκεῖ τις θεόθεν σθεναρὸς βασιλεὺς ἐκπεμφθείς, *sed post u. 101 hic* καὶ κισσὶς θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπὶ τοῦτον, *quem Alexander e Lactantio in margine adscriptum corrupto initio illuc delatum esse existimat, uix recte* 3 ΒΑCΙΛЄΙC *S* ΟΛΙ *B,* ////ΟΛЄΙ////ΒΑCΙΛЄΥC *Sedulius* μεγάλους *om. B,* ΜЄΤΑΛΟΥC *S,* ΜЄΓΑΛΩΥC *P* ΗΑΙ *S* ΦΟΤΑC *B,* ΡΩΤΑC *SP,* ἄνδρας *codd. Sibyll.; cf. Volkmannum, de orac. Sibyll. dissert. pag. 29* ΑΡΙCΤΟΙC *P* pantasalis balis megalus cefotasaris tas *H* 4 ЄΥΘ *Sedulius* εἶθ' οὕτως *om. P* ΚΡΙCЄΙC *B* ὑπ'] Π *SP* ΑΦΘΙΘΙΤΩΝ *P* ΑΠΘΡΩΠΟΙCΙ͂ *S,* ΑΝΘΡΩΠΟCΙ *P,* ΑΝΘΡΩΠΟΙCЄΙΝ *Sedulius* i utoscrisis estei papaphthi tuanthropoesin *H* *in codd. Sibyll. sic* εἶθ' οὕτως τέλος ἔσται ἄφθιτον ἀνθρώποισιν; *cf. Struuium, opusc. I 85, et Volkmannum l. c. pag. 28* *interpretatio lat. eadem in B (in mg. m. 1) et P et, nisi quod leuissima quaedam sunt discrimina, ap. Sedulium* 5 alia] alio loco *P* 6 ἀπ'] ἐξ *edd.* ЄΛΙΟΙΟ *S* ΠЄΜΠЄΙ *B* ΒΑCΙΛЄΑ *B,* ΒΑCΙΑΗΑ *S* cetotapelioeotheon peon senbasilea *H,* ΚΑΙΤΩΤ ΑΠЄΛΙΩΙΟΘΟC ΠЄΜΨЄΙΡΑ CΙΛΗΑ *P,* ΚΑΙΤΟΤЄΑΠΟЄΛΟΙΟΘЄΟCΠЄΜΨЄΝΒΑCΙΛЄΑ *Sedulius* 7 ΤΑΙΑΝ *SP,* ΤЄΑΝ *Sedulius* ΠΟΛЄΜΟΙΟ *S,* ΠΟΛЄΜΟ *P,* ΠΟΛЄΜΟΥΟ *Sedulius* ΚΑΚΩΙΟ *P,* ΚΑΚΟΥΟ *Sedulius* os pasan grean pausi polomoescacoes *H* *interpretatio lat. ead. in B (in mg. m. 1) et P, paene eadem ap. Sedulium* 8 rursum *B* 9 ὅς ῥά κε *Rzachius,* θάρσει *Stadtmuellerus;* πραὺς ἰδοὺ ἥξει *ego ex codd. H (ad* ἥξει *uidetur* i xi *in H referendum esse) P*

δοῦλον δυσβάστακτον ἐπ' αὐχένι κείμενον ἄρῃ,
καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσει δεσμούς τε βιαίους.

1 19. Oppresso igitur orbe terrae cum ad destruendam inmen-
sarum uirium tyrannidem humanae opes defecerint, siquidem
capto mundo cum magnis latronum exercitibus incubabit, di-
2 uino auxilio tanta illa calamitas indigebit. commotus igitur
deus et periculo ancipiti et miseranda conploratione iustorum
mittet protinus liberatorem. tum aperietur caelum medium
intempesta et tenebrosa nocte, ut in orbe toto lumen descen-
dentis dei tamquam fulgur appareat; quod Sibylla his uersibus
elocuta est:

EPITOME 6—8] c. 66, 10. 8—646, 7] c. 67, 1.
AUCTORES c. 19] cf. Apocal. 19, 11—21. 9 s.] cf. Matth. 24, 27.

et codd. Sibyll. HMQV; ΟΦΡΑϹЄΠΑΡ ΘЄϹΙΛΟΥΝΤЄΙΝΑΤΟΖΥΓΟΝ ΗΜΩΝ *B,* O praese prausiasunti xiomato zyconche mon *H,* ΟΠΑϹЄΠΡΑΥϹ ϹΙΑϹΟΥΝΤЄΙ ΝΑΤΟΖΙΤΟΝ ΗΜΩΝ *S,* ΟΡΑϹЄΠΡΑΥ ϹΙΔΟΥЄΝΘЄΙ ΝΑΤΟΖΥΓΟΝ ΗΜΩΝ *P, hoc tantum* ΤΟΖΥΓΙΝ ΗΜΩΝ *ap. Sedulium;* πραὺν πρᾶος ἕξει ἵνα τὸν ζυγὸν ἡμῶν *codd. Sibyll. HMQV,* πρᾶος πᾶσι φανεὶς ἵνα τοι ζυγὸν ὅνπερ ὑπῆμεν *rell. codd. et edd.; ad hunc et superiorem uersum (325)* αὐτός σου βασιλεὺς ἐπιβὰς ἐπὶ πῶλον ἐσάγει *(sic male codd.,* ἐπάσσει *Nauckius) cf. Matth. 21, 5* ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς *(ex Zachar. 9, 9) et Ioann. 12, 15* μὴ φοβοῦ *(unde Stadtmuellerus* θάρσει*),* θυγάτηρ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου; *Sauppius* ὄφρακε πράως δυστυχέων θνητῶν ζυγὸν ἡμῶν *ap. Fritzschium; nihil certi inuenit Struuius, opusc. I 86*

BHSP] 1 δΟΥδΟΝ *B,* ΔΟΛ̃Ο *S,* ΛΟΥΛΟ̃ *P,* δούλειον *codd. Sibyll. HMQV* ΛΥϹΒΑΤΑΚΤΟ̃ *S,* ΔΥϹΒΑϹΤΑΚΑΤΟ̃ *P,* ΔΥϹΒΑϹΤΑΚΝΟΝ *Sedulius* ΛΥΧЄΝЄΙ *SP* ΚЄΙΜЄΝΩΝ *P,* ΚΙΜЄΝΟΝ *Sedulius* ΑΡΗ *BS Sedulius,* Α ΙΡΗ *(*ΙΡ *uid. esse litterae* Π *et* Ρ *contignatae) P* dulon dysbastanton epauche nicimenon are *H* 2 ΘЄϹΜΟΥЄ *S,* Θ.ЄϹΜΟΥϹ *Sedulius* ΑΘЄΥϹ *B,* ἀθέσμους *codd. deter. Sibyll.* λύσει] ΛΥϹΙ *B,* ΛΥϹЄΙ *SP,* ΛΙϹЄΙ *Sedulius;* λύσῃ *codd. Sibyll.* ΔЄϹΜΩΥϹ *P* δὲ *codd. Sibyll. HMQV* ΒΙΛΙΟΥΟ *S,* ΒΙΒΛΙΟΥϹ *S* cae thesmusa theus lysides mustebiacus *H* *interpretatio lat. in P haec* ita ut praesentia eius iugum nostrorum seruitutis qui non fertur pondere super colla positum tollat et fanda soluet et uincula uiolenta, *ap. Sedulium haec* iugum nostrae seruitutis intolerabile super colla positum tollet et leges impias soluet uinculaque uiolenta 3 orbem P^1, m *del.* P^3 distruendam *B,* destruendã *(~ m. 3) P* 6 illa *om. S* 7 ancipiʹtiʹ B^2 miserandi *P* 8 tunc BSP^{pc} medium *om. P* 9 nocte] nõc *sic S* nocte* (m *er.)* et tenebrosa *H* discendentis *P* 10 uerbis *P* 11 locuta *H*

ὁππόταν ἔλθῃ,
πῦρ ἔσται ψολόεν τι μέσῃ ἐνὶ νυκτὶ μελαίνῃ.

haec est nox quae a nobis propter aduentum regis ac dei 3
nostri peruigilio celebratur: cuius noctis duplex ratio est, quod
in ea et uitam tum recepit, cum passus est, et postea regnum
orbis terrae recepturus est. hic est enim liberator et iudex 4
et ultor et rex et deus, quem nos Christum uocamus, qui
priusquam descendat, hoc signum dabit. cadet repente gladius 5
e caelo, ut sciant iusti ducem sanctae militiae descensurum,
et descendet comitantibus angelis in medium terrae et ante-
cedet eum flamma inextinguibilis et uirtus angelorum tradet
in manus iustorum multitudinem illam quae montem circum-
sederit et concidetur ab hora tertia usque in uesperum et fluet
sanguis more torrentis: deletisque omnibus copiis inpius solus
effugiet et peribit ab eo uirtus sua. hic est autem qui ap- 6
pellatur Antichristus, sed se ipse Christum mentietur et contra

AUCTORES 1 s.] frg. III (pag. 230 Friedl.).
EXPILATORES 1 s.] Sedulius (cf. Montefalconium ibid.). 3—6] Isidor. orig. VI 17, 12. 15–646, 1] ibid. VIII 11, 20. 21.

BHSP] 1 ΟΗΠΟΤΑΝ *B*, ΟΠΟΤΑΝ *Sedulius* ЄΛΘΗ *B*, ЄΛΘЄ *S*, ЄΛ *P*, ЄΛΘЄ//// *Sedulius* apotanelte *H* 2 πῦρ ἔσται *om., sed spatio relicto P* ЄCTЄ *B Sedulius* ψολόεν *Stadtmuellerus*, CKTOЄN *B*, CKOTOЄN *(T expunct. in P) SP*, CKOTOC *Sedulius;* σκῆπτόν *conieceram;* ἔλθῃ, πῦρ ἔσται σκότος ἐν τῇ μέσσῃ ν. μ. *sic edd. quidam, quae Alexander (frg. III, uol. I pag. 303), quamquam de integritate loci dubitat, explicare temptat;* ἔλθῃ πῦρ, ἔσται σκοτόεν τι μέσῃ ἐνὶ ν. μ. *Struuius, opusc. I 87* MЄCЄ *B*, MHCH *P*, MЄCH *S* ἐνὶ] NI *SP* τι—ἐνὶ] ЄN·MЄCЄ//// *Sedulius* NYTI *P* MЄΛΑΙΝΗ *BS*, MЄΛΑΙΝΗ *P*, MЄΛЄ́NH *Sedulius* pyresthes coton entimese ennycti nmlene *H* *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P haec* cum uenerit ignis erit tenebrosa media in nocte, *ap. Sedulium haec* cum uenerit ignis erunt tenebrae in media nocte obscura 3 est] est et *S* 4 peruigilium *H* 5 tunc *(nc in ras. ex* m*) P*[3] *Isidor.* recipit *B* poste∗a *(i er.) B* 7 deus quem nos] deus noster quem solum *H* 9 e̥ *S*, ∗e *(a er.) P* & *(sed del. m. 3)* ut *P* militiae scanctae *(sic) H* 10 et antecedet] antecedet ante *P* 11 ⟨et⟩ tradet *uir doctus, Miscell. obseruat. uol. IV (a. 1734) pag. 427, conl. Epit. 67, 1* 12 montes *H* circumsedit *B*, circumsedebit *SP* 13 in] ad *edd.* 14 de^le^tisque *P*[3] ĩ|pius *B* 16 antechristus *BP*[1], *corr. P*[3] se *om. H* ipsum *P*

uerum dimicabit et uictus effugiet et bellum saepe renouabit
et saepe uincetur, donec quarto proelio confectis omnibus im-
piis debellatus et captus tandem scelerum suorum luat poenas.
7 sed et ceteri principes ac tyranni, qui contriuerunt orbem,
simul cum eo uincti adducentur ad regem, et increpabit eos
et coarguet et exprobrabit iis facinora ipsorum et damnabit
8 eos ac meritis cruciatibus tradet. sic extincta malitia et in-
pietate conpressa requiescet orbis, qui per tot saecula subiectus
9 errori ac sceleri nefandam pertulit seruitutem. non colentur
ulterius dii manu facti, sed a templis ac puluinaribus suis
deturbata simulacra igni dabuntur et cum donis suis mirabi-
libus ardebunt: quod etiam Sibylla cum prophetis congruens
futurum esse praedixit:

ῥίψωσιν δ' εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα.

EPITOME 7—9] c. 67, 2 s. ut pacem — omni malo.
AUCTORES 14] VIII 224.
EXPILATORES 14] Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

BHSP] 1 dimicauit B^{ac} 2 *supra* quarto proelio *nonnullae litterae erasae in B* impius *H* 4 contri͜uerunt B^2 5 ui⌜n⌝cti B^3 increpabunt B^{ac}, *ras. corr.* 6 exprob⌜r⌝auit *(sic)* B^3 iis *scr.*, his *BSP*, *om. H* 7 eos *om. H* malitię *H* et *in mg. H* 8 requies⌜c⌝et B^2 10 manu — sed] manum factis et *H* 11 domibus *S* miserabiliter *Heumannus* 14 ῥίψωσιν] ΡЄΙΨΩCIN *B*, ΤΡЄΙΨΩCIN *P*, ΤΡΙΨΩCЄIN *Sedulius*; τρίψουσιν *edd.*; ῥίψωσιν *non tam propter auctoritatem codicis B, quoniam post* praedixit *facile ante* ΡЄΙΨΩCIN *excidere poterat* T, *aut propter acrostichi Or. Sibyll. VIII 217 ss. legem recepi, quam propter superiora Lactantii uerba (11)* deturbata simulacra igni dabuntur, *ubi de simulacris 'conterendis' nihil dicitur; cf. etiam Sibyll. III 606 et interpretationem Augustini de ciu. dei XVIII 23 (II pag. 285, 28)* reicient simulacra uiri, cunctam quoque gazam; *coniunctiuus autem, cum codd. Sibyll.* ῥίψουσιν (-σι) *habeant, defenditur loco orationis Constantini ad sanctorum coetum c. 18, 4 (nisi quod pro* ῥίψωσιν δ' *codd. eius orationis habent* ῥίψωσί τ'), *unde recensionem quandam apparet fuisse huius loci Sibyll. in qua* ῥίψωσιν *a proximo (uers. 223)* ὅταν *penderet; cf. ad pag. 648, 2* ΒΡΟΤΟΥ *Sedulius* ΔЄЄΦΔΩΛΑ *B*, ΔΙΔΩΛΑ *S*, ΔΙΔΩΛΑ *P*, ΔЄΙΔΩΛΑ *Sedulius* ΠΛΟΥΤΟΝ *S*, ΠΛΟΥΤΟΙ *P* tripsosinido labrote cepluton apanta *H* *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P fort. eiusdem qui in archetypo* τρίψωσιν *correxerat, haec* conterent idola homines et opes uniuersas, *ap. Sedulium haec* conterent autem homines simulacra et diuitias omnes *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 88*

Erythraea quoque idem spopondit:

ἔργα δὲ χειροποίητα θεῶν κατακαυθήσονται.

20. Post haec aperientur inferi et surgent mortui, de quibus iudicium magnum idem ipse rex ac deus faciet cui summus pater et iudicandi et regnandi dabit maximam potestatem. de quo iudicio et regno aput Erythraeam Sibyllam sic inuenitur: 1

ὁππότε δὴ καὶ τοῦτο λάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ, 2
εἰς δὲ βροτοὺς ἥξει κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο,
ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους μεγάλη κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή.

EPITOME 3 s.] c. 67, 3.

AUCTORES 2] III 618. § 1. 5 s.] cf. Apocal. 20, 4 s. 7 ss.] III 741 s.

EXPILATORES 2] Sedulius (cf. Montefalconium ibid.).

BHSP] 1 spondit *P* 2 ЄΡΤΑ *S* ΧЄΙΡΟΠΩΙΗΤΑ *P*, ЄΧΙΡΩΝ ΠΟΙΝΤΑ *Sedulius* ΘЄΩΝ *(sed* Ν *add. P³) BP Sedulius*, ΘЄΩ̃ *(i. e.* ΘЄΩΝ *ut uid.) S;* θεῷ *defendit Struuius, opusc. I 89, cod. Regiomontanum, in quo* ΘЄΩ, *secutus et conl. uerss. proximis 616. 619, sed* θεῶν *uerbis (§ 9)* dii manu facti *et* cum donis suis mirabilibus *postulatur* erga de chriro poeta theon catacauthe sontae *H* *in Sibyll. uersus sic* ἔργα δὲ χειροποίητα πυρὸς φλογὶ πάντα πεσεῖται *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P haec* opera uero deorum manu facta conburentur, *ap. Sedulium haec* opera autem deorum humanis manibus facta exurentur 3 *hinc usque ad finem paginae (fol. 174ᵇ)* ΑΝΑΡΩ̃ *(infra pag. 648, 8) multa renouauit m. recens in S* resurgent *HS, recte?* 4 cui] et cui *P* 5 et regnandi *om. H* 6 erythryam *H*, erytheam *P* 7 ΟΠΤΙΟΤЄ *B* δὴ] ΑΑΗ *S, om. codd. Sibyll.* ΛΑΒΗ *BSP, om. codd. Sibyll.* ΤЄΑΟC *S* ΑΙCΜΙΟΝ *P*, αἴσιον *codd. Sibyll.* Oppote decet ut olabete losdis monem ar *H* 8 εἰς] IC *B* εἰς δὲ] ЄΙCΙCΑЄ *S* δὲ] ΑЄ *P* ΒΡΟΤΟΙC *P* ἥξει] ΗΞЄΙ *S*, ЄΞЄΙ *B*, ΗΞ *P*; ἥξῃ *edd., sed cf. interpretat. lat. in BP* ueniet ΑΘΑΝΑΤΩΙΟ *P* ΘЄΟΙΟ *B*, ΘЄΟΙ *S* is debrotuso theoe *hoc tantum H* 9 ΜЄΤΑΛΗ *P* ΚΑΙ *B*, Κ *P* exiepanthropus megale chrisi hedechearce *H* *pro uerss. 7. 8 in codd. Sibyll. unus hic* ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους ἀγαθοὺς μεγάλοιο κατ' ἀρχήν, *cf. etiam u. 783* αὕτη γὰρ μεγάλοιο θεοῦ κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή; *cf. Alexandrum, cur. post. ad III 741* *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P haec* cum uero et hic dies acceperit fatalem finem, in homines autem ueniet iudicium inmortalis *(*imm- *P)* dei, ueniet *(*ueniet et *P)* super homines magnum iudicium atque imperium *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 89*

3 deinde aput aliam:

> ταρταρόεν δὲ χάος δείξει τότε γαῖα χανοῦσα,
> ἥξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆος ἅπαντες.

4 et alio loco aput eandem:

> οὐρανὸν εἱλίξω, γαίης κευθμῶνας ἀνοίξω,
> καὶ τότ' ἀναστήσω νεκροὺς μοῖραν ἀναλύσας
> καὶ θανάτου κέντρον. καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἄξω
> κρίνων εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν.

AUCTORES 2 s.] VIII 241 s. 5 ss.] VIII 413 ss.

BHSP] 1 aliam] aliam sibyllam *B* 2 ΤΑΡΤΑΡΟЄΝ *B, quod si non a Sibyllista, at fortasse a Lactantio tamen scriptum recepi propter adsensum loci Constantini ad sanct. coet. c. 18, 4 (cf. supra ad pag. 646, 14* ῥίψωσιν*)*, ΤΑΡΤΑΡЄΟΝ *SP*, ταρτάρεον *codd. Sibyll.* δὲ] Τ⟨?⟩ ΔЄ *(*Τ *ante foramen minus certum) S, om. codd. Constantini* ΔΙΞЄΙ *S*, ΛЄΙΞЄ *P;* δείξει τότε *cum Lactantio codd. Sibyll. HMQV,* δείξει ποτὲ *codd. Constantini;* τότε δείξει *rell. codd. Sibyll.* ΓЄΑ *B*, ΤΑΙΛ *S* tartareon dehaos dixiotegea hanus a *H* 3 ΗΞΟΥCΙ *B*, ΗΞΟΥCΙΝ *(*CΙΝ *aut ex* ΟΝ *ut uid. correxit aut fort. euanidum renouauit m. rec.) S* ΒЄ̇ΜΑ (H supra) *(*Є *expunct. et delet.) B* ΒΑCΙΛΗΟC *P;* βασιλῆες *codd. Sibyll. et Constantini, sed cf. supra § 1* rex, regnandi . . potestatem, regno *et interpretat. lat. in BP* ΑΠΑΝΤЄΤ *B* exus inde pile matheu basileus apantes *H* *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P haec* tartareum autem chaos ostendet *(*-dit *P)* tunc terra dehiscens *(*deh. *om. P)*, uenient *(*ueniet *P)* uero ad tribunal dei regis uniuersi *(*un. *om. P)* *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 90* 5 ΙΛΙΞΩ *B;* εἱλίξω *cum Lactantio cod. Sibyll. M,* εἱλήξω *HQV,* εἱλίξει *rell.* ΤΑΙΗC *P* κευθμῶνας ἀνοίξω] ΚЄΥΘΜΩ *P* ΑΝΥΞΩ *B;* ἀνοίξω *cum Lactantio codd. Sibyll. HMQV,* ἀνοίξει *rell.* 6 *hunc et proximum uers. om. codd. Sibyll. HMQV* καὶ τότ'] ΚΑΠΟΤ *P* νεκροὺς] ΝЄ *B*, ΝЄΚΡΟC *P;* ἀναστήσει νέκυας *codd. Sibyll. in quibus est hic uersus* καταλύσας *codd. Sibyll.* caetota naste sonec rumoerana nalys sas *H* 7 καὶ ὕστερον *om. P* εἰς] ΙC *B* ἄξω *Lact.,* ἥξει *codd. Sibyll. in quibus uersus legitur,* ἥξω *Struuius, opusc. I 91, et Alexander, sed cf. interpret. lat. in BP* ceta natu centron caeyste ronis crisin axo *H* 8 ΚΡЄΙΝΩΝ *B*, ΚΡΙΝΟΝ *S;* κρίνω *codd. Sibyll. HQV,* κρίνω δ' *cod. M* καὶ] Κ *SP* ΔΥCCЄΒЄΩ *S*, ΔЄCCЄΒЄΩ̃ *P* ΒΙΩΝ *P,* βίον *om. codd. Sibyll. HMQV* ΑΝΔΡΩ̃ *S*, ΑΝΔΡΩ *P* crinoneus eboncedys sebeonbion andron *H* *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P haec* caelum uoluam terrae intima *(*terr. int. *om. P)* aperiam et tunc resurgere faciam mortuos fatum resoluens et stimulos mortis ac postea ad iudicium ducam iudicans piorum et inpiorum *(*imp- *P)* uitam uirorum

nec tamen uniuersi tunc a deo iudicabuntur, sed ii tantum 5
qui sunt in dei religione uersati. nam qui deum non adgno-
uerunt, quoniam sententia de his in absolutionem ferri non
potest, iam iudicati damnatique sunt, sanctis litteris contestan-
tibus non resurrecturos esse inpios in iudicium. iudi- 6
cabuntur ergo qui deum scierunt et facinora eorum id est
mala opera cum bonis conlata ponderabuntur, ut si plura et
graui⟨or⟩a fuerint bona iustaque, dentur ad uitam beatam, si
autem mala superauerint, condemnentur ad poenam. hic for- 7
tasse dixerit quispiam: 'si est inmortalis anima, quomodo pati-
bilis inducitur ac poenae sentiens? si enim ob merita punie-
tur, sentiet utique dolorem atque ita etiam mortem: si morti
non est obnoxia, ne dolori quidem: patibilis igitur non est.'
huic quaestioni siue argumento a Stoicis ita occurritur: animas 8
quidem hominum permanere nec interuentu mortis in nihilum
resolui, sed eorum qui iusti fuerint puras et inpatibiles et
beatas ad sedem caelestem, unde illis origo sit, remeare uel
in campos quosdam fortunatos rapi, ubi fruantur miris uolup-
tatibus, impias uero, quoniam se malis cupiditatibus inqui- 9
nauerint, mediam quandam gerere inter immortalem mortalem-
que naturam et habere aliquid inbecillitatis ex contagione carnis,

AUCTORES 5] Ps. 1, 5 (LXX) διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει.

BHSP] 1 adeo] ab eo *P* ii *edd.*, hi *BH, om. SP, recte ?* 3 de his in *edd.*, dei̅ sine *B*, deis his in *H*, ds̃ his in *S* absolutione *BS* ferre *S* 4 iam B^3*H*, nam B^1, *om. SP* 5 esse *om. S* 8 grauiora *Heumannus (Buenemannus conparat Ouid. Met. XV 33)*, grauia *C, quod non referendum est ad usum illum a Sittelio, Die lokalen Verschiedenheiten der lat. Sprache, pag. 101 ss. descriptum; cf. infra pag. 652, 3* iustaque dentur] iustificentur *S* 10 patibilis *(alt.* i *ras. ex* u*) B* 11 ad *HP* poena *(*a *in ras. ex* e *? m. 2) B*, poenam *P* 12 etiam ita *S* 13 ne] nec *S* dolore *H* patibilis *(alt.* i *ras. ex* u*) B*, partibilis *H*, patibilisque *S* 14 a Stoicis] stoicis *(corr. m. 3) P* 15 interuentum P^1, m *del.* P^3 16 resolui* *(*s *? er.) B* sed] se et *H* fuerint *edd.*, fuerunt *(*fuer̃ *S) C* inpartibiles *H* 18 quosdam *om. P* fruantur⸢m⸣iris *(*r *? s. l. er.,* m *add. et* iris *ex* .ris *corr. m. 1 ut uid.) B* 19 impias *Heumannus*, impios *C*, impiorum *Walchius* 20 inter *in mg.* H^2 immortalem mortalemque] ⸢mortalem⸣ *(add. m. 2)* immortalemque *B*, immortalemque *H* 21 *ante* ex contagione *hoc* ex contactis, *sed del. m. 1 P* contagio *(*g *ex* c H^2*) HS, recte ? cf. Mar. Victorin. pag. 25, 10 K.*

cuius desideriis ac libidinibus addictae ineluibilem quendam
fucum trahant labemque terrenam: quae cum temporis diutur-
nitate penitus inhaeserit, eius naturae reddi animas, ut si non
extinguibiles in totum, quoniam ex deo sint, tamen cruciabiles
fiant per corporis maculam, quae peccatis inusta sensum do-
10 loris adtribuit. quam sententiam poeta sic explicauit:

quin et supremo cum lumine uita reliquit,
non tamen omne malum miseris nec funditus omnes
corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est
multa diu concreta modis inolescere miris.
ergo exercentur poenis ueterumque malorum
supplicia expendunt.

11 haec propemodum uera sunt. anima enim cum diuortium fecit
a corpore, est, ut ait idem poeta,

par leuibus uentis uolucrique simillima somno,

quia spiritus est et ipsa tenuitate inconprehensibilis, sed nobis,
qui sumus corporales, deo autem, cui subiacet posse omnia,
conprehensibilis.

1 21. Primum ergo dicimus tantam esse dei potestatem, ut
etiam incorporalia conprehendat et quemadmodum uoluerit ad-
ficiat. nam et angeli deum metuunt, quia castigari ab eo
possunt inenarrabili quodam modo, et daemones reformidant,
2 quia torquentur ab eo ac puniuntur. quid ergo mirum, si cum

AUCTORES 7 ss.] Verg. Aen. VI 735 ss. 15] ibid. 702.

BHSP] 1 acdictae B^1, *corr.* B^2 inelubilem *H,* in·e·lu·i·bile *(sed puncta nunc erasa) P* qu,en,dam B^2 2 ⌜fucum⌝ B^2, focum *P* lauemque B^1, *corr.* B^2 diuturnitatem *H* temporis *post* diuturnitate *repetiit, sed expunxit B* 3 si non] ** *(in er.)* non sint *B* 4 ex] a *H* sunt *B* 5 iniusta $B^{ar}S$ doloris] dio oris *S* 7 suppremo *P* uita* *(m er.) H* relinquit *(in B addita est ' distinctio) BH,* reliq̄t *(t renouauit m. 2) S* 8 miseris' 9 corporeas B^1, *corr.* B^2 pestes' *B* 10 miris' *B* 11 exercentur] exertũ *H* poenis' *B* 12 suplicia *H* expendunt' *B* 14 idem *om. H* 15 uolucrisque *H* 16 et *om. H* sed nobis *bis, sed prius eras. S* 17 carnales *B* cui] cum *H* 18 conprehensibilis est *B* 20 efficiat *H* 21 metuent H^1 22 inenarrabiliter *B,* innarrabili *S* reformidant] reformidant deum *B*

sint inmortales animae, tamen patibiles sint deo? nam cum in se nihil habeant solidum et contrectabile, a solidis et corporalibus nullam uim pati possunt: sed quia in solis spiritibus uiuunt, a solo deo tractabiles sunt, cui uirtus ac sub-
stantia spiritalis est. sed tamen docent nos sanctae litterae 3
quemadmodum poenas impii sint daturi. nam quia peccata in corporibus contraxerunt, rursus carne induentur, ut in corporibus piaculum soluant: et tamen non erit caro illa, quam deus homini superiecerit, huic terrenae similis, sed insolubilis ac permanens in aeternum, ut sufficere possit cruciatibus et igni sempiterno, cuius natura diuersa est ab hoc nostro, quo ad uitae necessaria utimur, qui nisi alicuius materiae fomite
alatur, extinguitur. at ille diuinus per se ipsum semper 4
uiuit ac uiget sine ullis alimentis nec admixtum habet fumum, sed est purus ac liquidus et in aquae modum fluidus: non enim ui aliqua sursum uersus urguetur sicut noster, quem labes terreni corporis quo tenetur et fumus intermixtus exsilire cogit et ad caelestem naturam cum trepidatione mobili subuolare.
idem igitur diuinus ignis una eademque ui ac potentia et cre- 5
mabit inpios et recreabit et quantum e corporibus absumet, tantum reponet ac sibi ipse aeternum pabulum sumministrabit: quod poetae in uulturem Tityi transtulerunt. ita sine ullo

EXPILATORES § 5 s. (— examinabit)] Pacianus, paraen. ad paenitent. c. 11, tom. 13 pag. 1088 D Migne: post animarum tempestiua supplicia rediuiuis quoque perpetua corporibus poena seruatur. nemo Tityi iecur credat et uulturem poetarum: ipse sibi materiam recrescentium corporum reparat ignis aeternus.

BHSP] 3 soli⸢di⸣s B^3 spiritibus] partibus *B* 6 sunt *P* laturi *edd.* qui *HP* 7 traxerunt *H* rursum *B* induerentur *(exp. m. 2) H* in *om. H* 8 *post* tamen *eras.* et *ut uid. B* eri*t (n *er.) B* 9 subiecerit *P* insolu*bilis (i *er.) B* 11 ⸢natura⸣ P^3 quo ad] quod *H*, quod ad *P* 13 per se ipsum *om. P* 15 e⸢s⸣t B^2 fluuidus *HP* 16 susum *H* urgetur *HSP* 17 exsilire] & illi re P^{ac}, *part. ras. corr.* 18 molli *H, om. S* 19 ignis] ignis in his *B* eademqu*⸤e⸥ (*post* u *er.* a) *B* cremauit B^1, *corr.* B^2 20 et *ante* recreabit] ac *H* recreauit B^1, *corr.* B^2 quantum B^1, *corr.* B^2 *e (m *er.) B* absumit B^1, *corr.* B^2, adsumet *H* 21 repone**t (ne *er.) B*, resumet *P* 22 uulturum *H* tityi *H*, titui B^1, titoni B^2, tytin B^3, tytii *S*, ticii *in ras.* $P^{1?}$ trastulerunt *P*

reuirescentium corporum detrimento aduret tantum ac sensu do-
6 loris adficiet. sed et iustos cum iudicauerit deus, etiam igni
eos examinabit. tum quorum peccata uel pondere uel numero
praeualuerint, perstringentur igni atque amburentur, quos autem
plena iustitia et maturitas uirtutis incoxerit, ignem illum non
sentient: habent enim aliquid in se dei, quod uim flammae
7 repellat ac respuat. tanta est uis innocentiae, ut ab ea
ignis ille refugiat innoxius, quia accepit a deo hanc poten-
tiam, ut impios urat, iustis temperet. nec tamen quisquam
putet animas post mortem protinus iudicari: omnes in una
communique custodia detinentur, donec tempus adueniat quo
8 maximus iudex meritorum faciat examen. tum quorum fuerit
probata iustitia, hi praemium immortalitatis accipient, quorum
autem peccata et scelera detecta, non resurgent, sed cum
inpiis in easdem tenebras recondentur ad certa supplicia de-
stinati.

1 22. Figmenta haec esse poetarum quidam putant ignorantes
unde illa poetae acceperint, ac negant haec fieri posse: nec
2 mirum est ita illis uideri. aliter enim quam res habet tra-
ditur a poetis: qui licet sint multo antiquiores quam historici
et oratores et cetera genera scriptorum, tamen quia mysterium
diuini sacramenti nesciebant et ad eos mentio resurrectionis
futurae obscuro rumore peruenerat, eam uero temere ac leuiter
3 auditam in modum commenticiae fabulae prodiderunt. et

AUCTORES 3—9] cf. Orac. Sibyll. II 253—255; VIII 410 s.

BHSP] 1 uirescentium *S; recrescentium Pacianus* adureat P^1, *alt.* a *del.* P^3 tantũ *(~ m. 2) B* sensum *H* 2 deus *om. S* etiam] et *S*, et in *P* 3 exanimauit *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^2 tunc *B*, tũ* *P* 4 restringentur *B* comburentur *SP; cf. ad* conburet *pag. 638, 12* 6 sentie⌜n⌝t B^2 habe⌜n⌝t B^2 in se aliquid *B* 7 uis] uirtus *S* 8 **noxius *(in er.) B* qui *BHS* accipit *BH* 9 obtemperet *(op- S) SP* 10 animam *H* omnes] nam omnes *P* 11 destinentur *H* 12 tunc *B* 13 hii SP^{ar} 14 detecta *om. H* 18 acciperint *H* ne⌜c⌝ B^2 19 res se habet *edd.* ⌜traditur⌝ P^2 20 qui] qui sit *H* si⌜n⌝t B^2 multo *bis, pr. expunct., B* sto⌜r⌝ici B^2 22 et *om. B* mentiores surrectiores *H* 23 obsculorum more *H* eam *(a in ras. ex* u*? m. 2) B*

tamen idem testati sunt non auctorem se certum, sed opinionem sequi, ut Maro qui ait:

sit mihi fas audita loqui.

quamuis igitur ueritatis arcana in parte corruperint, tamen 4
ipsa res eo uerior inuenitur, quod cum prophetis in parte consentiunt: quod nobis ad probationem rei satis est. errori 5
tamen eorum subest ratio non nulla. nam cum prophetae adsiduis contionibus praedicarent iudicaturum esse de mortuis filium dei et haec adnuntiatio non lateret, quoniam rectorem caeli deum non alium putabant esse quam Iouem, iudicare aput inferos Iouis filium tradiderunt, sed tamen non Apollinem aut Liberum aut Mercurium, qui caelestes putantur, sed eum, qui et mortalis fuerit et iustus, uel Minoem uel Aeacum uel Rhadamanthum. corruperunt igitur poetica licentia quod ac- 6
ceperant, uel opinio ueritatem per diuersa ora sermonesque uarios dissipatam mutauit. nam quod peractis ad inferos 7
mille annis rursus ad uitam restitui cecinerunt, Marone ita dicente:

has omnis, ubi mille rotam uoluere per annos,
Lethaeum ad fluuium deus euocat agmine magno,
scilicet inmemores supera ut conuexa reuisant
rursus et incipiant in corpora uelle reuerti,

AUCTORES 3] Aen. VI 266. 19 ss.] ibid. VI 748 ss.

BHSP(—3)] 1 se] se∗ (d *er.) P* ⌈s⌉et *B*² 2 qui *om. S* 3 qui *(sed del. m. 3)* loqui *P* *post* loqui *statim ad* ergo semel fieri *(pag. 655, 4) transilit P* 4 corru∗peri⌈n⌉t (m *er.*, n *m. 2) H* 5 uerius *B* ‚quod (d *in ras. ex* m*? m. 2) B,* quo *H* 7 eorum] forum *H* ⌈nam⌉ *B*² 8 ⌈de⌉ *B* 9 non *om. H* 10 dominum *B;* deum *male omittunt edd.* 12 aut *(ante* Liberum*) ras. ex* apud *H* qui∗ (a *er.) H* sed] et *H* 13 iniustus *H* minoen *S* ∗eacum (a *er.) B,* eacum *H* 14 radamanthum *B,* rhadamantum *HS* poeta *S* acceperunt *H* 15 uel] uel quod *H* opinio ueritatem *om. S* ueritatis *H* ora *om. H* 16 dissipatam *Heumannus,* dissipata *C; cf. II 10, 6* 17 annis (i *in ras. ex* o*? m. 2) B* rursum *B* 19 omnis *B cum codd. Vergil.,* omnes *H,* enim omnes *S* ubi] idẽ *S* annos' (' *est distinctio) B* 20 letheum *BS,* laetheum *H* magno' *B* 21 super|aut *B*¹, supera¦∗ut *B*² reuixent *H* 22 uelle *om. S* reuertere *S*

8 haec eos ratio fefellit, quod resurgent defuncti non post mille
annos mortis suae, sed ut restituti rursus in uitam mille annis
cum deo regnent. deus enim ueniet, ut orbe hoc ab omni
labe purgato rediuiuas iustorum animas corporibus innouatis
9 ad sempiternam beatitudinem suscitet. itaque praeter aquam
obliuionis uera sunt cetera; quam idcirco finxerunt, ne quis
illis opponeret: 'cur ergo non meminerint se aliquando uixisse
aut qui fuerint aut quae gesserint?' sed nihilominus tamen
ueri simile non putatur et res tota uelut licenter ac fabulose
10 ficta respuitur. nobis autem de resurrectione adfirmantibus
et docentibus animas ad alteram uitam non oblitas sui, sed
in eodem sensu ac figura esse redituras illut opponitur: 'tot
iam saecula transierunt: quis umquam unus ab inferis resur-
11 rexit, ut exemplo eius fieri posse credamus?' at enim resur-
rectio fieri non potest dominante adhuc iniustitia. hoc enim
saeculo necantur homines ui ferro insidiis uenenis et adficiun-
12 tur iniuriis egestate carceribus tormentis proscriptionibus. eo
accedit quod iustitia inuisa est, quod omnes, qui deum sequi
uolunt, non tantum odio habentur, sed uexantur omnibus con-
tumeliis et excruciantur multiplici genere poenarum et ad in-
pios cultus manu factorum deorum non ratione aut ueritate,
13 sed nefanda corporum laceratione coguntur. num igitur
oportet ad haec eadem resurgere aut reuerti homines ad uitam,
in qua tuti esse non possunt? cum ergo iusti tam uiles ha-
beantur, tam facile tollantur, quid putemus futurum fuisse, si

BHS] 1 non] quod non *H* poṭẹst *S* 2 ut] et *B* restitui *B* *post* uitam *add.* ut B^2 3 ⸢ut⸣ B^3 ab omni *om.* *H* 4 rediuinas *H* innouatis] inmuta⸢ta⸣s S^2 5 praeter*aquam *(e er.)* *B* 6 cetera *(a ex* ẹ *m. 2)* *S* quae *H* 7 illud *S* meminerunt *B* 8 qui] *nolui* quid; *cf. ad* qui *pag. 240, 4* quae *om.* *H*, q'd *(i. e.* quid, ' *add. m. 2)* *S* 9 res tota] refota *S* 10 acfirmantibus B^1, *corr.* B^2 11 nōn oblita* *(s ? er.)* ⸢s⸣ui̅ *(s add. m. 2), ordinem uerborum corr. m. 1 ? B* 12 reddituras *H* 13 qui⸢s⸣ B^2 unus] im' *(' est* us*)* *S* resurrexerint *(n del. m. al.)* *S* 14 ⸢posse⸣ B^2 17 eodem *S* 18 accidit *B* 19 uoluit *S* *odio *(m er.)* *H* 20 *alt.* et *om.* *H* 21 factorum] fabricatorum *S* nos B^1, *corr.* B^3 23 aut *H*, ac *B*, et *S* 24 toti (u s. l.) *(o del.)* *B* iusti tam] iustit*am *(i er.)* *B*, iusti *H*, iustitiā̈ *(~ er.)* *S* uiles *(u in ras. ex* b *? m. 2)* *B* *post* habeantur *s. l.* ac B^3 25 tam] uitā̈ *(~ er.)* *S* futurum] ṣị *(exp. m. 2)* *S* fuisse *om.* *H*

quis ab inferis rediens uitam postliminio recepisset? aufer- 14
retur profecto ab oculis hominum, ne uiso eo uel audito deos
uniuersi relinquerent et ad unius se dei cultum religionemque
conuerterent. ergo semel fieri resurrectionem necesse est, 15
cum malum fuerit ablatum, quoniam eos qui resurrexerint nec
mori iam ulterius nec uiolari ullo modo fas est, ut beatam
possint agere uitam quorum mors resignata est. poetae uero 16
cum scirent hoc saeculum malis omnibus redundare, obliuionis
amnem induxerunt, ne malorum ac laborum memores animae
reuerti ad superos recusarent. unde Vergilius: 17

o pater, anne aliquas ad caelum hinc ire putandum est
sublimis animas iterumque ad tarda reuerti
corpora? quae lucis miseris tam dira cupido?

ignorabant enim quomodo aut quando id fieri oporteret, itaque 18
renasci eas putauerunt et denuo ad uterum reuolui atque ad
infantiam regredi. unde etiam Plato de anima disserens ex 19
hoc ait posse cognosci animas esse inmortales atque
diuinas, quod in pueris mobilia sint ingenia et ad per-
cipiendum facilia, quod ea quae discant ita celeriter
rapiant, ut non tunc primum discere illa uideantur,
sed recognoscere atque reminisci: in quo uir sapiens
poetis ineptissime credidit.

23. Non igitur renascentur, quod fieri non potest, sed re- 1
surgent et a deo corporibus induentur et prioris uitae factorum-

AUCTORES 11 ss.] Aen. VI 719 ss. 16] Menon. 85 C; Phaed. 72 E (Cic. Tusc. I 24, 57 s.; Cat. mai. 21, 78).

BHSP(a 4)] 1 auferetur *H*, (a)ufer(r)etur *(a et r m. 2) S* 2 nec *H* 3 reliquerent *H* religionēque *(~ m. 2) S* 4 *ab* ergo semel *denuo incipit cod. P (cf. ad pag. 653, 3)* 6 mori iam ulterius nec *om. H* uiolare *H* 9 a(c) B^2 10 uirgilius *S* 11 pater' *(' est distinctio) B* 12 sublimis B^2 *cum codd. quibusd. Vergil.*, sublimes B^1HSP animas' *B* tar** *(da er.,* tara *m. 2) P* 13 corpora' *B* 14 aut quando *om. H* 15 eas *om. H* ad uterum] adulterum *H* *alt.* ad *om. H* 17 esse animas *H* 18 et *om. H* 19 facilia] facilia sunt *H* ita *om. H* 20 capiant *Heumannus, sed cf. Cic. Cat. mai. 21, 78* adripiant *et Buenemannum* ut] quod *H* illa *om. H* uide(a)ntur S^2 21 regnoscere *H* 23 non] non credidit *H* 24 factorum *B*

que omnium memores erunt et in bonis caelestibus conlocati ac fruentes iucunditate innumerabilium copiarum praesenti deo gratias agent, quod malum omne deleuerit, quod eos ad regnum
2 uitamque perpetuam suscitarit. qua de anastasi philosophi quoque dicere aliquid conati sunt tam corrupte quam poetae. nam Pythagoras transire animas in noua corpora disputauit, sed inepte, quod ex hominibus in pecudes et ex pecudibus in
3 homines et se ipsum ex Euphorbo esse reparatum. melius Chrysippus, quem Cicero ait fulcire porticum Stoicorum: qui in libris quos de prouidentia scripsit cum de innouatione mundi loqueretur, haec intulit: τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος δῆλον, ὡς οὐδὲν ἀδύνατον καὶ ἡμᾶς μετὰ τὸ τελευτῆσαι πάλιν περιόδῳ τινὶ χρόνου εἰς τοῦτο ⟨ἐν⟩ ᾧ νῦν ἐσμεν ἀπο-
4 καταστῆναι σχῆμα. sed nos ab humanis ad diuina redeamus. Sibylla dicit haec:

AUCTORES 9] Acad. pr. II 54, 75. 11] Chrysippea ed. Gercke frg. 14.

BHSP] 1 et *om. P* conlocatȩ (ȩ *ex* i) P^3 2 iucunditate (e *ex* i *m. 2) P* 3 diluerit *ex* deleuerit B^3 uitam regnumque *H* 4 perpetuam *om. H* quas *H* 6 corpora (a *ex* e *m. 2) S* 7 hominibus] homines *B* 8 homines et] hominesed B^1, *corr.* B^2 euforbio *S* reparãdum (ãd *ex* at) S^2 9 crysippus *B* 10 de prouidentia scripsit *om. S, sed cf. ad 13* prudentia *B* i⌈n⌉nouatione (⌈n⌉ *add. m. 3,* ne *add. m. 2?) B,* nouatione *H* 11 ΟΥΤΩ *S* τούτου — ἀδύνατον] tutu de bothos ethostos delonos udedadynaton *H,* ΤΟΥΤΟΥΛЄ ΟΥΤΩЄ ΧΟΝΤΟϹΛЄ̣ (Η *supra*) ΔΟΝΩϹΟΥ ΛЄΝΔΑΥΝΑ ΤΟΝ *P* 12 ΔЄΛΟΝ *B* ἀδύνατον — τελευτῆσαι] ΑΔΥΝΑΜΑϹΜЄΤΑ ΤΟΤЄΛЄΥΤΗΤΟΝΚΑΙΗ.ϹΑΙ *S* καὶ — χρόνου] caet hemasme toteleutesa palinperiodontini chronu *H,* ΚΑΙΗ ΜΑϹΜЄΤ ΤΟ ΤЄΛЄΥΤΗ ϹΑΤΙΑΛΙΝ ΠЄΡΙΩΔΩ *(alt.* Ω *ex* Ο*)* ΤΙΝΙΧΡΟΝΟΥ *P* 13 ΤΙΑΛΙΝ *S* ΠЄΡΙΟΔΩ *S* περιόδῳ τινὶ χρόνου] ΥϹΤЄΡΟΝ *B;* περιόδων τινῶν εἰλημένων *(uel* εἰλημμένων*)* χρόνου *edd. finxisse uidentur ex interpretatione lat. qualis est in BP* spatiis quibusdam temporum reuolutis *an* ἐν περιόδῳ *scribendum?* εἰς τοῦτο — σχῆμα] istuto onyn esmenapocatiastene schema *H,* ЄΙϹΤΟΥΓΟΩ ΝΥΝЄϹΜЄΝ ΑΙΤΟΚΑΤΑϹΤΗ ΝΑΙϹΧΜΑ *P* ἐν ᾧ *edd., idem uel* οὗ *Struuius,* Ο *BS,* Ω *P uulgatum* εἰς ὃν *(om.* τοῦτο*)* νῦν *corr. in* εἰς ὃ νῦν *Zellerus, philosoph. Graec. III* 1^3 *pag. 155 adn. 1 post* ἐσμεν *ex 10* de prouidentia *add. S* ΑΠΟΚΑΤΑϹΤΗΝΑ *B,* ΑΠΟΚΑΤΑϹΥΗΝΑΙ *S* 14 ΚΧΗΜΑ *B interpretatio lat. eadem in B (in mg. m. 1) et P haec* quod cum ita sit, apparet esse nihil esse inpossibile, etiam nos post excessum nostrum rursus (rursũ *B)* spatiis quibusdam temporum reuolutis in hunc restitui (restitui*, t *er. P)* statum in quo nunc esse uidemur (uidetur *P) ad loc. Chrysippi cf. Struuium, opusc. I 157 s.*

δύσπιστον γὰρ ἅπαν μερόπων γένος. ἀλλ' ὅταν ἤδη
κόσμου καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣν θεὸς αὐτὸς
ποιήσει κρίνων ἀσεβεῖς θ' ἅμα εὐσεβέας τε,
καὶ τότε δυσσεβέας μὲν ἐπὶ ζόφον ἐν πυρὶ πέμψει,
ὅσσοι δ' εὐσεβέουσι, πάλιν ζήσοντ' ἐπὶ γαίης,
πνεῦμα θεοῦ δόντος τιμήν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς.

quodsi non modo prophetae, sed etiam uates et poetae et philosophi anastasim mortuorum futuram esse consentiunt, nemo quaerat a nobis quemadmodum fieri possit. nec enim diui-

AUCTORES 1—4. 5. 6] IV 40—43. 186. 187.

BHSP] 1 ΔΟ^{Υ}CΤЄΙCΤΟΝ *B* ΗΔЄ *B* dispintongarapanmeropongenos-allotanede *H*, ΔΥCΠΙCΤΟΝ ΤΑΡΑΠΑΝ ΜЄΡΟΠΩΝ ΤЄΝΟCΑΜΟ ΤΑΝΗΑΗ *S*, ΑΥCΙΤΙCΤΟΝ ΤΑΡΑΤΤΑΝ ΜЄΡΟΤΙΩΝ *(sed* Ο *ex* Є*)* ΤЄΝΟCΑΜΟ ΤΑΝΗΑЄ *P* ἀλλ' ὁπόταν δὴ *codd. Sibyll. HVQ* 2 καὶ] CΑΙ∗ *(*Θ *er.) S* ЄΛΘΗ *BP*, ΝЄЄΛΘΗ *S;* ἥξῃ *codd. deterior. Sibyll.* θεὸς] ΘC *SP* ΑΤΟC *P* cosmucaethneton etithe crisisentheosautus *H* 3 ΠΟΙΗC *S*, ΠΟΙΗCΗ *P* ΚΡЄΙΝΟΝ *B*, ΚΡЄΙΝΩΝ *S*, ΚΡЄΡΝΩΝ *P* ΑCЄΒЄΙЄ *P* θ' ἅμα] ἅμα τ' *codd. Sibyll.* pyesicrinon esedis tham eusabeaste *H* 4 καὶ τότε] ΚΑΠΟΤЄ *B;* καὶ τοὺς *codd. deterior. Sibyll.* ΑΥCCЄΒЄΑC *S*, ΑΥЄCЄΒЄΑC *P* ЄΠΙ *BP*, ЄΝΠΙ *S;* ὑπὸ *codd. Sibyll., sed cf. interpretat. lat.* ΞΟΦΟΝ *P* ἐν πυρὶ] ἔμπαλι *(uel* -ιν*) codd. Sibyll.* ΤΙΥΡΙ *P* ΠΜΨЄΙ *S*, ΤΙЄΜΨЄΙ *P;* πέμπει *codd. quidam Sibyll.* cetotedissebeasmenepozafonenpiripempi *H* 5 *hunc et proximum uersum esse Or. Sibyll. IV 186. 187 indicauit Rzachius, IV 45. 46 putant edd.* δ'] Α *P* ΤΙΑΛΙΝ *P* ΖЄCΟΝΤ *B*, ΖΗCΟ̄Τ *SP* ἐπὶ] ЄΤΗ *P* ΤΑΙΗC *SP* ἐπὶ γαῖαν *uel* ἐπὶ κόσμον *codd. Sibyll.*, ἐνὶ κόσμῳ *Constit. Apostol. V 7 et Excerpta Paris. (cod. 1043)* osode eusebi sebieosin palinze sonte pigee *H* 6 ΠΧΝΘΥΜΑ *(*Χ *minus. cert.) S*, ΠΝΗΥΜΑ *P* ΘЄΟΥ *B*, ΤΥ *S*, ΘΥ *P* ΑΟΝΤΟC *P* ΤЄΙΜΗΝ *B* τιμήν θ' ἅμα *plerique codd. Sibyll., Constit. Apostol. ibid., Excerpta Paris.*, ζωὴν δ' ἅμα *codd. Sibyll. HVQ* βίον *cum Lact. plerique codd. Sibyll.*, χάριν *HVQ, Constit. Apostol., Excerpta Paris.* ΑΥΤΙC *B* speumatheudontostimenthamagae bio autoes *H* *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P haec* est enim difficile credens omne hominum genus. sed cum iam *(*iam *om. B)* mundi et mortalium uenerit iudicium, quod deus ipse faciet *(B,* faciens *P)* iudicans inpios *(*imp- *P)* simul atque pios, tunc demum inpios *(*imp- *P)* quidem in ignem *(*isdem *B)* ad *(*ac *P)* tenebras mittet. qui autem pietatem tenent, iterum uiuent in terra *(*terris *B)* spiritum deo dante honoremque simul et uitam eis *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 91* 7 prophetae] poetae *H* poetae] prophetae *H* et *(ante* philosophi*) om. S* 8 anastas *H*, anastasin *S, recte?* futurā *(*~ *m. 2) B* consentiant *S*

norum operum reddi potest ratio: sed si a principio deus hominem nescio quo inenarrabili modo instituit, credamus ab eodem restitui ueterem posse qui nouum fecit.

1 24. Nunc reliqua subnectam. ueniet igitur summi et maximi dei filius, ut uiuos ac mortuos iudicet, Sibylla testante atque dicente:

πάσης γὰρ γαίης τότε θνητῶν σύγχυσις ἔσται,
αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ὅταν ἔλθῃ βήματι κρῖναι
ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς καὶ κόσμον ἅπαντα.

2 uerum ille cum deleuerit iniustitiam iudiciumque maximum fecerit ac iustos qui a principio fuerunt ad uitam instaurauerit, mille annos inter homines uersabitur eosque iustissimo imperio reget. quod alia Sibylla uaticinans furensque proclamat:

κλῦτε δέ μου, μέροπες, βασιλεὺς αἰώνιος ἄρχει.

3 tum qui erunt in corporibus uiui, non morientur, sed per

EPITOME 4—659, 6] c. 67, 3.
AUCTORES § 1 s. 5 s.] cf. Apocal. 20, 1—6. 7 ss.] VIII 81 ss. 14] frg. I (pag. 230 Friedl.); cf. Alexandrum I pag. 302.

BHSP] 1 sed *om. H* 3 posset *H* 4 magni *H* 5 ac] ut *H* 7 ΓAP (Γ *ras. ex* T) *P* TAIH *SP* TOTH *P* ΘΝΗΤΟΝ *P* θνητῶν τότε *codd. Sibyll.* CYNXYCЄIC *B*, CYNXYCIC *SP* ЄCTЄ *B* pases gargeestotethnetonsynchisiseste *H* 8 ΔYTOC *B* ὁ *om. codd. Sibyll.* ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΟΡ *S*, ΠΑΝΤΟΚΡΑΘΩΡ *P* ΟΘΑΝ *S*, *sequitur 13 s.* proclamat *et uersus Sibyll.* (κλῦτε); *reliqua pars uersus 8 et u. 9 infra post repetitum* proclamat *leguntur* ЄΛΘΗ *B*, ΗΛΟΝ *S*, ΗΛΘΗ *P* BMATI *(sed* M *minus cert., fort.* ΛΛ) *B*, BHBMATI *P* KPЄINAI *BP*, KPЄINANI *S* ἐλθὼν βήμασι κρίνῃ *codd. Sibyll.* autosopantocraton otaneithebematicrine *H* 9 ζώντων καὶ] CYNΠΑΝΤΟΝ *B* ΝΗΚΥΩΝ *P* ΨΙΧΑC *S* KOCMÕ *SP* zontoncaenecionpsychascaecosmonapanta *H* *interpretatio lat. eadem in B (in mg. m. 1) et P haec* in omni enim terra tunc mortalium confusio erit, ipse omnipotens *(omnepotens B)* cum uenerit pro tribunali iudicare uiuentium mortuorumque animas et mundum omnem *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 93* 10 iniustiam *H* 11 qui* a *(a er.) S* instaurauerit *H*, restaurauerit *B*, restaurauerint *(exp. m. 2) S*, restaurauerit P^3 12 annis *SP* 13 furenque *(sic)* proclamans *H* 14 KAYTЄ *S (cf. ad 8)*, KAITЄ *P* ΛЄ *P* MOYC *B* BACIΛЄC *B*, BACIΛЄYC *SP* APXCI *S* clytedemumeropesbasileusconi archi *H* *interpretatio lat. paene eadem in B (in mg. m. 1) et P* 15 tunc *BHP* moriuntur *P*

eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt et erit
suboles eorum sancta et deo cara: qui autem ab inferis sus-
citabuntur, hi praeerunt uiuentibus uelut iudices. gentes uero 4
non extinguentur omnino, sed quaedam relinquentur in uicto-
riam dei, ut triumphentur a iustis ac subiugentur perpetuae
seruituti. sub idem tempus etiam princeps daemonum, qui 5
est machinator omnium malorum, catenis uincietur et erit in
custodia mille annis caelestis imperii, quo iustitia in orbe re-
gnabit, ne quod malum aduersus populum dei moliatur. post 6
cuius aduentum congregabuntur iusti ex omni terra peractoque
iudicio ciuitas sancta constituetur in medio terrae, in qua ipse
conditor deus cum iustis dominantibus commoretur. quam
ciuitatem Sibylla designat, cum dicit:

καὶ πόλιν, ἣν ἐπόθησε θεός, ταύτην ἐποίησεν
λαμπροτέραν ἄστρων ἠδ' ἠλίου ἠδὲ σελήνης.

EPITOME 6—9] c. 67, 2. 9—12] c. 67, 3.
AUCTORES 1] cf. Is. 6, 12. 14 s.] V 420 s.
TESTES 10 ss. 660, 4 ss.] Hieronym. de uir. inlustr. XVIII: quem (sc. Papiam) secuti sunt Irenaeus et Apollinaris et ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de Spe fidelium et Victorinus Petabionensis et Lactantius hac opinione ducuntur. — Unde Gennadius (Corp. haeresiolog. ed. Oehler I pag. 349; 'Ps.-Augustin.' uol. VIII appendic. pag. 78 E Maur.) de ecclesiastic. dogmat. c. XXV: in diuinis repromissionibus nihil terrenum uel transitorium expectemus, non quod ad cibum uel ad potum pertinet, sicut Papia auctore Irenaeus Tertullianus et Lactantius adquiescunt.

BHSP] 1 eo's'dem B^2 infinita *S* eri///t *ex* erunt *P* 2 subules P^1, soboles P^2 ab inferis] a feris *H* 3 hii *BS*, hi∗ *(i er.) P* uiuiuentibus *H* ueluti *HS* 4 uictoria *S* 5 triuntur *H*, triumferentur P^{ac}, er *del. m. 1?* subiu∗gentur *(n er.) S* perpetua *H* 6 etiam] idem *H* principes P^1, *in ras. corr.* $P^{3?}$ 7 e's't B^3 cathenis *B* catenis uincietur *om. H* 8 quod *H* 9 ne∗ *(c er.) B* aduersũ *HS* 10 cuius *ad* dei filius *pag. 658, 5 refert Buenemannus; an ad* caelestis imperii *(8) respicit? nisi forte ante* post *quaedam interciderunt, in quibus* dei filius *uel* Christus *appellatus erat* 12 dei *H* 14 TIOΛIN *S* ЄΠΘΗCЄ *S*, ЄΠΟΘΗCЄ *(Π ex* TI *m. 1?) P* ΘC *S*, ΘЄ̃C *P* ἐποίησεν] ЄΠΟΘΙΗΗCЄΝ *S*; ἐποίησε *uel* ἐπόησε *codd. Sibyll.* cepolinenepothesaetheostautenepyesen *H* 15 ΛΛΜΠΡΟΤЄΡΑΝ *P; φαιδροτέραν codd. Sibyll.* ΑCΤΡΟΝ *B* ἠδ' *om. B*, ΗΛ *P*; τε καὶ *codd. Sibyll.; cf. interpretat. lat. in BP* ἠδ'—σελήνης]

7 tunc auferentur a mundo tenebrae illae quibus obfundetur
atque occaecabitur caelum, et luna claritudinem solis accipiet
nec minuetur ulterius, sol autem septies tanto quam nunc est
clarior fiet. terra uero aperiet fecunditatem suam et uber-
rimas fruges sua sponte generabit, rupes montium melle su-
dabunt, per riuos uina decurrent et flumina lacte inundabunt:
mundus denique ipse gaudebit et omnis rerum natura laeta-
bitur erepta et liberata dominio mali et impietatis et sceleris
8 et erroris. non bestiae per hoc tempus sanguine alentur, non
aues praeda, sed quieta et placida erunt omnia. leones et
uituli ad praesepe simul stabunt, lupus ouem non rapiet, canis
non uenabitur, accipitres et aquilae non nocebunt, infans cum
9 serpentibus ludet. denique tum fient illa quae poetae aureis
temporibus facta esse iam Saturno regnante dixerunt. quorum
error hinc ortus est, quod prophetae futurorum pleraque sic
proferunt et enuntiant quasi iam peracta. uisiones enim di-
uino spiritu offerebantur oculis eorum et uidebant illa in con-
10 spectu suo quasi fieri ac terminari. quae uaticinia eorum
cum paulatim fama uulgasset, quoniam profani a sacramento
ignorabant quatenus dicerentur, conpleta esse iam ueteribus

EPITOME 1—13] c. 67, 4 s.
AUCTORES 2—4] Is. 30, 26. 4—13] cf. Orac. Sibyll. III 619—623; VIII 210 ss.; Is. 11, 6 ss.; 65, 25.

HACAYOYHAЄCЄAHNHC *S* lamproteranastronedeliuideselenes *H* *interpretatio lat. in B (in mg. m. 1) et P haec* et urbem quam desiderauit deus hanc fecit clariorem astris et sole adque luna *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 94*

BHSP] 1 ⌜a⌝ *H*[2] tenenebrae *B* offendetur *S*, offunditur *P* 2 obcaecabitur *(*obce- *S) HS*, occaecatur *P* 3 nec *om. H* ulterius *bis, alt. expunxit S* minuetüetur *B* tantum *B* est *om. S* 5 generauit *B*[1], *corr. B*[2] 6 riuas *P*[1], *corr. P*[3] ⌜uina⌝ *S*[1?] 7 et *om. H* 8 libera *H* dominio mali] de omni mala *(*a *del. et corr. m. 3) P* 9 erroribus *H*, terroris *P* tem⌜pus⌝ *P*[3] 10 praeda∗ *(*s *er.) B* 11 praesepe *HSP*[2?] *dubitanter recepi; an* praesepium *cum B aut* praesepem *cum P*[1] *(*m *del. P*[2?]*) scribendum est? cf. pag. 308, 5* 12 u⌞enabuntur⌟ *S*[1?] 13 tunc *SH* 14 esse *om. H* 15 quo⌜d⌝ *P*[3] 16 et enuntiant] ut nuntient *H*, et nuntiant *S* 17 illam *P*[1], m *del. P*[3] 18 qua⌜e⌝ *B* 19 profana *S* a sacramento] sacramenta *SP* 20 dice⌜re⌝ntur *B*[2]

saeculis illa omnia putauerunt, quae utique fieri conplerique non poterant homine regnante. cum uero deletis religionibus 11 impiis et scelere compresso subiecta erit deo terra,

cedet et ipse mari uector nec nautica pinus
mutabit merces, omnis feret omnia tellus.
non rastros patietur humus, non uinea falcem;
robustus quoque iam tauris iuga soluet arator.

tunc et

molli paulatim flauescet campus arista
incultisque rubens pendebit sentibus uua
et durae quercus sudabunt roscida mella.
nec uarios discet mentiri lana colores,
ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
murice, iam croceo mutabit uellera luto,
sponte sua sandyx pascentis uestiet agnos.
ipsae lacte domum referent distenta capellae
ubera nec magnos metuent armenta leones.

quae poeta secundum Cymaeae Sibyllae carmina prolocutus est. 12 Erythraea uero sic ait:

ἠδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ἐν οὔρεσιν ἄμμιγ' ἔδονται
χόρτον παρδάλιές τ' ἐρίφοις ἅμα βοσκήσονται·

AUCTORES 4—7. 8—10. 11—14. 15 s.] Verg. Ecl. IV 38—41. 28—30. 42—45. 21 s. 19 ss.] III 787 ss.

BHSP] 1 illi *P*[1], *corr. P*[2] 2 re⌈li⌉gionibus *P*[2] 3 cōpresso∗ *(s er.) B* 4 uestor *S* pinus' *B, in quo distinctio ' post singulos uersus Vergilii addita est* 5 omnes *BP*[1], *corr. P*[3] 6 falce *H* 7 robus⌈tus⌉ *B*[3] iam] in *H* 8 et *om. SP* flauescit *B*, flauesce∗t *(alt.* e *m. 2) S* 10 incultis *P* sentib: *bis, alt. del. P* 11 dur⌈a⌉e *B*[3] discit *BHP*[1], *corr. P*[3] 15 sandis *H*, sandix *S* pascenti *H*, pascentes *SP* 16 ipse *BHS* ⌈lacte⌉ *P*[2] lacte *post* domum *repetitum expunxit m. 3 B* referent *m. 1*, unt *s. l. corr. m. 2*, -ent *restit. B*[3] distentae *H* 17 metuentur *H* 18 quimeae *B*, cimeae *S*, cymee *P* 20 *in cod. S graeca hinc usque ad pag. 663, 4 per tres columnas scripta in minutas particulas discerpta sunt ualde perturbatas* ἠδὲ] ἐν δὲ *codd. Sibyll.* τε] TAI *B* ᴬΓΝЄC *(*Γ *ras. ex* P*) P* AMMIΓ *SP;* ἄμμις *uel* ἅμα *codd. Sibyll.* ЄΔAONTAI *S* Udelycotaecaeornesinammigedontes *H* 21 ${\overset{x}{\dot{K}}}$OPTON *(*K *exp. et del.) B,*

ἄρκτοι σὺν μόσχοισιν ὁμοῦ καὶ πᾶσι βοτοῖσιν
σαρκοβόρος τε λέων φάγεται ἄχυρον παρὰ φάτνῃ
σὺν βρέφεσίν τε δράκοντες ἅμ' ἀσπίσι κοιμήσονται.

13 et alio loco de ubertate rerum:

καὶ τότε δὴ χάρμην μεγάλην θεὸς ἀνδράσι δώσει.
καὶ γὰρ γῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα θρέμματα γαίης
δώσουσιν καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισιν
οἴνου καὶ μέλιτος γλυκεροῦ λευκοῦ τε γάλακτος
καὶ σίτου, ὅπερ ἐστὶ βροτοῖς κάλλιστον ἁπάντων.

AUCTORES 5 ss.] III 619 ss.

ΧΟΡΤΟ *P* παρδάλιές τ'] ΠΑΡΔΑΛΙΔΙCΤ *B* ЄΡΙΦΩΙC *P* βοσκηθήσονται *codd. deterior. Sibyll.* hortonpardaliesterifoesamabosgesonte *H*

BHSP] 1 ΜΟCΧΟCΙ̃ *S*, ΜΟΧΟΙCΙ̃ *P* ΟΜΥ *(Υ in P ex* Ι) *SP* arcutoesimmoshoesimomucapasipotoesin *H* *uersus in codd. Sibyll. sic* ἄρκτοι σὺν μόσχοις νομάδες *(uel* νομάδιον*)* αὐλισθήσονται 2 ΛЄΟΝ *S* ΦΑΓЄΤΑΧΥΡΟΝ *B* ΦΑΤЄΤΑΙ *S* ἄχυρον φάγετ' ἐπὶ φάτνης *uel* ἐν φάτνῃ *codd. Sibyll., in quibus inter hunc et proximum uersum hi sunt* ὡς βοῦς· καὶ παῖδες μάλα νήπιοι ἐν δεσμοῖσιν ἕξουσιν *(uel* ἄξουσι*)* πηρόν *(uel* πυρρόν*)* γὰρ ἐπὶ χθονὶ θῆρα ποτήσει *(uel* ποήσει*)* φάτνῃ] ΦΑΘΝΗ *B*, ΦΑΙΤΝΗΥ *S*, ΦΑΤΝΗΥ *P* sarciborosteleonfageteachyronparafene *H* 3 CΙΜ *P* σὺν βρέφεσίν τε] καὶ βρεφέεσσι *uel* βρέφεσί τε *codd. Sibyll.* ΑΡΑΚΟΝΤЄC *S* δράκοντες κοιμήσονται] ΔΡΑΚΟΝ ΤЄ:ΜΑ:CΑ:ΤЄCΙ (Η *supra* Є) ΚΟΙΜΗ CΟΝΤΑΙ *P* κοιμηθήσονται *codd. deterior. Sibyll.* ἅμ' ἀσπίσι *Stadtmuellerus;* ΑΜΑΤΗCΙ *BS (unde* ἀκηδέσι *temptaueram)*, ἅμα σφίσι *codd. Sibyll.; cf. Isai. 11, 8* καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρωγλῶν ἀσπίδων, καὶ ἐπὶ κοίτην ἐκγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ sinbrefeinteeiracontesamustesiceomesonte *H* *interpretatio lat. paene eadem in B (in mg. m. 1) et P, in qua extremus uersus sic* cum infantibus (cum s̃cis *P)* quoque dracones dormient *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 95* 4 ubertate *S*, libertate *cett.* 5 *de cod. S cf. ad pag. 661, 20* καὶ τότε] ΚΑΠΟΤЄ *P* ΔЄ *B*, ΑΗ *S*, ΛΗ *P* μεγάλην] ΤΑΛΗΝ *S*, ΜЄΤΑΛΗΝ *P* θεὸς] ΘΟC *B*, ΘC *SH* ΑΝΔΡΑCCΙ *B*, ΑΝΑΡΑCΙ *S*, ΑΝΔΡCΙ *(N ex* Ρ*) P* ΔΟCЄ *B*, ΑΩCЄΙ *P* caetotedecharmenmegalentheosandrasidosi *H* 6 γὰρ] ΤΑΡ *SP* γῆ] ΤΗ *B* ΔЄЄΝΑΡΑ *B*, ΔЄΙΑΡΑ *P* ΑCΠΙЄΤΑ *P* ΘΡЄΜΑΤΑ *B*, ΘΡЄΜΜΑΓΑ *S*, ΘΡΗΜΜΑΤΑ *P* ΤΑΙΗC *P* θρέμματα γαίης] ποίμνια μήλων *codd. Sibyll.* caegargecedendracaesaspetathremmatagees *H* 7 ΔΟCΟΥCΙΝ *B*, ΔΩCΩΥCΙΝ *P* ΚΑΡΝΠΟΝ *S* ΑΝΘΡΩΤΙΟΙCΙΝ *P* dosusincarpotonalethinonantropoesin *H* 8 ΟΙΝΟΙ *B* ΚΑ *P* ΜЄΛΙΓΟC *S* ΛΙΚЄΡΟΥ *S*, ΤΑΥΚЄΡΟΥ *P* ΛЄΥΚЄΥ *P* ΤΑΛΑCΤΟC *P* oenucemelitosgleceruleucetegalactos *H* 9 σίτου] CΤΟΥ *P* ΑΑΛΙCΤΟΝ *S*, ΚΑΙΑΙCΤΟΝ *P* ΑΠΑΝΤΟΝ *B*, ΑΠΑΝΤΟΝ (Ω *supra* Ο) *P* aestituopeperestibrotoescallistonapanton *H*

et alia eodem modo: 14

εὐσεβέων δὲ μόνων ἁγία χθὼν πάντα τάδ' οἴσει,
νᾶμα μελισταγέης ἀπὸ πέτρης ἠδ' ἀπὸ πηγῆς
καὶ γλάγος ἀμβροσίης ῥεύσει πάντεσσι δικαίοις.

uiuent itaque homines tranquillissimam et copiosissimam uitam 15 et regnabunt cum deo pariter, reges gentium uenient a finibus terrae cum donis ac muneribus, ut adorent et honorificent regem magnum, cuius nomen erit praeclarum ac uenerabile uniuersis nationibus quae sub caelo erunt et regibus qui dominabuntur in terra.

25. Haec sunt quae a prophetis futura dicuntur: quorum 1 testimonia et uerba ponere opus esse non duxi, quoniam esset infinitum nec tantam rerum multitudinem mensura libri caperet tam multis uno spiritu similia dicentibus simulque ne fastidium legentibus fieret, si ex omnibus collecta et translata congererem, praeterea ut ea ipsa quae dicerem non nostris,

EPITOME 5] c. 67, 5 omnibus — ministrabit.
AUCTORES 2 ss.] V 281 ss.

interpretatio lat. eadem in B (in mg. m. 1) et P *ad loc. Sibyll. cf. Struuium, opusc. I 96*

BHSP] 2 *de cod. S cf. ad pag. 661, 20* ЄΥCЄΒΙΩΝ *B* ΜΟΝΩ *B*, ΜΟΝΟΝ *S* ἁγία] ΑΡ *B* ΧΘΟΝ *BS* ΠΑΝΤΑ *P* τάδ'] ΤΑΓΑΔ *S*, Δ *P* eusebeondemononapantonpantacadoesi *H* ἑβραίων δὲ μόνων ἡ χθὼν *(uel* ἑβρ. δὲ χθὼν*)* ἁγία ἐστί *(uel* ἔστι*)* πάντα δ' οἴσει *(unus A cum Lact.* π. τάδ' οἴσει*) codd. Sibyll.* 3 μελισταγέης *Lact. scripsisse uidetur,* μελισταγέος *(sic edd. Lact.) Sibyllista;* ΜЄΛΙЄΤCΤΑΓЄΗC *B*, ΜЄΛΙCΤΑΤΑΙΗC *SP* ΑΡΟ *P* ΤΙЄΤΡΗC *P* ΗЄΔ *S*, ΗΛ *P* ΑΠΟΝ *S*, ΑΤΙΟ *P* ΠΗΤΗC *SP* ἠδ' ἀπὸ πηγῆς] καὶ διὰ γλώσσης *codd. Sibyll.* namamelistaceesapopetresetapopoges *H* 4 καὶ] Κ *B* γλάγος *Struuius, opusc. I 98, om. B,* ΤΑΛΑΤΟC *SP;* γάλα δ' *uel* μάλα τ' *codd. Sibyll.* ΑΜΒΡΟCΙΗ *B;* ἀμβρόσιον *codd. Sibyll.* ΡΥCЄΙ *BSP, sed cf. H* breusi πάντεσσι *om. SP* ΔЄΙΚЄΟΙC *B* caegalasambrosiesbreusipantesidicaeoes *H* *interpretatio lat. eadem in B (in mg. m. 1) et P, in qua extremus uersus sic* et lac (e. l. *om. P)* diuinum *(*uinum *P)* manabit omnibus iustis 5 ita *H* tranquillissimam B^3, tranquillinam *H* tranquillissimam et copiosissimam uitam *P* uitam et copiosissimam *B* 6 regnabunt P^2 et reges *SH* 7 ad*orent *(*h *er.) P* 8 uenerabilem B^1, m *del.* B^3 9 qui *P* sunt P^1, *corr.* P^2 13 tantarum *B*, tantum *S* mensuram *B* 14 unio B^3, uni P^1, *corr.* P^3 16 congererẽ *(~ m. 3) B*, congregarem *H* *ut *(a er.) B* quae dicerem] dicere *H*

sed alienis potissimum litteris confirmarem doceremque non
modo aput nos, uerum etiam aput eos ipsos qui nos insec-
tantur, ueritatem consignatam teneri, quam recusent adgno-
2 scere. si quis autem diligentius haec uoluerit scire, ex ipso
fonte hauriat et plura quam nos in his libris conplexi sumus
admirabilia reperiet.
3 Fortasse quispiam nunc requirat quando ista quae diximus
sint futura. iam superius ostendi conpletis annorum sex mi-
libus mutationem istam fieri oportere et iam propinquare
4 summum illum conclusionis extremae diem. de signis quae
praedicta sunt a prophetis licet noscere: praedixerunt enim
signa, quibus consummatio temporum et expectanda sit nobis
5 in dies singulos et timenda. quando tamen conpleatur haec
summa, docent ii qui de temporibus scripserunt, colligentes ex
litteris sanctis et ex uariis historiis quantus sit numerus an-
norum ab exordio mundi. qui licet uarient et aliquantum
numeri eorum summa dissentiant, omnis tamen expectatio non
6 amplius quam ducentorum uidetur annorum. etiam res ipsa
declarat lapsum ruinamque rerum breui fore, nisi quod inco-
7 lumi urbe Roma nihil istius uidetur esse metuendum. at
uero cum caput illut orbis occiderit et ῥύμη esse coeperit,
quod Sibyllae fore aiunt, quis dubitet uenisse iam finem re-
8 bus humanis orbique terrarum? illa est ciuitas quae adhuc

8 superius] c. 14, 6.
AUCTORES 17 s.] cf. Hippolytum in Danielem prophetam ap. Photium, Bibliothec. cod. 202, et frg. 59, § 6 (pag. 154) ed. de Lagarde. 21 ῥύμη] Or. Sibyll. III 364; VIII 165.

BHSP] 1 doceremque] quae *H* 3 recusant *edd.* 4 *ante* ex *2 litt., fort.* et, *eras. B* 5 et] *2 litt., fort. idem* et, *eras. B* nos *bis H* iis *B* 6 acmirabilia *B*, mirabilia *H* 7 nunc] hunc *B*[1], ho*c *B*[3] 8 sint] in *P*[1], *corr. P*[3] ostendimus *P* 9 oportet *H* 11 dicta *H* a] ex *H* noscere] nos certe *H* 12 et *om. P* 14 ii *edd.*, hii *BP*, hi *HS* quidē (~ *er.) S* colligentes *(alt.* e *ex* i *m. 3) P* ex *S*, ea *B*, ea ex *H edd.*, eat *(corr. m. 3) P* 16 mundi qui] mundio *P*[1], *corr. P*[2] et] ei *P*[1], *corr. P*[2] 17 *an* ⟨in⟩ summa *? nisi rectius* summa *cum Schoellio et Thilone eicitur* numerum *B* dissentiant *H*, dissentiat *cett.* 18 quae *H* 20 istius modi *P* 21 orbis *(is uel ex* b. *uel ex eodem* is *m. 3) B* et ῥύμη] EIPYMH *P* 23 orbi *H* illa illa *H, fort. recte; cf. pag. 478, 3* ueniet; *272, 4* hic hic

sustentat omnia, precandusque nobis et adorandus est deus
caeli, si tamen statuta eius et placita differri possunt, ne citius
quam putamus tyrannus ille abominabilis ueniat, qui tantum
facinus moliatur ac lumen illut effodiat, cuius interitu mundus
ipse lapsurus est. nunc ad cetera exequenda redeamus quae 9
deinceps secutura sunt.

26. Diximus paulo ante in principio regni sancti fore ut a 1
deo princeps daemonum uinciatur. sed idem, cum mille anni
regni hoc est septem milia coeperint terminari, soluetur denuo
et custodia emissus exibit atque omnes gentes quae tunc erunt
sub dicione iustorum concitabit, ut inferant bellum sanctae
ciuitati. et colligetur ex omni orbe terrae innumerabilis po-
pulus nationum et obsidebit et circumdabit ciuitatem. tum 2
ueniet nouissima ira dei super gentes, et debellabit eas usque
ad unum. ac primum concutiet terram quam ualidissime et
a motu eius scindentur montes Syriae et subsident ualles in
abruptum et muri omnium ciuitatum concident. et statuet
deus solem triduo ne occidat et inflammabit eum, et descendet
aestus nimius et adustio magna super perduelles et impios
populos et imbres sulphuris et grandines lapidum et guttae

7 paulo ante] c. 24, 5.
EPITOME 7—13] c. 67, 6. 13—666, 7] c. 67, 7.
AUCTORES § 1 s.] cf. Apocal. 20, 1—9. § 2] cf. Ezech. 38, 20. 22 (39, 6).

BHSP] 1 praedicandusque B^1, *part. ras. corr.* B^3 2 eius *om.* *P* placida P^1, *corr.* P^3 nec *H* 3 putemus *S* tyrannus *bis (alt.* ti-*)* *S* abominandus *(*abho- *S)* *SP* 4 interitũ *S* 5 lapsurus] sensurus *S* exquenda *S* 6 secu⌜tu⌝ra *B* sunt *om.* *H* 8 daemon*um *(*i *er.)* *H* *ex* mille *hoc* *illi B^3 9 milia] milia anni *H* 10 et] e *B* custodia *(*a *add. m. 3)* *B* atque] quae ex *H* 11 infera⌜n⌝t P^3 12 ciuitatis *S* 13 obsedebit *H* tunc *BSP* 14 uenieṅt *(exp. m. 1?)* *P* debellauit B^1, *corr.* B^3, delebit *H* eos *S* 15 unam *Heumannus* ac] ad *H* 16 scinde⌜n⌝tur P^3 ualles *Epit. 67, 7,* colles *C, sed cf. locum Ouid. Met. I 43* subsidere ualles *a Lactantio II 5, 1 adlatum* ⌜in⌝ $B^{1?}$ 17 ciuitatium *B* corruent *S* 18 inflammauit *B* 19 nimium *H* super perduelles *Heumannus, cf.* super impios *Epit. 67, 7;* superduelles *B,* supra perduelles *(*-las *S)* *SP,* supra rebelles *H; cf. Addenda* 20 sul^{hu}pọris *(*h *m. 2,* u *m. 3)* *P* grandinis *B*

ignis, et liquescent spiritus eorum in calore et corpora conte-
rentur in grandine et ipsi se inuicem gladio ferient: et re-
plebuntur montes cadaueribus et campi operientur ossibus.
3 populus autem dei tribus illis diebus sub concauis terrae oc-
cultabitur, donec ira dei aduersus gentes et extremum iudi-
4 cium terminetur. tunc exibunt iusti de latebris suis et in-
uenient omnia cadaueribus atque ossibus tecta. sed et genus
omne impiorum radicitus interibit nec erit in hoc mundo ulla
iam natio amplius praeter solam gentem dei. tum per annos
septem perpetes intactae erunt siluae nec excidetur de mon-
tibus lignum, sed arma gentium comburentur, et iam non
5 erit bellum, sed pax ac requies sempiterna. cum uero con-
pleti fuerint mille anni, renouabitur mundus a deo et caelum
conplicabitur et terra mutabitur. et transformabit deus ho-
mines in similitudinem angelorum et erunt candidi sicut nix
et uersabuntur semper in conspectu omnipotentis et domino
6 suo sacrificabunt et seruient in aeternum. eodem tempore
fiet secunda illa et publica omnium resurrectio, in qua exci-
tabuntur iniusti ad cruciatus sempiternos. hi sunt qui manu
facta coluerunt, qui dominum mundi ac parentem uel ne-
7 scierunt uel abnegauerunt. sed et dominus illorum cum mi-
nistris suis conprehendetur ad poenamque damnabitur, cum
quo pariter omnis turba impiorum pro suis facinoribus in con-

EPITOME 13—667, 2] c. 67, 8.

AUCTORES 8—12] cf. Ezech. 39, 9 s.; Orac. Sibyll. III 724—731. § 5—7] cf. Apocal. 20, 10—15.

BHSP] 2 grandinem *H* se *om. BP, sed cf. Epit. 67, 7 et Addenda* ferient] peribunt *P* et *om. H* 3 et campi — ossibus *om. P* 4 polus *P* sub *om. B* cauis *H* 5 et *om. HS* 6 terminet *S* lateribus *P* 7 *fort. post* tecta *interciderunt quae habet Epit. 67, 7* tunc fiet — πολυάνδριον, *quorum extrema pariter atque ea quae in Instit. sequuntur, ex Ezechielis cap. 39 (u. 11 ss. LXX) sumpta sunt* et *om. H* 8 omnem *H* ĩ|piorum *B* r(a)dicitus B^2 10 septem *om. P* siluae] et siluae *B* 11 sed] et *H* 12 ac] aut *S* quies *S* completa *H* 14 transformauit B^1, *corr.* B^3 omnes *H* 15 candid(i) B^3 16 deo *H* 17 se(r)uient S^2 19 cruciatos B^1, *corr.* B^3 ii *B*, hi* *(i er.) P* manu (anu *in ras. m. 1 uel 2) B* 20 deum *H* apparentem *(om.* ac*) S*

spectu angelorum atque iustorum perpetuo igni cremabitur in
aeternum. haec est doctrina sanctorum prophetarum, quam 8
Christiani sequimur, haec nostra sapientia, quam isti qui uel
fragilia colunt uel inanem philosophiam tuentur, tamquam stul-
titiam uanitatemque derident, quia nos defendere hanc publice
atque adserere non solemus, deo iubente ut quieti ac silentes
arcanum eius in abdito atque intra nostram conscientiam te-
neamus nec aduersus istos ueri profanos, qui non discendi, sed
arguendi atque inludendi gratia inclementer deum ac religionem
eius inpugnant, pertinaci contentione certemus. abscondi 9
enim tegique mysterium quam fidelissime oportet, maxime a
nobis, qui nomen fidei gerimus. uerum illi hanc taciturni- 10
tatem nostram ueluti malam conscientiam criminantur: unde
etiam quasdam exsecrabiles opiniones de pudicis et innocen-
tibus fingunt et libenter iis quae finxerint credunt.

27. Quoniam decursis propositi operis septem spatiis ad 1
metam peruecti sumus, superest ut exhortemur omnes ad sus-
cipiendam cum uera religione sapientiam, cuius uis et officium
in eo uertitur, ut contemptis terrestribus et abiectis erroribus
quibus antea tenebamur, fragilibus seruientes et fragilia con-
cupiscentes, ad aeterna caelestis thesauri praemia derigamur:
quae ut capere possimus, quam primum omittendae sunt huius
praesentis uitae inlicibiles uoluptates, quae animas hominum
perniciosa suauitate deleniunt. quanta felicitas aestimanda 2
est subtractum his labibus terrae proficisci ad illum aequissimum

EPITOME 2] c. 68, 1 (prophetarum). 11 s.] c. 61, 1. c. 27, 1—11. 15] c. 68, 2—5 (—adquirat).

BHSP] 3 sequi*ur (m *supra*) *B* uel qui *S* 5 deride*nt (n ?? *er.*) *B* non *S* 6 non *om.* *S* ac] ac id *H* 7 abscondito *edd.*, *cf.* *10* nostram (in *add. m. 2*) *S* 8 aduersum *P* 9 inclementer deum] inclemendom *H* 10 eius *om.* *S* contemptione *H* certẽ *S* 11 tetigique *S* maximeque *H* 12 nomen] ñ (*i. e.* non) *S* fidei] dei *H*, *sed cf. Epit.* 13 mala *H* c'r'iminantur *B*[3] 15 his *HSP* finxerunt *edd.* 17 prouecti *P* exhortemus *H* suspiciendas *sic* *H* 18 ueram *P*[1], m *del.* *P*[3] 19 *ut (a *er.*) *B* 20 ante *H* tene'b'amur *B*, tenebatur *H* 21 the'n'sauri *B*[3], then's'auri *P* dirigamur *HSP* 23 inlicibiles (e *ex* i *m. 2*) *P* 24 deliniunt *P* existimanda *H* 25 iis *B*

iudicem parentemque indulgentissimum, qui pro laboribus requiem, pro morte uitam, pro tenebris claritatem, pro terrenis ac breuibus bonis aeterna et caelestia largiatur: cum qua mercede acerbitates ac miseriae quas perpetimur in hoc mundo facientes opera iustitiae, conferri et coaequari nullo modo possunt.

BHSP(g)] 4 aceruitates *B*[1], *corr. B*[3] ⌜quas⌝ *P*[3] perpetimus *H* 5 et *om. P* *post* possunt *in Sg locus hic: (11)* Sed omnia iam, sanctissime imperator, figmenta sopita sunt, ex quo te deus summus ad restituendum iustitiae domicilium et ad tutelam generis humani excitauit. quo gubernante Romanae rei publicae statum iam cultores dei pro sceleratis ac nefariis non habemur, iam emergente atque illustrata *(ex* illustrante *S)* ueritate non arguimur ut iniusti qui opera iustitiae facere conamur. nemo iam nobis dei nomen exprobrat, nemo inreligiosos *(sic scripsi,* inreligiosus *[irr- g] Sg)* ulterius appellat *(sic scripsi,* appellatur *Sg; uix* nemo ⟨nostrum⟩ inreligiosus ulterius appellatur *corrigendum uidetur),* qui soli omnium religiosi sumus, quoniam contemptis imaginibus mortuorum uiuum colimus et uerum deum. *(12)* te prouidentia summae diuinitatis ad fastigium principale *(*principalē, *er.* ~, *S)* prouexit, qui posses uera pietate aliorum male consulta rescindere, peccata corrigere, saluti hominum paterna clementia prouidere, ipsos denique malos a re publica submouere, quos summa potestate deiectos in manus tuas idem deus tradidit, ut esset omnibus clarum quae sit uera maiestas *(*magestas *S). (13)* illi enim, qui ut impias religiones defenderent, caelestis et *(*et *om. S)* singularis dei cultum tollere uoluerunt, profligati iacent, tu autem, qui nomen eius defendis et diligis, uirtute ac felicitate praepollens immortalibus tuis gloriis beatissime frueris. *(14)* illi poenas sceleris sui et pendunt et pependerunt: te dextera dei potens ab omnibus periculis protegit, tibi quietum tranquillumque moderamen cum summa omnium gratulatione largitur. *(15)* nec immerito rerum dominus ac rector te potissimum delegit *(edd.,* dilegit *Sg)* per quem sanctam religionem suam restauraret, quoniam unus *(ras. ex* unius *S)* ex omnibus extitisti qui praecipua uirtutis et sanctitatis exempla praeberes, quibus antiquorum principum gloriam *(*gloria *S),* quos tamen fama inter bonos numerat, non modo aequares, sed etiam, quod est maximum, praeterires. *(16)* illi quidem natura fortasse tantum similes iustis fuerunt: qui enim *(*tm̃ *i. e.* tantum *g)* moderatorem uniuersitatis deum ignorat *(ras. ex* ignorant *S),* similitudinem iustitiae assequi potest, ipsam uero non potest. *(17)* tu uero et morum ingenita sanctitate et ueritatis et dei agnitione in omni actu iustitiae opera consummas *(*consumas *S).* erat igitur congruens ut in formando *(*firmando *ex* formando *S, sic; an* reformando*? cf. VII 14, 6; de* formando homine *cf. IV 16, 4; 17, 14)* generis humani statu *(*stat*, *corr. m. 2 S)* te auctore *(an* adiutore*?)* ac ministro diuinitas *(*diuinitatis *S)* uteretur. cui nos cotidianis precibus

proinde si sapientes, si beati esse uolumus, cogitanda et pro- 3
ponenda sunt nobis non tantum Terentiana illa:

molendum esse usque in pistrino, uapulandum,
habendae compedes,

sed his multo atrociora, carcer catenae tormenta patienda, sustinendi dolores, mors denique ipsa et suscipienda est et ferenda, cum liqueat conscientiae nostrae nec fragilem istam uoluptatem sine poena nec uirtutem sine diuino praemio fore.
uniuersos igitur oportet operam dare, ut uel se quam primum 4
ad rectam uiam dirigant uel susceptis operatisque uirtutibus et huius uitae laboribus patienter exactis consolatorem deum
habere mereantur. pater enim noster ac dominus, qui con- 5
didit firmauitque caelum, qui solem cum ceteris sideribus induxit, qui libratam magnitudine sua terram uallauit montibus, mari circumdedit amnibusque distinxit et quidquid est in hoc opere mundi conflauit ac perfecit e nihilo, perspectis erroribus

AUCTORES 2] Phorm. II 1, 19.

supplicamus, ut te in primis, quem rerum custodem uoluit esse, custodiat, deinde inspiret tibi uoluntatem, qua *(ex* quã *corr. m. 2? S)* semper in amore diuini nominis perseueres (perseueret *S*¹): quod est omnibus salutare, et tibi ad *(*ad *in mg. S)* felicitatem et *(*et *om. S)* ceteris ad quietem. *hanc orationem in fine capitis 26 cum Fasitelio addunt edd., quo loco illam eum ipsum qui conposuit inseruisse inde uidetur apparere, quod prima uerba* sed omnia . . . figmenta *superiora pag. 667, 15* fingunt . . . quae finxerint *quodammodo referunt atque omnino argumentum illius loci facilius quam huius eam admittit. de hoc loco cf. Prolegomena sequitur in S et g (praemissa in S inscriptione hac* De dĩ opificio. id est de ratione . F . L . Ad demetrianũ*) locus de opif. dei 19, 1—8* illud quoque uenire — posset adipisci *et 20, 1 s.* haec ad te — beatae uitae statum expectant *(sic), inde continuatur locus qui supra est* proinde si sapientes *eqs.*

BHSP] 1 baeti *B* 3 esse *cum etiam codd. quidam Terentii habeant, Lact. in suo Terentio legisse uidetur; etiam Terentii in codd. uersus turbatus est* in̄ pistrino ūsque *(corr. m. 1?) B* usque *del. P*³ pristino *SP*¹, *ras. et s. l. corr. P*² bapulandum *B*¹, *corr. B*³ 4 cō|pedes *B* 5 hi e *H*, his his *S*, hi*s *(*i *er.) P* acriora *B*¹ *ut uid. (part. in ras. corr. B*³*) P* 6 est *om. H* 7 liquaeat *B* conscientia *H* 8 uoluptate *S* 10 derigant *P* 12 merea *sic S* 13 inluxit *(*ill- *S) BHS* 14 qui *om. H* 15 mare *B*¹, *in ras. corr. B*³ manibusque *P*¹, *corr. P*³ distincxit *B* 16 perspectił* *(i. e.* -lis*) sic S*

6 hominum ducem misit qui nobis iustitiae uiam panderet. hunc
sequamur omnes, hunc audiamus, huic deuotissime pareamus,
quoniam solus, ut ait Lucretius,

ueridicis hominum purgauit pectora dictis
et finem statuit cuppedinis atque timoris
exposuitque bonum summum, quo tendimus omnes,
quid foret, atque uiam monstrauit, limite paruo
qua possemus ad id recto contendere cursu.

7 nec monstrauit tantum, sed etiam praecessit, ne quis difficul-
tatis gratia iter uirtutis horreret. deseratur si fieri potest uia
perditionis et fraudis, in qua mors uoluptatis inlecebris ad-
8 operta celatur. et quanto quisque annis in senectutem uer-
gentibus adpropinquare cernit illum diem quo sit ei ex hac
uita demigrandum, cogitet quam purus abscedat, quam inno-
cens ad iudicem ueniat, non ut faciunt quidam caecis mentibus
nixi, qui iam deficientibus corporis uiribus in hoc admonentur
instantis ultimae necessitatis, ut cupidius et ardentius hau-
9 riendis libidinibus intendant. qua ex uoragine liberet se
quisque, dum licet, dum facultas adest, seque ad deum tota
mente conuertat, ut illum diem securus expectet, quo praeses

AUCTORES 4 ss.] VI 24 ss.

BHSP] 1 iustitia *H* 2 adiamus *P* uotissime *H* 4 uiridicis *B*, ueredicis *P* hominum] igitur *codd. Lucr.* purgabit B^1, *corr.* B^3 dictis' *(' est distinctio) B* 5 cuppedinis *codd. Lucr.*, cupidinis *S*, torpedinis BH^2, torpidinis H^1, turpidinis *P* timoris' *B*, timoris (s *add. m. 2) P* 6 quod *P* tendimus omnes *om. P* omnes' *B* 7 quod *H* mon's'trauit B^3, monstrabit *H* tramite *codd. Lucr.* paruo (paruo' *B) BH cum codd. Lucr.*, puro *SP* 8 quo *H*, quia *(exp. m. 3?) P* contendere recto *H* 10 iter] igitur *H* horrebit *ut uid.* B^1, *in ras. corr.* B^3 11 uoluptatibus *H* inecelebris *H* 12 celetur *H* quando *H* animis B^1, *corr.* B^3 senectute *B* 13 ac propinquare *H* 14 purus] p^{i}us *(i. e.* prius*) S* 15 quidam] quorum *S* 16 nixi] lux negatur *S;* uiri *cum cod. Reimmanniano recentissimae aetatis non recte Buenemannus,* nixi *eicit Heumannus* qui iam] quidam B^1, *corr.* B^3 ūiris (uiribus *m. 3)* corporis *B* 17 instantes B^1 *(corr.* B^3*) P* necessitates B^1, *corr.* B^3 et] ut *SP* 18 **libidinibus *(in er.) B* 20 secu**rus *(tu er.) H* presens *S*

dominusque mundi deus de singulorum factis et cogitationibus
iudicabit. quaecumque hic expetuntur, non tantum neglegat,
sed et fugiat potioremque animam suam iudicet quam bona
ista fallacia, quorum incerta et caduca possessio est: migrant 10
enim cotidie et multo uelocius exeunt quam intrauerant et
tamen, si nobis usque ad ultimum liceat istis frui, aliis certe
relinquenda sunt. nihil nobiscum ferre possumus nisi uitam
bene atque innocenter actam. ille ad deum copiosus, ille opu- 11
lentus adueniet, cui adstabunt continentia misericordia patientia
caritas fides. haec est hereditas nostra quae nec eripi cuiquam
nec transferri ad alterum potest. ecquis est qui haec bona 12
parare et adquirere sibi uelit? ueniant qui esuriunt, ut cae-
lesti cibo saturati sempiternam famem ponant, ueniant qui si-
tiunt, ut aquam salutarem de perenni fonte plenissimis fau-
cibus trahant. hoc cibatu atque potu dei et caeci uidebunt 13
et surdi audient et muti loquentur et clodi ambulabunt et
stulti sapient et aegroti ualebunt et mortui reuiuescent. quis- 14
quis enim corruptelas terrae uirtute calcauerit, hunc arbiter
ille summus et uerax ad uitam lucemque perpetuam suscitabit.
nemo diuitiis, nemo fascibus, nemo etiam regia potestate con- 15
fidat: inmortalem ista non faciunt. nam quicumque rationem
hominis abiecerit ac praesentia secutus in humum se ipse pro-
strauerit, tamquam desertor domini et imperatoris et patris
sui punietur. intendamus ergo iustitiae, quae nos insepara- 16
bilis comes ad deum sola perducet, et dum spiritus hos

EPITOME 24—672, 4] c. 68, 5 (*ab* ut possit).
AUCTORES 15—17] cf. Matth. 11, 5. 25] Verg. Aen. IV 336.

BHSP] 1 ⌜deus⌝ *H* et *eras. B* 2 iudicauit B^1, *corr.* B^3 expe*-tuntur (c *er.)* *H* 3 et fugiat *S*, effugiat *cett.* bonã istã fallaciã *H* 4 ac caduca *S* 5 ac multo *SP* 7 possimus *H* ⌜ni⌝si B^3 8 actam] tam *H* ad deum copiosus ille *om. P* dñm *H* 9 misericordia patientia *om. P* 10 caritas] caritas castitas *H* nec *om. H* 11 transferre B^1, *corr.* B^3 et quis *S*, **ecquis (ha *er.)* *P* 12 parere *H* *an* nolit? *Thilo* 14 ⌜ut⌝ *B* 16 loquuntur *H* claudi *S; cf. IV 15, 14* 17 egro *sic S* reuirescent B^1, *corr.* B^2, resurgent (*pr.* r *ex* s) *P* quis *P* 19 sus⌜ci⌝tabit (ci *m. 1*, b *ex* u *m. 2)* *B* 20 diuitiis nemo *om. P* 21 nam *om. P* 22 ac *om. S* 23 *pr.* et *om. P* 24 insepara⌜bi⌝lis B^2 25 perducat *Heumannus*

regit artus, infatigabilem militiam deo militemus, stationes uigiliasque celebremus, congrediamur cum hoste quem nouimus fortiter, ut uictores ac deuicto aduersario triumphantes praemium uirtutis quod ipse promisit a domino consequamur.

BHSP] 1 ⸢regit⸣ *B*[2] infatigabili militia *H* milite⸢mu⸣s *B*[2] 2 ho**ste (ne *? er.) B* nobis *ut uid. B*^{ac}, noui* (mus) *corr. m. 1 uel 2* 3 deiecto *Heusingerus, Emendat. pag. 25* L · CAELI FIRMIANI LACTANTI DE VITA BEATA LIBER VII · EXPLICIT INC · DE IRA DIVINA LIBER VIII · *B;* FIRMIANI LACTANTI *(*LACTANI *H)* EXPLICIT LIBER · VII · EIVSDEM *(*-DĒ *M)* DE VITA BEATA FELIC̄ · *HM;* AM̄ · Explicit liber ultimus *S;* CELI (CI) *(*CI *m. 2 ut uid.)* FIRMIANI INSTITVTIONVM DIVINARVM DE VITA BEATA : EXPLICIT : SEPTIMVS LIB̄ · INCIPIT DE IRA DIVINA · LIBER OCTAVVS : *P*

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

EPITOME

DIVINARVM INSTITVTIONVM.

EXPLICATIO SIGNORVM.

T: codex Taurinensis Regii Tabularii I. b. VI. 28 saec. VII.
B: codex Bononiensis 701 saec. VI—VII, continens c. 51, 1—68, 5.
P: codex Parisinus Puteani 1662 saec. IX, continens c. 51, 1—61, 6.

Pf: Pfaffius (ed. 1712).
Da: Dauisius (ed. 1718).
Heum: Heumannus (ed. 1736).
Buen: Buenemannus (ed. 1739).
eruditus Brit(annus): aut is cuius coniectanea sunt commentariorum inscriptorum *Miscellaneae obseruationes in auctores ueteres et recentiores ab eruditis Britannis anno MDCCXXXI edi coeptae, Amstelaedami M.D.CC.XXXIV* in uolumine quarto pag. 20—29 et 428—430, aut is cuius sunt ibidem pag. 409—427.
uir doctus ap. Cleric.: ubi numerus *XXVII* additus est, is qui secutus Maffeium, *Giornale de' letterati d'Italia, tomo VI. In Venezia MDCCXI,* pag. 449 ss. apud Clericum *(Le Clerc), Bibliothèque ancienne et moderne, tome XXVII. A la Haye MDCCXXVII,* pag. 325 de codice Taurinensi rettulit et quinque prima Epitomae capita edidit; ubi *XI,* is qui in eiusdem Bibliothecae uolumine XI Amstelaedami a. 1719 edito pag. 190 ss. censuram editionis Dauisianae fecit.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

EPITOME

DIVINARVM INSTITVTIONVM.

Quamquam Diuinarum Institutionum libri, quos iam pridem f. 2[a] 1
ad inlustrandam ueritatem religionemque conscripsimus, ita legentium mentes instruant, ita informent, ut nec prolixitas pariat fastidium nec oneret ubertas, tamen horum tibi epitomen fieri, Pentadi frater, desideras, credo, ut ad te aliquid scribam tuumque nomen in nostro qualicumque opere celebretur. faciam 2
quod postulas, etsi difficile uidetur ea quae septem maximis uoluminibus explicata sunt, in unum conferre. fit enim totum 3
et minus plenum, cum tanta rerum multitudo in angustum coartanda sit, et breuitate ipsa minus clarum, maxime cum et argumenta plurima et exempla, in quibus lumen est probationum, necesse sit praeteriri, quoniam tanta eorum copia est, ut uel sola librum conficere possint. quibus sublatis quid 4

AUCTORES 8 s.] cf. Cic. epist. V 12, 1 (nomen—celebretur).

CONTINENT·INhOCCORP·DIUER·ID|DEOPIFICIODIEPITOMAEFIR-MIANI|LACTANTI *(pars inferior litterae* l *abscissa est)* DEFINE *(sic)* SAECULIDEDIUI|⟨napro⟩UIDENTIA *(pars inferior litterarum* UI *una cum* napro *abscissa est)* DEORIGO (INE *supra*) *(*O *lin. del. et corr. m. 2)* hUMANI| ⟨generisdera⟩TIONEPASChEETMENS·| *de hac codicis T inscriptione, cuius quinque tantum uersus primi hic proponuntur, cf. Prolegomena; cf. etiam inscriptiones ad c. 51, 1 exhibitas* 5 religionemque *Maffeius et Pf,* regionemque *T* conscribsimus *T* 9 nosttro *T* 10 que *T* 11 fiet *Da* 13 brebitate *T* 15 preteriri *T*

f. 2b poterit . . , | quid apertum uideri? sed enitar quantum res
sinit et diffusa substringere et prolixa breuiare, sic tamen, ut
neque res ad copiam neque claritas ad intellegentiam deesse
uideatur in hoc opere, quo in lucem ueritas protrahenda est.
1 1. Prima incidit quaestio, sitne aliqua prouidentia, quae
aut fecerit aut regat mundum. esse nemini dubium est, si-
quidem omnium fere philosophorum praeter scholam Epicuri
una uox, una sententia est nec fieri sine artifice deo potuisse
2 mundum nec sine rectore constare. itaque non solum a
doctissimis uiris, sed et omnium mortalium testimoniis ac sen-
3 sibus coarguitur Epicurus. quis enim de prouidentia dubitet,
cum uideat caelos terramque sic disposita, sic temperata esse,
⟨ut⟩ uniuersa non modo ad pulcritudinem ornatumque mira-
f. 3a bilem, | sed ad usum quoque hominum ceterorumque uiuen-
4 tium commoditatem aptissime conuenirent? non potest igitur
quod ratione constat sine ratione coepisse.
1 2. Quoniam certum est esse prouidentiam, sequitur alia
quaestio, utrumne deus unus an plures. quae quidem multum
habet ambiguitatis. dissentiunt enim non modo singuli inter
2 se, uerum etiam populi atque gentes. sed qui rationem se-
quetur, intelleget nec dominum esse posse nisi unum nec
patrem nisi unum. nam si deus, qui omnia condidit, et idem

INSTITUTIONES 5—11] Inst. lib. I 2, 1—4. 11—16] I 2, 5. c. 2] I 3. 17—20] I 3, 1 (—multorum). 20—677, 2] cf. IV 3, 7. 11. 13—23; c. 4.

T] 1 *post* poterit *angulo marginis abscisso littera quae superest euanida Holdero* U, *Studemundo, scriptura medicamine suscitata, uel* C *uel* Є *esse uidebatur, post quam 2 uel 3, summum 4 litt. cum margine interierunt;* utile *Pf,* perspicuum *Buen,* copiosum *Fritzschius,* certũ *Studemundus,* clarũ *(cf. pag. 675, 13 et supra 3) uel* uerũ *ego* 2 brebiare *T* 4 *uerba* in hoc opere *relicto spatio initium proximi capitis facit Maffeius in apographo (et eum secutus uir doctus ap. Cleric. XXVII 343 et cum hoc rursus Heum), sed scriptura continuatur in T* 5 questio *T* 7 filosoforum *T* 12 *an* caelum *scribendum?* 13 ut uniuersa *Da,* uniuersa ut *Maffeius et Pf* *in* pulc|ritudine *pars* c *litterae cum margine abscissa,* ch *per spatium non potest fuisse, T* 18 questio *T* 19 ambiguitatis *Maffeius et Pf,* ambiguitas *T* 20 adque *T*

dominus et idem pater est, unus sit necesse est, ut idem sit
caput idemque fons rerum. nec potest aliter rerum summa 3
consistere, nisi ad unum cuncta referantur, nisi unus teneat
gubernaculum, nisi unus frena moderetur regatque uniuersa
membra tamquam mens una. | si multi sint in examine f. 3[b] 4
apum reges, peribunt aut dissipabuntur, dum

regibus incessit magno discordia motu;

si plures in armento duces, tam diu proeliabuntur, donec unus
optineat; si multi in exercitu inperatores, nec pareri poterit a
milite, cum diuersa iubeantur, nec ab iis ipsis unitas optineri,
cum sibi quisque pro moribus consulat. sic in hac mundi 5
re publica nisi unus fuisset moderator, qui et conditor, aut
soluta fuisset omnis haec moles aut ne condi quidem omnino
potuisset. praeterea in multis non potest esse totum, cum 6
singuli sua officia, suas optineant potestates. nullus igitur
eorum poterit omnipotens nuncupari, quod est uerum cogno-
mentum dei, quoniam id solum poterit, quod in ipso est, quod
autem in aliis, nec audebit attingere. non Vulcanus sibi 7
aquam uindicabit aut Neptunus ignem, | non Ceres artium peri- f. 4[a]

INSTITUTIONES 2—11] I 3, 1 (*a* nemo)—3. 18. 19. 2 s.] I 3, 18 nisi—constare. 4 s.] I 3, 20 s. (—pluribus posse). 5—8] haec non sunt in Instit. 11—678, 6] I 3, 4—18 (—constare). 18—678, 3] haec exempla non sunt in Instit., ad 678, 2 (non Iuppiter—Asclepius) cf. tamen IV 27, 12 uel quia—Aesculapi.

AUCTORES 7] Verg. Georg. IV 68.

T] 6 reges (s *add. m. 2?) T* 11 moribus] uiribus *Da (in Addendis pag. 256) Buen, illud defendit eruditus Brit. pag. 410 conl. Inst. V 11, 9; 16, 3* 13 ne *Da,* nec *T* 18 nec] non *uir doctus ap. Cleric. XXVII pag. 347; ad* nec *i. e.* ne — quidem *cf. Buen ad Epit. 47 (52), 4* nec uictorum audebit] *supra* -bit *hoc signum* 7˙ *posuit m. 2 uel alia antiqua (fort. eadem quae c. 32, 3* esset — nos *addidit) eodemque signo adposito in mg. sinistro, cuius extrema pars nunc abscissa est, adiecit haec* ⟩quem necua ⟩t *(in* q *tamen etiam* (*abscissum est) a Studemundo sic expleta et correcta* ⟨um⟩quam nec ua ⟨lebi⟩t, *quae uix recipienda sunt* 19 uindicabit *Maffeius,* uindicauit *T in inferiore marg. notas quasdam adspersit m. poster. in T (cf. Addenda), quas Guil. Schmitzius sic explicauit* non uolcanus sibi aqam *(sic)* uindecauit *(sic)* aut neptunus ignem

tiam nec Minerua frugum, non arma Mercurius nec Mars lyram,
non Iuppiter medicinam nec Asclepius fulmen: facilius illut ab
8 alio iactum suscipiet quam ipse torquebit. si ergo singuli
non possunt omnia, minus habent uirium, minus potestatis: is
autem deus putandus est qui potest totum, quam qui de toto
minimum.
1 3. Unus igitur deus est, perfectus aeternus, incorruptibilis
inpassibilis, nulli rei potestatiue subiectus, ipse omnia possi-
dens, omnia regens, quem nec aestimare sensu ualeat humana
mens nec eloqui lingua mortalis. sublimior enim ac maior
est quam ut possit aut cogitatione hominis aut sermone con-
2 prehendi. denique, ut taceam de prophetis unius dei praedi-
catoribus, poetae quoque et philosophi et uates testimonium
f. 4[b] singulari deo perhibent. | Orpheus principalem deum dicit,
3 qui caelum solemque cum ceteris astris, qui terram,
4 qui maria condiderit. item noster Maro summum deum
modo spiritum, modo mentem nuncupat eamque uelut
membris infusam totius mundi corpus agitare; item
deum per profunda caeli, per tractus maris terrarum-
que discurrere atque ab eo uniuersas animantes tra-
5 here uitam. ne Ouidius quidem ignorauit a deo instructum
esse mundum: quem interdum opificem rerum, interdum
mundi fabricatorem uocat.
1 4. Sed ueniamus ad philosophos, quorum certior habetur
auctoritas quam poetarum. ⟨Plato⟩ monarchian adserit unum

INSTITUTIONES 4 ss.] I 3, 7 s. (*a* uirtutis) 7—10] I 3, 23 (—subiectus). 10—12] I 3, 14 s. 12 s. ut — prophetis] I 5, 1. 13 (—praedicatoribus)] I 4, 1. 13 poetae — philosophi] I 5, 2 s. 14 ss.] I 5, 4—7. 16—21] I 5, 11 s. 21—23] I 5, 13. 24 s.] I 5, 15. 25—679, 2] I 5, 23.

AUCTORES 14 Orpheus] cf. ad Inst. I 5, 4. 16—18] Aen. VI 724 ss. 18—21] Georg. IV 221 ss. 21—23] Metam. I 79. 57. 25 ss.] ad Cic. de rep. librum I rettulit Maius, sed cf. Halmium ad Cic. I 36, 57.

T] 2 ⟨qui⟩ facilius *Heum* 8 potestatiue *Pf*, potesta*ius *(1 er.) T* 9 ęstimare *(ę m. 2) T* 12 profetis *T* 13 filosofi *T* 14 orfeus *T* 20 adque *T* 24 filosofos *T* 25 auttoritas *T* Plato *add. Maffeius et Pf, cf. Inst. I 5, 23* monarchiam *edd., sed cf. Inst. I 5, 23*

deum dicens, a quo sit mundus instructus ⟨et⟩ mirabili ratione
perfectus. Aristoteles auditor eius unam esse mentem quae 2
mundo praesideat, confitetur. | Antisthenes unum esse dicit f. 5a
naturalem deum, totius summae gubernatorem. longum est 3
recensere quae de summo deo uel Thales uel Pythagoras et
Anaximenes antea uel postmodum Stoici, Cleanthes et Chrysippus et Zenon, uel nostrorum Seneca Stoicos secutus et ipse
Tullius praedicauerint, cum hi omnes et quid sit deus definire
temptauerint et ab eo solo regi mundum adfirmauerint nec
ulli subiectum esse naturae, cum ab ipso sit omnis natura generata. Hermes, qui ob uirtutem multarumque artium scien- 4
tiam Trismegistus meruit nominari, qui et doctrina et uetustate philosophos antecessit quique aput Aegyptios ut deus
colitur, maiestatem dei singularis infinitis adserens laudibus
dominum et patrem nuncupat eumque esse sine | no- f. 5b
mine, quod proprio uocabulo non indigeat, quia solus
sit, nec habere ullos parentes, quia ex se et per se
ipse sit. huius ad filium scribentis exordium tale est: deum 5
quidem intellegere difficile est, eloqui uero inpossibile, etiam cui intellegere possibile est: perfectum
enim ab inperfecto, inuisibile a uisibili non potest
conprehendi.

5. Superest de uatibus dicere. Varro decem Sibyllas fuisse 1
tradit: primam de Persis, secundam Libyssam, tertiam
Delphida, quartam Cimmeriam, quintam Erythraeam,

INSTITUTIONES 2 s.] I 5, 22. 3 s.] I 5, 18. 4—7 Thales —Zenon] I 5, 16—20. 7 Seneca] I 5, 26 s. 8 Tullius] I 5, 24 s. 8—11] I 5, 24 ab eo igitur — naturam. 11—18] I 6, 2—5. 18—22] locus non est in Instit. 23—680, 3] I 6, 6—10 (Cumanam). 12.

AUCTORES § 4 Hermes] cf. ad Inst. I 6, 4. § 5] frg. Hermet. ap. Cyrill. c. Iul. lib. I, uol. VI pag. 31 C Aubert.; cf. Stob. floril. 80, 9 (fol. 51a Patric.).

T] 1 et *add. uir doctus ap. Cleric. XXVII pag. 348* 4 totius *Maffeius et Pf*, titius *T* 8 praedicauerunt *Heum* hii *T* 10 *post* generata *intercidisse* docuerint *uel* dixerint *putat eruditus Brit. pag. 20* 12 doctrina et *Da conl. Inst. I 6, 3,* doctrinae *T* 13 filosofos *T* 17 qui *coni. Maffeius* 23 sybillas *T* 24 lybyssam *T* 25 deltida *T* Cimmeriam *Da,* cimmeam *T*

sextam Samiam, septimam Cumanam, octauam Hellespontiam, nonam Phrygiam, decimam Tiburtem,
2 cui sit nomen Albunea. ex his omnibus Cumanae solius tres esse libros, qui Romanorum fata contineant
f.6[a] et habeantur arcani, ceterarum autem | fere omnium singulos extare haberique uulgo, sed eos Sibyllinos uelut uno nomine inscribi, nisi quod Erythraea, quae Troici belli temporibus fuisse perhibetur, nomen suum
3 uerum posuit in libro; aliarum confusi sunt. hae omnes de quibus dixi Sibyllae praeter Cymaeam, quam legi nisi a quindecimuiris non licet, unum deum esse testantur, principem conditorem parentem, non ab ullo generatum, sed a se ipso satum, qui et fuerit a saeculis et sit futurus in saecula, et idcirco solus coli debeat, solus timeri, solus a cunctis uiuentibus honorari.
4 quarum testimonia quia breuiare non poteram, praetermisi: quae si desideras, ad ipsos tibi libros reuertendum est. nunc reliqua persequamur.

1 6. Haec igitur tot ac tanta testimonia liquido perdocent
f.6[b] unum esse regimen in mundo, | unam potestatem, cuius nec
2 origo excogitari nec uis enarrari potest. stulti ergo, qui de concubitu natos putant deos esse [se], cum ipsi sexus et corporum copulatio idcirco mortalibus a deo data sint, ut per subolis
3 successionem genus omne seruetur. inmortalibus uero quid opus est aut sexu aut successione, quos nec uoluptas nec in-
4 teritus attingit? illi ergo qui dii putantur, quoniam et genitos esse tamquam homines et procreasse constat, mortales

INSTITUTIONES 3—9] I 6, 10. 11. 13 (confusi). 9 (Erythraeam). 9 ss.] I 6, 13 (a quindecimuiris). 11—15] I 6, 14 (omnes—praedicant) —16. 19—21] I 8, 1. 21 – 26] I 8, 3. 5 s. 26 – 681, 8] I 8, 8 (*ab* illos igitur).
AUCTORES § 3 Sibyllae] cf. ad Inst. I 6, 15 s.

T] 1 Samiam *Pf,* samaiam *T* 2 frygiam *T* 3 Albuneae *uir doct. ap. Cleric. XXVII 350* 6 sybillinos *T* 10 sybillae *T* cym[a]eam *T* 16 brebriare *sic T* pretermisi *T* 17 reuertendum] recurrendum *Maffeius in apographo (unde uir doctus ap. Cleric. XXVII 350); cf. etiam Buen* 22 se *del. Pf* ipse *Pf* 25 uoluptas *Pf,* uoluntas *T*

utique fuerunt, sed dii crediti sunt, quod cum essent reges
magni ac potentes, ob ea beneficia quae in homines contu-
lerant, diuinos post obitum honores consequi meruerunt posi-
tisque templis atque simulacris memoria eorum tamquam in-
mortalium retenta est atque celebrata.
7. Sed cum sit | omnibus fere gentibus persuasum deos esse, f. 7[a] 1
res tamen eorum gestae, quas tam poetae quam historici tra-
diderunt, homines fuisse declarant. Hercules per quae tem- 2
pora fuerit, quis ignorat, cum idem et inter Argonautas naui-
gauerit et expugnata Troia Laomedontem Priami patrem ob
periurium interfecerit? ab eo tempore paulo amplius quam
mille et quingenti computantur anni. hic ne natus quidem 3
honeste traditur, sed Alcimenae adulterio genitus; et ipse uitiis
genitoris addictus nec feminis umquam nec maribus abstinuit
orbemque totum non tam gloriae quam libidinis causa nec
tantum ad necandas beluas quantum ad serendos liberos per-
agrauit. cumque esset inuictus, ab una tamen Omphale 4
triumphatus est, cui claua et spolio | leonis tradito indutus f. 7[b]
ipse feminea ueste atque ad pedes mulieris abiectus pensa
quae faceret accepit. idem postea instinctu furoris elatus par-
uos liberos et uxorem Megaram trucidauit. postremo sumpta 5
Deianirae coniugis ueste, cum difflueret ulceribus, doloris in-
patiens rogum sibi in Oetaeo monte construxit eoque se uiuum
cremauit. sic efficitur ut etiamsi ob uirtutem deus credi po-
tuisset, ob haec tamen homo fuisse credatur.
8. Aesculapium Tarquitius tradit ex incertis parenti- 1
bus natum et ob id expositum atque a uenatoribus
collectum, caninis uberibus educatum, Chironi in di-

INSTITUTIONES 8—17] I 9, 1. 10 (Laomedonti). 17—20] I 9, 7. 20 s.] I 9, 10 (idem — interemit). 21—25] I 9, 11. 26—682, 2] I 10, 1 s.

T] 3 positisque *Pf,* positique *T* 4 adque *T* 5 adque *T* 9 argonautas|ás *(alt.* as *exp. et linea del. m. 1) T* 17 omfale *T* 18 triumfatus *T* 19 adque *T* 22 deianyrae *T* 23 ⟨in⟩ eoque *Heum, sed Buen confert Inst. I 18, 6* quo 26 *in mg. sinistro notas quasdam, quibus fortasse nomen* tarquitius *contineri Guil. Schmitzius existimat, add. m. poster. (cf. ad pag. 677, 19) in T* 27 adque *T*

2 sciplinam datum. hic Epidauri moratus est, Cynosuris,
ut Cicero ait, sepultus, cum esset ictu fulminis interemptus.
Apollo autem pater eius non dedignatus est alienum gregem
f. 8[a] pascere, ut acciperet | uxorem; et dilectum puerum cum per-
3 emisset inprudens, gemitus suos inscripsit in flore. Marti
uiro fortissimo adulterii crimen non defuit, siquidem catenis
cum adultera uinctus spectaculo fuit. Castor et Pollux alienas
sponsas non inpune rapuerunt, quos Homerus non poetica,
4 sed simplici fide mortuos sepultosque testatur. Mercurius,
qui de stupro Veneris genuit androgynum, deus esse meruit,
5 quia lyram repperit et palaestram. Liber pater debellata
India uictor cum Cretam forte uenisset, Ariadnam conspexit
in litore, quam Theseus et uiolauerat et reliquerat. tum amore
inflammatus eam sibi in coniugium sociauit et coronam eius,
6 ut poetae ferunt, inter astra signauit. Mater ipsa post fugam
et obitum uiri cum in Phrygia moraretur, uidua et anus for-
monsum adulescentem in deliciis habuit et quia fidem non
praestiterat, ademptis genitalibus effeminauit. ideo etiam nunc
Gallis sacerdotibus gaudet.
1 9. Ceres unde Proserpinam nisi de stupro genuit? unde
Latona geminos nisi ex crimine? Venus deorum et hominum
f. 8[b] libidinibus exposita | cum regnaret in Cypro, artem meretri-
ciam repperit ac mulieribus imperauit ut quaestum facerent,
2 ne sola esset infamis. ipsae illae uirgines Minerua et Diana

INSTITUTIONES 3—5] I 10, 3. 5] locus Ouidii non est in Instit. 5—7] I 10, 4. 7—9] I 10, 5 s. 9—11] I 10, 7; 17, 9 (androgynus). 11—15] I 10, 8 s. 15—19] I 17, 7. 20 s.] cf. I 17, 6 (Ceres . . Latona). 21—24] I 17, 9 s. 24—683, 2] I 17, 11—13.

AUCTORES 1] de nat. deor. III 22, 57. 5] Ouid. Met. X 215. 9] Il. Γ 243.

T] 1 *post* datum *fort. ex Inst. I 10, 2* didicisse medicinam *addendum* 2 fulminis *Da,* fluminis *T* 5 inscribsit *T* 6 cathenis *T* 10 qui de *ex* quid e *T* 11 palestram *T* 12 Ariadnam *Da,* ariannam *T* 15 Mater] Deum Mater *Inst. I 17, 7, sed cf. ad Inst. I 21, 16* 16 frygia *T* 18 presstiterat *T* 22 regnaret *Pf,* regnat *T; an* dum regnat *scribendum?* meretriciam *T* 23 *post* quaestum *fort.* corpore *addendum, cf. Inst. I 17, 10; Epit. 15, 3*

num castae? unde igitur prosiliuit Erichthonius? num in terram
Vulcanus effudit et inde homo tamquam fungus enatus est?
aut illa cur Hippolytum uel ad secretas sedes uel ad mu- 3
lierem relegauit, ubi solus inter ignota nemora exi-
geret aetatem et iam mutato nomine Virbius uoca-
retur? quid haec significant nisi incestum, quod poetae non
audent confiteri?

10. Horum autem omnium rex et pater Iuppiter, quem te- 1
nere in caelo summam credunt potestatem, quid habuit pietatis,
qui Saturnum patrem regno expulit et armis fugientem perse-
cutus est? quid continentiae, qui omnia libidinum genera
exercuit? nam idem Alcimenam Ledamque summis uiris 2
nuptas adulterio fecit infames, idem pulcritudine pueri captus
uenantem ac uirilia meditantem ad femineos usus uiolenter
abripuit. quid uirginum stupra commemorem, quarum multi-
tudo quanta fuerit, filiorum nume|rus ostendit? in una tamen f. 9[a] 3
Thetide abstinentior fuit. erat enim praedictum quod is quem
paritura esset, maior patre suo futurus esset. pugnauit ergo
cum amore, ne quis se maior nasceretur. sciebat ergo se non
esse perfectae uirtutis magnitudinis potestatis, qui quod ipse
patri fecerat timuit. cur igitur Optimus Maximus nominatur, 4
cum se et peccatis contaminauerit, quod est iniusti ac mali,
et maiorem timuerit, quod est inbecilli ac minoris?

11. Sed dicet aliquis ficta haec esse a poetis. non est hoc 1
poeticum sic fingere, ut totum mentiare, sed ut ea quae gesta

INSTITUTIONES 2 tamquam fungus] cf. VII 4, 3. 3—7] I 17, 15—17. 8—12] I 10, 10. 12 s.] I 10, 11. 13—15] I 10, 12 (—stuprum). 15 s.] I 10, 11 (uirgines). 15—23] I 11, 9—11. 15 s. (—et nihili). 21 s.] I 10, 13. 24—684, 3] I 11, 17.
AUCTORES 3 s.] Verg. Aen. VII 774 ss.

T] 1 Erichthonius *Pf,* ericthonius *T* 2 effudit] *cf. ad Inst. I 17, 13* 3 hippol(y)itum *T* 4 relegauit *Da,* religauit *T* 9 pietatis *Da, Buen confert Inst. I 10, 10,* potestatis *T* 12 Alcimenam *Buen conl. 7, 3,* almenam *T* laedamque *T* 14 faemineos *T* 17 the'ti'de *ex* thedi *T* predictum *T* 19 na's'ceretur *T* 20 perfecte *T* 21 Optimus Maximus *Da conl. Inst. I 10, 10,* maximus optimus *T* 22 cont'a'minauerit *T* 23 timuerit (er *in ras. ex* it) *T* ac *Pf,* a *T* 25 ut (*ante* totum) *Pf,* aut *T*

sunt figura et quasi uelamine aliquo uersicolore praetexas. hunc
habet poetica licentia modum, non ut totum fingat, quod est
2 mendacis et inepti, sed ut aliquid cum ratione commutet. in
imbrem se aureum uertisse dixerunt ⟨Iouem⟩, ut Danaen fal-
leret: quis est imber aureus? utique aurei nummi, quorum
magnam copiam offerens et in sinum infundens fragilitatem
uirginalis animi hac mercede corrupit. sic et imbrem fer-
f. 9[b] reum dicunt, cum uolunt multitudinem significare telorum. |
3 Catamitum in aquila rapuit: quae est aquila? legio scilicet,
quoniam figura huius animalis insigne legionis est. Europam
transuexit in tauro: quis est taurus? utique nauis, quae tu-
4 telam habuit tauri ⟨in⟩ specie figuratam. sic Inachi filia non
utique bos facta transnauit, sed eiusmodi nauigio iram Iunonis
effugit, quod habebat bouis formam. denique cum in Aegyptum
delata esset, Isis est facta, cuius nauigium certo quodam die
in memoriam fugae celebratur.
1 12. Vides ergo non omnia poetas confinxisse, set quaedam
praefigurasse, ut cum uera dicerent, aliquid tamen numinis
adderent iis quos deos esse dicebant, sicut etiam de regnis.
2 cum enim dicunt Iouem caeli regnum sorte tenuisse, aut Olym-
pum montem significant, in quo Saturnum et Iouem post-
modum habitasse ueteres historiae produnt, aut partem Orientis,
quae sit quasi superior, quod inde lux nascitur, Occidentis autem
uelut inferior, et ideo Plutonem inferos esse sortitum; mare
uero cessisse Neptuno, quod oram maritimam cum omnibus
f. 10[a] 3 insulis | optinuerit. multa sic poetae colorant. quod qui ne-

INSTITUTIONES 3—8] I 11, 18. 9—12] I 11, 19. 12—16] I 11, 20 s. 17—19] I 11, 23—30. 19—26] I 11, 30—32. 34 s. 20 s.] I 11, 35 (mons Olympus). 26—685, 5] I 11, 23 (28 s.)—30. 36.
AUCTORES 7] cf. ad Inst. I 11, 18.

T] 4 Iouem *add. Pf* 7 ʰac *T* 9 que *T* 12 in *addidi, cf. pag. 686, 16; Inst. I 11, 19* in aquila; *adnot. ad IV 15, 3* in specie 14 uo^b^is *(corr. m. 2) sic T* 17 confinxisse *Pf,* confixisse *T* set, *sed* s *del. m. 2? T* quedam *T* 18 praefugurasse *T* aliquit *T* tamen *Da in Addendis pag. 256,* tale *T; an pro* tale numinis *scribendum* uelaminis*? cf. c. 11, 1; Inst. I 11, 30* 22 historiae, *sed* h *del. m. 1? T* 26 potae *T*

sciunt, tamquam mendaces eos arguunt, uerbo dumtaxat: nam
re quidem credunt, quoniam deorum simulacra sic fingunt, ut
cum mares ac feminas faciant et alios coniuges, alios parentes,
alios liberos fateantur, poetis utique adsentiant: haec enim
sine coitu et generatione esse non possunt.

13. Sed omittamus sane poetas: ad historiam ueniamus, 1
quae simul et rerum fide et temporum nititur uetustate.
Euhemerus fuit Messenius, antiquissimus scriptor, qui de sacris 2
inscriptionibus ueterum templorum et originem Iouis et res
gestas omnemque progeniem collegit; item ceterorum deorum
parentes patrias actus imperia obitus, sepulcra etiam perse-
cutus est. quam historiam uertit Ennius in Latinam ⟨linguam⟩, 3
cuius haec uerba sunt: haec, ut scripta sunt, Iouis fra-
trumque eius stirps atque cognatio: in hunc modum
nobis ex sacra scriptione traditum est. idem igitur 4
Euhemerus Iouem tradit, cum quinquies orbem cir-
cumisset et amicis suis atque cognatis distribuisset
imperia, legesque hominibus | multaque alia bona f.10b
fecisset, immortali gloria memoriaque adfectum sem-
piterna in Creta uitam commutasse atque ad deos ab-
isse; et sepulcrum eius esse in Creta, in oppido Gnosso,
et in eo scriptum antiquis litteris Graecis ΖΑΝ ΚΡΟ-
ΝΟΥ, quod est Iuppiter Saturni. constat ergo ex iis quae 5
rettuli, hominem fuisse in terramque regnasse.

14. Transeamus ad superiora, ut originem totius erroris de- 1
prehendamus. Saturnus caelo et terra traditur natus. hoc 2
utique incredibile est, sed cur ita traditur, ratio certa est:

INSTITUTIONES 6—13] I 11, 33 s. (—uerba sunt). 13—15] I 14, 6. 15—23] I 11, 45 s. 23 s.] I 11, 44. 25—686, 1] I 11, 50—54.
AUCTORES c. 13, 3] cf. frg. III. § 4] cf. frg. XII.

T] 4 adsentiant *Da,* adsentiunt *T* 8 scribtor *T* 9 inscribtionibus *T* 12 linguam *add. Da,* Latinum *Heum* 13 scribta *T* 14 adque *T* 15 exacrascribtione *T* 17 adque *T* 18 *post* hominibus|| *intercidisse* reliquisset *uel* dedisset *existimat Heum conl. Inst. I 11, 45* 20 adque *T* 22 scribtum *T, cf. etiam* inscriptum *Inst. I 11, 46* grecis *T* 24 terraque *Da conl. Inst. I 11, 44 (cf. Addenda); 13, 11, sed cf. infra c. 14, 4* 25 ut *(*t *ex* i *?) T* 27 tradatur *Da*

quam qui ignorat, tamquam fabulam respuit. Saturni patrem
Uranum fuisse uocitatum et Hermes auctor est et Sacra Hi-
3 storia docet. Trismegistus paucos admodum fuisse cum
diceret perfectae doctrinae uiros, in iis cognatos suos
4 enumerauit, Uranum Saturnum Mercurium. Euhemerus
eundem Uranum primum in terram regnasse commemorat his
uerbis: initio primus in terris inperium summum
Caelus habuit: is id regnum una cum fratribus suis
sibi instituit atque para|⟨uit⟩ . . . .
f. 11[a] 5 . . . . | hominum stultam beneuolentiam
et errorem diuinitas attributa sit.

1 15 (20). Dixi de religionibus quae sunt communes omnium
gentium: dicam nunc de diis quos Romani proprios habent.
2 Faustuli coniugem Romuli Remique nutricem, cuius honori
Larentinalia sunt dicata, uulgati fuisse corporis quis ignorat?
et idcirco Lupa nuncupata est et in ferae specie figurata.
3 Faula quoque et Flora meretrices erant, quarum altera Her-
culis fuit scortum, sicut Verrius tradit, altera cum magnas
opes corpore quaesiuisset, populum scripsit heredem et ideo
4 in honorem eius ludi Floralia celebrantur. Tatius muliebre
simulacrum in Cloaca Maxima repertum consecrauit et deam
5 Cloacinam nuncupauit. obsessi a Gallis Romani ex mulierum
capillis tormenta fecerunt et ob id Veneri Caluae aram tem-
plumque posuerunt; item Pistori Ioui, quod eos monuerat in
quiete, ut ex omni fruge panem facerent et supra hostes

INSTITUTIONES 1—5] I 11, 61. 5—9] I 13, 14. 10 s.] cf. I 18, 1 s. 6 (stultissime). 18—25. 12—20] I 20, 1 s. 4—6. 20—22] I 20, 11 (—inposuit). 22—24] I 20, 27. 24—687, 2] I 20, 33.
AUCTORES c. 14, 3] cf. ad Inst. I 11, 61. § 4] frg. I.

T] 2 autor *T* istoria *T* 5 numerauit *Da; cf. etiam Inst. I 11, 61* nominauit 6 terra *Da, sed cf. c. 13, 5* 9 adque *T* parauit *Pf, cf. Inst. I 13, 14,* para| *T; post interciderunt folia ut uid. duo, quae fuisse intimam quinionis membranam Studemundus probat, continentia epitomen Inst. I 13, 15 — c. 17 et partis capitis 18; cf. Prolegomena* 10 *ante* hominum *fort.* ut *(uel alia coniunctio)* eis per *fuit* 14 Remique *Pf,* rem. que *T* honori (h) *(corr. m. post.) sic T* 15 Larentinalia *Pf,* larentinali *T* 19 quesiuisset *T* scribsit *T* 24 *an* Ioui Pistori *(cf. Inst. I 20, 33)? sed cf. Ouid. Fast. VI 350. 394* 25 fruge *(g ex c m. 2) T* panem *Pf,* pacem *T*

iacerent: quo facto desperantes Galli posse inopia Romanos | f. 11[b]
subigi | ab opsidione discesserant. Pauorem ac Pallorem Tullus 6
Hostilius deos fecit. colitur et Mens, quam credo si habuissent,
numquam colendam putassent. Honorem atque Virtutem Mar-
cellus inuenit.

16 (21). Set et alios eiusmodi commenticios deos senatus 1
instituit, Spem Fidem Concordiam Pacem Pudicitiam Pietatem,
quae omnia cum in animis hominum esse uera deberent, intra
parietes falsa posuerunt. hos tamen, quamuis extra hominem 2
in nulla sint omnino substantia, mallem potius coli quam Ro-
biginem, quam Febrem, quae non sacranda sunt, sed execranda,
quam Fornacem cum suis fornacalibus sacris, quam Stercutum,
qui fimo pinguefacere terram primus ostendit, quam deam
Mutam, quae Lares genuit, quam Cuninam, quae cunis in-
fantium praeest, quam Cacam, quae ad Herculem de furto
boum detulit, ut occideret fratrem. quam multa sunt alia 3
portenta atque ludibria! de quibus piget dicere. Terminum
tamen non libet praeterire, quia ne Ioui quidem Capitolino
cessisse traditur, cum lapis esset informis. hunc | finium f. 12[a] 4
putant habere custodiam eique publice supplicatur, ut Capi-
toli immobile saxum Romani imperii fines et conseruet ⟨et⟩
proroget.

17 (22). Has omnes ineptias primus in Latio Faunus in- 1
duxit, qui et Saturno avo cruenta sacra constituit et Picum
patrem tamquam deum coli uoluit et Fentam Faunam con-
iugem sororemque inter deos conlocauit ac Bonam Deam no-
minauit, deinde Romae Numa, qui agrestes illos ac rudes 2

INSTITUTIONES 2—5] I 20, 11—13. 6—9] cf. I 20, 24 s. (fides—pudicitia). 8 s.] I 20, 18 non enim — collocatae. 9 s.] I 20, 19 s. atquin — extra hominem. 10 Robiginem — Febrem] I 20, 17. 11] I 20, 24 (falsas consecrationes). 12—16] I 20, 35 s. (—induxit). 16 s.] I 20, 34. 36. 17—22] I 20, 37—42. 23—27] I 22, 9. 11 (—nominant). 27—688, 3] I 22, 1. 4.

AUCTORES 20] Verg. Aen. IX 446.

T] 8 que *T* 13 fimo *Da,* fumo *T* 14 que *T* quam *Pf,* qua *T* 16 sunt *eicit Da commate post* fratrem *posito* 17 adque *T* 21 et *add. Pf* 23 omnis *T* 25 Fentam *scr. conl. Inst. I 22, 9,* fentan *T,* Fatuam *cum Pf edd.* 27 romę (¸ *add. m. 2?) T*

uiros superstitionibus nouis onerauit, sacerdotia instituit, deos familiis gentibusque distribuit, ut animos ferocis populi ab
3 armorum studiis auocaret. ideo Lucilius deridens ineptias istorum qui uanis superstitionibus seruiunt, hos uersus posuit:

terriculas Lamias, Fauni quas Pompiliique
instituere Numae, tremit has, hic omnia ponit.
ut pueri infantes credunt signa omnia aena
uiuere et esse homines, sic isti omnia ficta
uera putant, credunt signis cor inesse in aenis.
pergula pictorum, ueri nihil, omnia ficta!

4 Tullius quoque de Natura deorum commenticios ac fictos
f. 12[b] deos queritur inductos et hinc extitisse | falsas opiniones erroresque turbulentos et superstitiones paene aniles. quae sententia eo debet grauior computari, quod haec disseruit et philosophus et sacerdos.

1 18 (23). Diximus de diis: nunc de ritibus sacrorum culturisque dicemus. Ioui Cyprio, sicut Teucrus instituerat, humana
2 hostia mactari solebat. sic et Tauri Dianae hospites immolabant; Latiaris quoque Iuppiter humano sanguine propitiatus est. etiam ante Saturno sexagenarii homines ex persona Apol-

INSTITUTIONES 3—10] I 22, 13. 11—14] I 17, 1 s. 14 s.] I 15, 16 s. 16—18] I 21, 1. 18—20] I 21, 2 s. 20 s.] I 21, 6.
AUCTORES 5 ss.] lib. XV frg. II. 11] Cic. de nat. deor. II 28, 70.

T] 1 nouis *Pf,* nobis *T* ⟨et⟩ deos *Pf* 5 *ad loc. Lucilii cf. Inst. I 22, 13* 6 numa. etremithas. *T* 9 haenis *T* 10 percula *T* picta *T* 13 pene *T* 14 computari *Da et Buen, ad quod Heum confert c. 47 (52), 1,* comparari *T;* comparere *eruditus Brit. pag. 21* 15 filosofus *T* 18 hostia *Pf,* hospitia *T* prosecabant *Da,* prosecrabant *T* 20 sexagenari *T* ex persona Apollinis] ex responso Apollinis *Da conl. Inst. I 21, 7* ex responso quodam, *fort. recte, cf. tamen infra c. 43, 7* ex persona patris*; nomen* Apollinis, *quod Dauisius peruersa ratione defendere temptat, cum responsum illud Iouis Dodonaei fuisset (cf. Macrob. Sat. I 7, 28* confluxerunt plerique Dodonam *et uerba oraculi ipsius ibid. et ap. Lact. I 21, 7* τῷ πατρὶ *[scil. Iouis Saturno]* πέμπετε φῶτα, *item Ouid. Fast. V 626), uix licentia librarii inductum est, sed errore Lactantii uel potius auctoris quem hoc loco quodam modo sequitur, Arnobii ut uidetur II 68, cui fortasse male obuersabantur tertius illius oraculi (cf. Macrob.) uersus* δεκάτην ἐκπέμπετε Φοίβῳ *et uerba Varronis (Macrob. § 30)* decima

linis de ponte in Tiberim deiciebantur. et eidem Saturno 3
Carthaginienses non modo infantes prosecabant, sed uicti a
Siculis ut piaculum soluerent ducentos nobilium filios immo-
lauerunt. nec illa his humaniora sunt quae fiunt etiamnunc 4
Matri Magnae atque Bellonae, in quibus antistites non alieno
sanguine, sed suo litant, cum amputatis genitalibus a uiris
migrant nec ad feminas transeunt aut sectis umeris detesta-
biles aras proprio cruore respergunt. sed haec crudelia: 5
ueniamus ad mitia. Isidis sacra nihil aliut | ostendunt nisi f. 13[a]
quemadmodum filium paruum qui dicitur Osiris perdiderit et
inuenerit. nam primo sacerdotes ac ministri derasis omnibus 6
membris tunsisque pectoribus plangunt dolent quaerunt ad-
fectum matris imitantes, postmodum puer per Cynocephalum
inuenitur. sic luctuosa sacra laetitia terminantur. his etiam 7
Cereris simile mysterium est, in quo facibus accensis per noctem
Proserpina inquiritur et ea inuenta ritus omnis gratulatione
ac taedarum iactatione finitur. Lampsaceni asellum Priapo 8
mactant. ea enim uisa est aptior uictima, quae ipsi cui macta-
tur magnitudine uirilis obsceni posset aequari. Lindos est 9
oppidum Rhodi, ubi Herculis sacra maledictis celebrantur.
Hercules enim cum boues aratori abstulisset atque immolasset,
ille iniuriam suam conuiciis ultus est eoque ipso sacerdote post-
modum constituto sanctum est, ut isdem maledictis et ipse et
alii postea sacerdotes sacra celebrarent. Cretici autem Iouis 10
mysterium est quomodo infans aut sub|tractus sit patri aut f. 13[b]

INSTITUTIONES 1—4] I 21, 9. 13. 4—8] I 21, 16 s. 8—14] I 21, 19—22. 14—17] I 21, 24. 17—19] I 21, 25—28. 19—24] I 21, 31—36. 24—690, 2] I 21, 38.

praedae secundum responsum Apollini consecrata *uel memoria simillimae illius narrationis (cf. Macrob. § 34 s.), qua immolatio hominum eodem modo quo in sexagenariis illis (cf. Instit.) perhibetur factum esse,* ex responso Apollinis *ambiguo et obseruata et abolita esse traditur.*

T] 1 ponte] *exciditne nomen? cf. Instit. I 21, 6* 5 adque *T* bellone *T* 6 amputatis *Pf,* iamputatis *T* 7 sectis *Pf,* secutis *T* 13 cynocefalum *T* 15 ce[t]reris *(corr. m. 2) T* 17 lamsaceni *T* 19 posset *(p in ras. ex* b *?) T* equari *T* 20 Rhodi *Pf,* rhodii *T* 21 adque *T* 23 constitu[t]o *T* 25 misterium *T*

educatus. Capella praesto est, cuius uberibus puerum Amal-
11 thea nutriuit. idem etiam Matris Deum sacra demonstrant. nam quia tum Corybantes galearum tinnitibus et scutorum pulsibus uagitum pueri texerant, nunc imago rei refertur in sacris, sed pro galeis cymbala, pro scutis tympana feriuntur, ne puerum uagientem Saturnus exaudiat.

1 19 (24). Haec sunt mysteria deorum. nunc etiam originem religionum requiramus, ut et a quibus et per quae tempora
2 institutae fuerint eruamus. Didymus in iis libris qui inscribuntur ἐξηγήσεως πινδαρικῆς M e l i s s e a fuisse tradit Cretensium regem, cuius filiae fuerint Amalthea et Melissa,
3 quae Iouem nutrierint caprino lacte ac melle. hunc nouos ritus ac pompas sacrorum introduxisse et primum diis sacrificasse, id est Vestae, quae dicitur Tellus, — unde poetae: primamque deorum Tellurem — et
4 postmodum Deûm Matri. Euhemerus autem in Sacra Historia ipsum Iouem dicit, postquam imperium ceperit,
f.14ª sibi multis in locis | fana posuisse. nam circuiens orbem ut quemque in locum uenerat, principes populorum amicitia sibi et hospitii iure sociabat. cuius rei ut posset memoria seruari, fanum sibi creari iubebat atque ab hospitibus suis annua festa celebrari. sic per omnes terras cultum sui no-
5 minis seminauit. quando autem isti fuerint facile colligi potest. scribit enim Thallus in historia sua B e l u m regem Assyriorum, quem Babylonii colunt quique Saturni

INSTITUTIONES 2–6] I 21, 39 s. 7—9] I 22, 18. 9—14] I 22, 19. 15] locus Vergilii non est in Instit. 15—23] I 22, 20—24. 23—691, 5] I 23, 1 s. 4 (*ab* ab excidio). 5.

AUCTORES 9] pag. 220 Schmidt. 15] Verg. Aen. VII 136 s. 16] cf. frg. XI. 24] cf. ad Inst. I 23, 2.

T] 1 presto *T* 5 sacris *Pf*, sacriis *T* tympana *ex* cymbala *Holdero manu 1, Studemundo m. 2 in T correctum uidetur* feriuntur *Da*, feruntur *T* 10 ЄΞΗΤΗCЄΩC ΠΙΝΑΑΡΙΚΗC *T* mellissea *T* cretensium (r *in ras. uel ex alia litt. m. 2 ?*) *T* 11 Melissa *Pf*, fellisa *T* 12 que *T* 13 ponpas *T* 14 diûs T^2 que *T* 17 storia *T* coeperit *T* 21 iuuebat *T* adque *T* 22 numinis *uir doctus ap. Cleric. XI 195* 24 thallus *T* bellum *T*

fuerit aequalis et amicus, antiquiorem fuisse Troico bello annis CCCXXII, et sunt ab Ilio capto anni MCCCCLXX. unde apparet non amplius quam MDCCC esse annos, ex quo 6
nouis deorum cultibus institutis humanum genus inciderit in errorem.

20 (25). Merito igitur poetae commutatum esse aureum 1
saeculum memorant, quod fuerit regnante Saturno. nulli enim tunc dii colebantur, sed unum et solum deum nouerant. postquam se terrenis ac fragilibus subiugauerunt colentes ligna 2
et aera et lapides, commutatio saeculi facta est usque ad ferrum. | amissa enim dei notitia et uno illo uinculo hu- f. 14b 3
manae societatis abrupto uastare se inuicem, praedari ac debellare coeperunt. quodsi sursum oculos suos tollerent ac 4
deum intuerentur, qui eos ad aspectum caeli suique excitauit, numquam se curuos et humiles facerent terrena uenerando. quorum stultitiam Lucretius grauiter incusat dicens:

et faciunt animos humiles formidine diuum
depressosque premunt ad terram:

qua reddunt nec intellegunt quam uanum sit ea timere quae 5
feceris, aut ab iis aliquod sperare praesidium quae muta et insensibilia nec uident nec audiunt supplicantem. quid ergo 6
maiestatis aut numinis habere possunt quae et fuerunt in ho-

INSTITUTIONES 6—8. 11—13] cf. V 5, 2 s. 13 s.; c. 6. 9] II 1, 4. 10 commutatio saeculi] cf. V 6, 11 s. 13—15. 19—21] II 1, 14 s. (—erexit). c. 2 s. passim. 16—18] II 3, 10. 19—21] II 3, 9; 4, 6 (quae igitur—possunt). 21—692, 3] II 4, 1 (—fierent). 5 s.
AUCTORES 17 s.] Lucr. VI 52 s.

T] 2 MCCCCLXX *Pf, cf. Inst. I 23, 4,* ⋈CCCC·IXX·*T* 3 ⋈·DCCC·*T* 4 nouis *Pf,* nobis *T* 11 enim *(e ex* o*? m. 2?) T* 18 praemunt *T* 19 quareddunt. *T, quod defendunt Draegerus, Philolog. XXVII 149* qua *(sc.* terra*)* terrena *(cf. 15, sc.* simulacra*)* fingunt *interpretatus (idem tamen* in quam redeunt *coni.) et Schoellius, qui* qua deos *(cf. 17)* fingunt *explicat;* quare colunt *Da,* in qua repunt *uir doctus ap. Cleric. XI 196,* quare *Heum,* quare credunt *uel* qua re produnt *Buen,* in quam recidunt *Thilo; ego uerba nonnulla omissa esse cum Fritzschio existimauerim, ita tamen, ut* reddunt *corruptum esse putem; coniectabam hoc* quare ⟨simulacris se de⟩dunt, *cf. Inst. II 3, 9* colunt simulacra . . . se corporalibus dediderunt nec uident *(cf. supra* nec intellegunt*) eqs.* 20 iis *scr.,* his *T* aliquot *T* 21 suplicantem *T*

minis potestate ne fierent aut ⟨ut⟩ aliut fierent, et sunt etiam-
7 nunc? nam et uiolari et furto sublabi possunt, nisi illa et
lex saepiat et humana custodia. num igitur mentis suae
compos uideri potest qui talibus opimas uictimas caedit, dona
f. 15ᵃ consecrat, pretiosas uestes | offert, quasi uti possint qui motu
8 carent? merito ergo Dionysius Siciliae tyrannus deos Grae-
ciae, cum eam uictor occupasset, spoliauit atque derisit: et
post sacrilegia quae admiserat |ad Siciliam prospera nauigatione
remeauit regnumque tenuit usque ad senectutem nec eum dii
9 uiolati punire potuerunt. quanto satius est spretis inanibus
ad deum se conuertere, tueri statum quem a deo acceperis,
tueri nomen: idcirco enim ἄνθρωπος, quia sursum spectet, nomi-
10 natur. sursum autem spectat qui deum uerum et uiuum,
qui est in caelo, suspicit, qui artificem, qui parentem animae
suae non modo sensu ac mente, uerum etiam uultu et oculis
11 sublimibus quaerit. qui autem se terrenis humilibusque sub-
sternit, utique illut quod est inferius sibi praefert. nam cum
ipse opus dei sit, simulacrum autem opus hominis, non potest
humanum opus diuino anteponi, et sicut deus hominis parens
f. 15ᵇ est, ita simulacri homo. | stultus igitur et amens qui adorat
12 quod ipse fabricauit. cuius artificii detestabilis et inepti
auctor fuit Prometheus patruo Iouis Iapeto natus. nam cum
primum Iuppiter summo potitus imperio tamquam deum se con-
stituere uellet ac templa condere et quaereret aliquem qui
humanam figuram posset exprimere, tunc Prometheus extitit
qui hominis effigiem de pingui luto figuraret, ita ueri similiter,
13 ut nouitas ac suptilitas artis miraculo esset. denique illum

INSTITUTIONES 3—6] II 4, 8 s. 15. 6-10] II 4, 16—26. 10—21] II 1, 16—19. II 2 passim. 13. 14] II 1, 4 (ueri parentis). 5 (uero . . deo). 17—21] cf. II 17, 6 esse autem—inbecillius. 21-693, 4] II 10, 5. 11 (*ab* apparet)—13. 22-24] cf. V 6, 6.

T] 1 ut *add. Pf* 2 subtrahi *Pf* 3 sepiat *T* 4 opimas *Da,* optimas *T* 5 praetiosas *T* uti ⟨eis⟩ *Pf* possint *Pf,* possunt *T* 7 adque *T* 11 se] te *eruditus Brit. pag. 21* t//ueri *T* 12 spectat *Pf* 13 sursum *Pf,* susum *T, sed 12* sursum *habet* 17 prefert *T* 19 sicut—stultus] si, ut—homo, stultus *eruditus Brit. pag. 414* 24 quereret *T*

et sui temporis homines et postea poetae tamquam fictorem
ueri ac uiui hominis prodiderunt et nos, quotiens fabre facta
signa laudamus, uiuere illa et spirare dicimus. et hic quidem
auctor fuit fictilium simulacrorum. sequentes autem posteri 14
et de marmore sculpserunt et ex aere fuderunt, deinde pro-
cessu temporum ex auro et ebore accessit ornatus, ut non
modo similitudines oculos hominum, uerum etiam fulgor ipse
praestringeret. sic inlecti pulcritudine ac uerae maiestatis | 15
obliti insensibilia sentientes, inrationabilia rationabiles, exanima f. 16[a]
uiuentes colenda sibi ac ueneranda duxerunt.

21 (26). Nunc refellamus etiam eos qui elementa mundi 1
tamquam deos habent, id est caelum solem atque lunam,
quorum artificem non cognoscentes ipsa opera mirantur et
adorant. qui error non inperitorum modo, uerum etiam 2
philosophorum est: siquidem Stoici uniuersa caelestia in deorum
numero habenda censent, quia certos et rationabiles motus
habent, quibus succedentium sibi temporum uicissitudines con-
stantissime seruant. non est igitur in his uoluntarius motus, 3
quia praestitutis legibus seruiunt, non proprio utique sensu, sed
opificio summi conditoris, qui illa sic ordinauit, ut inerrabiles
cursus et certa spatia conficerent, quibus dierum ac noctium,
aestatis et hiemis alterna uariarent. quodsi effectus eorum, si 4
meatus, si claritatem, si constantiam, si pulcritudinem admiran-
tur, intellegere debuerunt quanto his pulcrior et | praeclarior f. 16[b]
et potentior sit ipse conditor atque artifex eorum deus. sed 5
illi diuinitatem humanis uisibus aestimauerunt ignorantes nec
aeternum esse posse quod ueniat sub aspectum nec quod sit
aeternum posse oculis mortalibus conprehendi.

INSTITUTIONES 4—9] II 6, 2 s. (*a* tanta—fulserint). 6. 9 s.] II 2, 17. 11—14] II 5, 4—6. 14—18] II 5, 7. cf. 8 s. 18—25] II 5, 10—23. 25—28] II 3, 7; 4, 7.

T] 8 prestringeret *T* 10 ac *Pf,* ad *T* 11 ēōs ētiam *T* 12 ⌜d⌝eos *T* adque *T* 15 filosoforum *T* celestia *T* 18 his *Pf,* hiis *T* uolumtarius *T* 19 prestitutis *T* 20 inerrabiles *Da,* inenarrabiles *T* 22 effectus] *cf. Inst. II 13, 10* 24 preclarior *T* 25 adque *T* 27 eternum *T*

1 22 (27). Unum et ultimum restat, ut quoniam plerumque
accidit, sicut in historiis legimus, ut maiestatem suam dii
ostendisse uideantur per auguria, per somnia, per oracula,
tum etiam poenis eorum qui sacrilegia commiserant, doceam
quae ratio id effecerit, ne quis etiamnunc in eosdem laqueos
2 incidat quos illi ueteres inciderunt. cum deus pro uirtute
maiestatis suae mundum de nihilo condidisset caelumque luminibus adornasset, terram uero et mare conplesset animalibus,
tum hominem de limo ad imaginem similitudinis suae figuratum inspirauit ad uitam posuitque eum in Paradiso, quem
conseuerat omni genere fructiferi ligni, et praecepit ei ne una ex
f.17a arbore, in qua posuerat [ei] scientiam boni malique, gus|taret,
fore interminatus ut uitam perderet, si fecisset, si uero man-
3 datum seruaret, immortalis permaneret. tum serpens, qui
erat unus ex dei ministris, inuidens homini, quod esset immortalis effectus, inlexit eum dolo ut mandatum dei legemque transcenderet. et hoc modo scientiam quidem boni ac
mali accepit, sed uitam quam perpetuam deus tribuerat amisit.
4 eiecit ergo peccatorem de sancto loco et in hunc orbem relegauit, ut uictum quaereret per laborem, ut difficultates et
aerumnas pro merito sustineret, ipsumque Paradisum uallo
igneo circumfudit, ne quis hominum ad diem usque iudicii
5 ad locum illum perpetuae beatitudinis conaretur inrepere. tum
secuta est hominem mors ex dei sententia et tamen uita eius,
licet temporalis esse coepisset, in mille annis terminum sumpsit et id fuit humanae uitae spatium usque ad cataclysmi

INSTITUTIONES 1—6] II 7, 7. 14; 8, 1. 6 s. cum—condidisset] II 8, 8—71. 7 caelumque—adornasset] II 9, 2 s. 8 s. terram—animalibus] II 10, 1. 9 s. tum—figuratum] II 10, 2 s. 10 inspirauit ad uitam] II 11, 19; 12, 3. 10—14] II 12, 15 s. 14 s. serpens—ministris] cf. II 16, 11 s. serpens—in figura sua. 15—23] II 12, 17—19. 24] II 12, 20 mors—sententiam. 24—695, 2] II 12, 21; 13, 3.

T] 5 que *T* 6 ⟨in⟩ quos *Pf, sed cf. Inst. V 7, 7* quod incubuerunt 10 paradisso *T* 11 precepit *T* 12 ei *eiecit Da conl. Inst. II 12, 16* 20 quereret *T* 21 paradissum *T* 23 inrepere] irrumpere *eruditus Brit. pag. 415* 25 *an* temporaria? *cf. Inst. II 12, 21*

tempus. nam post diluuium paulatim uita hominum breuiata
et ad annos centum | uiginti redacta est. serpens uero ille, f. 17[b] 6
qui de factis ‹diabolus› id est ‹criminator› siue ‹delator› nomen ac-
cepit, non destitit semen hominis, quem a principio deceperat,
persequi. denique eum qui primus in hoc orbe generatus 7
est, inspirato liuore in caedem fratris armauit, ut de duobus
primogenitis hominibus alterum extingueret, alterum faceret
parricidam. nec quieuit deinceps quominus per singulas ge- 8
nerationes pectoribus hominum malitiae uirus infunderet, cor-
rumperet deprauaret, tantis denique sceleribus obrueret, ut
iustitiae iam rarum esset exemplum, sed uiuerent homines
ritu beluarum. quod deus cum uideret, angelos suos misit, 9
ut uitam hominum excolerent eosque ab omni malo tuerentur.
his mandatum dedit ut se terrenis abstinerent, ne qua labe
maculati honore angelico multarentur. sed eos quoque idem 10
ille subdolus criminator, dum inter homines commorantur, in-
lexit ad uoluptates, ut se cum mulieribus inquinarent. tum
damnati sententia dei et ob peccata proiecti et nomen ange-
lorum et substantiam perdiderunt. ita diaboli | satellites f. 18[a] 11
facti, ut habeant solacium perditionis suae, ad perdendos ho-
mines conuerterunt, quos ut tuerentur aduenerant.

23 (28). Hi sunt daemones, de quibus poetae saepe in car- 1
minibus suis locuntur, quos custodes hominum appellat
Hesiodus. ita enim persuaserunt hominibus inlecebris atque
fallaciis suis, ut eosdem deos esse crederent. denique So- 2
crates habere se a prima pueritia custodem rectoremque uitae

INSTITUTIONES 2—5. 6] II 8, 6. 5 (liuorem). 5—8] haec non sunt in Instit. 8—12] cf. II 13. 12—21] II 14, 1—4. 8. 11 (in solacium perditionis). c. 23] II 14—16 passim. 22—24] II 14, 7. 24 s.] II 14, 8. 25—696, 2] II 14, 9.

AUCTORES 23] Op. et d. 123.

T] 1 dilluuium *T* brebiata *T* 6 liuore *Pf*, libere *T* cedem *T* 9 ⟨eos⟩ corrumperet *Pf* 11 rarum *Pf*, rerum *T* sed] et *Pf* 17 uoluptates *Pf*, uolumtates *T* 18 sententia *Pf*, sententiam *T* 19 *post* substantiam *fort.* caelestem *intercidit, cf. Inst. II 14, 1* 20 haberent *Pf* 21 ⟨se⟩ conuerterunt *Pf* 22 hii *T* demones *T* sepe *T* 24 adque *T* 26 rectoremquae *T*

suae daemonem praedicabat, sine cuius nutu et imperio nihil
3 agere posset. adhaerent ergo singulis et sub nomine genio-
rum aut penatium domos occupant. his sacraria constituuntur,
his cottidie libatur ut laribus, his honos datur tamquam ma-
4 lorum depulsoribus; hi a principio ut auerterent homines a
dei ueri agnitione, nouas religiones et cultus deorum intro-
duxerunt, hi memorias regum mortuorum consecrari, templa
constitui, simulacra fieri docuerunt, non ut honorem dei mi-
nuerent aut suum augerent, quem peccando amiserant, sed ut
f. 18b uitam hominibus eriperent, spem uerae lucis auferrent, | ne
homines, unde illi exciderunt, ad immortalitatis caeleste prae-
5 mium peruenirent. idem astrologiam prodiderunt et augu-
ratum et aruspicinam: quae cum per se falsa sint, tamen ipsi
auctores malorum sic ea gubernant, sic temperant, ut uera
6 credantur. ipsi etiam magicae artis praestigias ad circum-
scribendos oculos reppererunt — illorum adspiratione fit ut
7 quod sit, non esse et quod non sit, esse uideatur —, ipsi
necyomantias, ipsi sortes et oracula, ut mentes hominum per
ambiguos exitus mentita diuinatione deludant. in templis uero
et sacrificiis omnibus praesentes adsunt et prodigiis quibusdam
fallacibus editis ad miraculum praesentium sic homines cir-
cumueniunt, ut inesse numen simulacris et imaginibus credant.
8 inrepunt etiam corporibus ut spiritus tenues uitiatisque mem-
bris morbos conciunt, quos sacrificiis uotisque placati post-
modum relaxent, somnia inmittunt aut plane terrores, ut ipsi

INSTITUTIONES 2—5] II 14, 12. 5—8] II 16, 3. 5. 15. 8—12] II 16, 9 s. 12—15] II 16, 1 s. 15—17] II 14, 10. 17 s.] II 16, 1. 18 s.] II 14, 6 (et—temperare); 16, 2. 19—22] II 16, 10. 23—697, 2] II 14, 14; 16, 14 prodigiis—uenerationem.

T] 1 daemona *Inst. II 14, 9* praedicabat *T* 2 adherent *T* 5 hi *Pf,* his *T* 8 constutui *T* 9 aut *Pf,* haut *T* amiserant *Heum,* amiserunt *T* 10 spemque *Heum,* et spem *Buen* 11 premium *T* 12 *cf.* auguratio *Inst. II 16, 1* 14 autores *T* 15 prestigias *T* circumscribendos *Pf,* circumscribendas *T* 16 *distinxit locum et post* illorum *add.* enim *Da, Pf oratione continuata post* oracula *add.* inuenerunt 18 necromantias *Pf, cf. Inst. II 16, 1* 19 diuinitate *Inst. II 16, 2* deluderent *Da, sed cf. pag. 695, 20* habeant 20 presentes *T* 24 placati *Pf,* placatis *T* 25 plena terroris *Da*

rogentur, aut quorum exitus responde|ant ueritati, ut ueneratio- f. 19[a]
nem sui augeant. nonnumquam etiam in sacrilegos edunt ali- 9
quid ultionis, ut quisquis uiderit, timidior ac religiosior fiat. sic
fraudibus suis obduxerunt humano generi tenebras, ut oppressa
ueritate summi ac singularis dei nomen in obliuionem ueniret.
24 (29). Sed dicet quispiam: cur ergo uerus ille deus pa- 1
titur haec fieri ac non potius malos uel summouet uel extinguit?
cur uero ipse daemoniarchen a principio fecit, ut esset qui
cuncta corrumperet, cuncta disperderet? dicam breuiter cur 2
hunc talem esse uoluerit. quaero utrumne uirtus bonum sit
an malum. negari non potest, quin bonum. si bonum est
uirtus, malum est igitur e contrario uitium. si uitium ex eo 3
malum est, quia uirtutem inpugnat, et uirtus ex eo bonum
est, quia uitium adfligit, ergo non potest uirtus sine uitio
consistere et si uitium sustuleris, uirtutis merita tollentur.
nec enim potest ulla fieri sine hoste uictoria. ita fit ut bonum
sine malo esse non possit. uidit hoc Chrysippus uir acris 4
ingenii | de prouidentia disserens eosque stultitiae redarguit, f. 19[b]
qui bonum quidem a deo factum putant, malum autem negant.
huius sententiam interpretatus est A. Gellius in libris Noctium 5
Atticarum sic dicens: quibus non uidetur mundus dei et
hominum causa institutus neque res humanae proui-
dentia gubernari, graui se argumento uti putant, cum
ita dicunt: 'si esset prouidentia, nulla essent mala.'
nihil enim minus aiunt prouidentiae congruere quam
in eo mundo quem propter homines fecisse dicatur,

INSTITUTIONES 2 s.] II 16, 11 (sacrilegos). 3—5] II 16, 9 s. 20. 6—17] II 17, 1. 8 daemoniarchen] II 14, 6. 9 s.] cf. § 1 loci post II 8, 6 in codd. RSg additi. 17—698, 19] locus non est in Instit.

AUCTORES § 5—9] Gell. VII (VI) 1; cf. Chrysippea ed. Gercke frg. 26.

EXPILATORES c. 24] hoc capite uidetur usus esse is qui locum ad Inst. II 8, 6 (pag. 130, 5) exhibitum conposuit; cf. Prolegomena.

T] 3 fi'a't *T* 5 uenerit *Da probante erudito Brit. pag. 416* 6 dicet *uel* dicat *Da, cf. Inst. II 17, 1,* dicit *T* 7 ac non *Da,* an *T,* nec *Heum* 8 ipse *Da,* ipsi *T,* ipsum *eruditus Brit. pag. 416* daemoni.archen *T* 9 brebiter *T* 10 quero *T* 17 chrisippus *T* 20 interpraetatus *T* agellius *T* 21 *locus* quibus—quem propter *(26) deest in codd. Gellii* 24 esse'n't *T* 26 quem propter *Da,* propter quem *T*

6 tantam uim esse aerumnarum et malorum. ad ea Chry-
sippus cum in libro περὶ προνοίας quarto dissereret,
'nihil prorsus' inquit 'istis insulsius qui opinantur
7 bona esse potuisse, si non essent itidem mala. nam
cum bona malis contraria sint, utraque necesse est op-
posita esse inter se et quasi mutuo aduersoque fulta
nisu consistere: nullum adeo contrarium est sine con-
8 trario altero. quo enim pacto iustitiae sensus esse
posset, nisi essent iniuriae, aut quid aliud iustitia est
f. 20[a] quam iniustitiae priuatio? quid item fortitudo | intel-
legi potest nisi ex ignauiae adpositione, quid continen-
tia nisi ex intemperantia? quo item modo prudentia
9 esset, nisi foret contraria inprudentia? proinde' inquit
'homines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut ueritas
sit et non sit mendacium? namque itidem sunt bona
et mala, felicitas et inportunitas, uoluptas et dolor.
alterum enim ex altero, sicut Plato ait, uerticibus
inter se contrariis deligatum: si tuleris unum, abs-
10 tuleris utrumque.' uides ergo, id quod saepe dixi, bonum
et malum ita sibi esse conexa, ut alterum sine altero constare
11 non possit. summa igitur prudentia deus materiam uirtutis

INSTITUTIONES 17—19] cf. § 4 loci post II 8, 6 additi. 19—699, 2 (quod saepe dixi)] II 17, 1; III 29, 13—20; V 7, 3—10; 22, 11—17. VI 3. 4 passim; 5, 12; 15, 5—9; 22, 2 s.; VII 4, 12; 5, 7 ss.
AUCTORES 17] Phaed. 60 B.

T] 1 ad] aduersus *Gell.* crisippus *T* 3 nihil—insulsius] nihil est prorsus istis, inquit, insubidius *Gell.* 4 itidem *cum Gellio Pf et eruditus Brit. pag. 416 conl. infra 15,* ibidem *T* 5 necessum *Gell.* 6 esse inter se] inter sese *Gell.* aduerso quaeque *Gell.* 11 posset *Gell.* adpositione *T cum optimis codd. Gellii,* oppositione *codd. recent., cf.* 5 opposita 12 intemperantiae *Gell.*, intemperantia *T* 13 foret *e Gellio Da,* forte *T* contra *Gell.* 15 namque *Pf,* namquae *T* 16 infortunitas *Gell.* dolor et uoluptas *Gell.* 17 sicuti *Gell.* 18 tuleris *Lact. et Gell.;* abstuleris *uel* sustuleris *Dielsius ap. Gerckium;* abstuleris *a Gellio scriptum fuisse conicias conlato etiam loco de ira 13, 14* inuicem sibi alterutra *(sc.* bonum et malum*)* conexa sunt, ut sublato alterutro utrumque sit tolli necesse *et uerbis § 4 loci post Inst. II 8, 6 (cf. adnot. nostram s. u. EPITOME ad pag. 130, 5) in codd. RSg additi* ut alterum si tollas, utrumque sustuleris *et loco pag. 697, 15*

in malis posuit: quae idcirco fecit, ut nobis constitueret ago-
nem, in quo uictores inmortalitatis praemio coronaret.

25 (30). Docui, ut opinor, cultus deorum non modo impios, 1
sed etiam uanos esse, uel quod homines fuerint, quorum me-
moria post obitum consecrata sit, uel quod simulacra ipsa in-
sensibilia et surda sint, quia sunt ficta de terra, nec oportere
hominem, qui debeat spectare cae|lestia, terrenis se subiugare, f. 20[b]
uel quod spiritus qui eas religiones sibi uindicant, incesti et
inpuri sint et ideo dei sententia condemnati ceciderint in
terram, nec fas esse in eorum dicionem uenire quibus potior
sis, si deum uerum sequi uelis.

Superest ut quoniam de falsa religione diximus, etiam de 2
falsa sapientia disseramus, quam philosophi profitentur homines
summa quidem doctrina et eloquentia praediti, sed longe a ueri-
tate summoti, quia nec deum nec sapientiam dei cognouerunt.
qui licet sint arguti ac diserti, tamen quia humana est eorum 3
sapientia, etiam cum his congredi non uerebor, ut appareat a
ueritate mendacium, a caelestibus terrena facile posse superari.
quid sit philosophia hoc modo definiunt: philosophia est amor 4
uel studium sapientiae. ⟨si amor est sapientiae,⟩ non est ergo
ipsa sapientia, quia necesse est aliut esse quod amat, aliud quod
amatur. si studium est sapientiae, ne sic quidem philosophia
sapientia est. sapientia enim res est ipsa quae quaeritur, studium f. 21[a]
uero quod quaerit. ipsa igitur definitio uel nominis | significatio 5
declarat philosophiam non esse ipsam sapientiam. dicam ne
studium quidem esse sapientiae quo sapientia non conprehen-
ditur. quis enim studere dicatur ei rei quam nullo modo
possit attingere? qui medicinae aut grammaticae aut ora- 6

INSTITUTIONES 3—11] cf. II 17, 12. 3—5] II 17, 6. 5—7] II 17, 8 s. 8—11] II 17, 10 s. 12—18] III 2, 1; 1, 5-8. 13—16. 19—700, 9] III 2, 3 s. 7—10.

T] 5 quot *T* 10 *malim* potentior, *cf. Inst. II 17, 11* 14 filosofi *T* 15 sapientiam *Pf*, sapientia *T* 19 *utroque loco* filosofia *T* 20 si amor est sapientiae *add. eruditus Brit. pag. 417* 21 *alt.* ali'u'd *sic T* ne'si'c *T* filosofia *T* 23 enim *Pf*, autem *T*; *eadem uocabula permutantur pag. 311, 6; 380, 19; 466, 13* queritur *T* 24 querit *T* 25 filosofiam *T*

toriae studet, „studiosus" eius artis quam discit dici potest:
ubi didicit, iam medicus, iam grammaticus, iam orator dicitur.
sic oportuit et studiosos sapientiae, postquam didicissent, ‹sa-
7 pientes› nominari. cum autem studiosi sapientiae quamdiu
uiuant uocentur, apparet illut studium non esse quo ad ipsam
rem quae studio petitur non potest perueniri; nisi forte qui
ad finem usque uitae ut sapiant student, apud inferos sa-
pientes erunt. omni autem studio subiacet finis. non est
igitur id studium rectum quod non habet finem.
1 26 (31). Praeterea duo sunt quae cadere in philosophiam
uidentur, scientia et opinatio: quae si auferantur, tota philo-
sophia corruit. atquin utrumque philosophiae ipsi philoso-
f. 21[b] phorum principes ademerunt. scien|tiam Socrates, opina-
2 tionem sustulit Zeno, uideamus an recte. sapientia est, ut
Cicero definiuit, diuinarum et humanarum rerum scientia.
quae definitio si uera est, non cadit in hominem sapientia.
3 quis enim mortalium hoc sibi possit adsumere, ut diuina et
humana scire se profiteatur? humana omitto: quae quamquam
cum diuinis conexa sunt, tamen quia sunt hominis, conce-
4 damus ut homo illa scire possit. diuina certe per se scire
non potest, quia homo est: qui autem scit illa, diuinus sit
necesse est ac propterea deus. homo autem nec diuinus nec
deus est. non potest igitur per ⟨se⟩ scire homo diuina. nemo
ergo sapiens nisi deus aut certe is homo quem deus docuit.
5 illi autem quia nec dii sunt nec a deo docti, „sapientes" ergo
id est ‹diuinarum et humanarum rerum scientes› esse non
possunt. recte igitur a Socrate atque Academicis scientia sub-
6 lata est. / opinatio quoque non congruit sapienti: id enim

INSTITUTIONES 4—9] cf. III 16, 7 s. 10 s.] III 3, 1. 11—13 (philosophorum principes)] III 4, 2. 13 s.] III 3, 7; 4, 1. 14—16] III 13, 9 s. 17—28] cf. III 3, 15 s. 28—701, 4] III 4, 1 s. (—sublata est) 11 s. 28 s. id—ignorat] III 3, 8.

AUCTORES 14 s. Cicero] cf. ad Inst. III 13, 10.

T] 5 uiuunt *Heum* quo *eruditus Brit. pag. 417*, quod *T* 8 omni *Pf*, omnia *T* 9 ˹id˺ *T* 10 filosofiam *T* 11 filosofia *T* 12 adquin *T* filosofiae *T* filosoforum *T* 13 socrates[h] *sic T* oponationem *T* 23 se *add. Da* 24 his *T* 27 adque *T*

quisque opinatur quod ignorat. opinari autem scire te quod
ignores, temeritas ac stultitia est. recte igitur | opinatio a f. 22[a]
Zenone sublata est. si ergo scientia in homine nulla est et
opinatio esse non debet, philosophia radicitus amputatur.

27 (32). Huc accedit quod non est uniformis, sed diuisa in 1
sectas et in multas discrepantesque sententias dissipata statum
non habet. cum enim singulae alias omnes inpugnent et ad-
fligant nec sit aliqua ex iis quae non iudicio ceterarum stul-
titiae condemnetur, utique discordantibus membris corpus omne
philosophiae ad interitum deducitur. hinc Academia post- 2
modum nata est. nam cum uiderent eius sectae principes
omnem philosophiam philosophis inuicem oppugnantibus esse
subuersam, susceperunt aduersus omnes bellum, ut omnia
omnium dissoluerent, nihil ipsi adserentes nisi unum, nihil
sciri posse. ita sublatà scientià philosophiam ueterem sub- 3
ruerunt. sed ne ipsi quidem philosophorum nomen retinuerunt
qui ignorantiam fatebantur, quia nescire omnia non modo phi-
losophi, sed ne hominis quidem sit. ita ⟨fit ut⟩ philosophi 4
quia nihil munimenti habent, mutuis se uulneribus extinguant | f. 22[b]
et ipsa tota philosophia suis se armis consumat ac finiat. at 5
enim sola physice labat. quid? illa moralis num aliqua fir-
mitate subnixa est? uideamus an philosophi in hac saltem
parte consentiant, quae ad uitae statum pertinet.

28 (33). Quod sit in uita summum bonum quaeri necesse 1
est, ut ad illut uita omnis et actiones nostrae derigantur.
cum de hominis summo bono quaeritur, tale constitui debet,
primum ut id ad hominem solum pertineat, deinde ut animi

INSTITUTIONES 5—10. 18—20] III 4, 3 s. 9 s. 10—18] III 4, 11—5, 8. 20 s. at—labat] III 6, 5 s. 21—23] III 7, 1—5. 24 s.] III 7, 6. 24—702, 1] III 9, 1. 26 s.] III 8, 3.

T] 4 filosofia *T* 7 singule *T* 9 utiquae *T* 10 filosofiae *T* academia (c *in ras. ex* d) *T* 12 filosofiam *T* filosofis *T* ⟨se⟩ inuicem *Da, sed cf. Inst. III 4, 9* 13 susceperunt *Pf*, subreperunt *T* 15 filosofiam *T* 16 filosoforum *T* 17 filosofi *T, item 18* 18 fit ut *addidi, Buen* necesse est *post* extinguant *add.* 19 extinguunt . . consumit ac finit *eruditus Brit. pag. 417; cf. Inst. III 4, 10* 19 munimenti *Pf*, monimenti *T* 20 filosofia *T* at] ad *T* 21 fysice *T* 22 filosofi *T* 26 queritur *T*

2 sit proprium, postremo ut uirtute quaeratur. uideamus ergo
an summum bonum quod philosophi determinant tale sit, ut
nec mutum animal nec corpus attingat nec possit sine uirtute
3 conquiri. Aristippus Cyrenaicae sectae conditor, qui summum
bonum esse censuit corporis uoluptatem, de numero philoso-
phorum deque coetu hominum propellendus est, quia se pe-
4 cudi conparauit. Hieronymi summum bonum est nihil dolere,
Diodori, dolere desinere. sed ⟨et⟩ ceterae animantes dolorem
fugiunt et cum non dolent aut dolere desinunt, gaudent. |
f. 23[a] quid igitur homini dabitur eximium, si bonum eius summum
5 commune cum beluis iudicatur? Zeno summum bonum pu-
tauit cum natura congruenter uiuere. at haec definitio gene-
ralis est. omnes enim animantes cum natura congruenter
6 uiuunt et est sua cuique natura. Epicurus animi adseruit
uoluptatem. quid est uoluptas animi nisi gaudium, quo ple-
rumque luxuriat animus ac relaxatur uel ad lusum uel ad
risum? sed hoc bonum etiam muta contingit, quae cum pa-
bulis saturata sunt, in gaudium et lasciuiam resoluuntur.
7 Dinomachus et Callipho honestam uoluptatem probauerunt, sed
aut idem dixerunt quod Epicurus, ut corporis sit uoluptas in-
honesta, aut si corporis uoluptates alias turpes, alias honestas
putauerunt, iam non est summum bonum quod corpori adscri-
8 bitur. Peripatetici ex bonis animi et corporis et fortunae
summum bonum conflant. animi bona probari possunt. sed
si auxilio indigent ad conplendam beatitudinem, utique inbe-
f. 23[b] cilla sunt. | corporis uero atque fortunae non sunt in hominis
potestatem nec iam summum bonum est quod aut corpori aut

INSTITUTIONES 1—4] cf. III 9, 2 s. 4—7 Aristippus] III 7, 7; 8, 6—10. 7—11 Hieronymi, Diodori] III 7, 7; 8, 13 s.; 10, 1 s. 11—14 Zeno] III 7, 8; 8, 20—23. 14 s. Epicurus] III 7, 7; 8, 5. 15—18] III 10, 1 s. 19—23 Dinomachus et Callipho] III 7, 7; cf. III 8, 15. 23—703, 3 Peripatetici] III 7, 7; 8, 16—19.

T] 1 uirtute *Pf,* uirtutem *T* queratur *T* 2 filosofi *T* 4 cyrinaicae *T* 5 filosoforum *T* 6 quia *Pf,* qui *T* 8 dolere *Pf,* dolore *T* et *add. Heum* cetere *T* 11 u[b]eluis *(corr. m. 2) T* 12 ad *T* 19 callifo *T* 23 fortune *T* 25 inbeccilla *T* 26 adque *T* fortunae ⟨bona⟩ *Heum* 27 potestate *Pf*

extra positis adsignatur, quia et pecudes attingit hoc duplex
bonum, quibus opus est, ut et bene ualeant et uictu non in-
digeant. Stoici aliquanto melius sensisse creduntur, qui sum- 9
mum bonum uirtutem esse dixerunt. sed uirtus non potest
esse summum bonum, quoniam si malorum laborumque tole-
rantia est, beata per se non est, sed efficere ac procreare
summum bonum debet, quia perueniri ad illut sine difficultate
ac labore maximo non potest. at uero Aristoteles longe a ra- 10
tione aberrauit, qui honestatem uirtuti copulauit: quasi ali-
quando uirtus aut ab honestate secerni aut turpitudini possit
adiungi. Herillus Pyrrhonius scientiam fecit summum bonum. 11
haec quidem et hominis et animi solius est, sed potest sine
uirtute contingere. nec enim beatus putandus est qui uel
auditu aliquid didicerit uel parua lectione cognouerit, nec est
summi boni definitio, | quia potest esse aut rerum malarum f. 24[a]
aut certe inutilium scientia. et si sit bonarum et utilium 12
quam labore sis adsecutus, summum tamen bonum non est,
quia non propter se expetitur scientia, sed propter aliut. nam
idcirco artes discuntur, ut sint nobis aut uictui aut gloriae
aut etiam uoluptati: quae utique summa bona esse non pos-
sunt. ergo ne in ethica quidem philosophi regulam tenent, 13
quandoquidem in ipso cardine, id est in ea disputatione qua
uita formatur, inter se pugnant. nec enim possunt paria esse 14
aut similia praecepta, cum alii forment ad uoluptatem, alii ad
honestatem, alii uero ad naturam, alii ad scientiam, alii ad
quaerendas, alii ad fugiendas opes, alii ad nihil dolendum, alii
ad patientiam malorum: in quibus omnibus, sicut superius
ostendi, a ratione declinant, quia deum nesciunt.

27 superius] § 3 ss.

INSTITUTIONES 3—8 Stoici] III 7, 8; 8, 32—37; 11, 9. 8—11 Aristoteles] III 7, 8; 8, 38—42. 11 (Herillus)—21] III 7, 8; c. 8, 24—31. 21—27] III 7.

T] 6 ac *Da et eruditus Brit. pag. 417 conl. Inst. III 8, 32,* aut *T* 8 at] ad *T* 11 Herillus *Da,* Eryllus *T* 14 aliquit *T* parua] priua *Da,* praeuia *aut* propria *eruditus Brit. pag. 418,* plura *Buen, sed nihil mutandum est* 16 ⸢in⸣utilium *T* 18 nam—discuntu- *in ras. T* 20 utiquae *T* 21 hetica *T* filosofi *T* 24 precepta *T* *quattuor primis locis* ali (i superscr.) *(corr. m. 2) T* 25 ⸢ad⸣ querendas *T*

1 29 (34). Videamus nunc quod [~~quid sit summum b~~onum] sit
propositum sapienti summum bonum. ad iustitiam nasci homines
f.24[b] non modo litterae sacrae docent, uerum etiam idem ipsi philo-|
2 sophi nonnumquam fatentur. Cicero sic ait: sed omnium quae
in hominum doctorum disputatione uersantur, nihil est
profecto praestabilius quam plane intellegi nos ad
iustitiam esse natos. est hoc uerissimum. nec enim ad
scelus nascimur, cum simus animal sociale atque commune.
3 ferae ad saeuitiam gignuntur: aliter enim nequeunt quam
praeda et sanguine uictitare. eaedem tamen, etsi ultima fames
urgueat, nihilominus generis sui animalibus parcunt. idem
4 faciunt et aues quas aliarum uisceribus pasci necesse est. quanto
magis hominem, qui cum homine et commercio linguae et
communione sensūs copulatus est, parcere homini oportet eum-
5 que diligere! haec est enim iustitia. sed quoniam soli ho-
mini sapientia data est, ut deum intellegat, et haec sola ho-
minis mutorumque distantia est, duobus officiis obstricta est
ipsa iustitia: unum deo debet ut patri, alterum homini uelut
6 fratri; ab eodem enim deo geniti sumus. merito ergo ac
f.25[a] recte dictum est sapientiam esse | diuinarum et huma-
narum rerum scientiam. oportet enim scire nos quid deo,
quid homini debeamus, deo scilicet religionem, homini cari-

INSTITUTIONES c. 29] cf. III 11 s.; VI 9—12. 1 s.] III 9, 1 (—bonum). 2—7] VI 25, 8 s. 8 (cum—commune)] VI 10, 9 s.; cf. 17, 21. 9—12] haec non sunt in Instit. 12—19] cf. III 9, 19. 15—705, 2] cf. III 12, 28 s. 20 s.] III 13, 10. 21 s. (quid deo—religionem)] III 9, 11. 13. 17. 19; 10, 1. 14. 22—705, 1 (quid homini—caritatem)] cf. III 9, 19.

AUCTORES 4] de legg. I 10, 28. 20] cf. ad pag. 700, 14.

T] 1 quid sit summum bonum *notationem argumenti e margine inlatam eiecit Thilo, cf. etiam Inst. III 9, 3* quod esset—constitutum *et III 8, 2;* quid sit summum bonum, quod sit propositum sapienti summum bonum *Pf,* quid sit summum bonum, quod sit propositum sapienti *Da* 3 filosofi *T* 5 hominum doctorum *recepi ex Inst. VI 25, 9 et Cic.,* doctorum hominum *(sic) T* 6 prestabilius *T* 8 adque *T* 10 eaedem *eruditus Brit. pag. 418,* eandem *(*n *in ras. ex* e *uel* s *m. 2?) T,* easdem *Pf* 12 aliorum *cum Pf edd., non recte* 20 sapientiam *Pf,* sapientia *T*

tatem. sed illut superius sapientiae, hoc posterius uirtutis est
et utrumque iustitia conprehendit. si ergo constat ad iusti- 7
tiam nasci hominem, necesse est iustum malis esse subiectum,
ut uirtutem qua est praeditus in usu habeat; uirtus enim ma-
lorum sustinentia est. uoluptates fugiet ut malum; opes con- 8
temnet, quia fragiles sunt, et si habuerit, dilargietur, ut mi-
seros seruet; honores non appetet, quia sunt breues et caduci;
iniuriam nulli faciet, si fuerit passus, non retribuet, et diri-
pientem sua non persequetur. nefas enim iudicabit hominem 9
laedere et si quis extiterit qui cogat desciscere a deo, nec
cruciatus nec mortem recusabit. ita fiet ut eum necesse sit
et inopem et humilem et in contumeliis aut etiam cruciatibus
uiuere.

30 (35). Quis igitur erit fructus iustitiae atque uirtutis, si 1
nihil habebit in uita nisi malum? quodsi uirtus, quae bona
omnia terrena | contemnit, mala uniuersa sapientissime perfert f. 25b
ipsamque mortem pro officio suscipit, sine praemio esse non
potest, quid superest nisi ⟨ut⟩ merces eius inmortalitas sola
sit? nam si cadit in hominem beata uita, ut philosophi 2
uolunt in eo solo non dissidentes, cadit ergo et inmortalitas.
id enim solum beatum est quod incorruptum, id solum in-
corruptum quod aeternum. immortalitas ergo est summum 3
bonum, quia et hominis et animi et uirtutis est tantum. ad
hanc dirigimur, ad hanc capiendam nati sumus. idcirco nobis 4
deus uirtutem iustitiamque proponit, ut aeternum illut prae-
mium nostris laboribus adsequamur. de ipsa uero inmor-

INSTITUTIONES 2—5] VI 25, 8 s., cf. VI 9, 22; III 11, 9 (quia uis—posita est). 5—13] III 11, 7 s. 12—14; cf. VI 10—12; 17, 5—10. 14—19] III 11, 9—16; 12, 7—8. 19—22] III 12, 10—18. 23 s. tantum—sumus] III 12, 19—25. 24—26] III 12, 25—27. 26 s. de—disseremus] III 13, 1—3.

T] 6 et *Pf,* at *T* 9 iudicabit *Pf,* iudicauit *T* 10 ledere *T* 14 adque *T* 16 *malim* patientissime *cum Da, cf. tamen Buen* 17 premio *T* 18 ut *add. Da* 19 si cadit in hominem *Pf,* sic ait in homine *T* beat⌜a⌝ *T*²? filosofi *T* 23 *distinxit Da, Buen confert Inst. VII 8, 1, adde III 9, 1;* est. tantum *Pf* 25 proponitut *(alt.* t *in ras. ex* r *? m. 2) T* premium *T* 26 immortalitate *Heum,* non mortalitate *T; cf. pag. 212, 13; 608, 23 s.*

5 talitate suo loco disseremus. restat λογικὴ philosophia, quae
ad beatam ⟨uitam⟩ nihil confert. sapientia enim non in ser-
6 monis ornatu, sed in corde atque sensu ⟨est⟩. quodsi et phy-
sica superuacua est et haec logica, in ethica uero, quae sola
necessaria est, philosophi errauerunt, qui summum bonum
f.26ª nullo modo inuenire potuerunt, | inanis igitur et inutilis omnis
philosophia reperitur, quae nec rationem hominis conprehen-
dere nec officium potuit munusque conplere.
1 31 (36). Quoniam de philosophia dixi breuiter, nunc etiam
de philosophis pauca dicam. Epicuri doctrina haec est in-
primis, nullam esse prouidentiam, et idem deos esse non ab-
2 nuit: utrumque contra rationem. sed si sunt dii, est igitur
prouidentia. aliter enim deus intellegi non potest, cuius est
proprium prouidere. nihil inquit curat. ergo non modo hu-
3 mana, sed ne caelestia quidem curat. quomodo igitur aut
unde esse illum adfirmas? exclusa enim prouidentia curaque
diuina consequens erat, ut non esse omnino deum diceres.
nunc eum uerbo reliquisti, re sustulisti. unde ergo rerum na-
4 tura est, si deus nihil curat? semina inquit sunt minuta,
quae nec uideri nec tangi possunt, quorum coitu for-
5 tuito et orta sunt omnia et semper oriuntur. si nec
uidentur nec ulla corporis parte sentiuntur, unde esse illa
f.26ᵇ scire potuisti? deinde si sunt, qua mente conueniunt, | ut ali-
quid efficiant? si sunt leuia, cohaerere non possunt, si ha-
mata et angulata, ergo secabilia sunt. hami enim et anguli

1 suo loco] c. 64 s.

INSTITUTIONES 1—3] III 13, 4 s. 3—8] III 13, 6 s. 9 s.] III 17, 1. 10 s.] III 17, 16. 14 nihil—curat] III 17, 4. 18 nunc—sustulisti] hoc non est in Instit., cf. tamen III 17, 39 haec—docet. 18—707, 1] III 17, 21—27.

AUCTORES 18 nunc—sustulisti] Cic. de nat. deor. I 30, 85.

T] 1 ΛΟΓΙΚΗ *T* filosofia *T* 2 uitam *add. Pf* sapie|tia *T* 3 adque *T* est *add. Buen conl. Inst. III 13, 5,* consistit *Pf* fysica *T* 4 ΛΟΓΙΚΑ *T* hetica *T* que *T* 5 filosofi *T* quia *Da* 7 filosofia *T* repperitur *T* 9 filosofia *T* brebiter *T* 10 filosofis *T* 11 et] at *Heum* 15 necae$\overset{t}{c}$lesia *(c exp. et del.) T* 16 exclusa∗ *T* 23 si∗ *(c er.) T* 24 coherere *T*

extant et possunt amputari. sed haec delira et inutilia.
quid quod idem animas extinguibiles facit? quem refellunt 6
non modo philosophi omnes et publica persuasio, uerum etiam
responsa uatum, carmina Sibyllarum, ipsae denique diuinae
uoces prophetarum, ut mirum sit extitisse unum Epicurum qui
cum pecoribus ac beluis sortem hominis aequaret. quid 7
Pythagoras, qui primus est philosophus nominatus, qui animas
quidem inmortales esse ⟨dixit⟩, in alia tamen corpora uel pecu-
dum uel auium uel bestiarum commeare? non satius fu- 8
erat eas cum suis corporibus extingui quam sic ad aliena dam-
nari, satius, omnino non esse quam post hominis formam
uel suem uel canem uiuere? et homo ineptus ut fidem dicto 9
adderet, se ipsum Troiano bello Euphorbum fuisse dixit, quo
occiso in alias figuras animalium transisse, postremo Pytha-
goram factum. o felicem, cui soli tanta me|moria concessa 10 f.27[a]
est, uel potius infelicem, cui translato in pecudem non licuit
nescire quid fuerit! atque utinam solus delirasset! inuenit
etiam qui crederent et quidem ⟨non⟩ indoctos homines, ad
quos stultitiae transiret hereditas.

32 (37). Post hunc Socrates philosophiae tenuit principatum 1
sapientissimus etiam oraculo dictus, quia se fatebatur unum
scire, quod nihil sciret. cuius oraculi auctoritate apstinere 2
se physicos oportebat, ne aut quaererent ea quae scire non
poterant aut scire se putarent quae ignorabant. uideamus 3

INSTITUTIONES 2 quid—facit] III 17, 30—43. 4 s. ipsae—prophetarum] III 19, 3. 6—9] III 18, 1—3. 12 suem uel canem] cf. III 8, 9. 12—17] III 18, 15—17. 17—19] III 19, 19 sed uidelicet—commeare. 20—708, 1] III 20, 1 s. 22—24] III 20, 5—8. 23 physicos] cf. III 21, 1.
AUCTORES 12 suem—uiuere] cf. Horat. epist. I 2, 26.

T] 1 inutilia] anilia *uel* futilia *eruditus Brit. pag. 22,* futilia *etiam Buen* 3 filosofi *T* 5 profetarum *T* 6 ueluis (b *supra* u) *(corr. m. 2) T* equaret *T* 7 filosofus *T* 8 dixit *addidi conl. Inst. III 19, 19,* statuit *post* commeare *add. Pf;* quid? Pythagoras . . . nominatus, ⟨uoluit⟩ . . . . commeare. *Da* 9 nonne *Pf* 13 euforbum *T* 14 postremo *Da,* post rem *T* 17 adque *T* delirasset *Pf,* deliberasset *T; nolui* delirasset. ⟨set⟩, *cf. pag. 462, 5 s.* 18 non *add. Buen,* inter doctos *Da,* doctos *Heum* ad *T* 20 filosofiae *T* 22 autoritate *T* 23 fysicos *T* quererent *T* ea quae *Pf,* eaq. *T*

tamen an sapientissimus Socrates, sicut Pythius praedicauit. usurpabat hoc saepe prouerbium, quod supra nos esset, nihil ad nos pertinere. iam excessit sententiae suae terminos. nam qui unum se scire dicebat, aliut inuenit quod tamquam sciens
4 diceret, sed id frustra. nam et deus, qui utique supra nos est, quaerendus est et religio suscipienda, quae sola nos discernit a beluis: quam quidem Socrates non modo repudiauit,
f. 27b uerum etiam derisit per anserem canemque iurando: | quasi uero per Aesculapium non posset, cui uouerat gallum. en sa-
5 pientis uiri sacrificium! et quia eum prosecare ipse non potuit, amicos moriturus orauit, ut post se soluerent uotum, scilicet ne apud inferos uelut debitor teneretur. hic profecto et pronuntiauit quod nihil scierit et probauit.

1 33 (38). Huius auditor Plato, quem d e u m p h i l o s o p h o r u m Tullius nominat, qui solus omnium sic philosophatus est, ut ad ueritatem propius accederet, tamen quia deum ignorauit, in multis ita lapsus est, ut nemo deterius errauerit, inprimis quod in libris ciuilibus omnia omnibus uoluit esse communia.
2 de patrimoniis tolerabile est, licet sit iniustum: nec enim aut obesse cuiquam debet, si sua industria plus habet, aut prodesse, si sua culpa minus. sed, ut dixi, potest aliquo modo ferri. etiamne coniuges, etiamne liberi communes erunt?
3 non erit sanguinis ulla distinctio nec genus certum nec familiae nec cognationes nec adfinitates, sed sicut in gregibus pecudum confusa et indiscreta omnia, nulla erit in uiris conti-

INSTITUTIONES 2 s.] III 20, 10. 7 quam—repudiauit] III 20, 12 sed nimirum—seruiendum. 8—13] III 20, 15—17. 14—709, 4] III 21, 2—10.

AUCTORES 14—709, 7] locum ad Ciceronis de rep. librum IV rettulit Maius, sed cf. Halmium ad Cic. IV, V 5 et Addenda nostra ad III 21 (pag. 248). 14] de nat. deor. II 12, 32.

T] 1 an (a *in ras. m. 1?) T* sicut] sit, ut *Heum* 2 sępe (ȩ *add. m. 2?) T* esset nihil ad nos *s. l. add. al. m. antiqua (cf. ad pag. 677, 18) T* 3 scientiae *Da* 6 querendus *T* et *Pf,* ut *T* 7 ueluis (b *s. l.*) *T* repudiauit *Pf,* repudiabit *T* 10 prosecare *Da,* prosecrare *T; cf. Inst. III 20, 16* 11 post] pro *Da* 12 tene⌜re⌝tur (re *add. m. 1?) T* 13 probauit *Pf,* probabit *T* 14 filosoforum *T* 15 filosofatus *T* 20 prodeesse *T* 23 ne⌜c⌝ (c *add. m. 1?) T*

nentia, nulla in feminis pudicitia. quis esse in utrisque amor 4
coniu|galis potest, in quibus non est certus aut proprius affec- f.28[a]
tus? quis erit in patrem pius, ignorans unde sit natus? quis
filium diliget, quem putabit alienum? quin etiam feminis 5
curiam reserauit, militiam et magistratus et imperia permisit.
quanta erit infelicitas urbis illius, in qua uirorum officia mu-
lieres occupabunt! sed haec alias latius. Zeno Stoicorum 6
magister, qui uirtutem laudat, misericordiam, quae summa est
uirtus, tamquam morbum animi amputandum iudicauit: quae
et deo cara est et hominibus necessaria. quis est enim qui 7
aliquo in malo constitutus nolit esse miserabilis ac non desi-
deret auxilia succurrentium? qui ad opem ferendam non nisi
misericordiae adfectu excitantur. hanc ille licet humanitatem, 8
licet pietatem uocet, non rem, sed nomen inmutat. hic est
adfectus qui soli homini datus est, ut inbecillitatem nostram
mutuis adiumentis leuaremus: quem qui tollit, ad uitam nos
redigit beluarum. nam quod dicit paria esse peccata, ex 9
eadem immanitate est qua misericordiam ueluti | morbum in- f.28[b]
sectatur. qui enim nullam facit differentiam delictorum, aut
leuia magnis suppliciis adficienda censet, quod est crudelis
iudicis, aut grauia paruis, quod est dissoluti. utrumque rei
publicae incommodum: si enim summa scelera leuiter pu- 10
niantur, audacia malis crescet ad facinora maiora, et si leuibus
delictis poena grauior inrogetur, multi ciues, quoniam nemo
esse sine delicto potest, in periculum uenient, qui correpti
possent esse meliores.

34 (39). Illa uero leuia, sed ex eadem uanitate nascuntur: 1
Xenophanes orbem lunae decem et octo partibus dixit esse
maiorem quam haec nostra sit terra; itaque intra sinum eius

INSTITUTIONES 4—7] III 22, 10 s. 7 haec (§ 1—5) alias] sc. Inst. III 21. 22. 7—17] III 23, 8—10. 10—13] VI 10, 11. 13—17] VI 10, 2—4. 17—26] haec non sunt in Inst. 27—710, 2] III 23, 12 s.

T] 4 putabit *Pf,* putauit *T* 5 reserauit *Da,* reseruauit *T* 6 *malim* felicitas 8 misericordiam quae *Pf,* misericordiamq. *T* 12 succurrentium, qui *Da,* succurrentiumq. *T,* succurrentium quae *Pf* 13 adfectu *Pf,* adfectus *T* hunc *eruditus Brit. pag. 419* 15 inbeccillitatem *T* 20 supliciis *T* 29 itaque] atque *eruditus Brit. pag. 420*

aliam terram contineri, quae ab hominibus et omnis generis
2 animalibus incolatur. de antipodis quoque sine risu nec
audiri nec dici potest, adseritur tamen quasi aliquid serium,
ut credamus esse homines qui uestigiis nostris habeant aduersa
uestigia. tolerabilius Anaxagoras delirauit, qui nigram niuem
3 dixit. quorumdam non modo dicta, sed etiam facta ridenda
f. 29[a] sunt. De|mocritus agrum suum a patre sibi relictum deseruit
4 et pascua publica fieri passus est. Diogenes cum choro canum
suorum, qui uirtutem illam summam et exactam rerum omnium
contemtum profitetur, mendicare uictum maluit quam honesto
5 labore conquirere aut habere ullam rem familiarem. certe
uita sapientis exemplum esse uiuendi ceteris debet. si horum
6 sapientiam omnes imitentur, quomodo stabunt ciuitates? sed
forsitan idem Cynici exemplum uerecundiae praebere potuerunt,
qui palam cum coniugibus suis cubitauerunt. nescio quam
7 possent uirtutem defendere qui pudorem sustulerunt. non
melior his Aristippus, qui credo ut amiculae suae Laidi pla-
ceret, Cyrenaicam instituit disciplinam, qua summi boni finem
in uoluptate corporis conlocauit, ne aut peccatis auctoritas
8 aut uitiis doctrina deesset. an illi fortiores magis sunt pro-
bandi, qui ut mortem contemsisse dicerentur, uoluntariam
9 necem sibi intulerunt, Zeno Empedocles Chrysippus Cleanthes
Democritus et hos imitatus Cato, nec scierunt homicidii crimine
teneri secundum ius legemque diuinam eum qui se interfecerit?
10 f. 29[b] deus enim nos in hoc domi|cilium carnis induxit, ille nobis
temporale corporis habitaculum dedit, ut incolamus quamdiu
idem uoluerit. nefas igitur habendum est sine dei iussu uelle
11 migrare. non est ergo uis adhibenda naturae: scit ille quem-
admodum opus suum resoluat. cui operi si quis manus impias

INSTITUTIONES 2—5] III 24. 5 s. (Anaxagoras)] III 23, 11. 7 s.] III 23, 4. 8—11] cf. III 23, 1. 13—16] III 15, 20 s. 17—20] III 15, 15. 19. 20—711, 6] III 18, 5—10.

T] 3 aliquit *T* 4 habeant *Heum,* habent *T* 6 quorundam *Pf* 10 contemtum *Pf,* contemtu *T, quod defendit Da* profitentur *eruditus Brit. pag. 420* 16 *an* possint *? Thilo* non] num *eruditus Brit. pag. 420* 21 ut *Pf,* et *T* 28 emigrare *Heum* athibenda *T*

adhibuerit ac diuini opificii uincla dirruperit, deum conatur ef-
fugere, cuius sententiam nec uiuus quisquam nec mortuus po-
terit euadere. scelerati ergo et nefarii quos superius nomi- 12
naui, qui etiam docuerunt quas causas habere debeat mors
uoluntaria, ut parum sit sceleris quod homicidae in semet
ipsos extiterunt, nisi ad hoc nefas et alios erudirent.

35 (40). Innumerabilia sunt philosophorum dicta factaque 1
quibus eorum insipientia redargui possit. itaque quoniam
cuncta enumerare non possumus, pauca suffecerint. satis 2
est intellegi philosophos neque iustitiae, quam ignorant, neque
uirtutis, quam mentiuntur, esse doctores. quid enim doceant
qui suam saepe ignorantiam confitentur? mitto Socraten, 3
cuius est nota sententia. Anaxagoras omnia circumfusa tenebris
esse pronuntiat, Empedocles angustas ad inueniendam ueri-
tatem sensuum semitas esse. Democritus | in profundo quodam 4 f. 30a
puteo demersam ueritatem iacere testatur, quam quia nusquam
reperiunt, idcirco adfirmant neminem adhuc extitisse sapientem.
quoniam igitur nulla est, ⟨ut⟩ apud Platonem Socrates dicit, 5
humana sapientia, sequamur ergo diuinam deoque gratias
agamus, qui eam nobis et reuelauit et tradidit, ac nobis gratu-
lemur, quod ueritatem ac sapientiam caelesti beneficio tenemus,
quam tot ingeniis, tot aetatibus requisitam philosophia[m] num-
⟨quam⟩ potuit inuenire.

36 (41). Nunc, quoniam falsam religionem, quae est in 1
deorum cultibus, et falsam sapientiam, quae est in philosophia,

INSTITUTIONES 7—16] III 28, 10—13. 10 s. neque—doctores] III 29, 19. 12 s. (Socraten)] III 28, 17. 16 s.] III 28, 14—22. 18—23] III 30, 1—8; cf. IV 1, 12 (—conprehendi). 18] Platonis locus non est in Instit. 24—712, 2] III 30, 9 s.

AUCTORES 18] Apolog. 23 A.

T] 1 dirrumperit *T* 2 uiu[u]s *(u add. m. 2 ?) T* 5 homicidiae T^{ac}, *tert.* i *del. m. 2 ?* 7 filosoforum *T* 10 filosofos *T* 13 nota *Pf,* mota *T* 17 repperiunt *T* 18 ut *add. Heum* 19 humana sapientia *Pf,* humanam sapientiam** *(dõ er.) T* 20 reuelauit *Pf,* rebelabit *T* 22 philosophia numquam *(uel* non*) Da,* filosofiam num *T;* philosophiam nemo *Pf,* philosophorum nullus *(aut* nemo*) eruditus Brit. pag. 24 s.,* philosophia num potuit inuenire? *ibid. in adnot. B(urmannus mai.), idem Buen; cf. Inst. III 30, 7* 25 philosophia *Buen,* filosofis *T*

refutauimus, ad ueram religionem sapientiamque ueniamus.
et quidem coniuncte, quia cohaerent, de utraque dicendum est.
2 nam deum uere colere, id est nec aliut quidquam [quam] sa-
3 pientia[m]. ille enim summus et conditor rerum deus, qui
hominem uelut simulacrum suum fecit, idcirco utique soli ex
omnibus animalibus rationem dedit, ut honorem sibi tamquam
patri et ⟨timorem⟩ tamquam domino referret et hac pietate
atque obsequio immortalitatis praemium mereretur. hoc est
4 uerum diuinumque mysterium. illis autem, quia uera non
f. 30b sunt, nulla concordia: | neque in philosophia sacra celebrantur
neque in sacris philosophia tractatur, et ideo falsa religio
est, quia non habet sapientiam, ideo falsa sapientia, quia non
5 habet religionem. ubi autem utraque coniuncta sunt, ibi
esse ueritatem necesse est, ut si quaeratur ipsa ueritas quid
sit, recte dici possit aut sapiens religio aut religiosa sapientia.
1 37 (42). Dicam nunc quid sit uel sapiens religio uel sa-
pientia religiosa. deus in principio antequam mundum insti-
tueret, de aeternitatis suae fonte deque diuino ac perenni spi-
ritu suo filium sibi ipse progenuit incorruptum fidelem, uirtuti
2 ac maiestati patriae respondentem. hic est uirtus, hic ratio,
hic sermo dei, hic sapientia. hoc opifice, ut Hermes ait,
et consiliatore, ut Sibylla, [et] praeclaram et mirabilem
3 huius mundi fabricam machinatus est. denique ex omnibus
angelis, quos idem deus de suis spiritibus figurauit, solus in
consortium summae potestatis adscitus est, solus deus nuncu-

INSTITUTIONES 2 s. et quidem—dicendum est] IV 3, 10. 2—15] IV 3, 3—10; 4, 1—4. 16 s.] IV 5, 1; 10, 4 quid—uersari. 17—20] IV 6, 1. 20 ratio . . sapientia] IV 9, 1. 21 sermo] IV 8, 6. 21—23] IV 6, 9. 23—713, 1] IV 6, 2.

AUCTORES 21 Hermes] cf. ad Inst. IV 6, 9. 22 Sibylla] VIII 264 (σύμβουλον).

T] 1 aduer*am *(s er.) T* 2 coniunctae *T* coherent *T* 3 quam *eiecit et* sapientia *scr. eruditus Brit. pag. 420 conl. Inst. IV 3, 10* 6 sibi ⟨et⟩ *Heum* 7 timorem *add. Buen conl. Inst. IV 4, 1 s.* 8 adque *T* 9 *an* ⟨in⟩ illis *? an* uerae *?* 10 *an* neque enim *?* filosofia *T, idem 11* 12 sapientiam *(ante* quia*) T* 14 queratur *T* 15 necte *(n del. et corr. m. 2) T* 20 re^s^pondentem *T*² 22 sybilla *T* et *eiecit eruditus Brit. pag. 421; cf. pag. 714, 10*

patus. omnia enim per ipsum et sine ipso nihil. de- 4
nique Plato de primo ac secundo deo non plane ut philosophus,
sed ut uates locutus est, fortasse in hoc Trismegistum secu-| f. 31[a]
tus. cuius uerba de Graecis conuersa subieci: dominus et 5
factor uniuersorum, quem deum uocare existimauimus,
secundum fecit deum uisibilem et sensibilem. sensi-
bilem autem dico non quod ipse sensum accipiat, sed
quod in sensum mittat et uisum. cum ergo hunc fe-
cisset primum et solum et unum, optimus ei apparuit
et plenissimus omnium bonorum. Sibylla ⟨Erythraea⟩ 6
quoque deum dicit ducem omnium a deo factum, et alia
deum dei filium esse noscendum, sicut ea quae in libris
posui exempla declarant. hunc prophetae diuino spiritu pleni 7
praedicauerunt. quorum praecipue Solomon in libro Sapientiae,
item pater eius caelestium scriptor hymnorum, ambo clarissimi
reges, qui Troiani belli tempora CLXXX annis antecesserunt,
hunc ex deo natum esse testantur. huius nomen nulli est 8
notum nisi ipsi et patri, sicut docet Iohannes in Reuelatione.
Hermes ait non posse nomen eius mortali ore proferri.
ab hominibus tamen duobus uocabulis nuncupatur, Iesus, quod 9
est saluator, et Christus, quod est rex: saluator ideo, quia est
sanatio et salus omnium qui per eum credunt in deum,

INSTITUTIONES 1] IV 8, 16. 2] hic de Platone locus non est in Instit. 3—10] IV 6, 4. 10—13] IV 6, 5. 13 (prophetae)] IV 6, 3. 14 s. Solomon] IV 6, 6—8. 14—16] IV 8, 13 s. (—hymnorum). 17 s. (huius—patri) 19 s. (Hermes)] IV 7, 2. 3 (οὗ—λαληθῆναι). 17 s.] locus non est in Instit. 20—714, 3] IV 7, 4—8; 12, 6 (Iesus—saluator). 9.

AUCTORES 1] Io. 1, 3. 2 Plato—locutus est] secundum interpretationem illam locorum Epinom. 986 C καὶ τιμὰς—δυνατά et Ps.-Platon. epistul. VI 323 C s. ταύτην τὴν ἐπιστολὴν—εὐδαιμόνων, quae est ap. Euseb. praepar. euang. XI c. XV 7 s.; cf. Iustinum apolog. I pag. 92 E—93 C uerba ἐχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντί ut Platonis (cf. Tim. 36 B s.) explicantem. 4] cf. ad Inst. IV 6, 4. 10 Sibylla] frg. I 6. 11 alia] VIII 329. 17] Apocal. 19, 12. 19 Hermes] cf. ad Inst. IV 7, 3.

T] 1 ipsum *et* ipso *suspecta ut ex Vulg.; cf. ad Inst. IV 8, 16* 2 filosofus *T* 4 grecis *T* *ad hunc locum cf. Inst. IV 6, 4* 5 uocare *Da conl.* καλεῖν *Inst.,* uocari *T* 10 sybilla *T* Erythraea *addidi, cf. Inst. IV 6, 5* 13 profetae *T* 14 precipuae *T* 15 celestium *T* scribtor *T* 17 est *Da,* esse *T*

Christus ideo, quia ipse de caelo in saeculi huius consum-
f.31[b] matio|ne uenturus est, ut iudicet mundum et resurrectione
mortuorum facta regnum sibi constituat aeternum.
1 38 (43). Sed ne qua forte sit aput te haesitatio, cur eum
qui ante mundum ex deo natus sit Iesum ⟨Christum⟩ appel-
lamus, qui ante annos CCC natus ex homine est, rationem
2 tibi breuiter exponam. idem est dei et hominis filius. bis
enim natus est: primum de deo in spiritu ante ortum mundi,
postmodum in carne ex homine Augusto imperante. cuius
rei praeclarum et grande mysterium est, in quo et salus ho-
3 minum et religio summi dei et omnis ueritas continetur. nam
cum primum scelerati atque impii deorum cultus per insidias
daemonum inrepserunt, tum penes solos Hebraeos religio dei
mansit, qui tamen non lege aliqua, sed traditum sibi per suc-
cessiones cultum patrio more tenuerunt usque ad id tempus,
quo de Aegypto exierunt Moyse duce primo omnium prophe-
tarum, per quem illis lex est a deo inposita. hi, qui Iudaei
sunt postmodum nominati, seruierunt igitur deo uinculis legis
4 obstricti. sed idem paulatim ad profanos ritus aberrantes
f.32[a] alienos deos susceperunt et derelicto patrio cultu insensibilibus |
5 simulacris immolauerunt. propterea deus prophetas ad eos
misit diuino spiritu adinpletos, qui illis peccata exprobrarent
et paenitentiam indicerent, qui secuturam ultionem minarentur
ac denuntiarent futurum, si in isdem delictis perseuerassent,
ut alium mitteret nouae legis latorem, ut ingrato populo ab
hereditate summoto aliam sibi plebem fideliorem de exteris
6 gentibus congregaret. illi autem non modo perseuerarunt,
uerum etiam eos ipsos qui mittebantur interfecerunt. itaque

INSTITUTIONES 7—9] IV 8, 1 s. 11—13] II 16. 13—17] IV 10, 5 s. 17 s. (Iudaei)] IV 10, 14. 19—21] IV 10, 11 s. 21—27] IV 11, 1 s. 27 s.] IV 11, 3. 28—715, 3] IV 11, 7.

T] 4 hesitatio *T* 5 Christum *add. Pf, cf. c. 37, 9* appellemus *Pf* 7 brebiter *T* 9 carnem *T* homine (hom *del. et corr. m. 2)* uirg *T* 10 preclarum *T* 12 adque *T* 13 hebreos *T* 16 prophetarum *T* 17 inposita, iique (, qui *cum T, sed om.* ii *Pf)*—nominati. *Pf et Da* hii (h *aut add. aut renouauit m. 2) T* 20 insensi'bi'libus T^2 21 profetas *T* 22 exprob*arent (r *er.) sic T* 23 penitentiam *T* 25 noue *T* ut] et *Pf*

damnauit eos ob haec facinora nec adiecit ulterius prophetas
mittere ad populum contumacem, sed filium suum misit, ut
gentes uniuersas ad gratiam dei conuocaret. nec illos tamen 7
licet impios et ingratos ab spe salutis exclusit, set ad ipsos
potissimum misit, ut si forte paruissent, non amitterent quod
acceperant, si autem deum suum non suscepissent, tum here-
dibus abdicatis gentes in adoptionem uenirent. iussit igitur 8
eum summus pater descendere in terram et humanum corpus
induere, ut subiectus passionibus carnis uirtutem ac patientiam
non solum uerbis, sed etiam factis doceret. renatus est ergo 9
ex uirgine sine patre tamquam homo, ut quemadmodum in
prima natiuitate | spiritali creatus [est] ex solo deo sanctus f. 32b
spiritus factus est, sic in secunda carnali ex sola matre genitus
caro sancta fieret, ut per eum caro, quae subiecta peccato
fuerat, ab interitu liberaretur.

39 (44). Haec sic futura, ut exposui, prophetae ante prae- 1
dixerant. apud Solomonem ita scriptum est: infirmatus 2
est uterus uirginis et accepit fetum, et grauata est et
facta est in multa miseratione mater uirgo. aput 3
Esaian sic: ecce uirgo accipiet in uterum et pariet fi-
lium, et uocabitis nomen eius Emmanuel, quod signi-
ficat 'nobiscum deus'. fuit enim nobiscum in terra, cum in-
duit carnem, et nihilominus deus fuit in homine et homo in
deo. utrumque autem eum fuisse a prophetis ante praedictum 4
est. quod deus fuerit, Esaias ita dicit: adorabunt te et
in te precabuntur: quoniam in te deus est, et nos

INSTITUTIONES 3—12] IV 11, 14—12, 1; 13, 1. 8 humanum corpus] IV 12, 7. 10—15] IV 13, 2—6; 25, 3 s. 17—19] IV 12, 3. 19—21] IV 12, 4. 21 s.] IV 12, 7 Emmanuel—deus. 22—25] IV 13, 5 s. 25—716, 3] IV 13, 7.

AUCTORES 1 s.] cf. Luc. 20, 10—13. 17] cf. ad Inst. IV 12, 3. 20] Is. 7, 14. 25] Is. 45, 14—16.

T] 1 profetas *T* adiecit] *cf. Addenda* 12 est *eiecit Da* 16 profetae *T* predixerant *T* 17 scribtum *T* 20 eseiam *Pf* 24 eum *Da*, dm̃ *T* profetis *T* predictum *T* 25 quo'd' *T* eseias *T* 26 praecabuntur *T* *post* deus est *ex Inst. IV 13, 7* et non est alius deus *(rectius fort.* deus alius*)* praeter te. tu enim deus es *(sic fort., non* es deus *scribere debebam loco Inst.) add. Da*

nesciebamus, deus Israhel. confundentur et reuere-
buntur omnes qui aduersantur tibi, et cadent in con-
5 fessionem. item Hieremias: hic deus noster est et non
deputabitur alius absque illo, qui inuenit omnem uiam
prudentiae et dedit eam Iacob puero suo et Israel di-
lecto sibi. post haec in terris uisus est et cum homi-
6 f.33[a] nibus conuersatus est. item quod homo fuerit, idem |
Hieremias dicit: et homo est et quis cognouit eum?
Esaias quoque sic tradit: et mittet eis dominus hominem,
qui saluabit eos et iudicans sanabit eos. item Moyses
ipse in Numeris: orietur stella ex Iacob et exurget homo
7 ex Israhel. idcirco igitur cum deus esset, suscepit carnem,
ut inter deum et hominem medius factus hominem ad deum
magisterio suo superata morte perduceret.
1 40 (45). Diximus de natiuitate, nunc de uirtute operibusque
dicamus. quae cum magna inter homines ac mirabilia faceret,
uidentes illa Iudaei magicà potentià fieri putabant ignorantes
ea omnia quae fiebant ab eo praedicta esse a prophetis.
2 aegros et uario morborum genere languentes non medella ali-
qua, sed ui ac potestate uerbi sui protinus roborabat, debiles
resanabat, claudos ad gressum erigebat, caecis uisum restituebat,
mutis eloquium dabat, surdos inauribat, pollutos maculatosque
purgabat, furiatis daemonum incursu mentem propriam repo-
nebat, mortuos aut iam sepultos ad uitam lucemque reuocabat.
3 idem quinque milia hominum quinque panibus et duobus pi-
f.33[b] scibus saturauit. idem supra mare ambulauit. | idem in tem-
pestate praecepit uento ut conquiesceret, statimque tranquillitas
facta est. quae omnia et in prophetarum libris et in carmi-

INSTITUTIONES 3—7] IV 13, 8. 7—12] IV 13, 10. 12—14] IV 13, 4. 15—18] IV 15, 1. 4. 12. 19—24] IV 15, 6—11. 25—717, 1] IV 15, 13—15.

AUCTORES 3 Hieremias] Baruch 3, 36—38. 8] Hier. 17, 9. 9] Is. 19, 20. 11] Num. 24, 17.

T] 1 ⸢n⸣esciebamus *T* *post* Israhel *addendum uid.* saluator *ex Inst.* reberebuntur *T* 5 istrael *T* 9 eseias *T* 17 uiden⸢te⸣s *T* 18 profetis *T* 19 egros *T* 20 debile⸢s⸣ *T* 24 aut] et *Da* 26 super *Heum, cf. etiam Buen* 28 profetarum *T*

nibus Sibyllinis praedicta inuenimus. ob haec miracula cum 4
ad eum magna concurreret multitudo et, ut erat, dei filium et
a deo missum crederet, repleti inuidia sacerdotes ac principes
Iudaeorum, simul ira concitati, quod eorum peccata et iniusti-
tiam coarguebat, coierunt, ut eum occiderent. quod futurum 5
ante annos mille paulo amplius Salomon in Sapientia pronun-
tiauerat his uerbis: circumueniamus iustum, quoniam
insuauis est nobis et exprobrat nobis peccata legis.
promittit scientiam dei se habere et filium dei se no-
minat. factus est nobis in traductionem cogitationum
nostrarum, grauis est nobis etiam ad uidendum, quo-
niam dissimilis est aliis uita illius et mutatae sunt
uiae illius. tamquam nugaces aestimati sumus ab
illo, continet se a uiis nostris quasi ab inmunditiis
et praefert nouissima iustorum et gloriatur patrem
dominum. uideamus ergo si sermones illius ueri sunt,
et temptemus quae euentura sunt illi. contumelia et
tormenta interrogemus eum, et sciamus reuerentiam
illius et pro|bemus patientiam illius. morte turpis- f.34[a]
sima condemnemus eum. haec cogitauerunt, et er-
rauerunt: excaecauit enim illos stultitia eorum et
nescierunt sacramenta dei. harum igitur litterarum im- 6
memores quas legebant incitauerunt populum tamquam ad-
uersus impium, ut eum conprehensum ad iudicium ducerent
mortemque eius impiis uocibus flagitarent. intentabant autem 7
pro crimine id ipsum, quod se dei filium diceret et quod legem
solueret curando homines in sabbato, quam ille se non soluere,
sed implere dicebat. cumque Pontius Pilatus, qui tum legatus 8

INSTITUTIONES 1—5] IV 16, 5. 12. 5—22] IV 16, 7—10. 22—24] IV 16, 17; 18, 1 s. 24 (conprehensum). 28—718, 8] IV 18, 4—9. 25—27] IV 17, 1 s.; 18, 4 (obicientes).
AUCTORES 6] Sap. 2, 12—17. 19—22.

T] 8 exprobrat *Pf*, exprobat *T* 13 estimati *T* 14 illo *T cum 'Vulg.'*, eo *Lactantium scripsisse existimo, cf. Inst. IV 16, 8* uiis *Pf ex Inst. ibid.*, uiris *T* 15 praefert *Pf ex Inst.*, preferet *T* 18 *ad* tormenta *cf. Inst.* 21 excecauit *T* stultitia *Pf*, stultia *T* eorum *T cum 'Vulg.'*, ipsorum *Lactantium scripsisse existimo, cf. ad loc. Instit.* 25 intemtabant *T*

in Syriam iudicabat, perspiceret causam illam ad officium Ro-
mani iudicis non pertinere, misit eum ad Herodem tetrarcham
permisitque Iudaeis, ut ipsi legis suae disceptatores essent.
qui accepta sceleris potestate adfixerunt eum cruci. sed prius
flagellis et palmis uerberauerunt, spinis coronarunt, faciem con-
spuerunt, in cibum et potum dederunt ei fel et acetum, et inter
9 haec nulla uox eius audita est. tunc carnifices sortiti de tu-
nica eius et pallio suspenderunt patibulo atque adfixerunt, cum
postridie pascha id est festum diem suum celebraturi essent.
10 f.34b quod facinus prodigia secuta sunt, ut intellegerent | nefas quod
admiserant. eodem namque momento quo spiritum posuit et
terrae motus magnus et deliquium solis fuit, ut in noctem
dies uerteretur.
1 41 (46). Quae omnia prophetae sic futura esse praedixerant.
Esaias ita dicit: non sum contumax neque contradico:
dorsum meum ⟨posui⟩ ad flagella et maxillas meas ad
palmas, faciem autem meam non auerti a foeditate
sputorum. idem de silentio: sicut ouis ad immolandum
adductus est et sicut agnus coram tondentibus sine
2 uoce, sic non aperuit os suum. item Dauid in psalmo
XXXIIII: congregata sunt in me flagella et ignoraue-
runt, dissoluti sunt nec conpuncti sunt: temptauerunt
me et striderunt super me dentibus suis. idem de cibo
et potu ⟨in psalmo⟩ LXVIII: et dederunt in escam meam
3 fel et in siti mea potum mihi dederunt acetum. item

INSTITUTIONES 9] hoc non est in Inst., cf. tamen IV 10, 18. 10—13] IV 19, 2. 14—18] IV 18, 13. 18—20] IV 18, 16. 20—23] IV 18, 14. 23—25] IV 18, 18. 25—719, 4] IV 18, 30.

AUCTORES 15] Is. 50, 5 s. 18] Is. 53, 7. 20] Ps. 34, 15 s. 24] Ps. 68, 22.

T] 1 Syria *Pf* 4 adfixerunt *Buen conl. Inst. IV 18, 7,* addixerunt *T* 8 suspenderunt ⟨eum⟩ *Pf* adque *T* ⌜ad⌝fixerunt *T* 9 postpridie *T* 11 namquae *T* 12 terra (e) *(a exp. et del.) T* 13 uerteretur *Pf,* uerte|tur *T* 14 profetae *T* predixerant *T* 15 eseias *T* 16 posui *add. Pf ex Inst. IV 18, 13* 19 est *Pf ex Inst.,* sum *T* 21 in] super *codd. Inst. IV 18, 14 ex Vulg., ut uid.* 23 *post* me *fort.* et deriserunt derisum *excidit, cf. ad loc. Inst.* super *suspectum, cf. ad loc. Inst.* 24 in *add. Fritzschius,* psalmo *add. Pf* 25 *an* idem ?

de cruce Christi: effoderunt manus meas et pedes meos,
dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi autem contem-
plati sunt et uiderunt me, diuiserunt uestimenta mea
sibi et super uestem meam sortem miserunt. Moyses 4
in Deuteronomio: et erit pendens uita tua ante oculos
tuos, et timebis die et nocte et non credes uitae tuae. | f.35[a]
item in Numeris: non quasi homo dominus suspenditur
neque quasi filius hominis minas patitur. item Zacha- 5
rias: et intuebuntur in me, quem transfixerunt. de
solis obscuratione Amos ita dicit: in illo die, dicit domi-
nus, occidet sol meridie et obtenebrabitur dies lucis:
et conuertam dies festos uestros in luctum et can-
tica uestra in lamentationem. item Hieremias de ciui- 6
tate Hierosolyma, in qua passus est: et subiuit sol ei, cum
adhuc medius dies esset, contusa est et maledicta:
reliquos eorum in gladium dabo. nec frustra haec dicta 7
sunt, siquidem post breue tempus imperator Vespasianus Iu-
daeos debellauit et terras eorum ferro ignique depopulatus est,
obsessos fame subegit, Hierosolymam euertit, captiuos trium-
phauit, ceteris qui reliqui fuerunt terris suis interdixit, ne
quando iis ad solum patrium reuerti liceret. quae a deo 8
propter illam Christi crucem facta sunt, ut hoc in scripturis
eorum Solomon ante testatus sit dicens: et erit Israhel in

INSTITUTIONES 4—8] IV 18, 29. 8—13] IV 19, 3. 13—16] IV 19, 4. 16—21] IV 21, 2(*a* sed et futura)—5. 21—720, 8] IV 18, 32 s.

AUCTORES 1] Ps. 21, 17—19. 4] Deuter. 28, 66. 7] Num. 23, 19. 8] Zach. 12, 10. 10] Am. 8, 9 s. 13] Ier. 15, 9. 23] III (I) Reg. 9, 7—9.

T] 1 *post* Christi *fort.* in psalmo XXI *excidit* effoderunt *Da ex Inst. IV 18, 30,* et foderunt *T* 3 *ante* diuiserunt *uidetur* et *addendum, cf. Inst.* 6 et *(ante* nocte*) suspectum ut ex Vulg.*, ac *Inst.* 7 *an* idem*? cf. Inst. IV 18, 29* dñs *T* 8 minas *Pf ex Inst. IV 18, 29,* minans *T* zaccharias *T* 9 trã|fixerunt *sic T* 10 in] et erit in *Inst. IV 19, 3* 13 lamentationem *Pf ex Inst.*, lamentatione *T* 15 confusa *Da conl. Inst. IV 19, 4, sed cf. eum locum* 16 dabo] dabo in conspectu inimi-micorum eorum *Inst.* 17 brebe *T* ⌜te⌝mpus *T* uespassianus *T* 19 triumfauit *T* 22 scribturis *T* 23 Solomon *Da,* solomoni *T, defendit eruditus Brit. pag. 26; cf. Inst. IV 18, 32* sit] est *Heum*

perditionem et in inproperium populo. et domus haec
erit deserta, et omnis qui transiet per illam admira-
f.35b bitur et dicet: propter | quam rem deus fecit terrae
huic et huic domui haec mala? et dicent: quia dere-
liquerunt dominum deum suum et persecuti sunt re-
gem suum dilectissimum deo et cruciauerunt illum in
humilitate magna: pro⟨pter⟩ hoc inportauit illis deus
9 mala haec. quid enim non mererentur qui dominum, qui
ad salutem ipsorum uenerat, peremerunt?
1 42 (47). Post haec detractum patibulo corpus monumento
condiderunt. uerum tertio die ante lucem terrae motu facto
ac reuoluto lapide quo sepulcrum clauserant resurrexit. in
2 sepulcro autem nihil nisi exuuiae corporis sunt repertae. ipsum
uero resurrecturum die tertio iam olim prophetae fuerant prae-
locuti. Dauid in psalmo XV: non derelinques animam
meam ad inferos nec dabis sanctum tuum uidere cor-
ruptionem. item Osee: hic filius meus sapiens, propter
quod nunc non resistet in contribulatione filiorum
suorum: et de manu inferorum eruam eum. ubi est
iudicium tuum, mors, ubi est aculeus tuus? idem rur-
3 sus: uiuificabit nos post biduum die tertio. profectus
igitur in Galilaeam post resurrectionem discipulos suos rursus
f.36a quos | metus in fugam uerterat congregauit datisque mandatis
quae obseruari uellet et ordinatà euangelii praedicatione per
totum orbem inspirauit in eos spiritum sanctum ac dedit eis

INSTITUTIONES 8 s.] IV 16, 17 ut—aduenerat. 10—13] IV 19, 6 s. 13—17] IV 19, 8. 17—21] IV 19, 9. 21—721, 3] IV 20, 1; 21, 1 s. (—confirmari).
AUCTORES 15] Ps. 15, 10. 17] Os. 13, 13 s. 20] Os. 6, 3.

T] 4 domui haec *Pf ex Inst. IV 18, 32,* domihaec (ih *in ras. ex* u? *m. 1?*) *T* derelinquerunt *sic T,* reliquerunt *Lactantium scripsisse existimo, cf. Inst. IV 18, 33* 7 propter *Da ex Inst.,* pro *T* 9 salutem *Pf,* salute *T* 11 terre *T* 14 profetae *T* 16 nec *T cum Vulg.,* neque *Lactantium scripsisse existimo, cf. Inst. IV 19, 8* corruptionem *T cum Vulg.,* interitum *Lactantium scripsisse existimo, cf. Inst.* 20 ubi] *fort.* aut ubi *scribendum, cf. Inst. IV 19, 9* 21 uiuificabit *Pf ex Inst. IV 19, 9,* uiuificauit *T* 22 galileam *T* 23 mandatis quae *Pf,* mandatisq. *T* 24 euangelii T^2

potestatem mirabilia faciendi, ut in salutem hominum tam
factis quam uerbis operarentur. ac tum demum quadragesimo
die remeauit ad patrem sublatus in nube. hoc Daniel pro- 4
pheta iam pridem ostenderat dicens: uidebam in uisu noctis:
et ecce in nubibus caeli ut filius hominis ueniens et
usque ad anticum dierum peruenit. et qui adsistebant,
obtulerunt eum: et datum est ei regnum et honor et
imperium, et omnes populi tribus linguae seruient
ei, et potestas eius aeterna, quae numquam transibit
et regnum eius non corrumpetur. item Dauid in psalmo 5
CVIIII: dixit dominus domino meo: sede ad dexteram
meam, donec ponam inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum.

43 (48). Cum igitur ad dexteram dei sedeat calcaturus ini- 1
micos suos qui eum cruciauerunt, quando ad iudicandum orbem
uenerit, apparet nullam spem reliquam esse Iudaeis, | nisi con- f.36b
uersi ad paenitentiam et a sanguine quo se polluerunt abluti
sperare in eum coeperint quem necauerunt. ideo sic dicit 2
Hesdra: hoc pascha saluator noster est et refugium
nostrum. cogitate et ascendat in cor uestrum, quoniam habemus humiliare eum in signo: et post haec
sperabimus in eum. exheredatos autem esse Iudaeos, quia 3

INSTITUTIONES 3—10] IV 12, 12. 10—13] IV 12, 17. 14—16] IV 12, 21. 16—18] IV 18, 23. 18—22] IV 18, 22. 22—722, 2] IV 20, 11.

AUCTORES 4] Dan. 7, 13 s. 11] Ps. 109, 1. 19] cf. ad Inst. IV 18, 22.

T] 2 quadragesimo *Da ex Inst. IV 21, 1,* quinquagesimo *T* 3 nube *scripsi,* nubem *T; cf. IV 21, 1; de mort. persec. 2, 3* circumuoluit eum procella nubis*; Act. Apost. 1, 9* καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτόν profeta *T* 5 cęli (ˏ *add. m. 2?) T* 6 anticum] uetustum *scribendum uidetur, cf. ad Inst. IV 12, 12. 16* 8 ĩ|perium *T* seruient ei *Pf ex Inst. IV 12, 12,* seruientes *T* 12 donec *T cum Vulg.,* quoadusque *Lactantium scripsisse existimo, cf. ad Inst. IV 12, 17* 16 uenerit *Pf,* uenerat *T* 17 penitentiam *T* sanguine *Pf,* sanguinẽ *T* 18 necauerunt *Fritzschius; cf. Inst. IV 18, 23,* negauerunt *T* 19 Hesdras *Fritzschius, cf. Inst. IV 18, 22* 21 humiliare *Pf ex Inst.,* humilare *T* 22 sperabimus *Da ex Inst.,* sperauimus *T*

Christum reprobauerunt, et nos, qui sumus ex gentibus, in
4 eorum locum adoptatos scripturis adprobatur. Hieremias ita
dicit: dereliqui domum meam, dimisi hereditatem meam
in manus inimicorum eius. facta est hereditas mea
mihi sicut leo in silua, dedit ipsa super me uocem
5 suam, idcirco odiui eam. item Malachiel: non est mihi
uoluntas circa uos, dicit dominus, et sacrificium acceptum
non habebo ex manibus uestris, quia a solis
ortu usque ad occasum clarificabitur nomen meum
6 apud gentes. Esaias quoque sic: uenio colligere omnes
gentes et linguas, et uenient et uidebunt claritatem
7 meam. idem alio loco ex persona patris ad filium: ego
dominus deus uocaui te in iustitiam, et tenebo manum
f.37a tuam et confirmabo te, dedi te in testamentum | generis
mei, in lucem gentium, aperire oculos caecorum,
producere ex uinculis alligatos et de domo carceris
sedentes in tenebris.

1 44 (49). Si ergo Iudaei a deo reiecti sunt, sicut sacrarum
scripturarum fides indicat, gentes autem, sicut uidemus, adscitae
ac de tenebris huius uitae saecularis deque uinculis daemonum
liberatae, nulla igitur alia spes homini proposita est, nisi ueram
religionem ueramque sapientiam, quae in Christo est, fuerit secutus:
quem qui ignorat, a ueritate ac deo semper alienus est.
2 nec sibi de summo deo uel Iudaei uel philosophi blandiantur:
qui filium non agnouit, nec patrem potuit agnoscere. haec
est sapientia et hoc mysterium summi dei. per illum se deus

INSTITUTIONES 2—6] IV 20, 7. 6—10] IV 11, 8. 10—12] IV 11, 10. 12—17] IV 20, 12. 21—23] IV 28, 1 s. 25—723, 13] IV 29.

AUCTORES 3] Ier. 12, 7 s. 6] Mal. 1, 10 s. 10] Is. 66, 18. 12] Es. 42, 6 s.

T] 2 scribturis *T* 6 idcirco] ideo *Inst. IV 20, 7 cum Vulg.* 7 uolumtas *T* 8 quia] quoniam *Inst. IV 11, 8, cf. adn. ad h. l.* 9 ad *T ex Vulg. ut uid.*, in *Lactantium scripsisse existimo, cf. Inst.* 10 eseias *T* 13 uocaui *Pf*, uocabi *T* 14 dedi] et dedi *Lactantium scripsisse existimo, cf. Inst. IV 20, 12* 19 scribturarum *T* 20 secularis *T* 24 filosofi *T* 26 misterium *T*

et agnosci et coli uoluit. ideo prophetas ante praemisit qui 3
de aduentu eius praedicarent, ut cum facta essent in eo quae-
cumque praedicata sunt, tunc ab hominibus et dei filius et
deus crederetur. nec tamen sic habendum est, tamquam duo 4
sint dii. pater enim ac filius unum sunt. cum enim pater
filium diligat omniaque ei tribuat et filius patri fideliter obse-
quatur nec uelit | quidquam nisi quod pater, non potest utique f.37b
necessitudo tanta diuelli, ut duo esse dicantur in quibus et
substantia et uoluntas et fides una est. ergo et filius per 5
patrem et pater per filium. unus est honos utrique tribuen-
dus tamquam uni deo et ita diuidendus est per duos cultus,
ut diuisio ipsa compage inseparabili uinciatur. neutrum sibi
relinquet qui aut patrem a filio aut filium a patre secernit.
45 (50). Superest respondere etiam iis qui putant incon- 1
ueniens fuisse nec habere rationem ut deus mortali corpore
indueretur, ut hominibus subiectus esset, ut contumelias sus-
tineret, cruciatus etiam mortemque pateretur. dicam quod 2
sentio et rem inmensam paucis ut potero substringam. qui
aliquid docet, debet, ut opinor, facere ipse quae docet, ut cogat
homines optemperare. nam si non fecerit, praeceptis suis fidem
derogabit. exemplis igitur opus est, ut ea quae praecipiuntur 3
habeant firmitatem, et si quis contumax extiterit ac dixerit
non posse fieri, praeceptor illum praesenti opere conuincat.
non potest ergo perfecta esse doctrina, cum uerbis tantum | f.38a
traditur, sed tum perfecta est, cum factis adimpletur. Chri- 4
stus itaque cum doctor uirtutis ad homines mitteretur, utique,
ut doctrina eius perfecta esset, et docere et facere debuerat.
sed si corpus hominis non induisset, non posset facere quae

INSTITUTIONES 1 (prophetas) — 4] IV 29, 10—12. 4—9] IV 29, 1—4. 8 s. 13. 9—13] IV 29, 13—15. c. 45] IV 22—25; IV 26, 24—27. 14—21] IV 22, 2 s.; 23, 1—7. 21—25] IV 23, 8 s. 22 s. (contumax, praesenti opere)] IV 23, 7; 24, 10 (contumacia—exemplo). 25—724, 6] IV 23, 10—24, 17; 25, 1.

T] 1 profetas *T* 2 predicarent *T* 5 dĩ *T* 9 uolumtas *T* 13 relinquit *Da* 14 iis *Pf,* is *T* 19 aliquit *T* 21 derogabit *Pf,* derogauit *T* precipĩuntur *T* 28 potuisset *Pf*

docebat, id est non irasci, non cupere diuitias, non libidine in-
5 flammari, dolorem non timere, mortem contemnere. haec
sunt utique uirtutis, set fieri sine carne non possunt. ergo
ideo corporatus est, ut cum uincenda esse carnis desideria do-
ceret, ipse faceret prior, ne quis excusationem de carnis fragi-
litate praetenderet.
1 46 (51). Dicam nunc de sacramento crucis, ne quis forte
dicat: 'si suscipienda illi mors fuerat, non utique infamis ac
2 turpis, sed quae haberet aliquid honestatis.' scio equidem
multos, dum abhorrent nomen crucis, refugere a ueritate, cum
in ea et ratio magna sit et potestas. nam cum ad hoc missus
esset, ut humillimis quibusque uiam panderet ad salutem, se
3 ipse humilem fecit, ut eos liberaret. suscepit ergo id genus
mortis quod solet humilibus inrogari, ut omnibus facultas da-
f. 38b retur imitandi. | praeterea cum esset resurrecturus, amputari
partem corporis eius fas non erat nec os infringi, quod ac-
4 cidit iis qui capite plectuntur. crux ergo potior fuit, quae
resurrectioni corpus integris ossibus reseruauit. his etiam illut
accedit, quod passione ac morte suscepta sublimem fieri opor-
5 tebat. adeo illum crux et re et significatione exaltauit, ut
omnibus maiestas eius ac uirtus cum ipsa passione notuerit.
nam quod extendit in patibulo manus, utique alas suas in
orientem occidentemque porrexit, sub quas uniuersae nationes
6 ab utraque mundi parte ad requiem conuenirent. quantum
autem ualeat hoc signum et quid habeat potestatis, in promtu
est, cum omnis daemonum cohors hoc signo expellitur ac fu-
7 gatur. et sicut ipse ante passionem daemonas uerbo et inperio
proturbabat, sic nunc nomine ac signo passionis eius idem

INSTITUTIONES 7] IV 26, 1. 7—15] IV 26, 29 s. 15—18] IV 26, 31—33 (—redderetur). 18—24] IV 26, 33 (*ab* illa quoque) — 36. 24—725, 3] IV 27, 1 s.; V 21, 3—5.

T] 2 hae *Heum* 3 uirtutis *eruditus Brit. pag. 422 (cf. c. 57, 4),* uirtutes *T* 8 utique *Pf,* utuque *T* 15 preterea *T* 16 accidit *ex* acceit *T* 17 fuit quae *Pf,* fuitq. *T* 18 reseruauit *Pf,* reseruabit *T* 19 accedit *Pf,* accepit *T* 25 potestatisin *(*isi *in ras. ex* em*) T* promtu *Pf,* promtum *T* 26 expellatur ac fugetur *Heum* 28 eius idem *eruditus Brit. pag. 422 conl. Inst. IV 27, 2,* eiusdem *T*

spiritus inmundi, quando in corpora hominum inrepserint, ex-
iguntur, cum extorti et excruciati ac se daemonas confitentes
uerberanti se deo cedunt. quid ergo sperauerint de suis re- 8
ligionibus cumque sua sapientia | Graeci, cum uideant deos f. 39[a]
suos, quos eosdem daemonas esse non negant, per crucem ab
hominibus triumphari?

47 (52). Una igitur spes hominibus uitae est, unus portus 1
salutis, unum refugium libertatis, si abiectis quibus tenebantur
erroribus aperiant oculos mentis suae deumque cognoscant, in
quo solo domicilium ueritatis est, terrena et de terra ficta
contemnant, philosophiam, quae apud deum stultitia est, pro
nihilo conputent, sed uera sapientia id est religione suscepta
fiant inmortalitatis heredes. at enim repugnant non tam ue- 2
ritati quam propriae saluti cumque haec audiunt, uelut ali-
quod inexpiabile nefas detestantur. sed ne audire quidem 3
patiuntur, uiolari aures suas sacrilegio putant, si audierint, nec
iam maledictis abstinent, sed quantis possunt uerborum con-
tumeliis insectantur. idemque si potestatem nacti fuerint, uelut
hostes publicos persecuntur, immo etiam plus quam hostes,
quorum, cum bello uicti fuerint, aut mors aut seruitus poena
est nec ullus post arma deposita cruciatus, quamuis omnia
pati meruerint qui facere uoluerunt, | et inter mucrones locum f. 39[b]
pietas habet. inaudita est crudelitas, cum innocentia nec 4
uictorum hostium condicionem meretur. quae tanta huius fu-
roris est causa? scilicet quia ratione congredi non queunt,
uiolentia premunt, incognita causa tamquam nocentissimos

INSTITUTIONES 3—6] IV 27, 6—15. 5 quos—negant] IV 27, 15 (Homero). 7—13] IV 28, 1 s.; cf. III 30, 3—8. 13—18] V 1, 1. 3—7. 18—726, 8] V 9, 2—8.

AUCTORES 3 uerberanti deo] cf. oraculum Inst. I 7, 10 (pag. 27, 16).

T] 3 caedunt *T* 4 cumque] omnique *Da* 6 triumfari *T* 9 co-gnoscant *T* 10 de *bis, pr. del. T* 11 filosofiam *T* 12 sed] et *Pf* 13 ad *T* 15 ne audient quidem patienter *Heum*, patienter ⟨uolunt⟩ *Buen* 18 nacti *Pf*, acti *T* 19 publicos ⟨nos⟩ *Heum* 21 ullus *Pf*, ullis *T* 23 habet *Da coni. Inst. V 9, 3 (cf. etiam Buen)*, haberet *T*, habet. ⟨at⟩ *eruditus Brit. pag. 423* 24 que *T* 26 praemunt *T*

5 damnant, quia constare de ipsa innocentia noluerunt. nec
satis putant, si celeri ac simplici morte moriantur quos inra-
tionabiliter oderunt, sed eos exquisitis cruciatibus lacerant, ut
expleant odium, quod non peccatum aliquod, sed ueritas
parit: quae idcirco male uiuentibus odiosa est, quia aegre
ferunt esse aliquos quibus facta eorum placere non possunt.
hos omni modo cupiunt extinguere, ut possint libere sine teste
peccare.
1 48 (53). Sed haec facere se dicunt, ut deos suos defendant.
primum, si dii sunt et habent aliquid potestatis ac numinis,
defensione hominis patrocinioque non indigent, sed se ipsos
2 utique defendunt. aut quomodo ab iis homo sperare auxilium
potest, si ne suas quidem iniurias possunt uindicare? stultum
f. 40ª igitur et uanum, deorum esse uindices uelle, nisi quod ex eo |
3 magis apparet diffidentia. qui enim patrocinium dei quem
colit suscipit, illum esse nihili confitetur: si autem ideo
colit, quia potentem arbitratur, non debet eum uelle defendere
4 a quo ipse est defendendus. nos igitur recte. nam cum isti
defensores falsorum deorum aduersus uerum deum rebelles
nomen eius in nobis persecuntur, nec re nec uerbo repugnamus,
sed mites et taciti et patientes perferimus omnia quaecumque
aduersus nos potest crudelitas machinari. habemus enim
fiduciam in deo, a quo expectamus secuturam protinus ultionem.
5 nec est inanis ista fiducia, siquidem eorum omnium qui hoc
facinus ausi sunt miserabiles exitus partim cognouimus, partim
uidimus nec ullus habuit inpune quod deum laesit, set qui sit
uerus deus qui uerbo discere noluit, supplicio suo didicit.
6 uellem scire, cum inuitos adigunt ad sacrificium, quid secum

INSTITUTIONES 4 s.] V 21, 1. c. 48] V 19, 1—24. 9] V 19, 20 (sed—sacra). 10—18] V 20, 2. 12 s.] V 20, 4. 20—23] V 20, 10. 22–27] V 23. 28—727, 9] V 20, 5 s. 7 s.

AUCTORES 4 s.] Terent. Andr. I 1, 41.

T] 1 quia *Da conl. Inst. V 1, 5,* qui *T* 5 egre *T* 10 aliquid *Pf,* aliquod *T* 11 defensione *Pf,* defensionem *T* 16 nihili *Da,* nihilo *T* 24 fudicia (u *et* i *del. et corr. m. 2) T* 25 cognobimus *T* 26 uidimus *Da,* uidemus *T* lesit *T* 27 suplicio *T*

habeant rationis aut cui praestent quod faciunt. si diis, non
est ille cultus nec acceptabile sacrificium quod fit ingratis,
quod extorquetur per iniuriam, quod eruitur per dolorem; si 7
autem ipsis quos cogunt, | non est utique beneficium quod f. 40[b]
quis ne accipiat, etiam mori mauult. si bonum [non] est ad
quod me uocas, cur malo inuitas? cur non uerbis, sed uer-
beribus? cur non ratione, sed cruciatibus corporis? unde ap-
paret malum esse illut ad quod non inlicis uolentem, sed
trahis recusantem. quae stultitia est consulere uelle nolenti? 8
an si aliquis prementibus malis ad mortem confugere cogatur,
num potes, si aut gladium extorseris aut laqueum ruperis aut
⟨a⟩ praecipitio retraxeris aut uenenum effuderis, conseruatorem
te hominis gloriari, cum ille quem seruasse te putas nec gratias
agat et te male secum arbitretur egisse, quod mortem sibi
prohibueris optatam, quod ad finem, quod ad requiem malorum
peruenire non siueris? beneficium enim non ex qualitate rei 9
debet, sed ex animo eius qui accipit ponderari. cur pro bene-
ficio imputes quod mihi maleficium est? uis me deos tuos 10
colere, quod ego mihi mortiferum duco? si bonum est, non
inuideo, fruere solus bono tuo; non est quod uelis errori meo
succurrere quem iudicio ac uoluntate suscepi. si malum, | 11 f. 41[a]
quid me ad consortium mali rapis? utere sorte tua. ego
malo in bono mori quam in malo uiuere.

49 (54). Haec quidem iuste dici possunt. sed quis audiet, 1
cum homines furiosi et inpotentes minui dominationem suam

INSTITUTIONES 1—3] V 19, 22 s. 2 s.] V 19, 6. 5—9] V 19, 11. 5 s.] V 19, 6—8. 6 s.] V 19, 11 (uerbis—uerberibus). 10—16] haec non sunt in Inst. 16—18] V 20, 5 (—recusanti). 18—23] V 12, 3 s. (si uobis—amplectimur); 13, 10 s. 22] Vergilii locus non est in Instit.
AUCTORES 22] Verg. Aen. XII 932.

T] 1 prestent *T* 5 ne *Pf*, nec *T* non *eiecit Da* 9 quae∗ *(e er.) T in margine sinistro notas habet T, quarum prior pars cum extrema margine resecta est; Guil. Schmitzius legit et suppleuit haec* [quae stulti]tia est [consulere] uelle nolenti *cf. ad pag. 677, 19* 10 praementibus *T* conatur *Pf* 12 a praecipitio *Heum,* precipitio *T* 15 ᵖprᵒoibueris *sic T* 16 siueris *Da,* sinueris *T, quam formam uulgarem esse existimat Georges, lex. lat.*[7] *II pag. 2409, sed correctione hac* sineris (u superscr.) *orta uidetur,* sineris *'fortasse' Buen* 21 uolumtate *T*

putent, si sit aliquid in rebus humanis liberum? atquin reli-
2 gio sola est in qua libertas domicilium conlocauit. res est
enim praeter ceteras uoluntaria nec inponi cuiquam necessitas
potest, ut colat quod non uult. potest aliquis forsitan simu-
3 lare, non potest uelle. denique cum metu tormentorum aliqui
aut cruciatibus uicti ad execranda sacrificia consenserint, num-
quam ultro faciunt quod necessitate fecerunt, sed data rursus
facultate ac reddita libertate referunt se ad deum eumque pre-
cibus et lacrimis placant agentes non uoluntatis quam non
habuerunt, sed necessitatis quam pertulerunt paenitentiam, et
4 uenia satisfacientibus non negatur. quid ergo promouet qui
corpus inquinat, quando inmutare non potest uoluntatem? at
enim homines inanis cerebri si quem fortem adegerint libare
diis suis, incredibili alacritate insolenter exultant et quasi
f. 41b 5 hostem | sub iugum miserint, gaudent. si uero aliquis nec
minis nec tormentis territus fidem uitae anteferre maluerit, in
hunc ingenium suum crudelitas exerit, infanda et intolerabilia
molitur. et quia sciunt gloriosam esse pro deo mortem et
hanc nobis esse uictoriam, si superatis tortoribus animam pro
6 fide ac religione ponamus, et ipsi enituntur ut uincant. non
adficiunt morte, sed excogitant nouos inauditosque cruciatus,
ut fragilitas uiscerum doloribus cedat, et si non cesserit, diffe-
runt adhibentque uulneribus curam diligentem, ut crudis ad-
huc cicatricibus repetita tormenta plus doloris inmittant. et
⟨dum⟩ hanc aduersus innocentes carnificinam exercent, pios
utique se et iustos et religiosos putant — talibus enim sacris
d⟨ii⟩ eorum delectantur —, illos uero impios et desperatos nun-

INSTITUTIONES 1—5] V 19, 23. 11 (non est—potest). 5—12] V 13, 6—10 (—redeant). 12—729, 3] V 11, 11—17. 15—18] V 9, 12. 21] V 9, 10. 25—729, 3] V 9, 13 s.; 19, 6 s. 17.

T] 1 adquin *T* 3 preter *T* uolumtaria *T* 8 praecibus *T* 9 placant *Pf,* placat *T* uolumtatis *T* 10 penitentiam *T* 12 uolumtatem *T* ad *T* 13 forte *Da et Heum, sed cf. Inst. V 11, 15* 21 morte *Pf,* mortem *T,* in mortem *Buen conl. Tac. ann. IV 45* 25 dum—exercent *Da,* exercent *T; exercentes Pf; an* cum—exercent *? cf. Inst. VI 1, 9* cum uiuere se *eqs.* 27 dii eorum *Da conl. Inst. V 10, 17 et Buen conl. Inst. V 11, 18,* deorum *T*

cupant. quae ista est peruersitas, ut qui torquetur innocens 7
desperatus atque impius nominetur, carnifex autem iustus pius-
que dicatur?
50 (55). Sed recte ac merito puniri eos aiunt, qui publicas 1
religiones a maioribus traditas execrantur. quid? si maiores
illi stulti fuerunt | in suscipiendis religionibus uanis, sicut iam f. 42[a]
supra ostendimus, praescribetur nobis quominus uera et me-
liora sectemur? cur nobis auferimus libertatem et quasi ad- 2
dicti alienis seruimus erroribus? liceat sapere, liceat inquirere
ueritatem. sed tamen, si libet maiorum defendere ⟨religiones⟩, 3
cur inpune habent Aegyptii, qui pecudes et omnis generis bestias
pro diis colunt? cur de diis ipsis ⟨mimi⟩ aguntur et qui eos
facetius deriserit, honoratur? cur audiuntur philosophi, qui aut
nullos deos esse aiunt aut, si sunt, nihil curare nec humana
respicere aut nullam esse omnino quae regat mundum proui-
dentiam disserunt? sed soli ex omnibus impii iudicantur qui 4
deum, qui ueritatem secuntur. quae cum sit eadem iustitia,
eadem sapientia, hanc isti uel inpietatis uel stultitiae crimine
infamant nec perspiciunt quid sit quod eos fallat, cum et malo
uocabulum boni et bono mali nomen inponunt. plurimi qui- 5
dem philosophorum, sed maxime Plato et Aristoteles de iustitia
multa dixerunt adserentes et extollentes eam summa laude
uirtutem, quod suum cuique tribuat, quod aequitatem in omnibus
seruet: | et cum ceterae uirtutes quasi tacitae sint et intus f. 42[b]
inclusae, solam esse iustitiam quae nec sibi tantum conciliata

7 supra] c. 15 ss.

INSTITUTIONES 4—10] V 19, 3—5. 10—16] V 20, 12—14. 16—20] V 19, 7 s. (- inpiorum). 20—24 (aequitatem). 730, 6—9] V 14, 5 (ut Aristotelen—patronos). 7—13. 15. 19—15, 2; 17, 4 s. 24—730, 2] locus non est in Instit.

AUCTORES § 5—8] ad Ciceronis de rep. librum III (c. 7) refert Maius; uerba § 5 certe 'et cum—quam plurimis prosit' inde deriuata esse ostenditur locis Nonii pag. 373, 24; 299, 30.

T] 2 adque *T* 4 rectę *T* istulti *(i exp. et del.) T* 8 et] *eruditus Brit. pag. 28, dubitat tamen pag. 428,* sed *T* 10 religiones *add. Da conl. Inst. V 20, 12* 12 mimi *add. Da conl. Inst. V 20, 12* 13 filosofi *T* 14 sint *Heum* 15 prouidentiam *Pf,* prouidentia *T* 20 plurimi *Heum et Buen,* primuli *T* 21 filosoforum *T* 23 equitatem *T*

sit nec occulta, sed foras tota promineat et ad bene faciendum
6 prona sit, ut quam plurimis prosit; quasi uero in iudicibus
solis atque in potestate aliqua constitutis iustitia esse debeat
et non in omnibus. atquin nullus est hominum ne infimorum
quidem ac mendicorum in quem iustitia cadere non possit.
7 sed quia ignorabant quid esset, unde proflueret, quid operis
haberet, summam illam uirtutem, id est commune omnium
bonum paucis tribuerunt eamque nullas utilitates proprias aucu-
8 pari, sed alienis tantum commodis studere dixerunt. nec in-
merito extitit Carneades homo summo ingenio et acumine,
qui refelleret istorum orationem et iustitiam, quae fundamentum
stabile non habebat, euerteret, non quia uituperandam esse iu-
stitiam sentiebat, sed ut illos defensores eius ostenderet nihil
f. 43^a certi, nihil firmi de iustitia disputare. |
1 51 (56) ⟨1⟩. Nam si iustitia est ueri dei cultus — quid
enim tam iustum ad aequitatem, tam pium ad honorem, tam
necessarium ad salutem quam deum agnoscere ut parentem,
uenerari ut dominum eiusque legi et praeceptis obtemperare?
—, nescierunt ergo iustitiam philosophi, quia nec ipsum deum
2 agnouerunt nec cultum eius legemque tenuerunt. et ideo
refelli potuerunt a Carneade, cuius haec fuit disputatio, nul-
lum esse ius naturale itaque omnes animantes ipsa ducente

INSTITUTIONES 2—5. 7 s.] V 14, 16—20 (cf. 18 nemo deo— iustitia indiget). 6—9] V 15, 1. 9—14] V 14, 3—5; c. 16. 17 s.] V 18, 14—16. 19—731, 21] V 16. 19 s.] V 14, 12 s. 20—731, 8] V 16, 3 s.

TBP(a 15)] 3 adque *T* 4 adquin *T* infimorum *Da,* infirmorum *T* 6 proflueret *Pf,* p⌊r⌋ofluerent *(*r *in ras. ex* lu*) T* 7 commune *Pf,* communem *T* 11 refelleret *Pf,* refellet *T* storum *T* 14 *post* disputare *in imo fol.* 42^b *subscriptio haec* EXPL·DE OPIFICIO DI·IN̄C·EPITOMAE *T proxima pars Epitomae etiam codicibus BP seruata in his libros Institutionum, De ira dei, De opificio dei ut liber decimus sequitur;* DE OPIFICIO DIVINO LIBER VIIII EXPLICIT INCIPIT EPITOMEN *(sic)* LIBRI SEPTIMI LIBER X FELICITER *B;* CAECILI FIRMIANI DE OPIFICIO DĪ LIB̄ · VIIII EXPLIC̄ INCIPIT DE EPITOME LIBER DECIMVS *P* 15 nam *om., incipit a* Si *P* ⌜si⌝ B^3 16 enim *om. P* 17 deum *om. P* adgnoscere *B* 18 dm̃ *T, sed cf. c. 54, 4; Inst. V 18, 14* et] ut B^1, ⌜a⌝ut B^3 preceptis *T* 19 filosofi *TB* 20 adgnouerunt *B* 21 carneadae *T* 22 naturae *P* ducent *T*

natura commoda sua defendere et ideo iustitiam, si alienis
utilitatibus consulit, suas neglegit, stultitiam esse dicendam.
quodsi omnes populi penes quos sit imperium ipsique Romani 3
qui orbem totum possederint iustitiam sequi uelint ac suum
cuique restituere quod ui et armis occupauerunt, ad casas et
egestatem reuertentur. quod si fecerint, iustos quidem, sed
tamen stultos iudicari necesse est, qui ut aliis prosint, sibi
nocere contendant. deinde si reperiat aliquis hominem, qui 4
aut aurum pro orichalco aut argentum pro plumbo uendat per
errorem atque id emere necessitas cogat, utrum dissimula-
bit | et emet paruo an potius indicabit? si indicabit, iustus f.43[b]
utique dicetur, quia non fefellit, sed idem stultus, qui alteri
fecerit lucrum, sibi damnum. sed facile de damno est. quid? 5
si uita eius in periculum ueniet, ut eum necesse sit aut occidere aut mori, quid faciet? potest hoc euenire, ut naufragio facto inueniat aliquem inbecillum tabulae inhaerentem aut uicto exercitu fugiens reperiat aliquem uulneratum equo insidentem: utrumne aut illum tabula aut hunc equo deturbabit, ut ipse possit euadere? si uolet iustus esse, non faciet, sed idem stultus iudicabitur, qui dum alterius uitae parcit, suam prodet. si faciet, sapiens quidem uidebitur, quia sibi consulet, sed idem malus, quia nocebit.
52 (57). Acuta ista sane, sed respondere ad ea facillime 1(6)
possumus. inmutatio enim nominum facit, ut sic esse uideatur.

INSTITUTIONES 8—13] V 16, 7 s. 13—21] V 16, 9—11. 22 Acuta ista sane] V 16, 13 arguta—sunt. 22 s. sed—possumus] V 17, 2—8. 23—732, 17] V 17. 23—732, 2] V 14, 2; 17, 1; 19, 7 (nomina—inmutent, bonis—imponere).

TBP] 1 iustitiã** *(*et *er.)* *B* 2 consulet *B*[1], *corr.* *B*[3] necle-get *B* 4 possiderint *P*[1], *corr.* *P*[2] 5 causas *T* 8 repperiat *TBP*[ar] 9 aurichalco *P* 10 adque *T* coget *T,* cogit *B* dissimulauit *TB*[1], *corr.* *B*[2] 11 et emet—si indicabit *om.* *P* indicauit *utroque loco* *TB*[1], *corr.* *B*[2] 12 itaque *T,* itique *ex* itaque *P*[1?] 13 quod *B*[1] *(corr.* *B*[3]*)* *P* 14 illius *P* ueniat *P* 15 uenire *T* 16 inbeccillum *TB,* inbicillum *(alt.* i *ex* e) *P*[2] inh(a)erentem *B*[3], inherentem *(*ȩ *m. 2)* *P,* *in quo* ȩ *saepe add. m. 2* 17 repperiat *TBP*[ar] *equo *(*a *er.)* *BP* 18 deturbauit *(alt.* u *ex* b, *sic)* *B* 20 parcet *B* prodit *TP,* perdet *edd.* quidem sapiens uidebitur *B* 21 qui(a) *P*[2] consulit *P* 22 acuta] arguta *Inst. V 16, 13* sta *T* plane *Inst. ibid.* ea* *P* facillimae *TB*[ar] 23 esse* *(*t *er.)* *P* uideantur *P*

nam et iustitia imaginem habet stultitiae, non tamen est stul-
titia, et malitia imaginem sapientiae, non tamen sapientia est.
2(7) sed sicut malitia ista in conseruandis utilitatibus suis intelle-
gens et arguta non sapientia, sed calliditas et astutia est, ita
f.44ᵃ et ius|titia non debet stultitia, sed innocentia nominari, quia
necesse est et iustum esse sapientem et eum qui sit stultus
3(8) iniustum. nam neque ratio neque natura ipsa permittit, ut
is qui iustus est, sapiens non sit, quoniam iustus nihil utique
facit nisi quod rectum et bonum est, prauum et malum semper
4(9) fugit. quis autem discernere bonum et malum, prauum et
rectum potest nisi qui sapiens fuerit? stultus autem male
facit, quia bonum et malum quid sit ignorat, ideo peccat, quia
non potest recta et praua discernere. non potest igitur neque
5(10) stulto iustitia neque iniusto sapientia conuenire. ergo stultus non
est qui nec tabulà naufragum nec equo saucium deiecerit, quia
se abstinuit a nocendo, quod est peccatum; peccatum autem
6(11) uitare sapientis est. sed ut stultus prima facie uideatur, illa
res efficit, quod extingui animam cum corpore existimant:
7(12) idcirco omne commodum ad hanc uitam referunt. si enim
post mortem nihil est, utique stulte facit qui alterius animae
parcit cum dispendio suae aut qui alterius lucro magis quam
suo consulit. si mors animam delet, danda est opera quo
f.44ᵇ diutius commodiusque uiuamus: si autem uita | post mortem

INSTITUTIONES 1—14] V 17, 25—28. 14—17] V 17, 10. 20—22. 27. 31. 17—733, 4] V 18, 1—3.

TBP] 1 stultitia est *T*, ēst s̄tultitia *transposuit* *B*² 2 imaginem] ꞌiꞌmaginem habet *T*, imaginẽ *(˜ m. 2) P* 3 sed *om. T* militia *P*¹, *corr. m. recentissima* in *casu extersum restituit* *P*² 4 calliditas] auiditas *P* et *B, cf. Inst. V 17, 32. 33,* uel *T*, uel et *P* 6 et *om. B* ˌiustũˌ *P*¹? 7 ratione *T* ꞌnaturaꞌ *B*² 8 est] esset *T* 10 discernern *(n exp. et del.) T* 11 poterit *edd.* qui∗ *(a er.) P* 12 & malum *in mg. add. P*² 13 igitur] ergo *T* 14 iniusto] iusto *T* ergo stultus] stultus igitur *T* 15 ∗equo *(a er.) P* 17 ꞌutꞌ *B* 18 effecit *P* aestimant *T* 19 idcircoˌq.ˌ *P*² *ante* omne *4 uel 5 litt. eras. P* 20 stultˌeˌ *P*² 21 dum (ᶜ) *(d del.) B* 22 consulet *B* del&ᶜ danda *(i. e.* delectanda *corr. m. 1?) P* quo diutius *B*¹, quo∗iuꞌsꞌtius *B*³, quod iustius *T*, quoduis *P; cf. Inst. V 18, 2*

superest aeterna et beata, hanc utique corporalem cum omnibus
terrae bonis iustus et sapiens contemnet, qui scit quale a deo
sit praemium recepturus. teneamus igitur innocentiam, te- 8(13)
neamus iustitiam, subeamus imaginem stultitiae, ut ueram
sapientiam tenere possimus. et si hominibus ineptum uidetur
ac stultum torqueri et mori malle quam libare diis et abire
sine noxa, nos tamen omni uirtute omnique patientia fidem
deo exhibere nitamur. non mors terreat, non dolor frangat, 9(14)
quominus uigor animi et constantia inconcussa seruetur. ⸗ stultos⸗
uocent, dummodo ipsi stultissimi sint et caeci et hebetes et
pecudibus aequales, qui non intellegunt esse mortiferum re-
licto deo uiuo prosternere se atque adorare terrena, qui nesci-
unt et illos aeternam poenam manere qui figmenta insensibilia
fuerint uenerati et eos qui nec tormenta nec mortem pro cultu
et honore ueri dei recusauerint, uitam perpetuam consecuturos.
haec est fides summa, haec uera sapientia, haec perfecta iu- 10(15)
stitia. nihil ad nos adtinet quid iudicent stulti aut quid ho-
munculi sentiant: nos iudi|cium dei expectare debemus, ut eos f.45[a]
postmodum qui de nobis iudicauerint iudicemus.

53 (58). Dixi de iustitia, quid esset: sequitur ut ostendam 1(16)
quod sit uerum sacrificium dei, qui iustissimus ritus colendi,
ne quis arbitretur aut uictimas aut odores aut dona pretiosa

INSTITUTIONES 2—15] V 18, 8—13. 16. 16—19] V 23. c. 53] cf. VI 25. 20 s.] VI 1, 2 (—coli oporteat). 22—734, 5] VI 1, 5 s.; 2, 1 s.

TBP] 1 eterna *T* 2 bonae (ae *in ras. ex* is? *m. 2) P* sapien*s (i *er.) T* contem*net (p *er.) P* quia (a *s. l. add. m. 1?) P edd.* scit *B*¹*P,* sciet *T,* sci⌜e⌝t *B*³ a deo] abeo *B*¹, *corr. B*² 4 stultitia⌜e⌝ *B* 5 ⌞et si⌟ *P*² 6 uelle *B, sed cf. Inst. V 18, 12* libare diis *T,* liberā|di se *B,* liberare dī *P* 7 tam *T* uir**tute (ui *er.) T* 8 ⌞dō⌟ *P*² ex-⌜h⌝ibere *B*³*P,* exibere *T* *alt.* non *T,* nec *B,* ac nec *P* 10 sint stultissimi *P* stultissimi—hebetes] heuetes et caeci *B* h⌞e⌟betes *P*² 12 adque *T* 13 aeternam *om. P* fingmenta *B*ᵃᶜ 14 uenerati] adorati *T* morte *T* cultui *T* 15 recusauerint] non recusauerunt *sic T,* recusaueri⌜n⌝t *B*³ 16 fides summa] fidissima *(tert.* i *ras. ex* u*) B* fides *om. P* haec uera sapientia *om. T* iustitia *om. T, in ras. P* 17 adtinet *om. P* quid iudicent *om. T* aut *om. T* ⌜h⌝omunculi *B* 19 iudicant *T* 20 ⌜dixi de⌝ *P*² iustitiam *T,* iusti⌜ti⌝a *P*² 21 qui] qui sit *T* 22 odorē *P* praetiosa *BP*¹, *pr.* a *exp. P*²

desiderari a deo, a quo si fames, si sitis, si algor, si rerum
omnium terrenarum cupiditas abest, non ergo utitur his omni-
bus quae templis diisque fictilibus inferuntur. sed sicut cor-
poralibus corporalia, sic utique incorporali incorporale sacri-
2(17) ficium necessarium est, illis autem quae in usum tribuit
homini deus, ipse non indiget, cum omnis terra in ipsius sit
potestate: non indiget templo cuius domicilium mundus est,
non indiget simulacro qui est et oculis et mente inconprehen-
sibilis, non indiget terrenis luminibus qui solem cum ceteris
3(18) astris in usum hominis potuit accendere. quid igitur ab ho-
mine desiderat deus nisi cultum mentis, qui est purus et sanc-
tus? nam illa quae aut digitis fiunt aut extra hominem sunt,
f. 45[b] inepta fragilia ingrata sunt. hoc est sacrificium uerum, | non
quod ex arca, sed quod ex corde profertur, non quod manu,
sed quod mente libatur, haec acceptabilis uictima est quam
4(19) de se ipso animus immolauerit. nam quid hostiae, quid tura,
quid uestes, quid aurum, quid argentum, quid pretiosi lapides
conferunt, si colentis pura mens non est? sola ergo iustitia
est quam deus expetit: in hac sacrificium, in hac dei cultus
est. de quo nunc mihi disserendum est docendumque in quibus
operibus iustitiam necesse sit contineri.

1 54 (59) ⟨2⟩. Duas esse humanae uitae uias nec philosophis
ignotum fuit nec poetis, sed eas utrique diuerso modo indu-

INSTITUTIONES 5—7. 9 s.] VI 2, 3—5. 10—16] VI 1, 4; 2, 12 s. 16 nam quid hostiae] VI 2, 9. 18—21] VI 2, 14. 22—735, 1] VI 3, 1.

AUCTORES c. 54 ss.] cf. Oscarii a Gebhardt et Funkii locos ad Inst. VI 3 adlatos.

TBP] 1 a quo] quod *T*, a quo∗ *P* famis *B* 2 terrenorum *P* adest *T* 3 que *TP*[1], quę *P*[2] 4 corporalia] corporale *B* sic *om.* *P* incorporali *om.* *B*[1], ⸢corporalibus⸣ *B*[3] 5 illi'∗ (s *er.*, ' *distinctionem add. m. 2)* *B* āūtem qūāe *B* 6 in *om.* *T* in⸢di⸣get *T* 7 in⸢di⸣get *T* 8 inconpraehensibilis *B*, incompr∗ehensibilis (a *er.)* *P* 9 lum⸢i⸣nibus *T*[2] 10 hominis] hominibus *B*, *sed cf. Inst. VI 2, 3* 12 qu⸢a⸣e *B*[1?] di-g⸢i⸣tis *B* 14 manu∗ (s *? er.)* *P* 16 se *om.* *T* ⸤ipso an⸥imus *B* im-molat *B* 17 quid argentum quid aurum *T*, *sed cf. Inst. VI 1, 8; 25, 6* praetiosi *BP*[1], a *exp.* *P*[2] 18 conferuntur *P* 19 h⸤a⸥c (*ante* sacrificium) *B*[3] *alt.* hac (a *in ras. ex* o *?)* *B*[3], ⸢hac⸣ *P* 20 *alt.* est *om.* *B* 22 filosofis *T*, philosofis *P*

xerunt. philosophi alteram industriae, alteram inertiae esse
uoluerunt, sed hoc minus recte, quod eas ad sola uitae huius
commoda rettulerunt. melius poetae, qui alteram iustorum, 2
alteram impiorum esse dixerunt: sed in eo peccant, quod eas
non in hac uita, sed aput inferos esse aiunt. nos utique 3
rectius, qui alteram uitae, alteram mortis et hic tamen esse
has uias dicimus. sed illa dexterior, qua iusti gradiuntur, non
in Elysium fert, sed in caelum — immor|tales enim fiunt —, f. 46[a]
sinisterior ad Tartarum: aeternis enim cruciatibus addicuntur
iniusti. tenenda est igitur nobis iustitiae uia, quae ducit ad
uitam. primum autem iustitiae officium est deum agnoscere 4
eumque metuere ut dominum, diligere ut patrem. idem enim
qui nos genuit, qui uitali spiritu animauit, qui alit, qui saluos
facit, habet in nos non modo ut pater, uerum etiam ut do-
minus licentiam uerberandi et uitae ac necis potestatem, unde
illi ab homine duplex honos, id est amor cum timore debetur.
secundum iustitiae officium est hominem agnoscere uelut fratrem. 5
si enim nos idem deus fecit et uniuersos ad iustitiam uitam-
que aeternam pari condicione generauit, fraterna utique necessi-
tudine cohaeremus: quam qui non agnoscit, iniustus est. sed 6
origo huius mali, quo societas inter se hominum, quo necessi-
tudinis uinculum dissolutum est, ab ignoratione ueri dei na-
scitur. qui enim fontem illum benignitatis ignorat, bonus

INSTITUTIONES 1 s. (—uoluerunt)] VI 3, 2 (—uitiorum). 2 s.] VI 3, 4—6 (—spectat) 9 (ad—rettulerunt). 3—5] VI 3, 9 (poetae—proposuerunt). 5—7] VI 3, 10 s. 7—10] VI 4, 1 s. 5. 10 s. tenenda—uitam] VI 4, 14. 11 s.] VI 9, 1. 11—16] VI 9, 24; cf. V 18, 14—16. 17—736, 1] V 6, 12; VI 9, 24—10, 6. 8.

TBP] 1 filosofi *T*, philosofi *P* 2 rect*e *(a er.) BP* quod⁼ *T* so⌈la⌉ *P*[2] 3 commoda *(d ex* t*) B* retulerunt *P* 4 inpiorum *B* 5 apud *BP* 6 alteram uitae *om. T* 7 di^c^ximus *(x del. et corr. m. 1) B* gradientur *B* 8 aelysium *B*, elypsium *P* inmortalis *B* 10 igitur *om. B* 11 agnoscere] adgnoscere ut parentem *B* 12 id⌊em⌋ *P*[2] 13 qui *(ante* nos*) om. T supra* spũ *eras.* spiritu *ut uid. P* 14 dñ⌊s⌋ *P*[2] 17 ⌈est⌉ *T*[2] adgnoscere *B* 18 ⌈nos⌉ *B* et] ut *P* 20 coheremus *TB*[1] *(corr. B*[3]*) P*[1], *pr.* e *in* ę *corr. P*[2] adgnoscit *B* in⌈i⌉ustus *T*[2] 22 dĩ *(~ add. m. 2) T* n^a^oscitur *(a m. 1,* o *exp. m. 2) P*

esse nullo pacto potest. Inde est quod ex eo tempore quo dii multi consecrari ab hominibus colique coeperunt, fugatâ sicut f. 46[b] poetae ferunt iusti|tià diremptum est omne foedus, dirempta
7 societas iuris humani. tum sibi quisque consulens ius in uiribus conputare, nocere inuicem, fraudibus adgredi, dolis circumscribere, commoda sua aliorum incommodis adaugere, non cognatis, non liberis, non parentibus parcere, ad necem hominum pocula temperare, obsīdere cum ferro uias, maria infestare, libidini autem qua furor duxerat frena laxare, nihil denique sancti habere quod non cupiditas infanda uiolaret.
8 cum haec fierent, tum leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut se interim tutos ab iniuriis facerent. sed metus legum non scelera conprimebat, sed licentiam submouebat. poterant enim leges delicta punire, conscientiam punire
9 non poterant. itaque quae ante palam fiebant, clam fieri coeperunt: circumscribi etiam iura, siquidem ipsi praesides legum praemiis muneribusque corrupti uel in remissionem malorum uel in perniciem iustorum sententias uenditabant. his acce-

INSTITUTIONES 1—4] V 5, 9. 13 s.; 6, 10 s. 4—10] V 9, 15—17 (—profanent). 11 s. cum—communi] VI 9, 2 s. gentis—utile. 12 s. sed—submouebat] VI 9, 5. 16—18] V 9, 17 (*a* qui si iudices).
AUCTORES 4 ius in uiribus] cf. Sallust. Hist. I 33 Dietsch. 11 ss.] fort. Tulliana esse existimat Maius ad Cic. de rep. III, XIV (13, 23), ed. 1822 pag. 241 adn. 4.

TBP] 1 ex *om. B*[1] *(s. l. B*[3]*) P* 2 consacrari *T* 3 iustitia] iustitia sic** (ut *er.) B* direptum *TP*, diremptus *B*[1], diremptũ* *B*[3] f'o'edus *B*[3] direpta *TB*[1] *(corr. B*[3]*) P* 4 consulere *BP* *u'i'ribus *ex* iuribus *T* 5 cõ|putare *B* adgraedi *B* 6 'a'liorum *(*a *s. l. add. et* i *in ras. m. 3) B* incommodis] commodis *T* 7 cognatis *(*a *in ras. ex 3 fere litt. m. 2) P* 8 mari *B* 9 qua] quauni *et in mg.* rum *(add. m. 2 ?) P;* quo *edd., recte? cf. Inst. VI 21, 4* furor *om. P* duxerit *edd.* 10 sancti *P*[2] cupiditas infanda non *BP* 12 't'utos *P*[1?] 13 conpraemebat *B*[ac], cõprimebant *(exp. m. 2) P* 14 punire *om. P* conscientiam] **licentiam *P* punire *P*, munire *TB*, *sed cf. de ira dei 8, 9* 15 itaquae *(exp. m. 2) P* quae *om. TP* antea *T, recte?* fiebant clam fieri *om. T* 17 premiis *T* corrubti *P*[1], *in ras. corr. P*[2] remissionem *Pf*, remissione *T*, remunerationem *BP*, *illud cum Da et Buen recepi conl. Inst. V 9, 17* noxios inpune dimittant 18 perniciem *(*c *in ras. ex* t *m. 2) P* iustorum *BP*, bonorum *T edd., sed ut contrarium ex* malorum *deriuatum uidetur; si-*

debant dissensiones et bella et mutuae depraedationes et op-
pressis legibus saeuien|di potestas licenter adsumpta. f. 47[a]
55 (60). In hoc statu cum essent humanae res, misertus 1(10)
nostri deus reuelauit se nobis et ostendit, ut in ipso religio-
nem fidem castitatem misericordiam disceremus, ut errore uitae
prioris abiecto simul cum ipso deo nosmet ipsos, quos inpietas
dissociauerat, nosceremus legemque diuinam, quae humana cum
caelestibus copulat, tradente ipso domino sumeremus, qua lege
uniuersi quibus inretiti fuimus errores cum uanis et impiis
superstitionibus tollerentur. quid igitur homini debeamus, 2(11)
eadem illa lex diuina praescribit, quae docet quidquid homini
praestiteris deo praestari. sed radix iustitiae et omne funda- 3(12)
mentum aequitatis est illut, ut non facias quod pati nolis, sed
alterius animum de tuo metiaris. si acerbum est iniuriam
ferre et qui eam fecerit uidetur iniustus, transfer in alterius
personam quod de te sentis et in tuam quod de altero iudicas,
et intelleges tam te iniuste facere, si alteri noceas, quam
alterum, si tibi. haec si mente uoluamus, innocentiam tene- 4(13)
bimus, in qua iustitia uelut primo gra|du insistit. primum f. 47[b]

INSTITUTIONES 1 s.] cf. V 8, 6; 5, 11. 3—10] V 7, 1 s. 4 s. (religionem . . misericordiam)] VI 10, 2 set—nominatur. 7 s. (legemque diuinam)] VI 8, 6 (—caelestis). 7 quae—copulat] VI 10, 2. 8 s. tradente ipso domino] VI 8, 12. 10—12] VI 10, 1. 12—18] VI 23, 32 (*a* nos ipsos). 18 s.] V 17, 21. 31; 22, 5; VI 18, 12. 19 s. primum—prodesse] VI 11, 2 ergo si—necesse est.

milis oppositio ap. Cyprian. ad Demetr. c. 11 (pag. 359, 4) inpunitatem consecuntur mali, dum modesti tacent his accedebant *om.* *P*

TBP] 1 oppressis *(i ex* e *m. 2)* *P* 2 legib; *ex* lec $P^{2?}$ seuiendi *T* adsumta B^3 3 misertus est *B*, miser*tus *(i ? er.)* *P* 4 ut *in ras. ex 3 fere litt.* P^2 relegionē *(alt.* e *ex* i*)* P^2 5 errore uite P^2 6 impietas *P* 7 nosceremus] disceremus *B* legēq. (q. *add. m. 2 ?)* *P* humana P^2 8 caelestibus B^3 tradentem *T* 9 errores *(alt.* e *ex* i *m. 2)* *P* impiis *T* 10 igitur] enim *B* 11 perscribit *T* quidquic *ut uid.* P^1, quicquid *corr.* P^2 12 prestiteris *T* prestari *TB* 13 illud *P* facias] facias ulli *(ex* illut *corr. m. 1 uel 2)* *B* nollis *B* 14 mitiaris B^1, *corr.* B^3 aceruum B^1, *corr.* B^2 16 de *ante* te] in *P* 17 intellegis *BP* sī *T* 19 primo] primo est *P* consistit *B*, institita *(a in erasa interpunctione ut uid. m. 2) sic* *P*

5(14) est enim non nocere, proximum prodesse. sed sicut in ru-
dibus agris priusquam serere incipias, euulsis sentibus et omni-
bus stirpium radicibus amputatis arua purganda, sic de nostris
animis prius uitia detrahenda sunt et tunc demum uirtutes
inserendae, de quibus seminatae per uerbum dei fruges uirtutis
oriantur.
1(15) 56 (61). Tres adfectus uel ut ita dicam tres Furiae sunt,
quae in animis hominum tantas perturbationes cient et inter-
dum cogunt ita delinquere, ut nec famae nec periculi sui re-
spectum habere permittant, ira, quae uindictam cupit, aua-
2(16) ritia, quae desiderat opes, libido, quae adpetit uoluptates. his
uitiis ante omnia resistendum est, hae stirpes eruendae, ut
uirtutes inseri possint. hos adfectus Stoici amputandos, Peri-
patetici temperandos putant, neutri eorum recte, quia neque
in totum detrahi possunt, siquidem natura insiti certam habent
magnamque rationem, neque deminui, quoniam si mala sunt,
f.48ª carendum est etiam mediocribus, si bona, inte|gris abutendum

INSTITUTIONES 1—6. 12 s.] VI 15, 8 s. 7—11] VI 19, 4; cf. 13, 8—10; 15, 5 s. 11—739, 22] VI 14, 2—c. 17. 13—739, 1 s.] VI 14, 2. 7 s.; 15; 16, 1—6; 17, 9; 19, 1.

TBP] 1 proximum *in* proximo sed *corr.* *B*² prodeesse *T*, prodesse *om.* *P*¹, *in mg. add.* *P*² sed *in* et *corr.* *B*² si ut *P* 2 reuulsis *P* sen͵ti͵b: *P*² omnium *TP, sed* niũ *in ras. ex* nib; *ut uid.* *P*² 3 stirpum *B*, styrpium *P* 4 uirtutes *(e ex* i *m. 2) P* 5 uirtutis *T*, *recepi coni. loco Inst. VI 15, 8;* inmortalitatis *(*imm- *P) BP edd. (Pfaffii culpa, qui* immortalitatis *tamquam ex T edidit), quod fort. ex c. 30, 1—4 inlatum sano sensu caret;* de quibus *ad* nostris animis *referendum esse ostenditur loco illo Inst.* 7 affectus *B* ita *om.* *T* furi⌜ae⌝ *T* 8 *supra* hominum *10 fere litteras nunc euanidas, quarum primae* res *uel* ses, *extremae* um, *add. m. poster. (eadem quae est pag. 677, 19) in T* perturbationes *(alt.* e *ex* i *m. 2) P* scient *T (sed* s *add.* *T*²?*) P* 9 cocunt *T*¹, *corr.* *T*²? fam⌜a⌝e *T* per⌜i⌝culi *T* 10 iram *T* uindictim *(*i *del.) T* 11 a⌜d⌝petit *T*, adpetet *B*¹, *corr.* *B*³, appetit *P* hiis *T* 12 hae* *(*c *er.) P* 13 seri *BP* possent *B*¹, *corr.* *B*³ affectus *B* amputandos] temperandos *P* Peripatetici temperandos *in mg. add.* *P*³ 14 neut⌜e⌝ri *(*i *exp. et del.) B* 15 in totum *B*, in tutum *P*¹, *corr.* *P*² naturaṁ *(exp. m. 3) B* insiti *T* habent certam *(*m *in ras. ex eodem* m *B*³*) BP* 16 rationem *(*m *in ras. ex eodem* m *m. 3, supra* m *correctio erasa) B* diminui *T* 17 est *om.* *P*

est. nos uero neque detrahendos neque minuendos esse di- 3(17)
cimus. non enim per se mala sunt quae deus homini ratio-
nabiliter inseuit, sed cum sint utique natura bona, quoniam
ad tuendam uitam sunt adtributa, male utendo fiunt mala. et 4(18)
sicut fortitudo, si pro patria dimices, bonum est, si contra
patriam, malum, sic et adfectus, si ad usus bonos habeas,
uirtutes erunt, si ad malos, uitia dicentur. ira igitur ad coer-
citionem peccatorum id est ad regendam subiectorum disci-
plinam data est a deo, ut metus licentiam conprimat et conpescat
audaciam, sed qui terminos eius ignorant, irascuntur paribus
aut etiam potioribus: inde ad inmania facinora prosilitur, inde
ad caedes, inde ad bella consurgitur. cupiditas quoque ad 5(19)
desideranda et conquirenda uitae necessaria tributa est, sed
qui nesciunt fines eius, insatiabiliter opes congerere nituntur:
hinc uenena, hinc circumscriptiones, hinc falsa testamenta, hinc
omnia fraudum genera eruperunt. libidinis autem adfectus 6(20)
ad procreandos | liberos insitus et innatus est, sed qui limites f.48[b]
eius in animo non tenent, utuntur eo ad solam uoluptatem:
inde inliciti amores, inde adulteria et stupra, inde omnes cor-
ruptelae oriuntur. redigendi sunt ergo isti adfectus intra 7(21)
fines suos et in uiam rectam dirigendi, in qua etiamsi sint
uehementes, culpam tamen habere non possunt.

INSTITUTIONES 1—3 (—inseuit)] VI 15, 3 s. 1—7] VI 16, 7 s.; c. 17; 19, 5. 5—7] VI 14, 3 s. 7—12] VI 16, 10 (irasci); 19, 6—10. 12—16] VI 16, 10 (cupere); 19, 6. 9 s.; cf. VI 17, 10. 14. 16–20] VI 16, 9 s. (libidine commoueri); VI 19, 6. 9 s. 20—740, 2] VI 16, 11; 17, 9. 12; 19, 11.

TBP] 3 inseruit *B* bon*a *(i er.) B* 4 ⌜a⌝d *B* adtributa *TP*[1], attributa *BP*[2] fiant *B* et *om. B* 5 dimicemus *T* 6 malum] malum est *B* affectus *B* habeat *T* 8 regemdam (n *supra* m) *(m del.) T* 9 a deo *om. T, fort. recte* conpremat *(e ex i) sic B,* cō|pescat *TB* 10 ignorat irascitur *BP* 11 po*tiorib: *(n ? er.) P* proselitur *P*[1], *corr. P*[2] 12 cædes *(æ ex a m. 2) P* quoque] quae *ut uid. B*[1], *ue⌜r⌝o *B*[2] 13 conquirenda *(e in ras. ex a ? m. 3) B* 14 insatiabiliter *(pr. t ex c m. 2) P* congere⌜re⌝ *P*[2] 15 uenena *(u ex b) B* circumscribtiones *TB* 16 fraud⌜i⌝um *P*[2] gener⌜a⌝ *P* 17 liberos] filios *B* natus *B* 18 in *om. BP* utuntur] ut in *T* 19 inlicent *T,* ⌜in⌝liciti *B*[2] corruptel⌜a⌝e *B* 20 redigendi *(alt. i ex o) B* 21 in *om. T* redigendi *B* 22 uehementius *P* possint *BP*

1 57 (62) ⟨3⟩. Cohibenda est ira, cum patimur iniuriam, ut et
malum conprimatur quod ex certamine inpendet et duas ma-
ximas uirtutes, innocentiam patientiamque, teneamus. auaritia
2 frangatur, cum habemus quod satis est. quis enim furor
est in iis coaceruandis laborare quae aut latrocinio aut pro-
3 scriptione aut morte ad alios necesse sit peruenire? libido
extra legitimum torum non euagetur, sed creandis liberis seruiat.
adpetentia enim nimia uoluptatis et periculum parit et infa-
miam generat et, quod est maxime cauendum, mortem adquirit
aeternam. nihil est enim tam inuisum deo quam mens in-
4 cesta et animus inpurus. nec hac sola uoluptate abstinendum
f.49a sibi quis putet quae capitur ¦ ex feminei corporis copulatione,
sed et ceteris uoluptatibus sensuum reliquorum, quia et ipsae
5 sunt uitiosae et eiusdem uirtutis est eas contemnere. ocu-
lorum uoluptas percipitur ex rerum pulcritudine, aurium de
uocibus canoris et suauibus, narium de odore iucundo, saporis
de cibis dulcibus: quibus omnibus uirtus repugnare fortiter
debet, ne his inlecebris inretitus animus a caelestibus ad ter-
rena, ab aeternis ad temporalia, a uita inmortali ad poenam
6 perpetuam deprimatur. in saporis et odoris uoluptatibus hoc

INSTITUTIONES 1—3] VI 18, 17—26. 29—32. 3—6] VI 12, 33—36. 6 s.] VI 23, 13 s. 8 s.] hoc non est in Instit. 13 s.] VI 20, 1. 14—20] VI 20, 2—5. 17—20] VI 22, 3—5. 20—741, 1] VI 22, 1.

TBP] 1 *post* iniuriam *30 fere litt. eras. P* 2 cõ*|primatur *(*n *er.,* ~ *m. 2) P* 4 furos (s *del. et corr. m. 2) T* 5 iis *scr.,* his *TBP* coarguendis, *sed* a *incertum, B*[1], congerendis *B*[2] labo⌜ra⌝re *P*[2] proscribtione *TB* 6 alienos *P* 8 adpe**tentia* *(*ni *et* m *er.) B* nimię *P* uoluptatis *(*i *ex* e *m. 2) P* parit** *(*er *er.) B* 9 maximạe *(exp. m. 2) P* adquirit *(alt.* i *ex* a*) B* 10 enim *om. P* 11 impurus *ex* inpurus *P*[2] 12 quis *om. BP* quae] qui *P* corpus *B*[1], corpo⌜ri⌝s *B*[2] 13 sensum *TB*[1], *corr. B*[2] ipsae *(*ae *in ras. ex 1 uel 2 litt. m. 2) B,* ipsæ *(*æ *ex* a *m. 2) P* 14 ⌜s⌝unt *B*[2] uitios⌜a⌝e *B*[2] contem*nere *(*p *er.) P* 15 pulchritudine *BP* aurium—suauibus *om. T* 16 canori⌞s⌟ *P*[2] suaui⌜tati⌝bus *B*[3] suaui⌞b; n⌟arium *P*[2] sapore *P* 17 quis (i *sup.*) *B,* quibus *(*bus *in ras. ex 3—5 litt.) P* 19 a] a* *(*d *er.) B* immortali* *(*i *er.) P* perpetuam poenam *B* 20 deprimatur *(*i *in ras. ex* e *? m. 2) P* uoluptate *B*

periculum est, quod trahere ad luxuriem possunt. qui enim fuerit his deditus, aut non habebit ullam rem familiarem aut si habuerit, absumet et aget postmodum uitam detestabilem. qui autem capitur auditu, ut taceam de cantibus qui sensus intimos ita saepe deleniunt, ut etiam statum mentis furore perturbent, compositis certe orationibus numerosisque carminibus aut argutis disputationibus ad impios cultus facile traducitur. inde est quod scriptis caelestibus, quia uidentur in- 7
compta, non facile credunt qui aut ipsi sunt di|serti aut diserta f.49b
legere malunt: non quaerunt uera, set dulcia, immo illis haec uidentur esse uerissima quae auribus blandiuntur. ita respuunt ueritatem, dum sermonis suauitate capiuntur. uoluptas uero 8
quae spectat ad uisum multiformis est. nam quae percipitur ex rerum pretiosarum pulcritudine, auaritiam concitat, quae aliena esse debet a sapiente atque iusto, quae autem capitur de specie mulierum, in alteram cadit uoluptatem, de qua iam superius locuti sumus.

58 (63) ⟨4⟩. Superest de spectaculis dicere, quae quoniam 1
potentia sunt ad corrumpendos animos, uitanda sapientibus et cauenda sunt, tum, quod ad celebrandos deorum honores inuenta memorantur. nam munerum editiones Saturni festa 2

17 superius] c. 56, 6.

INSTITUTIONES 1—3] haec non sunt in Instit. 4—12] VI 21. 12—15] VI 20, 6 s. 15—17] VI 23, 5 s. 18—20] VI 20, 8 s. 20—742, 3] VI 20, 34—36.

TBP] 1 luxuriam *BP* 2 his *in mg. P* 3 adsumet *TB*¹, *corr. B*³ 4 capitur *eruditus Brit. pag. 425 conl. § 7 et Inst. VI 21, 3. 4;* rapitur *TBP* c(a)entibus *(*e *del. et corr. m. 2) T* 5 saepe] se *T* deleniunt ut] deliniuntur *m. 1,* deleniuntůt, *alt.* e *ex* i *m. 3,* ' *distinctionem add. et alt.* t *ex* r *corr. m. 2 B,* deliniunt ut *P* 6 conpositis *B,* cõ*positis *ex* conp- *? P*² 7 transducitur *B* 8 scribtis *TB* incomta *T* 9 quia *B* 10 sed *BP* 11 it *P* 12 suauitatem *T* 13 *alt.* qu⌜a⌝e *B* 14 praetiosarum *TBP*¹, *corr. P*² pulchritudine *BP* qu⌜a⌝e *B*² 15 adque *T* 16 iam *om. T* 18 qu⌜a⌝e *B* 19 potentia sunt *TB*¹ *(*potentior⌜as⌝unt *B*²*),* potentia**sunt *P* animo⌜s⌝ *P* 20 tunc *P* celebrandos *(*os *ex* um *m. 1?) B* honeris *P*¹, *corr. P*² 21 numerum *T* muneru(m)*editiones *(*a *er.) B* editiones *(alt.* e *ex* i *m. 2) P* festa *(*f *part. ras. ex* u*) B*

sunt, scaena Liberi patris est, ludi uero circenses Neptuno di-
cati putantur, ut iam qui spectaculis interest, relicto dei cultu
3 ad profanos ritus transisse uideatur. sed ego de re malo
dicere quam de origine. quid tam horribile, tam taetrum
quam hominis trucidatio? ideo seuerissimis legibus uita nostra
f. 50[a] munitur, ideo bella ex|ecrabilia sunt. inuenit tamen consuetudo
quatenus homicidium sine bello ac sine legibus faciat, et hoc
4 sibi uoluptas quod scelus uindicauit. quodsi interesse homi-
cidio sceleris conscientia est et eidem facinori spectator ob-
strictus est cui et admissor, ergo et in his gladiatorum cae-
dibus non minus cruore perfunditur qui spectat quam ille qui
facit, nec potest esse inmunis a sanguine qui uoluit effundi,
aut uideri non interfecisse qui interfectori et fauit et praemium
5 postulauit. quid? scaena num sanctior? in qua comoedia de
stupris et amoribus, tragoedia de incestis et parricidiis fabu-
6 latur. histrionum etiam inpudici gestus, quibus infames fe-
minas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent.
nam mimus corruptelarum disciplina est, in quo fiunt per ima-
ginem quae pudenda sunt, ut fiant sine pudore quae uera sunt.
7 spectant haec adulescentes, quorum lubrica aetas, quae frenari
ac regi debet, ad uitia et peccata his imaginibus eruditur.
8 circus uero innocentior existimatur, sed maior hic furor est,

INSTITUTIONES 3—14] VI 20, 10—14. 26. 14—21] VI 20, 27—31. 22—743, 6] VI 20, 32 s.

TBP] 1 caena *B*[1], s *add.* *B*[2], scena *P* cir˹c˺enses *P*[2] 3 pro˹fa˺nos *P* malo] magis malo *P* 4 tetrum *B*[1] *(corr. B*[3]*) P* 5 trucidatio*** *(est er.) B,* trucidatio et *P* seuiris *P* 6 exsecrabilia *B* ˹in˺uenit *(in add. m. 1 uel 2) B* 7 quatinus *P* ac sine legibus *non mutandum uidetur;* nec sine legibus *Da,* saluisque legibus *Heum;* nec contra leges *expectatur* faciañt *(exp. m. 3) B* 8 uindicabit *T,* uindicauit *(*n *in ras. ex* m *? m. 2) P* 9 ˹e˺idem *P*[2] peccator *T* 10 et *om. P* a˹d˺missor *P*[2] 11 perfunditur *(*n *ras. ex* m*) B* 13 interfector˹i˺ *B*[2], interfectori *(*f *ex* c *m. 2) P* et *(*t *ras. ex* f*) B* fauet *P* 14 scena *P* in qua comoediae *(sic) in mg. add. P*[2] comedia *B* distupris *P* 15 sturis *T* amoris *T* parricidis *B, sed cf. pag. 560, 9* fabula *P* 16 histrionici *B* infames *(*e *ex* i *m. 2) P* 17 imitantur *(pr.* i *ex* e *m. 2) P* 18 nam] nec *T* minus *TP*[1], *corr. P*[2] disciplina* *(*m *er.) P* imagine˹m˺ *B*[3], immaginem *P*[1], *in ras. corr. P*[2] 19 pudenda] non *B*

siquidem mentes spectantium tantâ efferuntur insaniâ, ut non
modo in conuicia, sed etiam in rixas et proelia et contentiones
saepe consurgant. | fugienda igitur omnia spectacula, ut tran- f. 50[b] 9
quillum mentis statum tenere possimus, renuntiandum noxiis
uoluptatibus, ne deleniti suauitate pestiferà in mortis laqueos
incidamus.

59 (64). Placeat sola uirtus, cuius merces inmortalis est, 1(10)
cum uicerit uoluptatem. superatis autem adfectibus et per-
domitis uoluptatibus facilis in conprimendis ceteris labor est
ei qui sit dei ueritatisque sectator. non maledicet umquam,
qui sperabit a deo benedictionem, non peierabit, ne deum lu-
dibrio habeat, sed ne iurabit quidem, ne quando uel necessi-
tate uel consuetudine in periurium cadat. nihil subdole, nihil 2(11)
dissimulanter loquetur; neque abnegabit quod spoponderit neque
promittet quod facere non possit; non inuidebit cuiquam, qui
se suoque contentus sit, nec detrahet aut male alteri uolet in
quem forsitan beneficia dei proniora sunt. non furabitur nec

INSTITUTIONES 7—10] VI 18, 2—4. 10 s.] VI 18, 10. 11—13] haec non sunt in Instit. 13—15] cf. VI 12, 11; 18, 4—6. 15—744, 1] cf. V 22, 4—10.

TBP] 1 tant͡a ef͡feruntur *P*² 2 conuitia *P* rixas et] rixased *T*, rixas nec non et in *B* 3 sepe *T* consurgã|tur *B*¹, consurgant|** *B*² ͡igi͡tur *P*² expectacula *B* 4 possimus *(i ras. ex* u*) P* renuntiandum est *P* noxĩis *T* 5 uoluptatib: (p *ex* n *m. 2) P* ne *ex* de *T* deliniti *BP*^ac laqueos *BP (nisi quod* laqueis, o *s. l. P*¹, i *exp. P*²*)*, plagas *T; ad* laqueos mortis *Buen confert Inst. II 1, 3; IV 26, 15. 30, 2, ad* plagas *Inst. III 1, 8 (sed deest* mortis*); an* laqueos et plagas *? cf. Inst. VI 22, 5* 7 cuius (c *in ras. ex* h *? m. 2) B* mercis *BP*¹, *corr. P*² immortalis *P; an* inmortalitas *scribendum? cf. pag. 604, 4; 749, 21; 752, 25 al.* 8 adfectibus (d *del. et corr. m. 2) P* 9 conprimendis *(pr.* i *ex* e *m. 2) P* ͡ceteris͡ *B*³ 10 ei qui sit *B (nisi quod* eis *B*¹, *corr. B*³*), sed coniectura inlatum uidetur, om. TP; malim* labor est dei ueritatisque sectatori *cum erudito Brit. pag. 426;* labor est. dei ueritatisque sectator non maledicet umquam *'forsan' Buen, sed cf. pag. 547, 14 s.* ueritas *(corr. m. 2)* hisq: *sic P* sectatur *P* 11 sperauit *TP,* sperat *Heum* peiorauit *T,* peierauit *B*¹, *corr. B*², p͡eiera͡bit *(*b *ex* t*) P* 12 ne͡c͡ *T*² iurauit *TB* 14 loquatur *P* abnegauit *TB*¹, *corr. B*² sponderit *T* 15 promittet (e *ex* i *m. 2) P* quicquam *P* 16 se quoque contentus sit *(*est *P) TP,* es͡t͡ (s *in ras. et* t *add. m. 2)* suo*** (que *er.)* contentus *B* detra͡h͡et *P*² 17 forsitam *B*

omnino quidquam concupiscet alienum; non dabit in usuram
pecuniam — hoc est enim de alienis malis lucra captare —
3(12) nec tamen negabit, si quem necessitas coget mutuari. non
sit asper in filium neque in seruum: meminerit quod et ipse
f.51ª patrem habeat ac dominum. | ita cum his agat quemadmodum
4(13) secum agi uolet. munera superabundantia non accipiat a
tenuioribus: nec enim iustum est augeri patrimonia locupletium
5(14) per damna miserorum. uetus praeceptum est 'non occidere':
quod non sic accipi debet, tamquam iubeamur ab homicidio
tantum, quod etiam legibus publicis uindicatur, manus abstinere, ⟨sed⟩ hac iussione interposita nec uerbo licebit periculum
mortis inferre nec infantem necare aut exponere nec se ipsum
6(15) uoluntaria morte damnare. item 'non adulterare': sed hoc praecepto non solum corrumpere alienum matrimonium prohibemur,
quod etiam communi gentium iure damnatur, uerum etiam prostitutis corporibus abstinere. supra leges enim dei lex est:
ea quoque quae pro licitis habentur uetat, ut iustitiam con-
7(16) summet. eiusdem legis est 'falsum testimonium non dicere',
quod et ipsum latius patet. nam si falsum testimonium mendacio nocet ei contra quem dicitur et fallit eum aput quem dicitur, numquam igitur mentiendum est, quia mendacium

INSTITUTIONES 1—3] VI 18, 7—9. 3—6] haec non sunt in Instit. 6—8] VI 18, 10. 8—12] VI 20, 15 (*a* non enim)—17. 12] VI 20, 18—23. 12 s. nec—damnare] cf. III 18, 5—10. 13—18] VI 23, 13—25. 18—745, 1] VI 18, 4—6.

AUCTORES 4 asper in filium] cf. Col. 3, 21; Ephes. 6, 4. 4 s.] cf. Col. 4, 1; Ephes. 6, 9. 5 s.] cf. Eph. 6, 8; Col. 3, 25.

TBP] 1 quicquam *BP* concupiscit *B* usura⌊m⌋ P^2, usu *T*, usura *B* 2 de alienis *om. T* malis *om. P* capere *T* 3 negauit B^1, *corr.* B^2 si] si qui si *T;* si qui sit quem necessitas cogit (*immo* cogat) *Da* qu.. em (*1 uel 2 litt. er.*) *B* coge͔t (*corr. m. 2*) *P* 4 asper∗ *P* 6 superabundantiam *T*, sup∗abundantiam (h *er.*) *P* 9 non *post* debet *s. l. B* 10 uindicetur *B* 11 sed *add. edd., cf.* 13 nocebit (*corr. m. 2*) *P* 12 necare∗ (t*? er.*) *P* nec] sed B^1, *corr.* B^2 13 precepto *T* 14 prohiuemur B^1, *corr.* B^2, prohibemur (e *ex* i *m. 2*) *P* 15 damnetur *B* 16 abstine⌈re⌉ P^2; abstinere ⟨iubemur⟩ ? *Thilo* 17 uttiustitiam (t *exp. et del.*) *T* 19 nam si] et⌈s⌉i *B* 20 et fallit—dicitur *om. T* e⌈t⌉ *B* apud *P* 21 mendatium P

semper aut fallit aut nocet. non est ergo uir iustus qui etiam
sine noxa in otioso sermone mentitur. | huic uero nec adulari f. 51b 8 (17)
licet — perniciosa est enim ac deceptrix adulatio —, sed ubi-
que custodiet ueritatem. quae licet sit ad praesens insuauis,
tamen cum fructus eius atque utilitas apparuerit, non odium
pariet, ut ait poeta, sed gratiam.

60 (65) ⟨5⟩. Dixi de iis quae uetantur: dicam nunc breuiter 1
quae iubentur. innocentiae proxima est misericordia. illa
enim malum non facit, haec bonum operatur, illa incohat iusti-
tiam, haec conplet. nam cum inbecillior sit hominum natura 2
quam ceterarum animantium, quas deus et instructas ad infe-
rendam et munitas ad ~~uim~~ repellendam figurauit, adfectum
nobis misericordiae dedit, ut omne praesidium uitae nostrae
in mutuis auxiliis poneremus. si enim ficti ab uno deo et 3
orti ab uno homine consanguinitatis iure sociamur, omnem
igitur hominem diligere debemus. itaque non tantum inferre
iniuriam non oportet, sed ne inlatam quidem uindicare, ut sit
in nobis perfecta innocentia, et ideo iubet nos deus etiam pro
inimicis precem facere semper. ergo animal commune atque 4
consors esse debemus, ut nos inuicem praestandis et acci-

INSTITUTIONES 1—3] haec non sunt in Instit., cf. tamen ad I 15, 13 s. 7—14] cf. VI 10, 2—4. 8—10] hoc non est in Instit. 14—16] VI 10, 4—6. 16—18] VI 18, 11 s. 17. 18 s.] hoc ipsum non est in Instit., similia sunt V 12, 4; VI 19, 8 (ex ipsius dei praeceptis eqs.). 19—746, 5] VI 10, 10. 24 s.

AUCTORES 4—7] Terent. Andr. I 1, 41. 18 s.] cf. Matth. 5, 44.

TBP] 1 ergo] igit** (ur ? *er. et* v *i. e.* ur *add. m. 2) P* ⌊uir iustus⌋ P^2 2 adolari *B* 2 perniciosa *(*ci *part. ras. ex* ti *m. 2) P* 3 adolatio *B* 4 presens *T* 5 adque *T* 7 dixideiis *in ras. ex* dixiquiis *T* his *BP* que *T* brebiter *T* 8 que *T* innocentia *B* misericordiae *B* 9 ėt haec *(exp. m. 3) B* incohat *P*, incoat *T*, inchoat *B* iustitiã *(~ m. 2) B* 10 conplet] con *m. 1, tum spatium 3 uel 4 litterarum relictum, in quo* sũma' *add. m. 2 P* inbeccillior *T*, inbicillior *(alt.* i *ex* e*)* P^2 homin⌊ũ⌋ *P* 11 ferendam *T* 12 *an* repellendam uim *?* adfectum—dedit *om. T* 13 omne* *P* presidium *T* 14 deo—uno *om. P* 17 ⌜non⌝ B^2 18 deus** *(*ut *? er.) P* pro inimicis *bis, pr. expunctum, B* 19 praecem *TBP*^{ar} *post* facere *add.* ' *distinctionem* B^2, *ut* semper ergo *coniuncta legantur, non recte* adque *T* 20 concors *T* prestandis *T* et accipiendis *om. P*

f. 52ᵃ piendis auxiliis muniamus. multis enim casibus et incommodis |
5 fragilitas nostra subiecta est. spera et tibi accidere posse
quod alteri uideas accidisse: ita demum excitaberis ad opem
ferendam, si sumpseris eius animum qui opem tuam in malis
6 constitutus inplorat. si quis uictu indiget, inpertiamus, si
quis nudus occurrerit, uestiamus, si quis a potentiore iniuriam
sustinet, eruamus. pateat domicilium nostrum uel peregrinis
uel indigentibus tecto. pupillis defensio, uiduis tutela nostra
7 non desit. redimere ab hoste captiuos magnum misericordiae
opus est, aegros item ⟨et⟩ pauperes uisere atque refouere. inopes
aut aduenae si obierint, non patiamur insepultos iacere. haec
sunt opera, haec officia misericordiae, quae si quis obierit,
8 uerum et acceptum sacrificium deo immolabit. haec litabilior
uictima est aput deum, qui non pecudis sanguine, sed hominis
pietate placatur, quem deus, quia iustus est, suamet ipsum
lege, sua et condicione prosequitur: miseretur eius quem ui-
derit misericordem, inexorabilis est ei quem precantibus cernit
9 inmitem. ergo ut haec omnia quae deo placent facere possi-

INSTITUTIONES 5 s.] VI 12, 3. 32; 11, 15. 7 s.] VI 12, 6. 8 s.] VI 12, 21—23. 9 s.] VI 12, 16. 10 s.] VI 12, 24 s. 11—18] VI 12, 24 (*a* summae). 31. 39—41. 18—747, 4] VI 12, 33—36.

TBP] 2 nostra *om. T* 3 uideas accidisse] accidit *B* excitaueris B^1P^1, *corr.* B^1 *et in ras.* P^2 4 opem tuam] operam *T* malumis *(um exp. et del.) T* 5 implorat *ex* inplorat P^2 uictum *B* impertiamus *ex* inpertiamus P^2 6 occurret *T*, occurrit *Da* uestiamus] induamus *P* potentiore∗ *(*m *er.) B* 7 sustinet *om. P* patiat *(i. e.* -tur*)* P^1, pateat P^2 uel] domicilii *T* 8 tecto] esto *P* tutella *B* 9 captiuum *P* 10 et *addidi;* aegros item pauperes *T edd.*, aegros pauperes *(nisi quod* ⸢a⸣egros B^2, ægros, æ *ex* e *m. 2 P,* pauperos B^1, *corr.* B^2*) BP; cf. Inst. VI 12, 16. 24* uisitare *B* adque *T* fouere *B* inopes *(*e *ex* i *m. 2) P* 11 aduenae] pauperes *B*, aduenę *(sic corr. m. 2) P* 12 ⸢sunt⸣ P^2 obierit] perfecerit *B* 13 immolauit TB^1 *(corr.* B^2*) P* letabilior T^1, *s. l. corr.* T^2, laetabilior B^1, *corr. m. 2 uel 3,* lętabilior *(*ͅ *add. m. 2) P* 14 apud *P* 15 sua'met *(' distinctionem add. m. 1?) B,* sua,m‿et *(, et ‿ m. 1?) P* 16 lege∗ *(*m *er.) B* et *om. T* conditione *P* eius] ei *B* 17 misericordia *(*ia *del.) T* praecantibus BP^{ar}

mus, contemnenda est pecunia et ad caelestes transferenda
thensauros, | ubi nec fur effodiat nec robigo consumat nec ty- f.52b
rannus eripiat, sed nobis ad aeternam opulentiam deo custode
seruetur.
61 (66) ⟨6⟩. Fides quoque magna iustitiae pars est: quae 1
maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus, conseruanda est, prae-
cipue in religione, quia deus prior est et potior quam homo.
et si est gloriosum pro amicis, pro parentibus, pro liberis, id 2
est pro homine suscipere mortem et qui hoc fecerit, diuturnam
memoriam laudemque consequitur, quanto magis pro deo, qui
potest aeternam uitam pro temporali morte praestare? ita- 3
que cum inciderit eiusmodi necessitas, ut desciscere a deo at-
que ad ritus gentium transire cogamur, nullus nos metus, nullus
terror inflectat, quominus traditam nobis fidem custodiamus.
deus sit ante oculos, deus in corde, cuius interno auxilio do-
lorem uiscerum et adhibita corpori tormenta superemus. nihil 4
tunc aliut quam uitae immortalis praemia cogitemus: ita facile,
etsi dissipandi aut urendi artūs fuerint, tolerabimus uniuersa
quae in nos tyrannicae crudelitatis amentia molietur. po- 5
stremo ipsam mortem non inuiti | aut timidi, sed libentes et f.53a
interriti subire nitamur, cum sciamus quali aput deum gloria

INSTITUTIONES 5—21] cf. VI 17, 5—9. 24—26. 6] VII 26, 9. 21—748, 3] cf. VI 4, 17. 39 s.

TBP] 1 p*ecunia *(a er.) B* celestes *T*, caelestis P^1, *corr.* P^2 2 thensauros TP^1, n *expunx.* P^2, tensauros *B* fures *(e ex* i *m. 2)* fodiant *P* rubigo *BP* 3 opolentiam (v s. l.) *P* 5 iustitiæ *(æ postea ex* a*)* pars est *in ras.* P^2 par⌜s⌝ *B* 6 maximae TB^{ar} ⌜qui⌝ *B* conseruanda *(an in ras. ex* et*?) T* praecipu*e *(a er.) B* 7 relegione *(alt.* e *ex* i *m. 2) P* potentior *B* quam *om. T* 9 homine *(e in ras. ex* emh*) P* 11 prestare *T* 12 disciscere *B* adque *T* 13 nullos P^1, *corr.* P^2 15 deus—oculos deus] ⌜ds̄⌝ *(s. l. m. 2)* habeatur *P* cuius] cuius nos *P* in⌜e⌝terno T^2 dolor *B* 16 et] atque *P* athibita *T* corpori tormenta *om. P* superentur *B*, superabit *P* nihil] cuius nihil *P* 17 aliud *(d in ras. ex* t*)* P^2 inmortalis *B*, et immortalita⌞ti⌟s $P^{1?}$ 18 etsi] si *P* aut urendi *om. T* 19 tyrannica⌞e⌟ *T* crudelitatis] dominationis *B* 20 -uiti autimidi *(t add. m. 2?)* sed libentes *(alt.* e *ex* i*) in ras. B* 21 inter⌜r⌝iti *BP* (r *add.* $P^{1?}$) tinamur (nita s. l.) *(tina del. et corr. m. 1?) T*, nit*amur *B* cum *in* ut *corr.* B^3 quali apud deum gloria sumus *(sic) in mg. P*

6 simus futuri triumphato saeculo ad promissa uenientes, qui-
bus bonis, quanta beatitudine breuia haec poenarum mala et
huius uitae damna pensemus. quodsi facultas huius gloriae
deerit, habebit fides etiam in pace mercedem. teneatur ergo
in omnibus uitae officiis, teneatur in matrimonio. non enim
7 satis est, si aut alieno toro aut lupanari abstineas. qui habet
coniugem, nihil quaerat extrinsecus, sed contentus ea sola casti
et inuiolati cubilis sacramenta custodiat. adulter est enim deo
et incestus qui abiecto iugo uel in liberam uel in seruam pe-
8 regrina uoluptate luxuriat. sed sicut femina castitatis uinculis
obligata est, ne aliut concupiscat, ita et uir eàdem lege tenea-
tur, quoniam deus uirum et uxorem unius corporis conpage
solidauit. ideo praecipit non dimitti uxorem nisi crimine ad-
ulterii reuictam, ut numquam coniugalis foederis uinculum nisi
9 quod perfidia ruperit resoluatur. illut quoque ad consum-
mandam pudicitiam iungitur, ut non modo peccatum absit,
f. 53[b] uerum | etiam cogitatio. pollui enim mentem quamuis inani
cupiditate manifestum est, itaque iustum hominem quod sit
10 secus nec facere oportere nec uelle. purganda est igitur con-
scientia, quam deus peruidet, qui falli non potest. emacu-
letur omni labe pectus, ut templum dei esse possit, quod non
auri nec eboris nitor, sed fidei et castitatis fulgor inlustrat.
1(11) 62 (67). Sed enim haec omnia difficilia sunt homini nec pa-
titur condicio fragilitatis esse quemquam sine macula. ultimum

INSTITUTIONES 4—13] VI 23, 13—25; 29—32. 13—15] VI 23, 33. 15—22] VI 23, 34—36. 19 s.] VI 24, 11—20 (—peruia est). 21 s.] VI 25, 1—7. 15. 23—749, 10] VI 13, 2 (*a* deus enim)—5 (—oneratus est); 24, 1—10; cf. 24, 21—23.

TBP(—4)] 1 triumfato *B,* triũphaˌto *P*[1?] triumphato—uenientes *om. T, sed cf. Inst. VI 23, 39. 40* 2 brebia *T* 4 *in* teneatur ergo in om̃ib: *desinit cod. P, extrema parte paginae 195[a] et pagina 195[b] uacua; in mg.* caetera desunt *add. m. recentiss.* 7 querat *TB*[1], *corr. B*[2] 8 cubili *T* 11 ne* *(c er.) B* aliud *(*d *ex* t*) B*[3], alium *Da; cf. Inst. VI 23, 24* alium, *sed* aliut *ibid. § 26* 12 quoniam] quo *B* uirum et] ex uiro *B* 13 praecepit *B, sed cf. pag. 567, 2; 569, 19; 570, 17* ni|si *(*ni *add. m. 2?) B* 16 obsit *T* 18 manifestum est *om. T* ita *T* 22 aeuoris *B*[1], aeboris *B*[2] 23 haec enim *T* 24 condicio** *(*ne *er.) B* quemquam *(*e *in ras. ex* a *? m. 2) B*

ergo remedium illut est, ut confugiamus ad paenitentiam, quae
non minimum locum inter uirtutes habet, quia sui correctio
est, ut cum forte aut re aut uerbo lapsi fuerimus, statim resi-
piscamus ac nos deliquisse fateamur oremusque a deo ueniam,
quam pro sua misericordia non negabit nisi perseuerantibus
in errore. magnum est paenitentiae auxilium, magnum sola- 2(12)
cium. illa est uulnerum peccatorumque sanatio, illa spes, illa
portus salutis: quam qui tollit, uiam uitae sibi amputat, quia
nemo esse tam iustus potest, ut numquam sit ei paenitentia
necessaria. nos uero, etiamsi nullum sit peccatum, confiteri 3(13)
tamen debemus deo et | pro delictis nostris identidem depre- f.54a
cari, gratias agere etiam in malis. hoc semper obsequium do-
mino deferamus. humilitas enim cara et amabilis deo est.
qui cum magis suscipiat peccatorem confitentem quam iustum
superbum, quanto magis iustum suscipiet confitentem eumque
in regnis caelestibus faciet pro humilitate sublimem!// haec 4(14)
sunt quae debeat cultor dei exhibere, hae sunt uictimae, hoc
sacrificium placabile, hic uerus est cultus, cum homo mentis
suae pignora in aram dei confert. summa illa maiestas hoc
cultore laetatur, hunc ut filium suscipit atque idoneum prae-
mium immortalitatis impertit: de qua nunc mihi disserendum
est et arguenda persuasio eorum qui extingui animas cum cor-
poribus arbitrantur. qui quia nec deum sciebant nec arcanum
mundi perspicere poterant, ne hominis quidem animaeque ra-

INSTITUTIONES 10—20 (—suscipit)] VI 25, 12—16. 13 (humilitas)] VI 24, 25 (sit humilis). 14 s.] hoc non est in Instit. 16—21] VI 24, 26—29. § 4 (*a* 21)—c. 64, 4] VII 1—5. 20 s.] VII 1, 3 s. 23—750, 2] VII 2, 2 s. 7—11.

AUCTORES 14 s.] cf. Luc. 15, 7; 18, 10 ss.

TB] 3 $\overset{\text{si}}{\text{repiscamus}}$ (*s final. in ras. ex* r) *T* 9 p'a'enitentia B^3 11 idemtidem B^1, *corr.* B^2 depraecari *TB* 15 su*|cipiet co,nfitentem (*post* su *uid.* i *euanuisse, sic*) *B* 17 debet *B, sed cf. Inst. VI 25, 5* quae offerri debeant ex'h'ibere B^2 hae] haec *T* 19 pignera *B* in aram] $\overset{\text{ni}}{\text{iram}}$ *sic T* hoc cultore] occultore *T* 20 atque *ut uid.* B^1, eique (*in ras. corr.*) B^3 *edd.* idoneum premium *T*, donum, *om.* idoneum *B*, ei diuinum praemium *Da conl. Inst. VII 1, 3* 21 inmortalitatis inpertit *B* disserendu'm' B^3 24 prospicere *T*

5 (15) tionem conprehenderunt. quomodo enim possent sequentia
peruidere qui summam non tenebant? negantes igitur esse
ullam prouidentiam, utique deum, qui fons et caput rerum est,
6 (16) negauerunt. sequebatur ut ea quae sunt, aut semper fuisse
dicerent aut sua sponte esse nata aut minutorum seminum
conglobatione concreta. semper fuisse non potest quod et est
et uisui subiacet; ipsum enim esse sine aliquo initio non pot-
f. 54b est. sua sponte autem nihil | nasci potest, quia nulla est sine
7 (17) generante natura. semina uero principalia quomodo esse po-
tuerunt, cum et semina ex rebus oriantur et uicissim res ex
seminibus? nullum igitur semen est quod originem non habet.
sic factum est ut cum putarent mundum nulla prouidentia
factum, ne hominem quidem putarent aliqua ratione generatum;
quodsi nulla esset in fingendo homine ratio uersata, inmortalem
8 (18) igitur animam esse non posse. alii uero ex aduerso et deum
esse unum et ab eo mundum factum et hominum causâ factum
et animas esse immortales existimauerunt. sed cum uera sen-
tirent, huius tamen diuini operis atque consilii nec causas nec
rationes nec exitus perspexerunt, ut omne ueritatis arcanum
9 (19) consummarent atque aliquo ueluti fine concluderent. sed
quod illi facere non potuerunt, quia ueritatem perpetuo non
tenebant, nobis faciendum est, qui eam cognouimus deo ad-
nuntiante.

1 (20) 63 (68). Consideremus ergo quae ratio fuerit huius tanti
tamque inmensi operis fabricandi. fecit deus mundum, sicut

INSTITUTIONES 2—13] VII 3, 20—26. 15—20] cf. VII 3, 1—19. 17—23] VII 7, 1—5. 14. 20—23] VII 3, 14. 25 s.] VII 3, 12.

TB] 1 conpraehenderunt *B* 5 dicerent aut — semper fuisse *(6) om. T* 6 fuisse] fuisse dici *B* et est et uisui] testesui *sic B* 7 ipsum] et ipsum *B* 9 generante *(*nt *in ras. ex 3 uel 4 litt., fort.* tion*) B* 10 rexeximinibus *sic T* 11 quod originem non habet *in mg. B*[3] 12 putare⸢n⸣t *B*[2] 13 homine⸢m⸣ *B*[3] generat⸤ũ⸥ *B*[2] 14 immortalem *B* 15 ⸢non⸣ *B*[3] ali⸢i⸣ *B*[3] 17 inmortales *B* sed cum uera sentirent *om. B*[1], sed cur ea senserint *s. l. B*[3] 18 adque *T* 20 adque *T* aliquo *om. B* ⸢sed⸣ *B*[3] 22 adnuntiante[k]'consideremus *(*[k] *i. e.* kapitulum *add. m. 1,* ' *distinctionem add. m. 2) B* 25 tamquam *T* operibus *(exp. m. 3) B*

Plato existimauit, sed cur fecerit, non ostendit. quia bonus
est inquit et inuidens nulli, fecit quae bona sunt. at- f. 55[a]
quin uidemus in re|rum natura et bona esse et mala. potest 2(21)
ergo existere peruersus aliquis, qualis fuit atheus ille Theo-
dorus, et Platoni respondere: 'immo quia malus est, fecit
quae mala sunt.' quomodo illum redarguet? si quae bona
sunt deus fecit, unde igitur tanta mala eruperunt, quae ple-
rumque etiam praeualent bonis? in materia inquit conti-
nebantur. si mala, ergo et bona, ut aut nihil fecerit deus 3(22)
aut si bona tantum fecit, aeterniora sint mala, quae facta non
sunt, quam bona, quae habuerunt exordium. finem igitur ha-
bebunt quae aliquando coeperunt et permanebunt quae semper
fuerunt. mala ergo potiora sunt. si autem potiora esse non 4(23)
possunt, ne aeterniora quidem possunt. ergo aut utraque
semper fuerunt et deus otiosus aut utraque ex uno fonte flu-
xerunt. est enim conuenientius ut deus omnia fecerit potius
quam nihil. ergo secundum sententiam Platonis idem deus et
bonus est, quia bona fecit, et malus, quia mala. quod si 5(24)
fieri non potest, apparet non ideo factum esse a deo mundum,
quia bonus est [mundus]: omnia enim conplexus est et bona
et mala. nec fiet propter se quidquam, sed propter aliut.
domus aedificatur non ad hoc solum, ut sit domus, sed ut sus- 6(25)
ci|piat et tueatur habitantem. item nauis fabricatur non ut f. 55
nauis tantum uideatur, sed ut in ea possint homines nauigare.
uasa item fiunt non ut uasa sint solum, sed ut capiant ea

INSTITUTIONES 1—21] haec non sunt in Instit., ad 2—8 cf. tamen VII 4, 11. 21—752, 1] VII 4, 4—9.
AUCTORES 1 s.] Tim. 29 E. 8] sententia fort. e Timaeo deriuata.

TB] 2 est *om. B* nulli' *(' distinctionem add. m. 1) B* fecitq., *om.* quae *T* sunt *add. B*[3] adquin *BT* 4 ergo *om. T* exsistere *B* acheus *B*[1], *corr. B*[3] ille] ille et *B* theudorus *T* 5 $\overset{u}{\text{e}}$t *(corr. m. 2) sic T* 6 *pr.* qu⸢a⸣e *B* 7 tanta *om. B* 8 bonis praeualent *B* 9 ut *inseruit B*[3] 10 sunt *T* 12 *alt.* quae *om. T* 14 ⸢a⸣eterniora *B*[2] 15 utraquae *T* 20 bonum *T* mundus *eiecit Fritzschius* est *om. B* 21 fiet] fecit *B*, fit *Da conl. Inst. VII 4, 4* quicquam *B* 23 frabricatur *T*

7(26) quae sunt usui necessaria. sic et mundum deus ad usum
aliquem fecerit necesse est. Stoici aiunt hominum causa fac-
tum, et recte. homines enim fruuntur iis omnibus bonis quae
mundus in se continet. sed ipsi homines cur facti sint aut
quid in illis utilitatis habeat fabricatrix illa rerum prouidentia,
8(27) non explicant. inmortales esse animas idem Plato adfirmat:
sed cur aut quomodo aut quando aut per quem immortalitatem
adsequantur aut quod sit omnino tantum illut mysterium, cur
ii qui sunt inmortales futuri, prius mortales nascantur, deinde
⟨decurso temporalis uitae spatio atque abiectis fragilium cor-
porum exuuiis⟩ ad aeternam illam beatitudinem transferantur,
9(28) non conprehendit. denique nec iudicium dei nec discrimen
iusti et iniusti explicauit: sed animas quae se sceleribus in-
merserint hactenus condemnari putauit, ut in pecudibus rena-
scantur, et ita peccatorum suorum luere poenas, donec rursus
f. 56[a] ad figuras hominum reuertantur; | et hoc fieri semper nec esse
finem transmeandi. ludum mihi nescio quem inducit somnio
similem, cui nec ratio ulla nec dei gubernatio nec consilium
aliquod inesse uideatur.

1 64 (69) ⟨7⟩. Dicam nunc quae sit illa summa, quam ne ii
quidem qui uera dixerunt, conlatis in unum causis atque ratio-
nibus conectere potuerunt. factus est a deo mundus, ut ho-
mines nascerentur; nascuntur autem homines, ut deum paren-
tem agnoscant, in quo est sapientia; agnoscunt, ut colant, in
quo est iustitia; colunt, ut mercedem inmortalitatis accipiant;
2 accipiunt inmortalitatem, ut in aeternum deo seruiant. uidesne

INSTITUTIONES 1—6] VII 3, 4. 13, 5; 4, 2. 6—12] VII 7, 12; 8, 2. 13—17] cf. III 19, 19 s. 20—753, 2] VII 5; 6, 1. 9. 20—22] VII 7, 1. 14.

AUCTORES 13 ss.] Tim. 42 B. 90 E; de aliis locis cf. Dauisium.

TB] 1 qu'a'e *B*[2] 2 hominum causa] *cf. Archiu. lexicogr. et gramm. lat. I 174; V 286 adn.* 3 iis *scr.*, his *TB* omnibus *bis B* 4 sint *(sed* i *ras. ex* u*) B*, sunt *T* 6 immortales *B* 9 hi *B* 10 adque *T* 11 exuuiis *(alt.* u *ex* b*) B* 12 conpraehendit *B* 13 se *om. T* 14 actenus *TB*[1], *corr. B*[2] 16 reuer't'antur *T* 19 aliquot *T* 20 nec *B* hi *B* 21 adque *T* 22 est *om. B* 24 adgnoscant *B* in quo—agnoscunt *om. B* 25 iustitia est *B* 26 in aeternum] aeterno *T*

quemadmodum sibi conexa sint et prima cum mediis et media
cum extremis? inspiciamus singula et uideamus utrumne
illis ratio subsistat. fecit deus mundum propter hominem. 3
hoc qui non peruidet, non multum distat a pecude. quis
caelum suspicit nisi homo? quis solem, quis astra, quis omnia
dei opera miratur nisi homo? quis colit terram? quis ex ea
fructum capit? quis nauigat mare? quis pisces, quis uola-
tilia, quis quadrupedes habet in potestate nisi homo? cuncta
igitur propter hominem deus fecit, quia usui hominis cuncta
cesserunt. recte ergo uiderunt hoc philosophi, sed illut quod | 4 f. 56b
sequitur non uiderunt, quod ipsum hominem propter se fecerit.
erat enim consequens et pium et necessarium ut, cum hominis
causa tanta opera molitus sit, cum tantum illi honoris, tantum
dederit potestatis, ut dominetur in mundo, et homo agnosceret
deum tantorum beneficiorum auctorem, qui et ipsum fecit
et mundum propter ipsum eique cultum et honorem debitum
redderet. hic Plato aberrauit, hic perdidit quam primo arri- 5
puerat ueritatem, cum de cultu eius dei quem conditorem
rerum ac parentem fatebatur opticuit, nec intellexit hominem
deo pietatis uinculis esse religatum, unde ipsa religio nomi-
natur, et hoc esse solum propter quod inmortales animae fiant.
sensit tamen aeternas esse, sed non per gradus ad eam sen- 6
tentiam descendit. amputatis enim mediis incidit potius in
ueritatem quasi per abruptum aliquod praecipitium nec ulte-
rius progressus est, quoniam casu, non ratione uerum inuenerat.

INSTITUTIONES 3—10] VII 4, 18 s. 10 s.] VII 5, 1 s. 12—17] VII 5, 3—6. 27. 12—14 ut cum—mundo] VII 5, 9—13 (—praeparauit). 18 s.] locus Platonis non est in Inst. 19—21] IV 28, 2 s. (—accepit). 22—25] VII 7, 12; 8, 2.

AUCTORES 18] Plat. Tim. 28 C.

TB] 1 sunt *T* 2 inspiciantur *B* 3 ratio] ratio *(add. m. 3)* quoque *B* subsista*t (n *er.)* *B* 4 uidet p̄er *B* 5 suspiciat *B* qui solem *B* qui omnia *B* 6 opera dei *B* 9 ut suã *ut uid.* *B*¹, usui *(in ras. corr.)* *B*³ homini* *(litt. er. non* s *fuisse uid.)* *B* 10 filosofi *T* 12 ēt necessarium ēt pium *B* 13 tanta⌈m⌉ (m *m. 3)* operam *B* tantum illi honoris *om.* *B*¹, tantos illi honores *s. l.* *B*³ 15 deum] dominum *B* qui et *om.* *B* ⌊ipsu⌋m *B* 17 primum *B* 19 obticuit *B* 20 potestatis *B* 23 amputa⌊ti⌋s *B* 25 casu—inuenerat] casu ad eam non ratione peruenerat *B, sed cf. Inst. VII 7, 14* inuenerant

7 colendus est igitur deus, ut per religionem, quae eadem iustitia est, accipiat homo a deo immortalitatem, nec est ullum aliut praemium piae mentis: quae si est inuisibilis, non potest ab f. 57[a] in|uisibili deo nisi inuisibili mercede donari.

1(8) 65 (70). Plurimis uero argumentis colligi potest aeternas esse animas. Plato ait, quod per se ipsum semper mouetur nec principium motus habet, etiam finem non habere; animum autem hominis per se semper moueri: qui quia sit ad cogitandum mobilis, ad inueniendum sollers, ad percipiendum facilis, ad discendum capax et quia praeterita teneat, praesentia conprehendat, futura prospiciat multarumque rerum et artium scientiam conplectatur, immortalem esse, siquidem nihil habeat 2(9) in se de terreni ponderis labe concretum. praeterea ex uirtute ac uoluptate intellegitur aeternitas animae. uoluptas omnibus est communis animalibus, uirtus solius est hominis: illa uitiosa est, haec honesta, illa secundum naturam, haec aduersa 3(10) naturae, nisi anima inmortalis est. uirtus enim pro fide, pro iustitia nec egestatem timet nec exilium metuit nec carcerem perhorrescit nec dolorem reformidat nec mortem recusat: quae quia naturae contraria sunt, aut stultitia est uirtus, si et commoda impedit et uitae nocet, aut si stultitia non est, ergo f. 57[b] anima inmortalis est et ideo praesentia bona contemnit, | quia sunt alia potiora quae post dissolutionem corporis sui adse-4(11) quatur. illut etiam maximum argumentum immortalitatis est,

INSTITUTIONES 1—4] VII 5, 27. 2 s.] VII 8, 1. 5—13] VII 8, 3—6. 13—24] VII 9, 15—18. 24—755, 5] VII 9, 10—12.
AUCTORES 6 Plato] cf. ad Inst. VII 8, 4.

TB] 2 inmortalitatem *B* alium *B*[1], aliud *B*[3] 3 ⸢piae⸣ *B*[3] me**ntis (re *er.)* *B* quia *B*[1], qu*a⸢e⸣ *B*[3] 4 nisi inuisibili *om.* *T* 7 habeat *B*, *recte, ut etiam* moueatur *scribendum sit?* habere] here (be *in magna rasura m. 3) sic* *B* 8 qui *om.* *B* 10 dicendum *T* capax (c *in ras. ex* r *? m. 3)* *B* qui *B* presentia *T* 11 conpraehendat *B* arti*um (c *er.)* *T* 12 scientia⸢m⸣ *B*[3] cō|plectatur *B* inmortalem *T* 13 de *om.* *B* 15 est] e, *sed nunc erasum,* *B* cōmmunis ānimalibus *B* 16 h⸢a⸣ec *B* natura⸢m⸣ *B*[3] 18 iustitia'* (m *? er.,* ' *distinctionem add. m. 2)* *B* 21 uite *T* 22 presentia *T* qu⸢i⸣a *B* 23 qu⸢a⸣e *B*[2] sui *om. edd., sed cf. Inst. II 2, 19* corporibus suis 24 etiam] enim *B*, autem *edd.* inmortalitatis *B*

quod deum homo solus agnoscit. in mutis nulla suspicio reli-
gionis est, quia terrena sunt in terramque prostrata: homo
ideo rectus aspicit caelum, ut deum quaerat. non potest igitur
non esse inmortalis qui inmortalem desiderat, non potest esse
solubilis qui cum deo et uultu et mente communis est. deni- 5(12)
que caelesti elemento, quod est ignis, solus homo utitur. si
enim lux per ignem, uita per lucem, apparet eum qui habeat
usum ignis non esse mortalem, quoniam id illi proximum, id
familiare est sine quo non potest nec lux nec uita constare.
sed quid argumentis colligimus aeternas esse animas, cum 6(13)
habeamus testimonia diuina? id enim sacrae litterae ac uoces
prophetarum docent. quod si cui parum uidetur, legat car-
mina Sibyllarum, Apollinis quoque Milesii responsa consideret,
ut intellegat delirasse Democritum et Epicurum et Dicae-
archum, qui soli omnium mortalium quod est euidens nega-
uerunt.

Confirmata inmortalitate superest docere a quo et quibus et 7(14)
quomodo et quando tribuatur. | cum certa et constituta diui- f. 58a
nitus tempora compleri coeperint, interitum et consummatio-
nem rerum fieri necesse est, ut innouetur a deo mundus. id
uero tempus in proximo est, quantum de numero annorum
deque signis quae praedicta sunt a prophetis colligi potest.
sed cum sint innumerabilia quae de fine saeculi et conclusione 8(15)
temporum dicta sunt, ea ipsa quae dicuntur, nuda ponenda

INSTITUTIONES 5—9] VII 9, 13 s. 10—16] VII 13, 1—8. 17 s.] VII 14, 1. 18—20] VII 14, 6. 20 s. id—proximo est] VII 14, 3 cuius—ostendam.

TB] 1 solus homo *T; cf. Inst. VII 9, 10* in hominem solum*; § 13 bis* homo solus*; § 12. 15* soli homini*; supra § 2* solius est hominis, *infra § 5* solus homo agno⌜s⌝cit *B* 2 terraena *T* 3 caelum aspicit *B* non] an *B* 5 solu*bilis *(i ? er.) T* denique] deī · qu*e *(a er.) B* 6 ⌜est⌝ B^3 ignis *(*s *in eodem* s *? m. 3) B* 8 ignis] in his B^1, *corr.* B^3 id *(ante* illi*) in ras.* B^2, *om. T* 11 sacre *T* 12 profetarum *TB* 13 sybillarum *T* apollinis *(pr.* i *in ras. ex* e *uel* o*) B* mile^{h}sii *(*h *m. 2) T*, milesii *(*i *final. in ras. ex* si *?) B* considere⌜t⌝ B^2 14 dicearcum *B* 15 mortalium *om. T* 17 et quomodo *om. B* 19 conpleri *B* ceperint *T* 20 rerum *om. T* 22 praedicata *T* sint B^1, *corr.* B^2 profetis *TB* 23 sint *om. T* 24 dicentur *Da*

sunt, quoniam ut testimoniis utamur inmensum est. si quis illa desiderat aut nobis minus credit, adeat ad ipsum sacrarium caelestium litterarum, quarum fide instructior errasse philosophos sentiat, qui aut aeternum esse hunc mundum aut infinita esse annorum milia putauerunt ex quo fuerit instructus.
9 (16) nondum enim sex milia conpleta sunt: quo numero consummato tunc demum malum omne tolletur, ut regnet sola iustitia. quod quatenus euenturum sit paucis explicabo.

1 66 (71) ⟨8⟩. Haec autem a prophetis, sed et a uatibus futura dicuntur. cum coeperit mundo finis ultimus propinquare, malitia inualescet, omnia uitiorum et fraudum genera crebrescent, iustitia interibit, fides pax misericordia pudor ueritas non erit,
f. 58[b] uis et audacia praeualebit, nemo quidquam | habebit nisi manu
2 partum manuque defensum. si qui erunt boni, praedae ac ludibrio habebuntur. nemo pietatem parentibus exhibebit, nemo infantis aut senis miserebitur, auaritia et libido uniuersa corrumpet. erunt caedes et sanguinis effusiones, erunt bella non modo externa et finitima, uerum etiam intestina. ciuitates inter se belligerabunt, omnis sexus et omnis aetas arma trac-
3 tabit. non imperii dignitas conseruabitur, non militiae disciplina, sed more latrocinii depraedatio et uastitas fiet. regnum multiplicabitur et decem uiri occupabunt orbem et partientur

INSTITUTIONES 3 (*a* caelestium)—8] VII 14, 4—6. 11 s. 9 s.] VII 14, 15—17. 10—20] VII 15, 7—11. 11—21] cf. VII 17, 9. 20—757, 13] VII 16, 1—8 (—pisces).

TB] 2 nobis minus] nouissimus *T* ȧd (*exp. m. 3*), ipsum *om. B* 3 instructus *T, recte? illo comparatiuo Lact. etiam Inst. V 1, 11; de opif. 1, 2; 3, 15 utitur; cf. ad* instructus *5* e⸢r⸣rasse *T* 4 filosofos *T* 5 fuerińt (n *exp. et del.*) *T* instructus *ualde mihi suspectum ut ortum ex* instructior (*aut fort.* instructus) *3; malim* effectus *conl. Inst. VII 14, 4* 7 tollatur *T* 8 uenturum *T, sed cf. Inst. VII 14, 12* eueniat 9 profetis *TB* et a] ut *T* 13 praeualeuit (b *supra* u) *T* quicquam *B* manu] male *B, sed cf. Inst. VII 15, 9* 14 praede *T* 15 ludib⸢r⸣io *B*[3] exibebit *B*[1], *corr. B*[2] 16 infantis (*alt.* i *ex* e) *B* senis (i *ex* e) *B* 17 cedes *T* 19 *pr.* omnis (i *ex* e) *B* tractabunt (b *ex* u) *B* 20 disciplina∗ (e *er.*) *B* 22 et (*ante* partientur) *om. T*

et deuorabunt et existet alius longe potentior ac nequior, qui
tribus deletis Asiam possidebit et ceteris in potestatem suam
redactis et adscitis uexabit omnem terram. nouas leges sta-
tuet, ueteres abrogabit; rem publicam suam faciet, nomen
imperii sedemque mutabit. tunc erit tempus infandum et exe-
crabile, quo nemini libeat uiuere. denique in eum statum res 4
cadet, ut uiuos lamentatio, mortuos gratulatio sequatur. ciui-
tates et oppida interibunt modo ferro et igni, modo terrae
motibus crebris, modo aqua|rum inundatione, modo pestilentia f. 59[a]
et fame. terra nihil feret aut frigoribus nimiis aut caloribus
sterilis. aqua omnis partim mutabitur in cruorem, partim in
amaritudinem uitiabitur, ut nihil sit nec ad cibos utile nec
ad potum salubre. his malis accedent etiam prodigia de 5
caelo, ne quid desit hominibus ad timorem. cometae crebro
apparebunt, sol perpetuo pallore fuscabitur, luna sanguine
inficietur nec amissae lucis damna reparabit, stellae omnes
decident nec temporibus sua ratio constabit, hieme atque
aestate confusis; tunc et annus et mensis et dies breuia- 6
bitur: et hanc esse mundi senectutem ac defectionem
Trismegistus elocutus est. quae cum euenerint, adesse tempus
sciendum est quo deus ad commutandum saeculum reuertatur.

INSTITUTIONES 13—19 (—breuiabitur)] VII 16, 8 (*a* prodigia) —10. 19 s.] locus Trismegisti non est in Instit., cf. tamen VII 14, 16. 20—758, 3] VII 17, 1 (—conclusione) 2 (alter—deleat).

AUCTORES 15 s. luna . . . amissae—reparabit] cf. Horat. c. IV 7, 13. 19 s.] cf. Ps.-Apulei. Asclep. c. 26 (p. 48, 22 Goldb.).

TB] 1 uorabunt *codd. Inst. VII 16, 2* et *om. T* alius *om. B* 2 et *om. B* potestatē̈ suā̈ *(~ er.) B* 3 a⌜d⌝scitis *B*[3] uexauit *B*[1], *corr. B*[2] 4 abrogauit *B*[1], *corr. B*[2] remp. (p *part. eras.) T,* rem publicā̃ *(~ m. 3) B* 5 mutauit *TB*[1], *corr. B*[2] exsecrabile *B* 6 quo—uiuere *om. T, sed cf. Inst. VII 16, 5* nemini *edd.,* neminem *B* 8 terre *T,* terr⌜a⌝e *B* 10 rigoribus *B* 11 sterelis *B* cruore *T* in amaritudinem] amaritudinem *T,* in amaritudine *B, cf. Inst. VII 16, 7* 12 uitiauitur *B*[1], *corr. B*[2] 13 potu *T* salubr∗e *(a er.) B* ⌜de⌝ *B* 14 nec *T* quit *T* comitae *B*[1], *corr. B*[2] 15 fusca⌜bi⌝tur *B* luna—inficietur] lunam color sanginis *(sic)* obumbrabit *B* 16 reparauit *TB*[1], *corr. B*[2] 17 adque *T* 18 ae⌜s⌝tate *T* confusi *T* brebiabitur *T* 20 trismegestus *B* que *T* uenerint *B* 21 quod *T* cō|mutandum *B*

7 inter haec autem mala exurget rex impius non modo generi hominum, sed etiam deo inimicus. hic reliquias illius prioris tyranni conteret cruciabit uexabit interemet. tunc erunt lacrimae iuges et gemitus perpetes et ad deum cassae preces, nulla requies a formidine nec somnus ad quietem. dies cladem,
f. 59b nox metum semper augebit. | sic orbis terrarum paene ad so-
8 litudinem, certe ad raritatem hominum redigetur. tunc et impius iustos homines ac dicatos deo duobus et quadraginta mensibus persequetur et se coli iubebit ut deum: se enim dicet esse Christum, cuius erit aduersarius. ut credi ei possit, accipiet potestatem mirabilia faciendi, ut ignis descendat a caelo, ut sol resistat a cursu suo, ut imago quam posuerit loquatur.
9 quibus prodigiis inliciet multos, ut adorent eum signumque eius in manu aut fronte suscipiant. et qui non adorauerit signumque susceperit, exquisitis cruciatibus morietur. ita fere duas partes exterminabit, tertia in desertas solitudines fugiet.
10 sed ille uecors ira inplacabili furens adducet exercitum et obsidebit montem quo iusti confugerint. qui cum se uiderint circumsessos, implorabunt auxilium dei uoce magna et exaudiet eos et mittet illis liberatorem.
1 (11) 67 (72). Tunc caelum intempesta nocte patefiet et descendet Christus in uirtute magna et anteibit eum claritas ignea

INSTITUTIONES 3–7] VII 16, 12–14. 7–15] VII 17, 4–7. 7–9] VII 17, 8. 15 s.] cf. VII 16, 14 *(a* de cultoribus*)*. 16–20] VII 17, 10 s.; 19, 2 *(*—liberatorem*)*. 21–759, 5] VII 19, 2 (*a* tum)—7.

TB] 1 exsurget *B* generi *B*3 2 priorib. *T* 3 interimet *edd.* 4 iugis *B*1, *corr. B*2 casse *T* preces *(pr.* e *in ras. ex* ae *? m. 3) B* 5 a formidinem *B* quietem] requiem *T* 6 metum] tecum *T* augebit semper *B* pene *T*, p⸢a⸣en*e *(a er.) B*3 7 et *om. B* 9 saeculi *T*1, s*ec*li *T*2 dominum *B*1, *corr. B*3 10 esse Christum—ut credi] esse deum cum sit antechristus *(sic)*. qui ut erit aduersarius ⸢et⸣ ut credi *B* 11 a] e *B, sed cf. Inst. VII 17, 5* 12 suo *om. B, sed cf. Inst. VII 17, 5* 14 adoraueri*t *(*n *er.) B* 15 ferae *B* 16 exterminauit *TB*1, *corr. B*2, extirpabit *Da* fug⸢i⸣et *(*e *renouauit m. 3) ex* fugit *B* 17 u⸢a⸣ecors *B*3 ira* *(*m *? er.) B* obsedebit *T*, obsedit *B*1, obs⸢id⸣ebit *B*2, i *in* ⸢id⸣ *renouauit B*3 18 confug*erint *(*i *er.) T* 19 inplorabunt *B* 20 illis] eis *B* 21 intempestate *T* 22 ⸢χρ̄s⸣ *B*2

et uirtus inaestimabilis angelorum et extinguetur omnis illa
multitudo impiorum et torrentes sanguinis current et ipse
ductor effugiet atque exercitu saepe reparato quartum proelium
faciet, | quo captus cum ceteris omnibus tyrannis tradetur ex- f. 60a
ustioni. sed et ipse daemonum princeps auctor et machi- 2 (12)
nator malorum catenis alligatus custodiae dabitur, ut pacem
mundus accipiat et uexata tot saeculis terra requiescat. pace 3 (13)
igitur parata conpressoque omni malo rex ille iustus et uictor
iudicium magnum de uiuis et mortuis faciet super terram et
uiuentibus quidem iustis tradet in seruitium gentes uniuersas,
mortuos autem ad aeternam uitam suscitabit et in terra cum
iis ipse regnabit et condet sanctam ciuitatem et erit hoc
regnum iustorum mille annis. per idem tempus et stellae 4 (14)
candidiores erunt et claritas solis augebitur et luna non pa-
tietur deminutionem. tunc descendet a deo pluuia benedic-
tionis matutina et uespertina et omnem frugem terra sine la-
bore hominum procreabit. stillabunt mella de rupibus, lactis 5 (15)
et uini fontes exuberabunt. bestiae deposita feritate mansue-
scent, lupus inter pecudes errabit innoxius, uitulus cum leone
pascetur, columba cum accipitre congregabitur, serpens uirus
non habebit, nullum animal uiuet ex sanguine. omnibus enim
deus copiosum atque innocentem uictum ministrabit. | peractis f. 60b 6 (16)
uero mille annis ac resoluto daemonum principe rebellabunt
gentes aduersus iustos et ueniet innumerabilis multitudo ad

INSTITUTIONES 5—7] VII 24, 5. 6—8] VII 19, 8. 8—13] VII 20, 1; 24, 1—4. 6. 13—21] VII 24, 7 s. 15 s. tunc—uespertina] hoc non est in Instit. 21 s.] VII 24, 15 (— uitam). 22—760, 1] VII 26, 1.
AUCTORES 15 s.] cf. Ioel 2, 23; an ex Deut. 11, 14?

TB] 1 uirtus] uis *T, sed cf. Inst. VII 19, 5* inestimabilis *T*, inaestimabilis *(*aest *in ras. ex 3 uel 4 litt. m. 2) B* 2 inpiorum *B* 3 adque *T* exercitus*epe (with a above) (s *er.) sic T* s⌜a⌝epe *B* 4 traditur *T* 5 d⌜a⌝emonum B^2 au⌜c⌝tor T^2 6 *an* ⟨omnium⟩ malorum? *cf. Inst. VII 24, 5* cathenis *T*, catenis igneis *B, sed cf. Inst. VII 24, 5* custodi⌜a⌝e B^2 7 *post* et *s. l.* ut B^2 pacem *T* 8 parta *B* 9 terrã *(~ add. m. 2?) B* 11 suscitauit TB^{ac} 12 his *B* regnauit TB^{ac} 13 *iustorum (e *er.) T* et *om. B* 17 procreauit TB^1, *corr.* B^2 18 faeritat*e (a *er.) B* 19 errauit *T* 20 accipitr*e (a *er.) B* congraegabitur *B* 21 uibet B^1, *corr.* B^2 22 adque *TB* uictu *T* ministrauit B^1, *corr.* B^2 24 uenie*t (n *er.) T*

7 (17) expugnandam sanctorum ciuitatem. tunc fiet ultimum iudicium dei aduersus gentes. concutiet enim a fundamentis suis terram et corruent ciuitates, et pluet super impios ignem cum sulpure et grandine et ardebunt et se inuicem trucidabunt. iusti uero sub terra paulisper latebunt, donec perditio gentium fiat, et exibunt post diem tertium et uidebunt campos cadaueribus opertos. tunc fiet terrae motus et scindentur montes et subsident ualles in altitudinem profundam et congerentur in eam corpora mortuorum et uocabitur nomen eius Polyandrium.

8 (18) post haec renouabit deus mundum et transformabit iustos in figuras angelorum, ut inmortalitatis ueste donati seruiant deo in sempiternum. et hoc erit regnum dei, quod finem non habebit. tunc etiam impii resurgent, non ad uitam, sed ad poenam. eos quoque secunda resurrectione facta deus excitabit, ut ad perpetua tormenta damnati et aeternis ignibus traditi merita pro sceleribus suis supplicia persoluant.

1 (19) f. 61[a] 68 (73). Quare cum haec omnia | uera et certa sint prophetarum omnium consona adnuntiatione praedicta, cum eadem Trismegistus, eadem Hystaspes, eadem Sibyllae cecinerint, dubitari

INSTITUTIONES 1—9 (—mortuorum)] VII 26, 2—4 (—ossibus tecta). 9 (Polyandrium)] locus non est in Instit. 10—16] VII 26, 5—7. 17—19] VII 18, 1 (prophetae). 2 (Hystaspes). 3 s. (Hermes). 5—8 (Sibyllae); 26, 8 (—prophetarum). 19—761, 17] VII 27, 1—16.

AUCTORES 9] cf. Ezech. 39, 11 (πολυάνδριον). 12 et adnot. crit. ad Inst. VII 26, 3 (pag. 666, 7).

TB] 1 expugnandam] expugnandam delendamque *B, sed cf. Inst. VII 26, 1* ut inferant bellum sanctae ciuitati sanctoru⟨m ciui⟩|tatem t⟨unc fiet ul⟩|timu⟨m iudicium dei aduersus⟩|| *B* 2 ᵣaᵣ $T^{2?}$ 3 cõ|ruent *B* inpios *B* 4 sulpure *T*, sulfure *B* 5 terram *B* fiāt gēntium *B* 7 scindentur] scindent se *P, sed cf. Inst. VII 26, 2* 8 subside(n)t B^3 in altitudinem ualles *(m. 3,* uallis *m. 1)* profundae *B* ualles] colles *codd. Inst. VII 26, 2* 9 ea *B* 10 trasformabit *T* 11 ĩ|mortalitatis *B*, inmortali *T, sed cf. Cyprian. de bono pat. c. 7 (pag. 402, 16)* qui indumento inmortalitatis ceteros uestit 12 et hoc—habebit *om. B* 13 etiam] et *T* inpii *B* 14 poenam *(p ex a) T* 15 ^{to}urmenta *T* 16 suplicia *T*, sup⟨plicia⟩ *B* 17 ⟨quare cum⟩ ha⟨e⟩c omnia uera | ⟨et certa sint prophet⟩arum || *B* profetarum *T* 18 consonanti *T, sed cf. Inst. I 4, 1* trismegestus *B* 19 ystaspes *(y add. m. 2) B* sybillae TB^1, *corr.* B^3 caecinerint *TB*

non potest quin spes omnis uitae ac salutis in sola dei reli-
gione sit posita. itaque nisi homo susceperit quem deus ad 2 (20)
liberationem misit atque missurus est, nisi summum deum
per eum cognouerit, nisi mandata eius legemque seruauerit,
in eas incidet poenas de quibus locuti sumus. proinde fra- 3 (21)
gilia contemnenda sunt, ut solida consequamur, spernenda
terrena, ut caelestibus honoremur, temporalia fugienda, ut ad
aeterna ueniamus. erudiat se quisque ad iustitiam, reformet 4 (22)
ad continentiam, praeparet ad agonem, instruat ad uirtutem,
ut si forte aduersarius indixerit bellum, nulla ui, nullo terrore,
nullis cruciatibus a recto et bono depellatur. non se substernat
insensibilibus figmentis, sed uerum et solum deum rectus 5 (23)
agnoscat, abiciat uoluptates, quarum inlecebris anima sub-
limis deprimitur ad terram, teneat innocentiam, prosit quam
plurimis, incorruptibiles sibi thensauros bonis operibus adquirat,
ut possit deo iudice pro uirtutis suae meritis uel coronam fidei
uel praemium inmortali|tatis adipisci. f. 61b

TB] 2 homō̈ *B*, homo christum *T edd.* 4 per eum *B*, christum, *om.* per *T*, per Christum *edd.* 7 honoremur *(alt.* o *ex* e) *B* 8 ueniamus] fugiamus *T* reformet *T*, *recepi propter conposita* erudiat praeparet instruat, formet *B Da conl. Inst. VI 23, 21; IV 24, 1. 26, 25, Buen add. Inst. VI 19, 6; de ira dei 2, 2* 9 praeparet ad agonem *om. T* 11 depellatur] diuellatur *(*u *ex* o*) B* subternat *T* 13 a*gnoscat *(*d *er.) B* sublimis *(alt.* i *ex* e*) B* 15 $\overset{\text{b n}}{\text{uobis}}$ *(corr. m. 2 ?) T* FIRMIANI·LACTANTI· DE FINE·SAECULI·EXPLICIT· *atramento,* EPITOMA DE DIUINA PROUIDENTIA *rubro scriptum, T,* EPITOMEN *(sic)* LIBRI SEPTIMI LIB · X · EXP · FELICITER LEGENTI VITA *B*